rerũ naturaliũ. ¶ Eodẽ mõ ſabelliꝰ deceptꝰ fuit
Cũ ei gñaliter in rebꝰ naturalibꝰ verũ ſit ꝙ vna
natura vniꝰ ſoliꝰ eſt: ſꝫ deitas vnica natura eſt: g̃
vniꝰ ſoliꝰ eſt. ſꝫ ipã eſt pr̃is ⁊ filij ⁊ ſpũſſcti. ergo
ſicut pr̃ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpũſſanctꝰ ſunt vnũ: ita ſunt vnꝰ.
Et ideo dicit ſabelliꝰ ꝙ pr̃ qñ vult eſt pr̃: qñ vult
eſt filius: qñ vult eſt ſpũſſctũs. Ipſe g̃ ſabellius
ꝑſonas cõfundit q̃ſi de tribꝰ faciẽs vnã. Arrius
vero ſeparauit naturã ſiue ſubſtãtiã ꝑſonaꝝ. Si
aũt ꝯſideraſſent heretici res diuias in ĩfinitũ ex
cedere res naturales: nunq̃ ꝓpꝛias rões rer̃ na
turaliũ applicare voluiſſent rebꝰ diuis. qm̃ (ſicut

Boetius
N

dicit boetiꝰ) Eruditi hois ẽ de vnaq̃q; re put eiꝰ
natura exigit: ſmonẽ hr̃e. Vñ dicit ĩ libꝛo de tri.
ꝙ phĩ ex ꝓpꝛijs rõnibꝰ ſic argumẽtant̃. ſoꝛtes eſt

Dr̃ia argu= endi phõꝛũ a theolo= gis.

hõ: plato eſt hõ: cicero ẽ hõ. g̃ ſoꝛtes: plato: cice
ro ſunt tres hoies. Theologi aũt ex ꝓpꝛijs rõi=
bus ſic argumẽtant̃. pr̃ eſt deꝰ: filiꝰ eſt deꝰ: ſ. ſ. eſt
deꝰ: g̃ pr̃ ⁊ filiꝰ ⁊ ſ. ſ. ſunt vnꝰ deꝰ. Hec aũt dr̃ia il
lationũ ꝓcedit ex diuerſis ꝓpꝛietatibꝰ reꝝ de q̃=
bus fit ſermo. qm̃ eĩ alia eſt hũanitas qua ſoꝛtes
eſt hõ: alia qua plato ẽ hõ. ⁊c̃. ideo phĩ plr̃aliter
inferũt. Sꝫ qꝛ pꝛoꝛſus eadẽ eſt diuinitas q̃ pr̃ eſt

O

deꝰ: ⁊ qua filiꝰ eſt deꝰ: ⁊ qua ſpũſſctũs eſt deus:

Argr̃. ꝯtra pꝛeđ aucto ritate aug. dicẽtes tri= plex eſſe ge nus/ falſa opinãtium de deo.

ideo theologi ſingulariter ĩfert̃. ¶ Sꝫ ꝯtra hoc
ſcꝫ qđ dictũ eſt ꝙ heretici decepti ſũt: qꝛ ꝓpꝛias
rões naturaliũ coaptauert̃ rebꝰ diuis. videt̃ dice
re Aug. in pꝛicipio libꝛi de tri. ꝙ triplex eſt genꝰ
falſa opinãtiũ de deo. Sũt eni q̃dã q̃ ea q̃ de coꝛ
poꝛalibꝰ rebꝰ ſiue ꝑ ſenſus coꝛpeos expta noue=
rũt: ſiue natura hũani ingenij q̃ ⁊ diligẽtie viua=
citate vel artis adiutoꝛio ꝑcepert̃: ad res ſpũa=

P

les ⁊ incoꝛpeas trãſferre conant̃: vt ex his illas
metiri atq; opinari velint. vt q̃ putauert̃ deũ eſſe
cãdidũ vel rubeũ. Scđm genꝰ eſt eoꝝ q̃ ſm ani=

ſcđm genꝰ.

mi hũani naturã vel affectũ de deo ſentiũt. vt q̃
aſſerũt deũ nũc obliuiſcẽtẽ: nũc recoꝛdãtẽ ꝓpꝛie
Tertiũ genꝰ eſt eoꝝ q̃ vniuerſaꝫ creaturã q̃ muta

tertiũ genꝰ
Q

bilis eſt: nitunt̃ trãſcẽdere: ſed moꝛtalitatis one
re ꝑ̃grauati pꝛeſumptiões opinionũ ſuaꝝ auda=
tius affirmãdo de deo affirmãt: qđ nec ĩ coꝛpali
nec in ſpũali creatura pñt inuenire. vt ſabelliꝰ q̃
dixit pr̃eꝫ genuiſſe ſeipm̃. ⁊ ille erroꝛ peioꝛ eſt q̃

R

dno pꝛimi. eo ci plꝰ errat ꝙ nõ ſolũ deꝰ ita nõ eſt:
ſꝫ nec coꝛpalis creatura nec ſpũalis. g̃ tria ſunt
genera erroꝫ falſa opinãtiũ de deo. nõ g̃ tm̃ vnũ
et ita videt̃ eſſe falſum qđ diximus. ¶ Solutio.

Solutio ad pꝛeđ. vnus erroꝛ ĩ gñe: triplex in ſpecie.

dicimus ꝙ vnꝰ eſt erroꝛ in gñe. oẽs em̃ errauerũt
etiã ſabellius ꝑ hoc ꝙ in naturis reꝝ viderũt: vt
patet ex iã dictis. licet ſabellius hoc de deo di=
xerit qđ nõ ĩuenit̃ in naturis reꝝ: tñ deceptꝰ fuit
per hoc qđ inuenit in naturis reꝝ. ⁊ ita vnũ ẽ ge
nus erroꝛis ſm rõeꝫ erroꝛis. Sꝫ tria ſunt gña ſꝫ

S

diuerſitatẽ eoꝛũ in q̃bꝰ errat̃. qꝛ q̃dam attribuũt
deo qđ inueniũt in coꝛpali creatura: q̃dã qđ ĩue
niunt in ſpũali: q̃dã qđ nec in coꝛpali nec ĩ ſpũa=
li. Nos g̃ ꝓpꝛijs rõnibus reꝝ naturaliũ nõ inni=
temur: ſed ex theologicis rõnibus ⁊ cõſonis re=
bus de q̃bꝰ loq̃mur circa res diuinas negociabi=

Intencio auctoꝛis

mur. hoc eſt em̃ qđ dicit btũs dionyſius in pꝛĩci=
pio libꝛi de diuinis noibꝰ. Uniuerſaliter aũt ni=
chil audemꝰ dicere neq; intelligere: de ſupeſſen=
tiali ⁊ occulta diuinitate: pꝛeter q̃ ea q̃ de illa no
bis ex ſacris eloquijs ſunt expꝛeſſa. Pꝛimo autẽ

Diuiſio pꝛi mi libꝛi per capitula.
T

oſtẽdemꝰ deũ eẽ vnũ ſolũ ⁊ ſimpliciſſimũ et hoc
in pꝛio caplo. Q̃uis em̃ naturalis cognitio inſita
ſit nobis cẽndi deũ (vt dicit damaſcenus) Quidẽ
tñ ꝑ tenebꝛas pcti in tantã deuenerũt amẽtiam
vt dicerẽt deũ nõ eẽ. Sicut dicit dauid. Dixit in
ſipiẽs in coꝛde ſuo nõ eſt deꝰ. Oſtẽdemꝰ ſcđo ca
pitulo ꝑſonarũ nũerũ ⁊ eſſentie vnitatẽ. Tertio
caplo de noibꝰ eẽntialibꝰ. Quarto caplo de no=
minibꝰ ꝑſonalibꝰ. Quinto caplo de notionibꝰ in
gñali. Sexto caplo de notionibꝰ in ſpãli. Septi
mũ de his q̃ appoꝛpꝛiate cõueniũt deo. Octauo
⁊ caplis ſequẽtibꝰ de illis q̃ dicũtur de deo in oꝛ
dine ad creaturam. ſcꝫ de ſcia dei caplo octauo.
Nono de p̃deſtinatiõe ⁊ repꝛobatione. Decimo

V

de ꝓuidẽtia diuina. Undecimo de potentia dei.
Duodecimo ⁊. 13. caplis de volũtate dei. Caplo
14. de mia dei ⁊ iuſticia. Decioq̃nto ⁊ finali de lo
cali cõparatiõe creatoꝛis ad creaturas.
¶ Cplm̃. 1. pꝛimi libꝛi qđ ſubdiuidit̃ ĩ duas ptes

Pꝛimũ ca. ꝓbat multi pliciter deũ eſſe.

PRimo debemꝰ oſtẽdere deũ eẽ rõibꝰ. 1.
pꝛĩcipiũ reꝝ eẽ. qđ phĩ ꝓbauert̃ multipli
citer. Pꝛio ꝑ hitudinẽ cãe ad cauſatũ.
videt̃ eĩ ꝙ reꝝ/ q̃dã cãe ſunt: q̃dã cauſa
ta. oẽ aũt cauſatũ ĩq̃tũ cauſatũ ĩdiget alio vt ſit.

Pꝛio ꝑ ha bitudinem cãe ad cau ſatum.

Itẽ illđ aliud alio ĩdiget: ⁊ ſic erit in ĩfinitũ ꝓce
dere. vl̃ erit ibi circulꝰ: vel ꝑueniẽt ad aliq̃d qđ
nõ erit cauſatũ. Circulꝰ aũt nõ põt aliquo mõ eẽ
in rebꝰ cauſatis ſingularibꝰ: qm̃ opoꝛtet aliq̃d eẽ
pꝛiꝰ ⁊ poſteriꝰ aliq̃ ſm oꝛdinẽ eundẽ. qđ nõ ẽ ĩtel=
ligibile. ¶ Si dicat̃ ꝙ erit ꝓceſſus ĩ infinitũ: nec

X
Impꝛobat ꝓceſſum in infinitum.

pñt ꝑueniri ad aliq̃d qđ nõ ſit cauſatũ. Impꝛoba=
bimꝰ hoc mõ. qꝛ vniuerſitas cauſatoꝝ tota cauſa
ta ẽ. ſiue ſit finita ſiue ĩfinita: g̃ ĩdiget aliq̃ extra
ſe vt ſit. illud aut eſt cauſatũ aut nõ. ſi eſt cauſatũ
ergo eſt de vniuerſitate cauſatoꝝ. nõ g̃ eſt extra

Y

vniuerſitatẽ cauſatoꝝ. relinq̃tur: g̃ ꝙ nõ ſit cauſa
tũ illud vñ vniuerſitas cauſatoꝛũ hꝫ eẽ. eſt g̃ cau
ſa cauſatoꝝ ſufficiẽs ad eẽ. ⁊ ita pꝛimũ pꝛĩcipiuꝫ
oĩm rerũ eſt. ex q̃ ſequit̃ pꝛimũ pꝛĩcipiũ oĩꝫ rerũ
ſiue deũ eẽ. ¶ Sc̃ḋs ẽ ꝓbatio damaſceni ĩ alijs

Scđo qꝛ ali quid eſt in= cauſabile.

terminis. Quicq̃d ẽ/ aut ẽ cauſabile: aut ĩcauſabi
le. ſi cauſabile. g̃ ab alio qđ vl̃ ẽ cauſabile vel in=
cauſabile. ⁊ ide vt pꝛiꝰ. Eo mõ ꝓbat̃ hoc ꝑ fluxũ
rerum. alia enim res fluit ab alia. Item illa fluit

Ayuntamiento de Madrid

ab alia: ⁊ ſic tandē ꝑueniſ ad fontē a quo fluunt
oīa ⁊ q̇ nō fluit ab aliquo alio. Si eñ dicaſ ꝙ in i=
finitū ꝓcedit fluxus ille nichilomin⁹ hēbim⁹ pro
5 poſitū. q: vniuerſitas fluentiū tota fluit ſiue fini=
ta ſiue infinita: g̊ ab alio extra ſe. ſi eñ ab aliq̇ ex
tra ſe nō flueret: iā nō flueret. Reliquiſ g̊ ꝙ aliq̇d
ſit extra vniuerſitatē fluentiū a quo fluūt oīa. et
Tertio q: aliquid eſt optimū ita primus fons eēndi eſt. ⁊ ita primū principiū
rerū ſiue de⁹ eſt. ¶ Itē tertio mō ſic. cū dico ſum
mū bonū ſiue optimū: in hoc intelligo oē bonū.
in hoc g̊ intelligo oīa iſta: ſapiēs/ potēs/ ⁊ hmōi
Cū g̊ eē ſit tale bonū ꝙ omīa appetūt: ſequiſ ꝙ
A hocipm eē itelligiſ in eo qđ dico optimū ſiue ſū=
mū bonū. ⁊ ita eē intelligiſ in optimo ſm ꝙ opti
mū. ſed oē incluſuȝ ſeq̇tur ad ſuū includēs. vt ad
hāc ſpeciē hō: ſequiſ rōnale aīal: ⁊ oīa ſupiora q̄
claudunſ in ipō. Eodē mō cū i hoc qđ dico opti=
mū claudaſ eē: ex eo ſeq̇tur eē. ⁊ nō ſequiſ ex eo
eſſe niſi de optimo: q: eē nō intelligiſ niſi i optīo
cū dico optimū. g̊ ex eo cū dico optimū: ſequitur
optimū eē. Si g̊ ex optīo ſm ſe ſequiſ optimū eē
ergo ex eo ſequiſ eē quocūq; adiūcto nō diminu
ente ei⁹ rōnē. g̊ bñ ſequiſ. ſi optimū eſt itelligibi
le: optimū eſt. ſȝ optimū eſt itelligibile. qđ ꝯſtat
Quarto q: aliq̇d eſt: q̇ mai⁹ cogitari non pōt. ergo optimū eſt: g̊ ſummū bonū: g̊ de⁹ eſt. ¶ Itē
quarto mō ꝓbat mgr̄ anſelmus cātuarienſis idē
ſic. Intelligibile eſt aliq̇d quo maius excogitari
nō pōt. Hoc verū eſt euidēter. q: cū dico id quo
B maius excogitari nō pōt. audiēs intelligit ſigni=
ficatiōes iſtarū dictionū: ⁊ ita intelligit ſigtum
huius ōronis: quo maius excogitari nō pōt. ⁊ ita
intelligit id q̇ maius excogitari nō pōt. vñ mani
feſtū eſt ꝙ intelligibile eſt id quo maius excogi=
tari nō pōt. Sit g̊ ꝙ aliq̇s intelligat id q̇ mai⁹ ex
cogitari nō pōt. Iſtud qđ ita intelligit: aut ē aut
nō eſt. ſi dicaſ ꝙ nō eſt: g̊ illud qđ ita itelligit ita
eſt in intellectu ꝙ nō eſt in re. ſȝ mai⁹ eſt in re eſſe
⁊ in itellectu: q̄ȝ in itellectu ſolū: g̊ hocipm eſt in
telligibile. qđ ꝯſtat. g̊ aliq̇d itelligibile eſt mai⁹
q̄ȝ iſte cogitet. nō g̊ intelligit id q̇ maius excogi=
tari nō pōt. ſȝ hoc eſt ꝯtra poſitū. Relinq̇tur g̊ ꝙ
C correlariū notandum. illud qđ ille itelligit eſt. et ita id q̇ maius excogi
tari nō pōt: eſt. ⁊ ita ſūmū bonū ſiue de⁹ ē. ¶ Ex
D predictis pȝ ꝙ ſummū bonū tale bonū eſt qđ nō
Prima cā. pōt intelligi nō eē trib⁹ de cauſis. Prīa eſt: q: in
hoc ꝙ dico optimū: itelligo vere eē. ⁊ ita q̇ intel=
Scđa cā. ligeret optimū nō eē: itelligeret illđ qđ vere eſt:
nō eē. qđ eſſe nō pt. Scđa eſt: q: ſummū bonū ex
neceſſitate ſumme eſt. ſȝ illđ magis eſt a q̇ eē nō
eſt ſeparabile actu vel rōe vel intellectu: q̄ȝ illud
a quo eē eſt ſeparabile rōe. ⁊ ſi nō actu: g̊ a ſūmo
bono nō pōt ſeparari eē actu: aut rōe ſiue intelle
Tertia cā. ctu. ⁊ ita ſummū bonū nō pōt itelligi nō eē. ¶ Ter
tia rō. ſummū bonū eſt ipm eē. g̊ ſicut itellectus
nō pōt ſepari a ſe: ita nec ab ipſo eē. ⁊ ꝑ ꝯſequēs
Probaſ ꝙ deus ē ſimplex oīmoda ſimplicitate. ſummū bonū ſcȝ deus: non poteſt non eſſe.

¶ Scđa pars primi capituli ꝙ deus eſt om=
nibus modis ſimplex.

E Primo V Iſo qualiter poſſit ꝓbari deū eē: oſtēda
mus ſiſr rōib⁹/ vnū ſolū deū eē. ſed prio
oſtēdamus ꝙ deus eſt ſimplex: oīmoda
ſimplicitate. ¶ Si eñ dicaſ ꝙ deus eſt
quid cōpoſitum. cōtra. omne cōpoſitū diuiſibile
eſt: vel pōt intelligi diuidi. Si ergo de⁹ ſit q̇d cō
poſitū: poſſet intelligi diuidi. ⁊ ita poſſet itelligi
nō eſſe. qđ eſt cōtra p̄dicta. ¶ Itē id qđ ꝑ ſe eſt ⁊ Secundo
nulli debet ſuū eſſe: maius eſt q̄ȝ qđ nō eſt ꝑ ſe: et
alicui debet ſuū eē. ſed de⁹ maxie eſt: g̊ eſt ꝑ ſe et
nulli debet ſuū eē. g̊ nulli cōpoſitiōi vel parti. er
go nullomō ꝯpoſitus eſt. ¶ Preterea ſi eſſet cō= Tertio
poſitus. aliq̇d eſſet prius deo videlȝ pars ei⁹. Re
linq̇tur g̊ ꝙ ipſe ſit ſimplex oīmoda ſimplicitate. F
¶ Ex hoc pȝ ꝙ nihil ſit in ſe: qđ nō ſit ipſe q: cū Correlarium primū.
ipſe ſit ſumme bon⁹: ipe eſt bon⁹ ꝑ ſe: et per eſſen
tiam. et ita eſt ipſe ſumma bonitas. aliter eñ de=
beret alij ꝙ eſſet bon⁹. Eodē mō pōt ꝓbari ꝙ ipe
ſit ſumma ſapiētia: ⁊ cōſtat ꝙ ipe nihil eſt niſi bo
nū. et ita quicq̇d in ipō eſt: bonū eſt. ⁊ ita quicq̇d
eſt in ipō: eſt ipe: ideo illđ qđ eſt ꝑ eēntiā magis
proprie eſt q̄ȝ illud qđ eſt ꝑ aliud. qm̄ illud qđ ꝑ
ſe eſt ſiue ꝑ eēntiā: nulli alij debet vt ſit. illud au
tē qđ eſt ꝑ aliđ debet alij vt ſit. ſummū aūt bonū
ſumme eſt: g̊ eſt per ſe ſiue ꝑ eſſentiā: ⁊ ita eſt ſuū
eſſe. g̊ nō debet ſuū eē niſi ſibiipſi. ergo nō debet
ſuum eē partib⁹ ſuis vel alicui cōpoſitioni vel cō
cretiōi: vel alicui forme q̄ nō ſit ipſe. Ex quo ſeq̇
tur ꝙ deus eſt oīmodo ſimplex. ¶ Ex hoc etiā ſe
quiſ ꝙ vnus ſolus de⁹ eſt: ſiue vnū ſolū ſummuȝ Correlarium ſecūdū.
bonū. Si eñ dicaſ ꝙ plura ſunt ſumma bona: ſe= G
quiſ ꝙ hocipm ſummū bonū ſit vl̄e qđ ꝯtinet ſub
ſe plura ſingularia. nullū aūt vl̄e trahi pōt ad ſin
gulare niſi ꝑ aliquā adiunctionē. vt hec ſpecies
hō nō pōt trahi ad ſingulare niſi ꝑ adiūctionem
accidētiū indiuiduātiū. nulla aūt additio pt fie
ri in ſummo bono: cū ſit oīmoda ſimplex. nō erit
igiſ hocipm ſummū bonū vl̄e ꝯtinēs ſub ſe plura
ſingularia: nec aliq̇ mō dici poſſet i q̇ differret ſū
mū bonū a ſummo bono. oīmoda ei ſimplicitas q̄
ibi eſt: nō patiſ ꝙ ibi ſit aliq̄ differētia: vel i gñe/
vel in ſpecie/ vel in ſubſtātiali differētia: vel in ꝓ
prio vel in accidēte. ¶ Ex p̄dictis pȝ ꝙ de⁹ ſit in H
corruptibilis ⁊ inuariabilis: ꝓpter oīmodā ſim= Correlarium tertium
plicitatē. Q; aūt ipe ſit etern⁹ oſtēdiſ indirecte:
q: ſi incepit eſſe/ exiuit de poſſibilitate eēndi ad
actū. Queriſ q̇s eduxit eū de poſſibilitate eēndi
in actū. Nō pōt dici ꝙ ali⁹ ab eo. q: ſeq̄reſ ꝙ ipe
nō eēt principiū vel prim⁹. Relinq̇tur g̊ ꝙ ipe edu
xit ſe de poſſibilitate eēndi i actū. ⁊ ex hoc ſequiſ I
ꝙ ipe p̄ceſſit ſuū eē imo etiā ſeipm. qđ nō eſt itel
ligibile. Reliquiſ g̊ ꝙ ipe nō incepit eē: ⁊ ita fuit
ab eterno. in eternū aūt erit: q: icorruptibilis ē.

¶ Capitulū ſcđm multipliciter ꝓbans tres
perſonas vnū eē deum et cōtinet. 4. partes.

V Iſo per rationes ꝙ vnus ſolus deus eſt: ſe
quitur vt rōnibus oſtēdamus tres ꝑſonas
eſſe vnum deū. Beatus auguſtinus probat gñā= Probatio auguſtini.
tionē filij eternā: ſic. Pater ab eterno aut voluit
generare filium ſibi equalē et potuit: aut potuit
et nō voluit: aut nec potuit nec voluit. ⁊ ſi potuit
et non voluit: inuidus fuit. ſi voluit ⁊ non potuit
impotens fuit. ſi autem nec potuit nec voluit: im
potens et inuidus fuit. ſi autem potuit et voluit ⁊
cōſtat ꝙ ſciuit: ſeq̇tur ꝙ ab eterno genuit filiū ſibi
equalē. ¶ Q; aūt pater voluerit generare filiuȝ aliter ꝓbaſ



Ayuntamiento de Madrid

K equalē ſibi ꝓbaꝛ ſic. Ad ſummā auariciā ptinet
nichil de bonis ſuis velle cōicare:ğ ad ſummam
bonitatē vel liberalitatē ptinet oīa bōa ſua velle
cōicare. ſ; pr̄ eſt ab eterno ſumme liberalis:ğ ab
eterno voluit cōicare alij ſue maieſtatꝫ plenitudi
nē. ſ; cōicare alij ſue maieſtatꝫ plenitudinē ē ge=
nus ſuū dare: ⁊ hoc eſt gñare filiū equalē ſibi. ğ
pr̄ ab eterno voluit gñare filiū eq̄lē ſibi cui cōica
ret oēs diuitias maieſtatꝫ ſue:ſicut ipe fili⁹ dicit
in euāgelio. Oīa mea tua ſunt:⁊ tua mea ſūt. ali=
ter ei in eo nō eſſet ſumma liberalitas ſi aliq̄d ſibi
Probaꝛ ꝙ potuit. reſeruaret qđ alij nō cōicaret. ❡ Qꝫ aūt potuit
ſic ꝓbaꝛ:q2 hō infirm⁹ pōt hoc. ſ. gñare filiū equa
L lē ſibi. ⁊ hoc eſt in eo laudabile ⁊ pfectiōis natu=
ralis ſignū. ğ multo fortius omps hoc ab eterno
potuit. Et hoc eſt qđ ipſe dicit in vltimo capitu
lo yſaie. Si ego q̄ ceteris gñationē tribuo ſteri=
lis ero?dicit dn̄s. q̄ſi dicat nō vel hoc eēt mirū. ſi
ego qui preſto generādi poteſtatē alijs reb⁹ ſteri
lis remaneo. Fecūditas ei rerū ſummā fecūdita
tē ipſius indicat. ꝓpter qđ op; pl̄alitatē pſonaꝝ
Dionyſius eē in deitate. Hoc ei eſt qđ dicit btūs dionyſius
in libro de diuinis noib⁹. capitulo pı̄o ſic. In oī
fere theologico negocio thearchiā videm⁹ ſctē
M laudatā: ſicut monadē quidē et vnitatē propter
ſimplicitatē ⁊ vnitatē ſupernaturalis impartibi
litatis. ⁊ paulopoſt ſicut trinitatē autē propter
triū pſonarū ſupeſſentialis fecūditatis manife=
ſtationē. Hāc etiā fecūditatē oſtēdit pſalmiſta:
cū in pſona pr̄is ait. Ex vtero an̄ luciferū genui
te. Per vterū ei intelligiꝛ ibi fecūditas ſūmi dei
Alia ratio. q̄ eſt ſumma ei⁹ bonitas/ſiue liberalitas. ❡ Itē
copioſior eſt potētia qua pōt aliq̄s dare et de ſuo
⁊ de alieno: q̄ illa q̄ nō pōt aliq̄s dare niſi de alie
no. ſ; potētia dei copioſiſſima eſt:ergo ab eterno
potuit dare alicui de ſuo: ğ ab eterno potuit ali=
cui dare ſciam ſuā:ſuā eēntiā:ſuā diuinitatē. hoc
aūt eſt gñare filiū ſibi equale;. q2 gñare eſt gen⁹
N ſuū vel manerié ſuā alteri dare. ğ de⁹ pr̄ ab eter=
no potuit gñare filiū ſibi equalē. ⁊ voluit ſicut ꝓ
batū eſt ⁊ cōſtat ꝙ ſciuit:ğ ab eterno genuit filiū
Sapiē.7. equalē ſibi. ❡ Per has rōnes p; quare dei fili⁹
diciꝛ in libro ſapiētie ſpeculū ⁊ imago dei pr̄is.
qm̄ in filio videꝛ ſumma bonitas ⁊ ſūma liberali
tas dei pr̄is q̄ nichil hr̄e voluit qđ filio ſuo non
cōicauerit:ſ; oēs diuitas maieſtatis ſue ei dedit
ſicut ipemet dicit in euāgelio. Oīa mea tua ſunt
Ioh.17. et oīa tua mea ſunt. Ioh.17. q2 ergo in filio relu=
cet ſumme ſumma bonitas:ſūma liberalitas dei
pr̄is:ideo dr̄ filius ſpeculū ⁊ imago dei pr̄is Pro
Ioh.14. pter hoc ipe dicit in euāgelio. Ioh.14. Qui vi=
det me:videt ⁊ pr̄e;. Propter hoc etiā diciꝛ vbū
O dei pr̄is:qm̄ pfecte loquiꝛ pr̄is ſui bonitatē. crea
ture em̄ licet pulchritudine ⁊ bonitate ſua q̄ſi qui
buſdā vocib⁹ pulchritudinē ei⁹ ⁊ bonitatē loquā
tur:tn̄ q2 a longe imitanꝛ ſuū creatorē:nec imple
re poſſunt id qđ imitanꝛ:ideo nō pfecte loquunꝛ
dei bonitatē. ſ; fili⁹ dei q̄ eſt eius imago oīno ei ſi
milis ⁊ equalis:pfecte loquiꝛ pr̄is ſui bonitate;
vt p; ex dictꝭ. ⁊ hec ē vera ratio quare dicaꝛ vbū
Alia ratio. dei patris. ❡ Ite; quedā res emanāt ab alijs re
bus per generationē:quedā alio modo. ſed inter

omnes emanatiōes quibus res emanāt ab alijs
perfectiſſima emanatio eſt generatio. generatio
enim aſſimilat penitus et adequat generatū ſuo P
generatori. alie aūt emanatiōes non hoc faciūt
Si ergo fons bonitatis copioſiſſime ⁊ pleniſſime
amanat ſeq̄tur ꝙ ab illo fit emanatio copioſiſſi=
ma ⁊ pleniſſima ſc; gñatio. ⁊ ita de⁹ pater qui eſt
fons bonitatis gñat filiū ſibi equalē. ⁊ ſi equalē:
oportet ꝙ cōſubſtātialē ⁊ coeternū. et ita ab eter
no genuit filiū ſibi equalē. ❡ S; cōtra probatio Obie. ꝯtra augu.
nē aug. obiciꝛ q2 videꝛ hec eē falſa:ſi potuit gene
rare filiū ſibi equalē ⁊ nō voluit/inuidus fuit. q2
potuit hoīem facere meliorē q̄ fecit: ⁊ nō voluit
nō tn̄ inuidus fuit. ❡ Et ad hoc dicēdū eſt ꝙ nō Solutio
eſt ſimile:q2 ratio gñatiōis exigit ꝙ equale gene Q
reꝛ. ſ; rō creatōis hoc nō exigit nec etiā exigit rō
creatiōis hoīs:vt fieret melior. q2 q̄tū eſt ex pte R
dei melius nō potuit fieri hō nec meliori ratione
licet potuerit fieri melior. q2 potuit eu; facere ta
lē qui peccare non poſſet. Sed ſicut dicit beatus
auguſtinus in libro de vera religiōe. meliores iu Nota.
dicauit deus ſeruos ſuos ſi ei liberaliter deſerui= Quare de⁹
rēt. meliores dico/nō q̄tum ad ſtatū:ſed q̄tū ad nō fecit ho
beatitudinis capacitatē. q2 magnū quid eis ac= minē īpec=
creſcit:eo ꝙ per merita aſcendūt ad beatitudinē cabilē cum
Non fuit ergo inuidia ꝙ nō fecit hoīem meliorē potuit.
q2 inuidia nō habet locū niſi vbi res exigit aliter
fieri q̄ fiat. ſi tn̄ deus hoīem feciſſet meliorē; eo S
ipſo:ſequeretur ꝙ optimo modo q̄tum in ſe ē fe=
ciſſet eum. hoc etiam ibiq̧ eſt generale.
❡ Scđa pars de proceſſione ſpūſſancti a patre.
Sicut oſtenſa eſt prius gñatio filij:ſic
poteſt oſtendi proceſſio ſpūſſcti. Si= Emanatio q̄d ⁊ ꝙ ē du
cut ei emanatio qua aliq̄d emanat ab plex in diui
alio p modū gñationis eſt amanatio nis.
pfectiſſima: ita emanatio qua aliq̄d
emanat ab alio p modū benignitatis vel libera=
litatis eſt emanatio gratiſſima ⁊ iocundiſſima.
Sicut ğ oportet ex neceſſitate vt a ſummo fonte
bonitatis ſit emanatio pfectiſſima q̄ eſt gñatio
vt predictū eſt. ita eſt neceſſe vt a pı̄o fonte q̄ eſt
prim⁹ et ſummus fons ⁊ pleniſſim⁹ oīs vere iocū
ditatis ⁊ beatitudinis: ſit emanatio gratiſſima ⁊
iocundiſſima:⁊ ita emanatio q̄ eſt p modū beni=
gnitatꝫ ſiue liberalitatis eſt a ſūmo bono. qđ au T
tē emanat p modū benignitatis ſiue. liberalitatꝫ Pı̄a ratio.
donū eſt ⁊ dr̄. Nichil em̄ vere ⁊ ꝓprie dr̄ donū:
niſi illud qđ de mera liberalitate ꝓcediꝛ. ğ qđ ex
ſumma liberalitate ꝓcedit ē ſummū donū: et qđ V
pı̄o ꝓcedit eſt primū donū. ſ; qđ primo ꝓcedit
tāq̧ primū donū a benignitate eſt amor. amor eī
eſt donū in q̄ oīa alia dona danꝛ. Qui eī vere dat
amorē ſuū alicui:oīa facit ei cōia. ⁊ qđ daꝛ nō ex
amore: nō ꝓprie daꝛ. qđ eī daꝛ ex timore potius
redēptio eſt. qđ daꝛ vt aliq̄d ſibi detur:mercimo
nia eſt. ſ; qđ ex amore datur:ꝓprie donū eſt Qđ
ergo a ſummo fonte bonitatis ꝓcedit pı̄o ſm̄ mo
dū benignitatꝫ eſt amor ſummus ⁊ ſummū donū
ſed amor eſt donū intrinſecū qđ eſt in ipſo dante
in quo danꝛ dona extrinſeca. Amor igiꝛ qui ꝓce= X
dit ex deo eſt in eo a q̄ procedit:ſ; q̄cq̄d eſt in deo
deus eſt:ğ amor qui procedit ex deo deus eſt: et

Scda rō. fuit ab eterno. iſtū autem amorē vocamꝰ ſpiritū ſctm. Qꝫ etiā ille amor fuerit ab eterno: pbaꝛ p hoc ꝙ donū amoris prius ꝙ̄ aliqd donū extrinſecū: ergo donū amoris prius fuit in deo: ꝙ̄ deꝰ cōferret creaturis ſuū eſſe exterius anteqꝫ ſuas bonitates eis exteriꝰ diſtribueret. Et ita ille amor fuit ante oēm creaturā. z ita fuit ab eterno. et ita eſt deꝰ: z alia pſona ꝙ̄ illa a qua emanauit. Sic ergo oſtēſa eſt tertia pſona in deitate. ¶ Ex hac oſtenſiōe pꝫ ꝙ ſm catholicā fidē dicimꝰ ꝙ ſpiritꝰ ſctūs aliomō pcedit a pre ꝙ̄ filiꝰ. z q̄re ſpūſſanctus dicaꝛ amor. z quare btūs auguſtinus dicit ꝙ ſpūſſanctꝰ ab eterno fuit donū. qm̄ ab eterno fuit amor. amor aūt inqꝫtuꝫ amor primo z pprie donū eſt. i. res primo et ppriiſſime donabilis.

correlariū notandum Y

¶ Tertia pars in qua ponitur alia probatio trinitatis perſonarum.

Prima pbatio. Alio modo poteſt oſtendi trinitas pſonarū ſic. In ſummo bono ab eterno fuit ſumma btitudo: ḡ ibi fuit ſumma iocunditas. ſꝫ nichil eſt gratioſius vel iocūdius ꝙ̄ mutua caritas. qꝛ nullius rei ſine conſortio iocūda eſt poſſeſſio: ḡ mutua caritas ab eterno fuit in ſummo bono. Ubi ei erat ſumma btitudo z ſūma iocūditas: nullomō potuit deeē illud quo nihil eſt gratioſius: nihil iocūdiꝰ: ſcꝫ mutua caritas. ſꝫ mutua caritas nō pōt eē niſi inter plures pſonas: ḡ ab eterno fuerūt plures pſone i ſūmo bono ſiue in diuinitate. ¶ Oportebat etiā ꝙ ibi eēt mutua caritas z ſumma: pp̄ter ſummā btitudinē ſumma aūt caritas z mutua pbat equalitatē pſonaꝝ: qꝛ ſi vna pſona ſūme diligebat aliā: illa erat ſumme diligēda. aliter ei nō eſſet diſcretiſſima dilectio. z ſi alia pſona eſt ſumme diligēda cōſtat ꝙ ipa eſt deꝰ/ſiue ſummū bonū. z ita ſequiꝛ ꝙ vtraqꝫ erat equalis alteri. Summa etiaꝫ caritas z mutua pbat trinitatē pſonaꝝ. ſi ei erat ſumma caritas mutua iter duas pſonas: neceſſe erat ꝙ vtraqꝫ tertiā inq̄reret cui cōicaret delicias ſue bonitatis. aliter em̄ eēt illiberalis illa dilectio: ſi altera illarū pſonarū ab ea qua diligi ſūme vellet: nollet aliquā aliā equaliter diligi. Sicut ḡ ſumma bonitas et ſumma btitudo dei pris exigebat vt aliā pſonā haberet quā ſumme diligeret: ita liberalitas mutue dilectiōis exigebat vt ibi eſſet tertia pſona cui cōicarent ille due delicias dilectiōis ſue. In tribꝰ ḡ pſonis potuit eē oīmoda cōicatio: ſcꝫ diuitiarū oīm cōicatio ſiue totius maieſtatis z cōicatio dilectiōis. ſic aūt plena potuit eē in tribꝰ pſonis z nō in paucioribꝰ et ita ab eterno fueſt tres pſone i deitate. ¶ Ex hac oſtēſiōe pꝫ quare filiꝰ dei dicaꝛ dilectio pris qm̄ ad ipm deū imediate z q̄ſi pſio hꝫ mutuā dilectionē. nō ei ab eterno habuiſſet quē ſūme diligeret: niſi habuiſſet ſibi filiū equalē. qm̄ illa pſona q̄ tm̄ immediate pceſſit a deo pre: filiꝰ eiꝰ eſt

Secunda probatio.

5

X

B correlariū.

¶ Sꝫ obiciꝛ cōtra hoc. qꝛ eadē rōne mutua caritas triū pſonarū exigebat quartā pſonaꝫ eē: cui cōicaret delicias ſuas. ¶ Et ad hoc dicendū eſt ꝙ nō ſequiꝛ. btitudo em̄ (ſicut dicit btūs auguſtinus) cōſiſtit in cognitiōe z dilectiōe. Cognitio dei potuit eē in vnica pſona: ſꝫ mutua caritas nō potuit eſſe ad minus niſi iter duas pſonas. Ille aūt due pſone hn̄tes i ſe mutuā caritatē nō eēnt ſūme liberales: niſi cōicaſſent delicias ſue mutue caritatꝫ pfecta cōicatiōe. et p hoc oportuit tertiā pſonā eē in trinitate q̄ eēt deꝰ. aliter ei nō eēt ibi pfecta cōicatio. Et ita pꝫ ꝙ in tribus pſonis ē ſumma beatitudo z pfecta cōicatio ſumme beatitudinis. ideo nō oportuit quartā eſſe.

Obiectio queſ.

Solutio.

C

¶ Quarta pars ſecundi capituli.

Probato ꝙ tres pſone diuine ſunt tantū: videdū ē alio modo quare oportuit tm̄ tres pſonas eē in deitate. Probatuꝫ eſt ſupius ꝙ vna ſola diuina pſona eſt q̄ nō eſt ab alio: ſꝫ oīs alia pſona eſt ab illa: z omīs eēntia creata. cū aūt plures pſone pcedāt ab illa ſicut pbatū eſt: erigiꝛ de neceſſitate ꝙ aliqua pcedat immediate. ſi em̄ nulla pcederet ab ipſa immediate: nec aliqua pcederet mediate. Non poſſunt pl'es pcedere imediate: niſi tm̄ vna. qd pbaꝛ ſic indirecte. Si em̄ ab illa pl'es pcederēt immediate: ille due nō eēnt cōiuncte germanitate ſumma z ſic nō eēt ibi ſumma cōiūctio: nec ſūmus amor: nec ſūma btitudo. qd eſſe nō pōt i diuinis pſonis. ¶ Preterea ſi pl'es pſone pcederēt a deo imediate: ille due pſone prorſus eſſent ſiles. z cū vna ſit vbū: reliq̄ eēt vbū. ſꝫ cū verbū eternū ſit ſūme pfectū: eo dicunꝛ oīa pfecta. Si ergo deꝰ pr ab etero ptuliſſet vel pduxiſſet aliud vbū: nugatꝰ fuiſſet. qd eſt impoſſibile. Relinquiꝛ ergo ꝙ vna pſona ſit a deo patre tm̄ immediate. ¶ Notādū aūt ꝙ nulla pſona pōt eē a deo patre mediate tm̄. Si em̄ diceret ꝙ filiꝰ potuit gn̄are filiū q̄ eēt nepos dei pris: nō eēt inter illū filiū et prem ſumma germanitas. maior ei ꝯueniētia eſt inter prem z filiū: ꝙ̄ inter preꝫ z nepotē. qd eſſe nō pōt i diuinis pſonis. qd pꝫ ex pdictꝫ. ¶ Preterea. filiꝰ ille eēt prorſus ſilis pri ſuo: z ita eēt vbū eternū. ſed nugatio eēt eterno vbo iā gn̄ato gn̄are aliud vbū eternū. cū vno pfecto dicantur oīa. ¶ Per pdicta etiā pꝫ ꝙ ſpūſſctūs nō pcedit tm̄ a pre: ſꝫ etiā a filio. qꝛ ſi pcederet a patre ſolo nō eſſet ſumma germanitas inter filiū z ſpm̄ ſanctū. qd eē non pōt. ¶ Preterea pater carnalis ita diligit filiū ſuū ꝙ q̄cq̄d probitatis vel liberalitatis habet: totū vult ineſſe z attribui filio ſuo. ergo in īfinitū magis pr eternꝰ q̄cq̄d liberalitatꝫ habet: vult ineſſe filio ſuo. ſꝫ eiꝰ ſumma liberalitas ē ꝙ ab eo pcedit ſpūſſctūs q̄ eſt ſummꝰ amor et ſummū donū. ḡ deꝰ eternꝰ vult ꝙ a filio ſuo per eandē liberalitatē pcedat ſpūſſctūs. et ſi vult et eſt: ergo ſpūſſctūs pcedit a filio. ¶ Preterea cū pater z filius prorſus habeāt candē liberalitatē ſi ab vno pcedit ſpūſſctūs p modū liberalitatis et ab alio. Cū em̄ ſpūſſctūs pcedat ab aliqua pſona p modū liberalitatis: z eadē ſit liberalitas patris z filiꝫ: ſequiꝛ ꝙ ſi pcedit ab vnoqꝫ pcedat ab alio. ¶ Sed eodē modo poteſt probari ꝙ filius gn̄atur a ſpū ſctō: qꝛ in ſpū ſctō eſt q̄cq̄d eſt in pre ſm ꝙ gn̄at vbū. Ad qd dr ꝙ hoc eſt falſum: qꝛ pater gn̄at filiū nō ſolūmō ſm ꝙ eſt ſumme bonus. qꝛ ſm hoc ſpūſſanctus generaret eum: ſed ſm hoc quod eſt ſumme bonus non ens ab alio.

Prima rō.

B

Scda rō.

Notandum

E

Tertia rō.

Quarta rō

F

Quinta rō

Obiec. cōtra preꝺ.

Solutio.



Ayuntamiento de Madrid

Sexta rō.
G
Reſolutio doctoꝛis duplex ē ꝓceſſio in diuinitate ex qua ꝓbatur tm̄ tres eſſe perſonas.

ſm̄ hoc em̄ exigit ſociū: vt poſtea dicet̃. ¶ Pꝛeterea oīs amoꝛ ꝓcedit ab amāte: ſʒ ſpūſſanctꝰ eſt amoꝛ quo filius amat pr̄em: ğ ſpirituſſanctꝰ ꝓcedit a filio. ¶ Eſt ğ in diuinitate ꝓceſſio īmediata tm̄: ⁊ pꝛoceſſio ſimul mediata ⁊ immediata. ſʒ pꝛoceſſio mediata tm̄ nō pōt ibi eē: vt ꝓbatū eſt. Si ergo quarta ibi eēt ꝑſona de neceſſitate opoꝛteret ꝙ ipſa eſſet a tribꝰ perſonis: aliter nō eſſent inter ſe imediate oēs. qꝺ eē nō poſſet. In pluralitate em̄ diuinarū ꝑſonaꝝ ex neceſſitate opoꝛtet eſſe oꝛdinatiſſimā ⁊ pulcherrimā diſtinctionem. Si aūt ibi eſſet quarta ꝑſona: inequalis ibi ꝯueniētia eēt. qꝛ ſcꝺa ꝑſona magis ꝯueniret cū tertia ꝑſona ꝙ̄ cuʒ pꝛima. cōueniret ei tm̄ cū pꝛia in dādo ſummā bonitatē. cū tertia aūt in dādo ⁊ accipiendo. Et ita patet ꝙ nō eſſet in quattuoꝛ ꝑſonis cōueniētiſſima ⁊ oꝛdinatiſſima diſtictio. In tribꝰ aūt eſt oꝛdinatiſſima ⁊ pulcherrima diſtinctio. qꝛ filiꝰ tm̄ habet cū ſpū ſancto: ꝙ̄tū cū pr̄e. in dando eni cuʒ pr̄e cōuenit: in accipiēdo cum ſpū ſctō. Relinqtur ğ ꝙ in diuinitate nō ſunt plures ꝑſone ꝙ̄ tres. qm̄ inter plures nō pōt eſſe cōueniētiſſima ⁊ oꝛdinatiſſima diſtinctio.

H

In ꝯtrariū arguit̃. 1.

¶ Sʒ videtur ꝙ pꝛedicte ꝓbatiōes nulle ſint fiunt em̄ ꝑ adaptationē rerū naturaliū ad res diuinas. pꝛopter hoc autē errauerūt heretici. ⁊ hec via ſupiꝰ repꝛobata eſt.

Arguit̃. 2.
I

¶ Pꝛeterea ſi bene ſequit̃ hō carnalis pōt gn̄are: ğ deus pater pōt generare. eadē rōne bene ſequit̃: homo eſt albus: ergo deꝰ eſt albus. qꝺ manifeſte falſuʒ eſt.

Sulutio ad pꝛcꝺ.

¶ Et ad hoc dicēdum eſt ꝙ cum deꝰ habitet lucē inacceſſibilem: opoꝛtet humanū intellectuʒ foueri ⁊ purgari in ſpeculo creaturaꝝ: vt ꝑ eas veniat ī cognitioneʒ creatoꝛis. Hoc ei dicit beatꝰ auguſtinꝰ in pꝛincipio libꝛi de trinitate. vt ab huiuſmōi falſitatibꝰ humanus animus purgaret̃: ſctā ſcriptura paruulis cōgruens: nulliꝰ gn̄is rerū ꝟba vitauit. ex quibꝰ quaſi gradatī ad diuina atqꝫ ſublimia nr̄ intellectꝰ velut nutritꝰ aſſurgeret. Uñ in hmōi pꝛobatiōibꝰ ꝓcedimus ex eis q̄ cōueniūt tā rebꝰ naturalibꝰ: ꝙ̄ diuinis. aliqñ tñ ex pꝛopꝛijs ꝓcedimus. ſicut cū dicimus: deꝰ eſt ops: ğ poteſt hoc facere.

K

Deꝰ eſt cauſa oīm in tripli gn̄e cauſe tm̄.

heretici aūt decepti fuerūt: qꝛ ex ꝓpꝛijs rerū naturaliū ꝓceſſerūt ad res diuinas. ¶ Sciendum em̄ eſt ꝙ deus eſt cauſa efficiens omnium et foꝛmalis ⁊ finalis. foꝛmalis dico ꝑ modū exēplaris. vñ q̄ ꝯueniūt iſtis cauſis in rebꝰ naturalibus poſſunt trāſferri ad deū. ſed cuʒ nō ſit cauſa materialis: ea q̄ ꝑtinēt ad cām materialē nō poſſunt dici de eo. vñ nō dr̄ coloꝛatus: hoc em̄ eſt ex parte materie. nec obliuioſus: hoc em̄ eſt in aīa ex parte intellectꝰ materialis. ſʒ poſſe gn̄are verbū dr̄ de deo: hoc ei ꝑtinet ad cām efficiētē. Qñ ergo lex diuina ꝓcedit ex pꝛopꝛijs facit ſcientiā et cōfirmat fidē in habētibꝰ fidē. Qñ vero ꝓcedit ex cōibꝰ iuuat fidē ⁊ ꝓmouet ad intelligentiam a creaturis quaſi quadā manuductiōe ducēs ad creatoꝛē. ſicut dicit beatus dionyſius.

L

Diuiſio. 3. capituli ꝑ octo q̄ſtiones.

¶ Tertiū capl̄m de noībꝰ eſſentialibꝰ dictis de deo cōtinet octo queſtiones. In hoc tertio capitulo debemꝰ agere de noībꝰ eſſentialibꝰ de deo dictis. Sʒ q̄rit̃ pꝛimo quō deꝰ dr̄ habere nomē: cū ſit innomiabilis. Scꝺo qꝺ ſit eiꝰ ꝓpꝛiū nomē. Tertio de ſignificatione huius noīs deus. Quarto de ſuppōne ipſius. et de varijs eiꝰ ſignificationibꝰ. Quinto vtrū habeat plurale. Sexto quō intelligēda ſit hec ꝓpoſitio: deus eſt trinus et vnus. Septimo per que ꝓnoīa diuina eſſentia demōſtrari poſſit. Octaua ⁊ vltimo de noībꝰ adiectiuis dictis de deo.

M

Qʒ deus ſit inoīabilis ar̄. multipliciter.
Pꝛimo
Secundo

¶ Contra pꝛimū pꝛobat̃ ꝙ deus eſt īnominabilis. dicit em̄ btūs dionyſius in libꝛo de diuinis noībꝰ. deū eē in quo oēs fines oīm cogitationū ſuꝑarchanevite ſubſtituti ſūt: quē neqꝫ dicere neqꝫ ītelligere poſſibile eſt. ğ deꝰ eſt īdicibilis: ⁊ ita innoīabilis. ¶ Itē idē ibidē. Deꝰ oīm habitu motu: vita fantaſia: opere: opiniōe: noīe: verbo: intelligētia ſupereſſentialiter eſt remotꝰ. quare neqꝫ ſubeſt nomini neqꝫ verbo. ⁊ ſic iterū eſt noīabilis.

Tertio.

¶ Itē idē in eodē. Deꝰ oībus ꝑ ſe vniuerſaliter eſt incōpꝛehēſibilis. et neqꝫ ſenſus eiꝰ eſt: neqꝫ fantaſia: neqꝫ opinio: neqꝫ nomē: neqꝫ verbū neqꝫ motꝰ: neqꝫ tactus: neqꝫ ſciētia. quare ſequit̃ pꝛimū.

Quarto

¶ Itē idē ad idē iohēs damaſcenꝰ. Infinitus eſt deꝰ ⁊ incōpꝛehenſibilis. ⁊ hoc ſoluʒ eſt eius incōpꝛehēſibile: infinitas incōpꝛehenſibilitas. quare cū oē incōpꝛehēſibile ſit innoīale: patet iterum ꝙ eſt innoīabilis. ¶ Meliꝰ ſic. deꝰ eſt ſupꝛa oēm cogitationē: ğ innoīabilis. Añcedēs patet: qꝛ ē ſupꝛa oē ens. vt dicit dioniſiꝰ.

Quinto.
N

¶ Iteʒ idē ad idē. Nihil eoꝝ q̄ ſunt: eſt deꝰ. nō vt nō ens ſed vt ſupꝛa oīa ens. ſi ergo eoꝝ q̄ ſunt/ cogitationes ſunt: qꝺ eſt ſuꝑ ſubſtātiam erit ſuꝑ cogitationes et ecōuerſo. ſed oē qꝺ eſt ſuꝑ cogitationē eſt innoīabile: quare iterū pꝛimū.

Sexto.

¶ Itē idē ad idē. Quecūqꝫ de deo dicūtur hec nō qꝺ eſt ſignificāt ſed nichil dr̄ eſſe nomē alicuiꝰ qꝺ nō noīat qꝺ eſt res. quare deꝰ nō habet nomē. ⁊ ſic iterū pꝛimū.

Septimo
Damaſce.

¶ Item auguſtinꝰ. Deū incōpꝛehēſibilē tpe: loco: intellectu quis ambigat? quaſi dicat nullus. ¶ Hoc idē habet̃ in iohīs damaſceni. x. c. ſic circuſcriptibile eſt qꝺ loco vel tpe vel cōpꝛehenſione cōpꝛehēdit̃: incircūſcriptibile vero qꝺ nullo hoꝛū cōtinet̃: igit̃ incircūſcriptibile. Solꝰ deꝰ ē nulla cōpꝛehenſiōe cōtentꝰ: ſolus eſt incōpꝛehēſibilis ⁊ interminabilis a nullo cognitꝰ. ipe vero ſolꝰ ſuiipſiꝰ eſt cōtēplatoꝛ. quare iterū nō eſt nominabilis: ⁊ ſic iterū pꝛimū.

O

Octauo

¶ Itē aug. Deꝰ qui oēm foꝛmā interfugit intellectu peruius eē non pōt. qꝺ pʒ per rōnē intellectꝰ. eſt em̄ intellectus potētia aīe: res adminiculo foꝛme cōpꝛehēdens cū ergo noīa ſint voces ad ea q̄ ītellectu ꝯpꝛehēdunt̃ aptate: nō erit aliqꝺ nomē dei. ⁊ ſic iterum pꝛimū.

Decimo

¶ Itē cōis animi ꝯceptio eſt ꝙ finitū nō pōt infinitū cōpꝛehēdere. ſʒ intellectꝰ hūanus finitꝰ eſt: habet em̄ initiū ſicut ⁊ homo: et factus eſt in nūero: pōdere: ⁊ mēſura. ⁊ damaſcenꝰ dicit ꝙ oē intellectū eſt finitū. deꝰ autē infinitus eſt: qꝛ neqꝫ pꝛīcipiū habet neqꝫ finē. ergo non poteſt intellectꝰ humanus eū cōpꝛehēdere: quare neqꝫ noīare. ⁊ ſic iterū pꝛimū.

P

In oppm̄
Qʒ deꝰ ſit noīabilis
Arguit̃. 1.

¶ Sʒ ꝯtra ſic. Aug. in libꝛo de ſoliloquijs. ītelligibilis ē deꝰ. Intelligēda ſūt etiā ſciētiarū ſpectamina. ꝑhmū tñ differt nā tra viſibilis ē ⁊ lux: ſʒ terra niſi luce illuſtrata

videri nō poteſt. ſimiliter diſciplinaꝝ ſpectamia
nō poſſunt itelligi niſi ab aliquo: q̄ſi ſuo ſole illu=
Tria ſunt i ſole. ſtrent. Vn̄ quo mō in hoc ſole tria aīaduertimus
ſc3 ꝙ eſt: q2 fulget. ꝙ illumiat. ⁊ ſic i ſecretiſſimo
A deo tria ſūt. ſc3 ꝙ eſt: ꝙ itelligit: ⁊ ꝙ cetera facit
itelligere. Sicut ḡ lux ſiue ſol materialis ad ſen=
ſum. ſic ⁊ ſumm⁹ ſol ad itellectū. q̄re ſicut lux ꝑ ſe
ſenſu viſibilis eſt: ſic et de⁹ ꝑ ſe intelligibilis ab i
tellectu. q̄re ⁊ ꝑ ſe noīabilis. nā ſicut eſt intellige
Secundo caſſiodor⁹. re: ſic eſt ſigre. ¶ Itē caſſiodorus in libro de aīa
ſic ait. Ipſe de⁹ ops ſolus habet imortalitatē: et
B lucē habitat inacceſſibilē: q̄ ſup oīs claritates
ſanitas mētis intelligit. q̄re iterū ſana mēs deū3
intelligere pōt. quare ⁊ noiare. ⁊ ſic iterū ē noia=
Tertio damaſcē. bilis. ¶ Itē dicit damaſcen⁹. cognitio eēndi de
um naturaliter eſt inſita aīe: ḡ ꝑ ſe cognoſcit̄ de⁹
Quarto Aug. et inde vt prius. ¶ Itē dicit auguſtinus in libro
lxxxiij. q̄ſtionū ꝙ humanus intellect⁹ iudicat de
oīb⁹ excepto deo ꝑ quē iudicat de aliis. ḡ magis
intelligit ip̄m ꝙ̄ alia. ¶ Preterea multis noīb⁹
Exodi. 3. cenſet̄ de⁹: ḡ noīabilis eſt: ⁊ ita nomē h3. vn̄ Exo
Judic. 13. di. iij. Qui eſt miſit me ad vos. hoc nomē mihi ē
in eternū. ⁊ Judicū. xiij. Cur q̄ris nomē meū qđ
S eſt mirabile? ¶ Solutio. Dicim⁹ ꝙ ſibi noīabi=
Rn̄. ad primā q̄ſtionē lis eſt. ip̄e ei eſt ſuiipſi⁹ maxim⁹ cōtēplatoꝛ/mari
mus amatoꝛ/⁊ maxim⁹ delectatoꝛ. vn̄ nomē ſuū
hoſbus manifeſtat dicēs moyſi. Hec dices filiis
Quō deus eſt noiabil̄ et innoiabilis. iſrael. q̄ eſt: miſit me ad vos. Nobis vo ip̄e eſt in
noīabilis vno mō: alio mō noīabilis. Innoīabi=
lis in ſe ⁊ ex ſe. nomiabilis vero in creaturis ⁊ ex
creaturis. q2 mō nō intelligim⁹ niſi in creaturis
ſicut in ſpeculo/ꝑ creaturas. Et hoc eſt qđ dicit
beat⁹ dionyſi⁹ in ꝓlogo de diuinis noīb⁹. theolo
gi tanꝙ̄ innoīabilē deū laudēt ⁊ ex ol noīe. Et ex
hoc ſumpſit trimegiſtus dicēs deum nō eſſe vni=
T noīabilē: ſ3 omninoīabilē. Vn̄ ibidē btūs diony
Dyoniſius ſius deo noīato noībus multis creaturarū: dicit
quaſi cōcludēdo ſic. Igit oīm cauſe ⁊ enti ⁊ inno
minabile adunabūt: ⁊ oīa eoꝝ q̄ ſunt noīa. Pro=
prie ḡ loquēdo de⁹ eſt nobis innoīabilis: q2 cū il
le q̄ eſt lux vera q̄ illuminat intellectū nr̄m: nō il=
luminat advidēdū ſe in ſe: qđ eſſet ꝓprie videre.
Duo impedimēta cognoſcendi deum. Joh. i. q2 deū nemo vidit vnꝗ̄. Propter duo. pro
pter imbecillitatē viſus nr̄i q̄ ꝓpter infirmitate3
ſe habet advidēdū verū ſolē: ſicut oculus noctue
ad videndū ſolē materialē. Et ꝓpter paruitate3
intellect⁹ nr̄i q̄ nō ſufficit ad infinitā dei magni=
tudinē cōprehēdendā. ⁊ ita de⁹ in p̄ſenti nō illu=
minat intellectū nr̄m advidendū ſe in ſe: ſ3 in ſpe
Ad primā3 rōnem. culo ſuaꝝ creaturarū. ¶ Vn̄ patet ſolutio ad pri
mā obiectionē: qua ip̄e vult ꝓbare ꝙ de⁹ nobis ꝑ
C prie eſt noīabilis: q2 nō ſic penit⁹ ſe habet ſol ſpi
ritualis ad intellectū nr̄3: ſicut ſol materialis ad
oculū corpoꝛalē. q2 ſol materialē oculū illumiat
ad vidēdū ſe ⁊ in ſe ꝓprie. ſ3 ſol ſpūalis non illu=
minat oculū ſpūalē ſc3 intellectū advidēdū ſe in
Ad. 2. ſe ꝓprie. ¶ De⁹ eni mō occultat ſe nobis. ⁊ po
nit tenebras latibulū ſuū: vt fides habeat meri=
tū. ⁊ hoc ē ſanitas mētis de quā loqtur caſſiodo=
rus. Fides eſt illuminās: ꝑ quā videt̄ de⁹ in ſpe=
culo creaturarū: ⁊ noiat̄ ⁊ laudat̄ tanꝙ̄ omnino=
Ad. 3. ⁊. 4. minabilis et non vninoiabilis. ¶ Ad illud qđ di
cit damaſcenus dicim⁹ ꝙ deus ꝑ ſe cognoſcit̄: ſ3 T
nō primo. ⁊ intelligim⁹ per ſe: id eſt ſine doctore
ens eni per ſe ⁊ primo cognitū eſt a quolibet ⁊ cui
libet. dicit intellect⁹ ꝙ cū aliquid ſit ens ꝑ aliqđ
aliud eſt ens ꝑ ſe. et ita per ſe cognoſcit̄ tam ens
per aliqđ ꝙ̄ ens ꝑ ſe qđ eſt deus. ſ3 ens per aliqđ
cognoſcit̄ primo et per ſe: de⁹ vero ſcđo. ¶ Per
hoc patet ſolutio ad quarto obiectū. ¶ Sed cū Iterum af. cōtra dicta p
duplex ſit theologia ſc3 ſimbolica et miſtica: et
per ſimbolicā theologiā noīetur de⁹ ꝑ creaturas
ergo per myſticā noīabit̄ de⁹ in ſe. aliter nō eſſet
myſtica theologia ſuperioꝛ ⁊ dignioꝛ ſimbolica
ergo deus eſt a nobis noīabilis in ſe: non tn̄ per
creaturas ſed per myſticā theologiam. ¶ Solu= Solutio.
tio. Simbolica theologia noiat deū ab inferio=
ri. myſtica a ſuperiori. Dicit eni ſimbolu3 a ſim
qđ eſt con. et bolos ſiue bule qđ eſt ſententia: q̄ſi
cōſentētia. i. cōueniētia. Vn̄ ⁊ theologia ſimbo= Theologia duplex.
lica eſt q̄ noiat deū ꝑ cōueniētiā rerū. vt cū dicit̄
leo. ignis: ⁊ hmōi. Myſtica vero theologia q̄ dr̄
myſtica. i. occulta: noiat deū per id qđ in occul=
to de deo ſentit per intellectualē viſionē ſiue cō=
tēplationē: vt cū vocat deū ſuauē: delictū: ⁊ hu=
iuſmodi. Utrobiꝗ tn̄ ꝑ creaturas noiatur. ſ3 in
ſimbolica ꝑ exterioꝛes creaturas. in myſtica vo
ꝑ interioꝛes ⁊ occultas ⁊ dignioꝛes effect⁹ quos
aīa a dei ꝯtēplatiōe ſupra ſe recipit. ⁊ talia noīa
imponit aīa ꝑ donū ſapiētie: cui⁹ maxime ⁊ pro=
prie eſt cognoſcere experimēto qualis deus ſit.

¶ Secunda queſtio huius capituli.

SEcūdo q̄rit̄ de cōtrarietate q̄ videt̄ eſſe Damaſce. dionyſius.
inter btm̄ dionyſiū: et iohēm damaſce=
num. dicit eni iohēs damaſcenus ꝙ pri=
mū ⁊ principale nomē dei eſt: qui eſt. ſ3
beat⁹ dionyſius (vt ipſe ioh. teſtat̄) dicit ꝙ bonū
eſt primū nomē dei. vn̄ in libro de diuinis noīb⁹
prius agit de bono ꝙ̄ de ente. ¶ Sed videtur ꝙ Af contra p̄ed. doctores Primo
neutrū noīm ſit primū. vtrūꝗ eni ſigt deum vt ſi
nem quē oīa deſiderant: ſed oīa deſiderant eſſe ⁊
bonū. cu3 ergo deus ſit finis oīm in ſeipſo: quia
nulla creatura eſt finis vl̄ cōfinis. i. ſimul finis: ḡ
vtrūꝗ illoꝝ noīm deū ſigt in ſeipſo. q2 ſi hoc no=
mē bonū ſignificaret effectū i creatura vel aliqđ
aliud ꝙ̄ ip̄m deū: iam deus inꝗtū bonū nō eſſet A
finis ⁊ ita proꝛſus idem ſignificant illa duo noīa
bonū: ⁊ q̄ eſt ſiue ens. ergo neutrū eſt pricipali⁹
nomen dei reliquo. Qđ etiā ꝓbat̄ per hoc ꝙ non
cōtingit noiare rē niſi ſicut cōtingit itelligere: ſ3
non ꝯtingit itelligere deū niſi ꝑ creaturas. ſicut
dicit apl's Ro. i. Inuiſibilia dei ꝑ ea q̄ facta ſūt Ro. i.
⁊c. Et ioh. damaſcen⁹ dicit hoīes groſſā hāc car
nē indutos: diuinas ⁊ nō materiales deitat̄ opa
tiōes itelligere ⁊ dicere īpoſſibile eſt: niſi īmagi
nib⁹ ⁊ foꝛmis ⁊ notis q̄ ſunt ſm ꝙ nos vſi fuerim⁹
ergo omne nomē quo noīam⁹ deū: noīat ip̄m per
imaginē q̄ eſt ſm nos. ergo et hoc nomē qui eſt: B
et hoc nomē bonū nomināt deū per imaginē que
eſt ſm nos. ḡ cū nulla imago creaturaꝝ ex neceſ=
ſitate prio occurrat (q2 qualibet poſſum⁹ vti idif=
ferēter) ſequit̄ ꝙ nullū illoꝝ noīm ſit pricipali⁹ in
deo. ⁊ ita videt̄ vterꝗ mētiri: tā ioh. dama. ꝙ̄ bea
tus dionyſi⁹. ¶ Itē dicit auguſtin⁹ ꝙ hoc nomē Scđo af.



Ayuntamiento de Madrid

C

Rñſio ad q̄ſtionē.2.

q̄ eſt.nō dicit̄ trāſlatiue de deo. ergo nō per imaginē vel ſignū creature. ḡ falſum dicit damaſce. ¶ Solutio. Hoc nomē:q̄ eſt.ſʒ veritatē ⁊ ſimpliciter eſt pꝛimū nomē dei.bonū aūt pꝛimū ē quo ad nos:qꝛ ipm ſm fluxū ſue bonitatis pꝛimū habemus cognoſcere.opa em̄ bonitatis dei pꝛimo mouerunt hoiem ad inueſtigandū diuinā eſſentiā.

Concoꝛdatiua dyoniſij.4.damaſc.

Alia rñſio ad idem.

¶ Uel dici poteſt q bonū non eſt pꝛimū nomen dei:ſed pꝛincipalius et dignius quia determinatiuū eſt nature ſm quā ipſe eſt alpha ⁊ o.bonitas em̄ eius mouit eū vt faceret creaturas rōales ad hoc vt eſſent participes ſue bonitatis.vñ pſal.Cōfitemini dño:qm̄ bonus.⁊ alibi. Laudate dñm:qm̄ bon⁹.

D

Uñ btūs dyoniſi⁹ incipit non a ꝓpꝛio noīe:ſʒ a pꝛincipaliozi ⁊ a digniozi.ſicut yſa.icipit a dono ſapiētie.yſa.ix.⁊ dñs a digniori petitione.Math.vi.Bonū ei dictū de deo relinquit ens ⁊ ſupabūdat.qꝛ pꝛeter eſſentiā diuinā cōnotat effectū in creatura ſcʒ quietē ſiue delectationē ſeu fruitionē qua creatura rōalis fruitur deo qui eſt finis quo quieſcit̄ in deo.de⁹ autē eſt finis in quo quieſcit̄. ⁊ ſic hec dictio cōnotat duplicē finem cū dico Cōfitemini dño qm̄ bon⁹: hoc aūt nomē qui ē:ſignificat deū vt pꝛimū ens i.ens nō ab alio.cū aūt ens ſit pꝛimū intelligibile ⁊ p ſe offerēs ſe intellectui ſm q noīat oīa:addita hac pꝛiuatiōe nō ab aliquo efficit̄ ꝓpꝛiū nomē dei ſcʒ ens.nō ab alio:ſiue vere ens.qđ aūt p

E

pꝛiuationē efficit̄ pꝛius nomē dei: nō opoꝛtet q ipm ſignificet p imaginē creature.illa em̄ auctoritas damaſ.ꝓpꝛie intelligit̄ de noībus dei poſitiuis.

Alr̃ pt dici

¶ Uel pōt dici q q̄uis hoc nomē:q̄ eſt.nō dicat̄ trāſlatiue de deo: nō tñ itelligim⁹ deū per ipſum ſine imagine:vel ſigno:vel nota creature. Idē ei dicit q̄ eſt.⁊ ens p ſe. hic aūt intelligitur negatio ſcʒ ens nō per aliud. vñ nō intelligit̄ ibi de⁹ ſine nota vel diſtinctiōe aliqua: quia ipa pꝛiuatio eſt quaſi quedā nota ſiue diſtinctio.

Qz ly de⁹ ſignificat diuinā eēntiā

¶ Tertia queſtio huius capituli.

Tertio q̄rit̄ de ſignificatione hui⁹ noīs de⁹ ¶ Et ꝓbat̄ q ſignificat diuinā eēntiā vel naturā: qꝛ tres pſone ſunt deus q̄bus nichil eſt cōe niſi natura diuina.

F

¶ Itē ſicut humanitas eſt natura hoīs:ſic diuinitas eſt natura dei. cōſtat aūt q hoc nomē de⁹ ſigt diuinitatē: ergo ſigt naturā diuinā.

In oppm̄. q de⁹ ē nomē opationis.

¶ Contra dicit damaſcen⁹ q deus eſt nomē opationis. dr̄ em̄ a thetym grece qđ ē creare vel currere vel fouere.currit em̄ p oēs effect⁹ fouēdo eos. vnde attingit a fine vſq; ad finē foꝛtiter.vel dr̄ a theym qđ eſt ardere:qꝛ de⁹ noſter ignis cōſumēs eſt.vl' dicit̄ a theaſte qđ eſt ↄtēplari:qꝛ ipſe videt oīa.

G

¶ Itē hoc nomē de⁹ ſigt deum: aut ſub pꝛopꝛia imagine/aut ſub imagine creature.Si ſub ꝓpꝛia ergo intelligim⁹ deum ſub ꝓpꝛia imagine.⁊ hoc impoſſibile eſt.Si ſub imagine creature.nō eſt ratio quare potius ſub vna imagine q̄ ſub alia. qꝛ per oēs creaturas cognoſcit̄ de⁹:ḡ ſignificat deum ſub multis imaginibus. ergo equiuoce.et ita eſt equiuocuʒ.Sic em̄ eſt in nominibus creaturarum q ea que diuerſas imagines/ vel diuerſos intellectus ſignificant:equiuoca ſunt.

Rñſio ad.3 q̄ſtionē huius capl'i.

¶ Solutio.dicim⁹ q hoc nomē de⁹.eſt nomē diuīe nature:⁊ eſt nomē operatiōis.ſʒ aliter ⁊ aliter. Nature nomē eſt pꝛopꝛie ⁊ pꝛincipaliter.opationis vero tanq̄ adminiculi ad intelligēdū deū. ſicut

H

ꝓnomē demōſtratiuū dicit̄ ſignificare pꝛopꝛie ⁊ pꝛincipaliter ſubſtātiā.tamē accidētia q̄ poſſunt oculis cōſpici dr̄ ſignificare.nō ꝓpꝛie:ſʒ vt adminicula ad cogſcendū ſubſtātiā. Et ſi hoc mō ſub diuerſis imaginib⁹ creaturarū ſignificet deū:tñ nō ſequit̄ q ſit equiuocū.ꝓpter tres cauſas.

Pꝛima cā.

Pꝛima eſt qꝛ deus nō habet vnā ſolā imaginē:ſʒ mltas.qꝛ nō eſt ſicut vna natura determinata.ſicut dicit ariſtoteles de intellectu hūano q nō ē vna natura determinata:ſed capax eſt cuiuſlʒ.

Scda cā.

Scda cauſa eſt.qꝛ q̄uis ibi ſint diuerſe imagines rerū tñ oēs ibi ſunt ſm eādē ſītudinē. ſcʒ ſm ſītudinē effect⁹ ad cām.

I

Tertia cā.

Tertia cauſa eſt.qꝛ vnicū eſt ꝓpꝛiū ⁊ pꝛīcipale ſigtū hui⁹ noīs deus:⁊ ille imagines nō ſunt ibi niſi vt adminicula: vnde nō faciunt ipm equocū.ſicut hoc ꝓnomē iſte nō fit equocū demōſtrādo ſoꝛtē hodie: ⁊ demōſtrādo ſoꝛtem cras.q̄uis ſub diuerſis accidentibus conſpiciatur hodie ſoꝛtes:⁊ cras.

¶ Quarta queſtio huius capituli.

Diuiſio nominū eſſentialiū in diuinis.

Quarto dicendū de ſuppoſitiōe hui⁹ nominis de⁹. Sʒ pꝛenotandū eſt q noīm dictozū de deo eſſentialiū q̄dā ſunt ſubſtantiua:vt de⁹.creatoꝛ. ⁊ q̄dā adiectiua:vt ſublimis. eternus.et ſi'ia. Pꝛimo dicēdū eſt de noībus ſubſtātiuis.

K

Taliū q̄dā ſunt quaſi cōcretiua:vt de⁹ creatoꝛ.q̄dā abſtractiua:q̄dam media inter hec.Quaſi cōcretiua ſunt q̄ ad ſītudinē noīm naturaliū cōcretiuozū ſignt deitatem quaſi foꝛmā i ſuppoſito:vt hoc nomē de⁹.Abſtractiua aūt ſunt q̄ ſolā deitatē ſignt:nō vt in ſubiecto:vt deitas.potētia.eſſentia:⁊ ſimilia.Media aūt ſunt q̄ qñq; ſic accipiunt̄:vt lumē. ſapientia. Eſt ergo gñaliter verū q nomē abſtractiuū nullo modo pōt trahi p aliquā violentiā ad ſupponendū p pſona.vnde oēs tales ſunt falſe:deitas generat deitatē.potētia generat potentiā. natura generat naturā.eēntia generat eēntiā.

L

Sʒ omia q̄ſi cōcretiua licet eēntialia ſint:trahi poſſunt ad ſupponendū p pſona.Uñ tales ſūt vere:de⁹ gñat deū.creatoꝛ generat creatoꝛē.qꝛ talia noīa p verba notionalia vel ꝓpōnes nationales trahūtur ad ſupponendū p pſonis.vt deus generat deum de⁹ de deo.Sīliter eſt in noīb⁹ q̄ media ſūt inter quaſi cōcretiua ⁊ abſtractiua. Uñ dr̄ lumē de lumine ſapiētia de ſapiētia.tñ hoc nomē ſapientia naturaliter eſt abſtractiuū:ſʒ ex vſu frequēter ſumit̄ q̄ſi moꝛe cōcretiuoꝝ.Ideo aūt noīa q̄ſi ↄcretiua poti⁹ pñt trahi ad ſupponēdum p pſona: q̄ noīa abſtractiua.qꝛ pſona:res eſt diſtincta ſua ꝓpꝛietate.⁊ ideo ſignificari hʒ per ſubiectū:nō vt foꝛma. et ideo poti⁹ hʒ ſupponi p nomē quaſi cōcretiuū:q̄ p abſtractiuū.

M

Obiectio cōtra pꝛedictum.

¶ Obicit̄ aūt ſic. de⁹ generat deū:ḡ generat ſeipm deū: vel aliū deū. Si dicat q generat ſe deū:ḡ de⁹ generat ſe. ⁊ ita aliq̄ pſona generat ſe. qđ manifeſte falſū eſt. Si dicat q de⁹ generat aliū deū:ergo vnus deus eſt et ali⁹ de⁹ eſt:ḡ plures dij ſunt.

Solutio.

¶ Solutio.pꝛia

Ayuntamiento de Madrid

argumētatio non valet.de⁹ gn̄at deū: ḡ generat ſe deū vel aliū deū.quia propter hoc ꝙ res ſuppoſite per noīatiuū ⁊ accuſatiuū prime ꝓpoſitionis ⁊ in pte ſūt idē/⁊ in parte diuerſa ſiue diſtincta:cōcludit vniuerſalē idētitatē vel vniuerſalē diſtinctionē.q꞉ cū dico:de⁹ generat deū.hec dictio deū ſupponit ꝓ alia pſona ꝙ̄ hec dictio de⁹ ⁊ ideo nō poteſt ibi vere poni relatiuū reciprocum ⁊ idētitatis:ꝑpter aliā pſonā ſuppoſitam. Quia vero ſupponit illā pſonā ſub eadē deitate ſiue ſub eadē natura quā habet pſona prius ſuppoſita:ideo nō pōt ibi vere poni relatiuū diuerſitatis qđ notat diſtinctionē.nulla aūt diſtictio eſt in diuina natura. ⁊ ideo hec ē falſa:de⁹ gn̄at aliū deū.ſm hoc ꝙ hec dictio aliū tenet adiectiue.

Regula generalis.

¶ Eſt em̄ regula theologica ꝙ nō hʒ locū diſtictio:vbi nō eſt ex diuerſis cauſis vnio.qm̄ em̄ oēs hoīes vniuntur in hac ſpecie hō ex diuerſis cauſis:ſcʒ ꝑ ſuas diuerſas hūanitates: ideo locū hʒ diſtinctio in hac ſpecie hō.⁊ vere pōt dici vnus homo ⁊ alius hō.Sʒ q꞉ tres pſone vniunt in hoc ꝙ dico de⁹ ex vna ſola cauſa:ſcʒ ex vna deitate ſola:ideo nō hʒ hic locū diſtinctio:vt dicat vn⁹ de⁹ ⁊ ali⁹ de⁹.eſt ergo alietas ſiue diſtictio nature extranea in hac materia.

Correlariū

¶ Et ideo patʒ ꝙ ē hic fallacia ſm accidens.de⁹ gn̄at deū:ergo ſe deū vel aliū deū.nō em̄ hʒ hic locū diſtinctio ſicut in naturalib⁹:ſed extranea eſt in hac materia diſtictio.tn̄ in hac ꝓpoſitione deus generat deū vel aliū deū.ſi hec dictio aliū teneat ſubſtātiue: ⁊ hec dictio deū ꝑ appoſitionē innitat: ei vera ē illa ꝓpoſitio.

Duplex opinio de ly deus ꝓ q̄ ſupponit.

¶ Sūt aūt due opiniones de hoc noīe de⁹. Dicūt em̄ quidā ꝙ hoc nomen de⁹ cū ſit eſſentiale.nō ſupponat ꝑ ſe niſi ꝓ eſſentia:niſi trahat ꝑ violētiā ad ſupponendū ꝓ pſona ꝑ verbū notionale: vel ꝑ ꝓpōnē notionalē.

Pria oppinio ꝙ ly de⁹ ē nomē eſſētiale.

vnde dicūt ꝙ hoc nomē de⁹ ſupponit tm̄ ꝓ eſſentia cū dico de⁹ ē.⁊ nullomō ſupponit hic ꝓ pſona.

Argu. ꝯtra ꝑdic. opini.

¶ Cōtra hāc opinionē multipliciter obicit. primo ſic.Hoc nomē hō ſupponit naturalr ꝓ oī eo cui ineſt hūanitas. Silr hoc nomē aſin⁹ ſupponit ꝓ oī eo cui ineſt aſinitas.⁊ hoc nomē albū ſilr.⁊ ſic de ſilibus.ergo hoc nomē de⁹ ſupponit naturalit ꝓ oī eo cui ineſt deitas ergo ſupponit ꝓ pr̄e:filio:⁊ ſpū ſctō.ſed cōſtat ꝙ hʒ ſuā naturalē ſuppoſitionē cū dico:de⁹ eſt.ergo ſupponit hic pro patre:filio ⁊ ſpū ſctō.et ita ſupponit ꝓ tribus perſonis.⁊ ita ſupponit hic pro pſona.

Argu. ſcdo

¶ Itē hoc nomē de⁹ impoſitū ē a deitate. Queritur ergo cū ſit ipoſitū:aut impoſitū ē ſoli eēntie:aut ſoli pſone:aut eēntie ⁊ etiā pſone.Si ſoli eēntie:ḡ idē eſt deus p̄ciſe ꝙ eēntia diuīa. ſed hec eſt falſa:eēntia diuina gn̄at eſſentiam: ergo hec eſt falſa de⁹ gn̄at deum. Si em̄ ille termin⁹ deus preciſe equiualet huic termino eēntia diuina:et ille termin⁹ eēntia diuina nō pōt trahi ad ſupponēdū ꝓ perſona: ſequit ꝙ hoc nomē deus nō poſſit trahi ad ſupponēdū ꝓ pſona.Si ꝟo dicatur ꝙ hoc nomē de⁹ impoſitū eſt ſoli pſone/vel pſone ⁊ eēntie:ex hoc ſequit ꝙ hoc nomē de⁹ ex impoſitione ſua ſupponat ꝓ pſona:ergo naturaliter ſuppōit ꝓ pſona.ſi naturalē ſuā ſuppoſitionem habet cū dico:de⁹ eſt.ergo ſupponit ꝓ perſona hic.

Arg. tertio

¶ Itē forma vel natura nō agit ꝓprie loquēdo:ſʒ habēs formā Creature aūt ſūt ſigna vel imagines vel note auctoris. ergo ꝓprie non ſūt ſigna deitatis:ſed poti⁹ habentis deitatē. ḡ cū proprie ſint ſigna dei:hoc nomē de⁹ magis ꝓprie habet ſupponere pro habēte deitatē ꝙ̄ pro deitate.ergo magis proprie ſupponit pro pſona ꝙ̄ pro diuina eēntia.

Hylarius.

Et hoc videt velle hylari⁹ qui dicit ꝙ in creaturis apparet effect⁹ pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſcti:⁊ in illo effectu videtur pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſctūs ⁊ ita creatura ſignū eſt patris ⁊ filij ⁊ ſpūſancti.

Sʒ de⁹ ē nomen pſōale

Cū ergo hoc nomē de⁹ ſit nomē operationis: ſignū eſt patris ⁊ filij ⁊ ſpūſācti: ⁊ ita ſupponit patrē ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ ſanctū.Dicūt etiam iſti qui ſuſtinent p̄dictā opinionē: ꝙ cū dico de⁹ generat:hoc nomē de⁹ nō ſupponit niſi pro pr̄e. dicūt em̄ ꝙ nō ſupponit pro eēntia ne cogantur concedere ꝓ eēntia:hāc de⁹ nō generat.

Cōtra opinionē p̄dic.

¶ Sed ab eis querit que cauſa aufert huic termino de⁹ ſuppoſitionē pro eēntia cū dico de⁹ generat ſcʒ aut cōgruitas aut veritas locutiōis: nō poſſunt dicere ꝙ cōgruitas hoc exigat. q꞉ hec eſt ꝯgrua eſſentia generat:ſi dicat ꝙ ꝟitas locutiōis hoc exigat.cū dico ergo hō currit:iſte termin⁹ homo ſupponit tantūmodo ꝓ currentib⁹ ergo hec ē ꝟa oīs hō currit quibuſdā currētib⁹ q̄buſdā nō. pʒ ergo ꝙ p̄dicta opinio nulla ſit.

Alia opio cui ꝯcordat auctor.

¶ Alioꝝ ē opinio cui cōſentim⁹:ꝙ hoc nomē deus hʒ ſuppoſitionē naturaliter tā pro eēntia ꝙ̄ pro pſona.qm̄ impoſitū eſt a deitate: ⁊ impoſitū eſt habenti diuinitatē:ſicut hoc nomē hō impoſitū eſt ab humanitate ⁊ impoſitū eſt habenti hūanitatē. habens aūt deitatē intelligit pſona diuina:ſimilit eſſentia diuina.ſicut em̄ in naturalib⁹ forma eſt principiū agēdi illius cui⁹ eſt.ita deitas eſt principiū agēdi in patre ⁊ filio ⁊ ſpūſctō. quicq̄d eni agit pater vel fili⁹ vel ſpūſctūs deitate ſua tanꝙ̄ forma ſiue natura agit:diuina etiā eēntia ſeipſa agit.vnde quaſi forma ſiue natura ſuiſpſius ē. et ideo a ſeipſa denoīatur cū dr̄ eēntia diuina eſt.

¶ Dicim⁹ ergo ꝙ hoc nomen de⁹ ſupponit tam pro eſſentia ꝙ̄ ꝓ pſona cū dicit deus eſt.

Cōtra p̄dicta obiectō

¶ Sed cōtra hoc obicit ſcđm em̄ hoc ꝓbat ꝙ hec ē ꝟa: de⁹ nō eſt pat. quia hoc nomē de⁹ pōt ibi ꝟe teneri pro filio.ſicut hec eſt vera hō non eſt ſortes quia plato nō ē ſortes.Ex hoc etiā ſequit ꝙ hec nō ē vera:de⁹ nō eſt trinitas:q꞉ pater nō ē trinitas vel filius:qđ videt incōueniēs.

Solutio.

¶ Solutio. dicim⁹ ꝙ hec eſt falſa de⁹ nō eſt pater. ⁊ hec ſilr de⁹ nō eſt trinitas q꞉ licet hoc nomē de⁹ ſupponat pro qualibet triū pſonaꝝ:tamē q꞉ ſupponit pro eis indiſtincte ſcʒ ſub vnica ſingulari deitate.iſta negatiua particularis que ſequit remouet pro quolibet ſuppoſito.tanꝙ̄ ſi preponeret. vnde ille due ſūt equipollentes.de⁹ nō eſt pater nō deus eſt pater.hoc aūt argumentū nō valet. de⁹ eſt ⁊ ille nō ē trinitas, ergo de⁹ nō eſt trinitas.in prima eni fit abnegatio tantū ꝓ vna pſona propter naturā pronoīs cui⁹ propriū eſt pro proprio noīe poni ⁊ certas ſignificare pſonas. ⁊ ita pro vnica certa pſona tenet cū dico.de⁹ eſt ⁊

Ayuntamiento de Madrid

ille nō ē trinitas. vnde ſic fit abnegatio ꝓ vnica perſona. in cōcluſione aūt fit abnegatio pro qua libet perſona/ et etiā pro diuina eēntia. vnde eſt ibi fallatia equocationis.

*Y — Ly de⁹ tripliciter accipitur.*

¶ Notādū aūt ꝙ hoc nomē de⁹ tripliciter accipit. naturaliter. adoptiue. nūcupatiue. naturaliter ſcd̄m ꝙ cōuenit ſoli deo qui ſolus naturaliter eſt de⁹. adoptiue autē cōuenit ſāctis qui participes ſūt ſumme bonitatis dei: de qbus dicit ego dixi dij eſtis. nūcupatiue autē dicit de⁹ idolū a gentilib⁹. ſolo eni nomine dicit idolū de⁹ qr res noīs. i. deitas nō cōuenit ei.

*Z — Quo incidēs: Vtrū eodmō: Vtrū in eadē ſignificatione eēntiali accipiat ly deus ſicut xpian⁹ arg. multipliciter. Primo. A*

¶ Sʒ querit vtrū in eadē ſignificatiōe accipiat gentilis hoc nomē de⁹ in qua xpianus. videt ꝙ ita. qr ille gentilis credit idolū eſſe deū. Quod multipliciter ꝓbat. Qr credit idolū eſſe rē oīpotentē. vnde legit in legendis ſctōꝝ ꝙ gētiles vocabāt deos ſuos oīpotētes imortales ⁊ filij iſrael de vitulo cōflatili dicebant hij ſunt dij tui iſrael q̄ eduxerūt te de terra egypti. Exodi. 32. qm̄ crediderūt ꝙ vitul⁹ ille feciſſet oīa mirabilia q̄ viderūt in mari rubro. Et ita crediderūt vitulū illū eſſe oīpotētē: eodēmō gētilis credit ydolū eſſe oīpotētē. Sed idē eſt prorſus res oīpotēs ꝙ deus. ergo gētilis credit ydolū eſſe deū.

*Secundo.*

¶ Itē gētilis credit idolū rē eſſe oīpotētē ergo credit oīpotētiā ineſſe ydolo ⁊ idē eſt prorſus oīpotentia ꝙ diuinitas. ergo gētilis credit in idolo eſſe deitatē. ergo credit idolum habere deitatē. ergo credit idolū eſſe deū.

*Tertio.*

¶ Itē cū dr̄ idolū eſt de⁹. hoc nomē de⁹ aut ſignificat verū deū aut idolū ſcd̄m gentilē. ſi dicat ꝙ ſignificat idolū. ergo idē ē idolū ē de⁹. ꝙ idolū ē idolū. ſed in hoc nō errat gētilis ꝙ dicit idolū eſt idolū. ergo ⁊ in hoc nō errat idolū eſt de⁹. ergo non errat in hoc ꝙ dicit idolū eſt deus. qḋ falſum eſt. Si dicat ꝙ in hac propoſitione idolū eſt de⁹. hoc nomen idolū ſignificat verū deum ſecundum paganos: habeo propoſitū: quia ſecundum hoc. hoc nomen deus habet vnā ſignificationē ſecundū paganos et ſcd̄m chriſtianos: et ex hoc ſequit ꝙ hoc nomē deus nō habet niſi duas ſignificationes.

*Quarto.*

¶ Preterea ſi hoc nomen deus ſumit a pagano pro vero deo. ergo paganus in hac propoſitione aſſerit idolū eſſe deum ⁊ ſecūdum cōſciētiam. ergo credit idolū eſſe deū.

*In oppoſitum.*

¶ Sed cōtra. gentilis quādo cogitat de dijs ſuis: cogitat de demonibus vel idolis: quoniā oēs dij gentiū demonia. ergo quādo cogitat de deo ſuo: nō cogitat de deo. ⁊ ſi nō cogitat de deo: nihil credit de deo: ⁊ ſi nichil credit de deo. non credit deū eſſe idolū: et ſi nō credit deū eſſe idolum: non credit idolū eſſe deū. Cū ergo gētilis nūq̄ cogitet de deo vero qr neſcit cogitare niſi de deo ſuo: ſequitur ꝙ gentilis non credit idolū eſſe deum. quod tamē prius probatū eſt.

*B*

*Solutio ad predict. Duo genera gentiliū.*

¶ Solutio. duo fuerūt genera gētiliū: quidā qui ꝑ creaturas cognouerūt deū: ſed quia non ſicut deū glorificauerunt: nec grās egerūt obſcuratū eſt inſipiens cor eoꝝ vt dicit apoſtol⁹. ⁊ ſtulti facti ſūt: ita vt ſeruirēt potius creature q̄ creatori. De iſtis verū eſt qm̄ ipſi crediderūt de idolo ipſum eſſe deū qui bene poterāt cogitare de vero deo quē prius cognouerant: ſicut multi ſuſpicati ſunt mel/ fel eſſe. vt dicit ariſtoteles. ⁊ ſicut dicit aliqs de ſorte ꝙ ſit plato.

*C*

Fuerunt autē alij gētiles qui nūq̄ cognouerunt deum: ſed idola ſua credebant eſſe oīpotentia: ⁊ poſſe iuuare in omni articulo. talis gentilis nō credit idolum eſſe deū: qr nichil cogitat de deo. Scd̄m hoc ergo dicendū ꝙ hec argumētatio nō valet. ille gētilis credit idolū eſſe rem omnipotentē: ergo credit idolum eſſe deū: licet eni naturaliter idē ſit res oīpotens ꝙ de⁹. tamē hec vox res omnipotēs poteſt trahi ad ſupponēdum pro aliquo ad quod ſupponendū nō poteſt trahi hec dictio deus. ſicut etiā vox iſta animal rationale poteſt trahi ad ſupponēdū pro aliquo ad quod nō pōt trahi hec dictio homo. vt ſi aliquis cogitet rōnabilitatē in brunello conſtat ꝙ ipſe cogitat de aſino rōnali. ſicut aliqs cogitat de montibus aureis quos deſiderat.

*D*

Si autē cogitat de aſino rationali: cogitat de animali rōnali. nō tamen cogitat de homine. Sicut ergo hec argumentatio nō valet. iſte cogitat de animali rationali ergo cogitat de hoīe. ita nō valet hec argumentatio. gentilis credit ydolū eſſe rē omnipotentē ergo credit ydolū eſſe deum. ⁊ eſt ibi fallacia cōſequētis a ſuperiori ad inferius. ſicut eni hec vox animal rationale cū verbo cogitādi ſuperior eſt ad hanc dictionem homo. ita hec vox res omps cū verbo credendi ſuperior eſt ad hunc terminū deus. eo modo dicimus ꝙ hec argumētatio nō valet. gētilis credit ydolū habere deitatē. ergo credit ydolū eſſe deū. ⁊ ſicut in ꝑdicto caſu nō valet argumētatio. iſte credit brunellū habere rōnalē aīam ergo credit brunellū eē hominē. eē eni rōnale cū quibuſdā verbis ſuperius eſt ad eſſe hoīem vnde nō eſt mirū ſi in credulitate ydolatrie largius ſumitur oīpotens q̄ deus.

*E*

*Ad vltimum.*

¶ Ad vltimum dicim⁹ ꝙ q̄uis in hac propoſitione ydolū eſt deus: hoc nomē de⁹ ſupponat ꝓ ydolo q̄tum ad ydolatrā. tn̄ errat ꝯcedēdo illā. qm̄ ponit omnipotentiā in illo ydolo in quo non eſt ponenda.

¶ Quinta queſtio huius tertij capituli.

*Vtrū ly deus poſſit hēre plurale arguit multipliciter.*

Quinto queritur vtrū hoc nomē deus in prima ſignificatione poſſit habere plurale qḋ probatur rōnib⁹ et auctoritatib⁹.

*F — Primo.*

¶ Rationib⁹ ſic. hoc nomē deus ſignificat deum ſcd̄m ꝙ eſt principiū creaturaꝝ. Non eni pōt de⁹ intelligi ſcd̄m ſe in hac vita ergo cū intelligit de⁹ intelligitur per ſpeculū creaturaꝝ ergo iſti duo termini. de⁹ ⁊ principiū creaturarū idē prorſus ſignificat. ſʒ hec vox pricipium creaturaꝝ habet plurale: qa ꝯe dicit ꝙ manichei credūt plura pricipia rerū eſſe. ergo ⁊ hoc nomē de⁹ habet plurale.

*Secundo.*

¶ Itē idē eſt deus ꝙ eſſentia diuina vel ꝑſona diuina. ſed conſtat ꝙ iſte terminus eſſentia habet plurale quia vere poteſt dici nō ſunt plures eēntie diuine. ſimiliter iſte terminus ꝑſona diuina habet plurale ergo iſte terminus de⁹.

*G — Tertio.*

¶ Preterea forma hui⁹ termini deus ſignificari poteſt in plurali: ergo ⁊ ſuppoſitum hui⁹ termini de⁹ pōt ſignificari pluraliter ſcʒ eēntia diuina ē ꝑſona. ergo

Ayuntamiento de Madrid

cum foꝛma huius termini deꝰ ſcꝫ eſſentia poſſit ſignificari pluraliter nihil impedit quin hec dictio deus poſſit hebere plurale. ¶ Itē in ſimbolo anaſtaſij dicit nō plures dij ſed vnus eſt deꝰ.

*Athanaſiꝰ*

⁊ vbi nos habemꝰ deus in pꝛincipio geneſis hebꝛei habent cleoin vel eloin qđ eſt plurale et interpꝛetatur dij vel iudices. ¶ Itē epl̄a ad gala.

*Galath.*

*H*

vbi apſtus dicit ſeruiebatis hijs qui nō ſunt dij. dicit glo. qui ſunt dij nō natura: ſed hoīꝫ opinione ergo hoc nomē deꝰ habet plurale. ¶ Contra deus eſt pꝛopꝛiū nomē ergo non habet plurale.

*In oppoſitum.*

¶ Solutio. dicimꝰ ꝙ hoc nomē deꝰ nō pōt habere plurale. dicimꝰ enī ꝙ hoc nomē deus cū ſit abſolutiſſimū īpoꝛtat oīa ſua indiuiduantia vel oīa que ſunt ipe ſingulariter vt oīpotentiā ſummam bonitatē. ⁊c̄. que nō permittunt ipm̄ habere plurale nec ē verū ꝙ hoc nomē deus ⁊ iſte terminus pꝛimum pꝛīcipium creaturaꝝ equipolleant q̄tū ad ſignificationē licet equipolleāt q̄tū ad ſuppoſitionē.

*Reſponſio ad q̄ſtionē.*

¶ Sunt autē duo genera eoꝛū que non pꝛedicant̄ de pluribus ſed de vno ſolo. vnum eſt cuiꝰ ymaginatio nō pꝛohibet ipm̄ p̄dicari de pluribꝰ. ſicut ſol luna fenix. Aliud ē cuiꝰ ymaginatio ipſum pꝛohibet p̄dicari de pluribꝰ vt ſocrates. talis ē differentia inter hoc nomen deus ⁊ hunc terminū pꝛimum pꝛīcipiū creaturarum. qꝛ hoc nomen deus ſm rē nō pꝛedicatur de pluribus ⁊ eius ymaginatio pꝛohibet ipm̄ p̄dicari de pluribus: ſed iſte terminus pꝛimū pꝛincipium creaturaꝝ ſcđm rē nō pꝛedicatur de pluribus ſꝫ eiꝰ ymaginatio nō pꝛohibet ipm̄ p̄dicari de pluribꝰ.

*Duo genera eoꝝ q̄ nō p̄dicant̄ de pluribus.*

*I*

*Pꝛimo ⁊.2.*

¶ Ad. ſcđo obiectum poteſt patere ſolutio ex p̄dictis. qꝛ q̄nq; duo termini equipollent et tamē vnus pōt trahi ad ſupponēdum pꝛo aliquo. alius autē nō poteſt trahi ad ſupponendum pꝛo illo. ſicut eſt in diffinitione et diffinito.

*Ad pꝛimā ⁊ ſecundam.*

¶ Ad tertio obiectū dicimꝰ ꝙ re vera foꝛma huius termini deꝰ poteſt pluraliter ſignificari. vno modo ſcꝫ reſpectu pluriū ſuppoſitoꝝ. ſicut ſignificatur per hoc nomē diuine. cum dicitur perſone diuine. ſed nō poteſt ſignificari pluraliter ita vt in ſe recipiat pluralitatē vel diſtinctionē. ad hoc autē ꝙ hoc nomē deus haberet plurale exigeret̄ ꝙ diuinitas in ſe reciperet diſtinctionē. et ꝙ plures eſſent foꝛme quaꝝ quelibet vel vtraq; eſſet deitas. Ad aliud dicimꝰ ꝙ hec vox dij: eſt vox nō ſignificatiua ſicut hec vox adiacens: auctoꝛes autē q̄nq; melius expꝛimunt veritatē fidei per vocē nō ſignificatiuā q̄ per vocē ſignificatiuā. eſt ergo ſenſus non ſunt plures dij. i. non ſunt plures qui habent plures naturas quaꝝ q̄libet ſit deitas. Eodēmodo cū dicit̄ ſeruiebatis his qui nō ſunt dij natura ſed hoīm opinione id eſt qui nō habent naturaliter deitatē. de hoc nomine eloyn. dicimꝰ qꝛ reuera plurale ē i hebreo. ſed eſt q̄d cōplexū ſignificatione ⁊ poteſt ſupponere pꝛo vna pſona vel pꝛo pluribus pſonis. vñ q̄n ita exponit̄ eloyn. i. dij vł iudices exponit̄ p vocē nō ſignificatiuā. i. diuine pſone que habet iudicare mundū. ⁊ ſic dicendū eſt ꝙ hoc nomen deus nō habet plurale.

*Ad tertiū.*

*K*

*L*

¶ Quod intelligendū ē ſcđm pꝛimā ſignificationē ſcꝫ ſcđm ꝙ deꝰ dicit̄ natura in ſcđa enī ſignificatiōe ſm ꝙ deus dicit̄ adoptiue bene habet plurale. vnde deꝰ deoꝝ dominus locutus ē: ⁊ ego dixi dij eſtis. ¶ Similiter in tertia ſignificatiōe ſecūdū ꝙ deꝰ dicit̄ nūcupatiue hꝫ plurale. ſcđm hoc enī ſupponit pꝛo diuerſis rebꝰ: vt cum dicit̄ dij gentiū demonia ſed nota ꝙ cū hec ſit tertia ſignificatio huiꝰ nominis deꝰ: nō habet cauſam hoc nomē deus niſi cū adiuncto vñ hec argumētatio non valet: iſte gentilis cogitat de deo ſuo. ergo cogitat de deo et ibi eſt fallacia equocatiōis.

*M*

¶ Per pꝛedicta patet ſolutio ad quādā obiectionē que ſolet fieri: cū hoc nomē deꝰ ſit pure eſſentiale ⁊ tamē poteſt trahi ad ſupponēdū pꝛo perſona. quare ſimr hoc nomē eēntia cū ſit pure eſſentiale nō poteſt trahi ad ſupponēdum pꝛo perſona. dicit enī auguſtiꝰ ſepe ꝙ eſſentia eſt de eēntia. ſicut ſapientia de ſapientia. lumē de lumine.

*Obiectionis ſolutio.*

¶ Solutio ptꝫ ex iā dictis. qꝛ hoc nomē eſſentia impoſitū eſt ſoli eſſentie ſiue nature. hoc autē nomē deꝰ impoſitum eſt habenti deitatē ⁊ ideo habet ſupponere pꝛo qualibet pſona q̄ habet deitatē. ſed cuꝫ hoc nomē eſſentia impoſitum ſit nature ſiue eſſentie nullomodo poteſt ſupponere niſi pꝛo eſſentia.

*Solutio.*

*N*

¶ Ioachim tamē dixit ꝙ hoc nomē eſſentia bene poteſt ſupponere pꝛo pſona. vnde dixit ꝙ hec eſt vera eſſentia generat eſſentiā. ⁊ auſus eſt dicere ꝙ magiſter petrus et ſequaces eius erāt heretici. et oppoſuit cōtra magiſtrū petrū qui ita pꝛobat ꝙ eſſentia nō generat eſſentiā cum vnica ſit eſſentia ſi eſſentia generauit eſſentiā eſſentia genuit ſeipſam. qđ eſt impoſſibile. relinquitur ḡ ꝙ eſſentia nō genuit eſſentiā.

*Erroꝛ ioachim cōtra mḡrm q̄ dānatus eſt in conſilio.*

¶ Sed obicit ioachim cōtra hāc pꝛobationē qꝛ eodēmodo potuiſſi petre dicere. vnicꝰ ē deus ergo ſi deꝰ genuit deum deus genuit ſeipſuꝫ. ſed hoc eſt impoſſibile ergo nō deus genuit deū. ſicut ergo licet vnicus ſit deus tamē ſe deꝰ genuit deū. nec inde ſequitur ꝙ deꝰ genuit ſe eodē modo licet vnica ſit eſſentia nihil impedit quin eēntia genuerit eſſentiā. nec inde ſequit̄ ꝙ eſſentia genuit ſe.

*O*

¶ Solutio. dicimus ꝙ ioachim bene opponit q̄tum ad foꝛmā argumētatiōis: ſed nō bene opponit q̄tū ad naturā terminoꝝ. q̄m enim hoc nomē eēntia talis nature eſt ꝙ non poteſt ſupponere niſi pꝛo eſſentia cū ſoli eſſentie impoſitū ſit deo rōne termini. nō valet illa argumentatio. vnica eſt eſſentia: eſſentia genuit eſſentiā: ergo eſſentia genuit ſeipſam. tenet autē talis modus arguendi in quibuſdā naturalibꝰ terminis. vnicꝰ eſt homo ⁊ hic videt hoīeꝫ: ergo videt ſeipſum. ſed nō tenet hec foꝛma arguendi in hoc noīe deꝰ qđ habet ſupponere tā pꝛo eſſentia q̄ pꝛo pſona. pꝛo eſſentia enī verum eſt ꝙ vnicꝰ eſt deus. ſed pꝛo pluribus perſonis verū eſt ꝙ deus genuit deum. nec inde ſequitur ꝙ deꝰ genuit ſe vt dictū eſt ſuperiꝰ.

*Reſolutio doctoꝛis.*

*P*

¶ Ex pꝛedictis patet ꝙ merito dānatus fuit ppt̄ hoc dictū ioachim in cōcilio ſub innocencio tertio.

¶ Sed videtur ꝙ hoc nomē eſſentia debeat ſupponere pꝛo perſona. qꝛ omē nomē ſupponit ſcđꝫ exigentiā ſue foꝛme. vnde hoc nomē deꝰ ſupponit pꝛo omni eo cui ineſt deitas: ⁊ ita pꝛo pſona.

*Obiectio cōtra p̄dic.*

ſed eſſentia cū ſit prima forma eſt ſibi forma. vñ
Q dicitur eſſentia diuina: ergo debet ſupponere ꝓ
omni eo cui ineſt: ⁊ ita pro ꝑſona quia forma hu
Solutio. ius noīs eſſentia ineſt ꝑſone. ¶ Solutio. Quis
forma hui⁹ noīs eſſentia inſit perſonis: tamē nō
eis ↄuenit ſecūdum qd̓ ſignificaẗ per hoc nomē
eſſentia. idē eni eſt eſſentia ꝙ natura faciēs eſſe
ſiue informās ens ſecundū quod ens. vel infor=
mans ad eſſe. informare autē vel facere eſſe non
cōuenit perſonis licet illa factio vel informatio
nihil aliud ſit ꝙ̄ ipſa eſſentia. qd̓ poſtea plenius
diceẗ in tractatu de eſſentia ⁊ perſona.

¶ Sexta queſtio huius capituli.

Q; ſit falſa SExto queritur de hac propoſitiōe de
Arg. pro. us eſt trinus ⁊ vn⁹. videẗ eni eſſe falſa
quia ſi deus eſt trin⁹ ergo vnus de⁹ et
alius de⁹ et terti⁹ deus eſt. ⁊ hoc ē fal
Secundo. ſum. ¶ Itē hoc nomē de⁹ aut ſuppo=
Tertio. nit pro eſſentia aut pro ꝑſona. ſi pro perſona: nul
R la eſt trina ⁊ vna: ergo illa eſt falſa. ¶ Itē hec di
Euaſio. ctio nūeralis reſpicit formā: ergo hoc nomē tri=
nus reſpicit formā huius noīs deus: ergo ponit
diſtinctionē in illa: ergo illa propoſitio eſt falſa.
¶ Si dicatur ꝙ ſupponit pro trib⁹ ꝑſonis. ſimul
ergo pro trinitate. ergo is eſt ſenſus: trinitas eſt
trina et vna. et hoc eſt falſum. quia trinitas non
eſt niſi vna ſi ſupponat pro eſſentia: ergo is ē ſen
ſus. eſſentia eſt trina ⁊ vna. ſed hec eſt falſa. quia
hec dictio trina ponit diſtinctionem in eſſentia
Opinio q̄= q̄ nō diſtinguit nec diſtinguitur. ¶ Ad hoc di=
rūdam ad xerūt quidā ꝙ hec dictio trinus nullā rē ſignifi=
queſtio. cat. ſed ſolū intellectū: ſed hoc nō pōt eſſe: quia
intellectus eſt ſimilitudo rei: ergo ſi ſignificat in
tellectū ſignificat rē. Preterea ſi hec dictio tri=
S nus nullā rē ſignificat cū dicitur deus ē trin⁹ et
vnus ergo nulla res prediceẗ ibi de deo: ergo il=
Alia opio. la vox nō eſt propoſitio. ¶ Alij dixerunt ꝙ hoc
nomē de⁹ aliquādo ſupponit tm̄ pro vna ꝑſona.
vt cū dicitur deus generat. aliqñ pro duabus vt
cū dicitur deus procedit a patre aliquādo ꝓ tri
bus ſimul vt cū diciẗ de⁹ eſt trinitas hoc aūt eſt
q2 vnica ⁊ ſingularis deitas eſt in vna ꝑſona eſt
in duab⁹: eſt ⁊ in tribus. ¶ Et hoc videtur velle
damaſcen⁹ damaſcenus: qui dicit ꝙ oportet ſcire ꝙ aliud eſt
conſiderare re aliud eſt conſiderare ratione tm̄
⁊ cogitatione in creaturis. Cōſideratio diuerſi
tatis eſt in re quia diuerſe ſūt nature petri ⁊ pau
li in re: vnde ⁊ diuerſe volūtates. vnitas aūt et
cōiunctio earū eſt in ratione tantum. econuerſo
autē eſt in ꝑſonis diuinis. q2 earū vnitas ⁊ indi=
T uiſio eſt in re. vnde earū eadē eſt volūtas ⁊ eadē
operatio. ex hoc ergo videẗ ꝙ hec natura de⁹ in
diſtincte ſupponit aliquādo vna ſuppoſitione ꝓ
Hylarius. tribus perſonis. ¶ Similiter dicit hylarius ꝙ
cum dicitur hec eſt vita eterna vt cognoſcant te
vnū deū includitur deus filius in hoc ꝙ dicitur
vnū deū. ¶ Similiter dicit auguſtin⁹ ꝙ in hoc
Auguſtin⁹ verbo apl̄i imortali inuiſibili ſoli deo. ⁊c̄. ſit ibi
ſermo de tota trinitate. vnde dicit i libro de tri=
nitate. quidā dicūt patrem nō apparuiſſe in ſub
iecta creatura. Nō attēdētes ꝓpter imbecillita
tem intellectus ſui ꝙ cū dicit apoſtolus immor
tali inuiſibili ſoli deo honor ⁊ glīa. ⁊c̄. indiſtin=
cte ſit ibi ſermo de trinitate. quia pater aliquan
do apparuit indiſtincte aliqñ diſtincte. diſtin= V
cte vt danieli antiqu⁹ dierū diciẗ apparuiſſe. da
nielis ſeptimo. a quo diciẗ ibi filius hominis ac
cepiſſe regnū ſicut dicit auguſtin⁹ in libro de tri
nitate. caplo vlti. d2 enim ibi. Aſpiciebā donec
throni poſiti ſint ⁊ vetuſtus dierū ſedebat: ⁊ pau
lo poſt aſpiciebā in viſu noctis ⁊ ecce cū nubib⁹
celi filius hominis venit ⁊ datus eſt principat⁹
ei ⁊ honor regū. ⁊c̄. Ecce apparet ꝙ pater aliqñ
diſtincte apparuit in ſubſtātia creata. Indiſtin
cte autē apparuit cum filio et ſpū ſancto abrahe
ſub illice mābre ibi tres vidit ⁊ vnum adorauit
ita dicit beatus auguſtinus in libro de trinitate Auguſtin⁹
capi. xi. Cū tres viſi ſint nec quiſꝙ̄ in eis vel for X
ma vel etate vel poteſtate maior ceteris viſus ē
cur nō hic accipiamus viſibiliter inſinuatā per
creaturā viſibilē trinitatis equalitatē: atꝙ̄ i tri Quid ſigni
bus perſonis vnā eandēꝙ̄ ſubſtantiam nam ne ficent tres
quiſꝙ̄ putaret vnum in tribus fuiſſe maiorē ⁊ eū angeli abra
dominū dei filium intelligēdū. duos autē alios he.
angelos eius quia cū tres viſi ſint vni dño illic Y
loquitur abrahā. Sancta ſcriptura futuris tali=
bus cogitationib⁹ atꝙ̄ opinionib⁹ nō pretermi
ſit occurrere quādo paulopoſt duos angelos di
xit veniſſe ad loth in quib⁹ ille vir iuſtus qui de
ſodomoꝝ incendio meruit liberari ad vnū dñm
loquitur. dñs ergo ad quē abraham loquebatur
intelligitur trinitas. ⁊ ita hoc nomen deus ſiue
hoc nomē dñs ſupponere poteſt vna ſuppoſitio=
ne pro tribus ꝑſonis. ¶ Poteſt ergo dici et ita Opinio do
nobis videtur ſcd̓m auctoritates ſanctoꝝ ꝙ cu3 ctoris.
dicitur deus eſt trinus ⁊ vnus hoc nomen deus
ſupponit indiſtincte pro tribus ꝑſonis ⁊ hec di=
ctio vnus reſpicit formā tantū. ⁊ hec dictio tri=
nus ſignificat ternariū theologicū perſonarum
prout indiſtincte ſupponūtur per hoc nomē de⁹
q2 determinat illū ternariū in perſonis ſcd̓m ꝙ Z
ſūt vnius nature. q2 trinus dicitur ab his noib⁹
tres ⁊ vnus ⁊ ita reſpicit ⁊ ſuppoſitionē ⁊ formā
ſignificatā quia per primo ſignificatū. i. terna=
riū reſpicit tantū ſuppoſitionē. q̄tū ad ſecundū
ſignificatū ſc3 vnitatē reſpicit formā. ¶ Et ita Equiuoca=
patet ꝙ hoc nomē trinus non ſequitur regulam tio hui⁹ no=
alioꝝ nominū numeraliū: quia q̄tum ad primo minis trin⁹
ſignificatū nō reſpicit formā ſignificatā ſed tan=
tum ſuppoſitū. ¶ Unde patet ꝙ hec argumēta= Ad primā
tio non valet. trinus deus eſt: ergo vnus ⁊ alius in cōtrariū
⁊ tertius de⁹ eſt. quia prius hoc adiectiuū trin⁹
in prima propoſitione reſpicit ſuppoſitū tantū
q̄tum ad ternariū primo ſignificatū. ⁊ hoc fuit
inſtitutū a theologis vt determinaret indiſtin=
ctam ſuppoſitionē hui⁹ nominis deus. in cōclu
ſione autē noīa numeralia reſpiciunt formā ſe= A
cundū cōmunē naturā nominū numeraliū. quia
enim hoc nomē de⁹ ſupponere poteſt pro trib⁹
ꝑſonis ſub vna forma vna ſuppoſitione ideo in=
uentū fuit hoc adiectiuū trinus ad determinan=
dum talē ſuppoſitionē ponēdo ternariū in ſup=
poſitis ⁊ vnitatē in forma ⁊ ideo nō ſequitur na
turā alioꝝ nominū numeraliū. Eodemmodo di

Ayuntamiento de Madrid

cendū eſt de hac locutiōe monadi trine gloriam
canamus. nec ſequitur deus eſt trinus qꝛ trini=
tas ſit vna: licet hoc nomē deꝰ ſupponat ibi pro
B trībꝰ perſonis. qꝛ hec dictio trinitas ſignificat
diſtinctionē ⁊ in illa diſtictiōe ſupponit ꝓ tribꝰ
ꝑſonis. vñ hec dictio trina nō deterīat ſuppo
ſitionē indiſtinctā ſꝫ diſtictā. vnde vult diſtin=
guere ipſam diſtinctionē ⁊ triplicare trinitatē.
vnde ad hoc ꝙ trinitas eſſet trina ⁊ vna exigere
alia ſolutio tur ꝙ tres eſſent trinitates. ¶ Uel poteſt dici ꝙ
hoc nomē deus ſupponit pro diuina eſſentia. et
hec dictio trinus nō reſpicit formā nec ponit di
ſtinctionē in eſſentia. ſed ſignificat diſtinctionē
oblique. vnde hec eſt vera. eſſentia eſt trina. i.
Obiectio. trium vna. i. tribus perſonis cōmunis. ¶ Sed
obicit. eſſentia eſt trina ⁊ vna. ergo eſt triūvna:
Solutio. ergo eſt vna ⁊ vna ergo due. qꝺ falſum ē. ¶ So
lutio. eēntia eſt trina. i. cōis tribus perſonis. ⁊
vna. i. ſingularis ⁊ indiuiſa in ſe. diuiſa autē ab
alijs eſſentijs. fit eni copulatio inter cōitatē et
vnitatem propter priuationem que ſignificatur
C per hoc nomen vna.

¶ Septima queſtio huius capituli. 3.

Q. diuina eſſentia per ꝓnoīa ſignificari non poteſt. ar. In oppoſitum primo.

SEptimo queritur vtrū diuina eſſentia
poſſit ſupponi vel ſignificari per ꝓno=
mina maſculini generis ſubſtantiua.
Probatur ꝙ nō. quia ſi poſſet hec eſſet
vera ille qui eſt pater eſt filius qꝺ eſt hereticum
dicere. ¶ Sed ꝓbatur ꝙ poſſit ſupponi. nā ſup
illū locū. ps. Cōplaceat tibi dñe. ⁊c. dicit glo=
ſa tibi vni deo. ſed ille terminus vni deo ſuppo=
nit pro eſſentia: ergo hoc pronomē tibi ſupponit
pro eſſentia. ¶ Itē ſup idem dicit gloſa tibi tri=
Secundo. nitati: ergo hoc nomē tibi ſupponit ꝓ trinitate.
D ⁊ ita ille due gloſe cōtradicūt. ¶ Itē in yſa. nō=
Tertio. ne cognouerūt me. vbi dicit gloſa. me dñꝫ vnū.
et loquitur de gentibꝰ q̄ nō cognouerūt aliquaꝫ
perſonarū. ſed tantum diuinā eſſentiā. ⁊ ita hoc
pronomē me ſupponit pro eſſentia. ¶ Itē exo. q̄
Quarto. eſt miſit me ad vos vbi dicit hiero. merito domi
nus qui vere eſt nomen eſſentie tenuit. ⁊ ita iſte
terminus qui eſt ſupponit pro eſſentia. ¶ Item
Quinto. cū dicitur ego ſum qui ſum: aut ſupponitur eſſen
tia aut perſona. ſed nō perſona quia qua ratione
vna eadē ratione et alia: ergo eſſentia. ¶ Item
Sexto. moyſes per hāc vocē ego ſum qui ſum nō intelli
gebat aliquā ꝑſonā: ergo ſolū intelligebat eēn=
tiam: ergo hoc ꝓnomē ego ſupponit ibi ꝓ eſſen=
tia. ¶ Itē vere dicit. deus eſt ⁊ ille eſt trinitas.
Septimo. et cōſtat ꝙ hoc relatiuū ille ſupponit ꝓ eſſentia.
E eadē ratiōe hoc pronomē iſte poteſt ſupponere
pro eſſentia. ¶ Itē ſit ſalus illi decus atqꝫ virtꝰ
Octauo. qui ſupra celi reſidēs cacumen totius mūdi ma=
chinā gubernat trinus ⁊ vnus. non poteſt dici ꝙ
hoc pronomē illi ⁊ hoc nomen qui ſupponāt pro
perſona. quia nulla ꝑſona eſt trina et vna nec po
teſt dici ꝙ ſupponant ꝓ tribꝰ perſonis ſimul. q̄a
ſecundū hoc hec eſſet vera aliquis eſt trinitas:
Nono. ergo relinquitur ꝙ ſupponit pro eſſentia. ¶ Itē
pronomē maſculini generis ⁊ neutri nō differūt
niſi in ſignificatione ſexus. ſed in rebus diuinis
nō eſt ſexꝰ: ergo q̄tū ad res diuinas equipollēt.
ſed promē neutri poteſt ſupponere ꝓ eſſentia: ergo
pronomē maſculini. ¶ Solutio ſecundum illos Reſponſio
qui dicunt ꝙ hoc nomē deus naturaliter nō ha= ad q̄ſtionē
bet ſupponere niſi pro eſſentia. dicendū eſt ꝙ cū et ad rōnē
dicit cōplaceat tibi dñe. ⁊c. hoc ꝓnomē tibi te= poſt oppo.
netur pro diuina eſſentia. ⁊ tenetur adiectiue et F
ſubintelligitur tibi vni deo ſicut adiūgit glo. qꝺ
aūt dicit alia glo. tibi trinitati exponēdū eſt ſic.
tibi eſſentie q̄ eſt trinitas. ¶ Nos vero dicimus Reſponſio
ꝙ hoc pronomē tibi tenet pro trinitate ⁊ tenetur doctoris.
adiectiue. vñ ſubintelligit tibi trinitati. ad trini
tatē eni fit ſermo qꝺ notat ꝑ prepoſitionē verbi
cōplaceat q̄ exigit pluralitatē et ſcꝺm hoc non
vſqꝫquaqꝫ proprie dicitur tibi vni deo. qꝛ hec di
ctio vni nō habet ibi niſi vnitatē forme cū ibi ſit
pluralitas ſuppoſitoꝝ. ¶ Ad ſecūdum obiectū Ad ſcꝺam.
dicimus ꝙ cū dicitur nōne cognouerūt me: hoc
pronomen me ſupponit pro diuina eſſentia. ſed
ponitur in neutro genere. vel ſi ē maſculini gene
ris ponit adiectiue per ſubintellectū huiꝰ noīs
dñm. ſicut ſupplet glo. ¶ Ad tertio obiectū di= Ad tertiam
G cimus ꝙ iſte terminꝰ qui eſt ſupponit pro ꝑſona
nec aliter dicit eſſe nomen eſſentie. niſi propter
hoc verbū eſt qꝺ ſignificat eēntiā. ſed eam nō ſi
gnificat vt in eſſentia ſed vt in perſona. ſimiliter
cū dicitur ego ſum qui ſum. hoc ꝓnomē ego ſup
ponit pro ꝑſona. ſcꝫ pro filio dei ſicut dicit glo.
ſuper illud yſa. Ecce ego ad gētes q̄ neſciebant
me. filius loquit qui dixit moyſi ego ſum qui ſuꝫ
magis autē ſupponit pro filio dei q̄ꝫ pro perſona
alia quia ibi agit de liberatione hūani generis
que facta eſt auctoritate ⁊ miniſterio filij dei: et
H moyſes magis intellexit de filio dei q̄ꝫ de alia ꝑ=
ſona. quia ibi dictū eſt ei deſcendi liberare eos
ſicut in daniele. vbi dicitur filiꝰ hominis venie=
bat: ⁊ vſqꝫ ad antiquū dierū peruenit intelligit
ꝙ antiquus dierū ſit pater per hoc ꝙ dicit dedit
ei poteſtatē ⁊ honorē. ¶ Ad quarto obiectū di=
cimus ꝙ nō eſt ſimile de ꝓnoīe relatiuo ⁊ demō Ad quartā
ſtratiuo. qꝛ relatiuum trahit ſuppoſitionē ſuā a
ſuo antecedēte. vnde ſi antecedens ſupponit ꝓ
I eſſentia ⁊ relatiuū pro eſſentia. ſed pronomē de=
monſtratiuū ſubſtātiuū importat diſtinctioneꝫ
et rationalitatē. nō eni ſubſtātiuat vt dicūt grā=
matici niſi ad rōnalia propter diſtinctionē ergo
quā importat nō poteſt ſupponere pro eſſentia.
¶ Ad quinto obiectū dicimus ꝙ cū dicitur ſit
Ad quintā. laus illi. ⁊c. hoc pronomen illi ponitur adiecti=
ue ⁊ ſubintelligitur hoc nomen deo et ſic fit ſup=
poſitio pro eſſentia. bene eni dicit ego deus / tu
deus / ille deus. quia huiuſmodi pronoīa nō ſunt
K partitiua. ¶ Ad vltimo obiectū dicimꝰ ꝙ neu= Ad vltimū
trū genus nō tātū differt a maſculino in ſexu. ſꝫ Differētia
in cōſignificatiōe rōnalitatis ⁊ diſtinctiōis que iter neutrū
importatur ꝑ maſculinū ⁊ nō per neutrū. i ſigni= ⁊ maſculinū
ficatione autē diſtinctionis ⁊ rationalitatis cō
ſiſtit ꝑſonalitas. ⁊ propter hoc cū dicit: iſte eſt
ſupponit tantū perſona. ¶ Sed obicit. conſtat Obiectio.
ꝙ diuina eſſentia rationalis eſt. eſt eni ſingula=
ris et re et intellectu. eius eni ymaginatio ꝓhi=
bet illā predicari de pluribus: ergo eſt diſtincta
a qualibet alia eēntia ergo nec diſtictio nec ra=

Ayuntamiento de Madrid

tidalitas nec illa ſimul ſūpta īpediūt quin poſſit
diuina eſſentia demōſtrari per hoc ꝓnomē iſte.
ad obiectionem. ¶ Ad hoc poteſt dici ꝙ diuina eēntia diſtincta
eſt vt forma ſed nō vt ypoſtaſis. ſed hoc ꝓnomē
iſte importat diſtinctionē ſubſtantie ſubiecte et
propter hoc nō poteſt demōſtrare eſſentiā diui=
Alia ſolutō nam. ¶ Uel poteſt dici planiꝰ ꝙ hoc pronomen
iſte duplicē diſtinctionē exigit: ſcꝫ diſtinctionē
ſingularitatis et diſtinctionē incōicabilitatis.
primā autē nō habet diuina eſſentia ſed ſecūdā.
eſt eni cōicabilis a tribus ꝑſonis ⁊ propter hoc
nō poteſt demōſtrari per hoc pronomen iſte.

¶ Octaua queſtio huius capituli.

¶ De multiplicitate adiectiuoꝝ de deo dictoꝝ

Dicto de noibus ſubſtantiuis de deo di
ctꝫ dicēdū ē de adiectiuis de deo dictꝫ
ſiue ſint noīa ſiue verba. ¶ Et p̄io de
Diuiſio huius. 8. q̄ſti. multiplicitate huiuſmodi adiectiuorū
et modis predicandi eorūdē. Scđo vtrū aliqđ
nomē dicatur vniuoce de deo ⁊ creaturis. Ter=
tio de noibꝰ decē predicamētoꝝ dictis de deo.
Differentia noim adiectiuorum. ¶ Sciendū ergo ꝙ noim huiuſmodi ſiue verbo
rum q̄ dicūtur de deo quedā eſſentiā pure ſigni=
ficant: nihil aliud cōnotando. vt hoc verbū eſt ⁊
M hoc nomē ens quedā ſignificant eēntiā cōnotā=
do priuationē. vt eternꝰ immenſus. quedā tātū
eſſentiā ſignificāt. ſed aliter q̄ꝫ hoc verbū eſt: vt
cū dicit̄. deus cognoſcit ſe vel ſcit ſe ſignificatur
diuina eſſentia: nihil aliud cōnotādo. ſꝫ ſignifi=
catur vt ſcientia. quedā ſignificāt diuinā eēntiā
et cōnotāt effectū in creatura vel in actu. vt cau
ſat iuſtificat. vel in habitu. vt iuſtꝰ miſericors.
Obiec. contra p̄dicta. vel in potentia. vt oīpotens. ¶ Sed obicit̄ de il
lis que notāt in actu effectū in creatura cū dicit̄
deus creat hanc aīaꝫ. hoc verbū creat ſignificat
diuinā eſſentiā vt actionē. deus eni ſeipſo agit
nō aliqua actione accidentali. ⁊ proponit̄ ibi ef=
fectus in creatura cum potētia de deo aut nō. ſi
de deo ſed ille effectus non ineſt deo: ergo falſo
N predicatur de illo: ergo illa locutio eſt falſa. Si
non: cōtra ſolus deus ibi ſubicit̄: ſed nichil pre=
dicatur vel cōpredicatur in aliqua propoſitione
niſi de re ſubſtātiali termini: ergo ille effectꝰ cō=
Secundo. predicatur de deo. ¶ Item huiuſmodi noīa mi=
ſericors iuſtus ⁊ cōſimilia tranſlata ſunt per cō=
formitatē a creaturis ad creatorē. ſed cū dicitur
ſortes ꝑcutit vel ſortes eſt iuſtus nihil predicat̄
vel cōpredicatur niſi percuſſio vel iuſticia: ergo
cū huiuſmodi noīa predicātur de deo tātū: vnū
Tertio. debet predicari vel cōpredicari. ¶ Itē cū dicit̄
O deus cognoſcit ſe. hoc v̄bū cognoſcit tm̄ ſignifi
cat diuinā eſſentiā nihil aliud cōnotando: ergo
cū dicitur deus creat. hoc verbū creat debet tm̄
ſignificare diuinā eēntiā. nihil aliud cōnotādo.
Quarto. ¶ Itē dicit boetius ⁊ beatus dionyſius ꝙ deus
eſt ſubſtantia ſuꝑ oēm ſubſtantiā. et iuſticia ſuꝑ
oēꝫ iuſticiā. ⁊ ſic de aliis: ergo cū ſic dicitur iſte
homo eſt iuſtus. nichil p̄dicatur vel cōpredicat̄
niſi iuſticia cauſata. ſic cū dicitur deꝰ eſt iuſtus
nihil p̄dicatur vel cōpredicat̄ niſi iuſticia incau
Solutio. ſata. ſcꝫ diuina eēntia. ¶ Solutio. ſicut i dyale=
Multiplex ticis multiplex ē p̄dicandi modus. ſic ⁊ in theo=
logicis. eſt eñ modus p̄dicandi idemptitatis vt modus predicandi.
cū dicitur ſortes eſt homo. ſimiliter in theologi
cis. cū dicitur pater eſt deus. ⁊ alius in habitu= P
dine forme ad ſubiectū vt cū dicitur ſortes eſt al
bus. ſimiliter in theologicis. vt cū dicitur deus
eſt iuſtus: eſt alius habitudine effectꝰ ad cauſā.
vt medicina eſt ſana. et in tali modo nō oportet
ꝙ forma predicati inſit ſubiecto. ⁊ iſte modꝰ pre
dicandi eſt hic deus creat hanc aīam. vnde non
oportet ꝙ effectus predicatus inſit deo: ſed ꝙ ad
ipſum ꝑtineat: vt effectus ad cauſam. eſt aliꝰ mo
dus predicandi in habitudine cōſeruati ad con
ſeruans. vt hec dieta eſt ſana. ſimiliter in theo=
logicis. vt hic cōtinet deꝰ oīa. i. conſeruat. Eſt
alius in habitudine ſignati ad ſignās. vt vrina In hoc pꝫ
eſt ſana. iſte autē modus non eſt in deo. q2 deus ſolutio p̄mi
ſecundū qđ eſt deus nullius creature eſt ſignū.
ſed potius ecōtra. ¶ Ad ſcđo obiectū dicimus Ad ſecūdū
ꝙ ſicut hoc nomen pater ſolū patrē ſignificat. ſꝫ
ex vi relatiōis dat intelligere filiationē in filio.
et ſicut hoc verbū ꝑcutit nō ſignificat niſi actio
nem principaliter: ſed ex vi ſignificandi actiue
dat intelligere aliquid in re paſſa quod intelligi
tur illi vt effectus agentis. et ita cōpredicatur
quodāmodo de agente. Eodēmodo dicimꝰ deꝰ Q
in hac deus creat hanc aīam. nec dicimus ꝙ in
hac deus creat hanc animā cōpredicetur aliq̄d
nō eo modo quo in hac: iſte percutit iſtū. ¶ Ad Ad tertiū.
tertio obiectū dicimꝰ ꝙ nō eſt ſimile de hoc ver
bo cognoſcit et de hoc verbo creat. quia hoc ver
bum cognoſcit nō eſt actiuū ymo potius in voce
paſſiua ſignificat paſſionē ſicut verbū ſentiendi
vnde nō eſt vere tranſitiuū. ¶ Ad vltimo obie= Ad quartū
ctum dicimus ꝙ ſicut cū dicitur ſortes eſt iuſtꝰ.
hoc nomē iuſtus ſolā iuſticiā ſignificat. ſic̄ cum
dicitur deus eſt iuſtus ſolā iuſticiā ſignificat. ſꝫ R
non ſequitur ꝙ nō cōnotet effectū. quia in ratio=
ne iuſticie clauditur effectus. iuſticia eñ eſt red
dere vnicuiqꝫ qđ ſuū eſt. ¶ Dicūt autē quidam Opinio aliquoꝝ q̄ improbatur.
ꝙ cum dicitur deus creat. hoc verbū creat nō ſi
gnificat nec predicat diuinā eſſentiā: ſed tm̄ effe
ctum qui eſt creatura. ¶ Sed cōtra deus ē pro=
prie actor ita eni ad ipſum pertinet agere ꝙ nul=
lomodo ad ipſum pertinet pati: ergo ſicut cōti=
git ipſum ſignificari vt qualitatē: ſic ymo multo
fortius contigit ipſum ſignificari vt actionē. et
maxime per hoc verbū creat. quia creare ad ipꝫ
pertinet: ergo cū dicitur deus creat. hoc verbū
creat ſignificat diuinā eſſentiā. ¶ Itē quidam Alia opio et eius motiuum.
dicūt ꝙ cum dicitur deus eſt iuſtus. predicatur
tantū diuina eſſentia. ⁊ nullus effectus cōpredi
catur et hoc ꝓbant ſicut prima iuſticia influit ef
fectus ſuos in rebus creatis. ſic primū ens influ S
it effectus ſuos in rebus creatis ſed cū dicit̄ deꝰ
eſt ens. nō predicatur vel ꝯpredicat̄ niſi diuina
eſſentia. eadē ratione cū dicit̄ deus eſt iuſtꝰ. nō
predicatur vel cōpredicat̄ niſi diuina eſſentia.
¶ Sed ad hoc dicendū ꝙ nō eſt ſimile q2 q̄uis Solutio rationis dicte opinionis.
primū ens influens ſit effectus ſuos. tñ hoc no=
men ens nō ſignificat hoc in habitudine illa vel
in illo fluxu. Sed cū dicitur deus eſt iuſtus hoc
nomē iuſtus ſignificat diuinā eſſentiā: vt quali=

Ayuntamiento de Madrid

tatē habitum: vnde ſignificat in habitudine ad actum. ¶ Solet queri de hac locutiōe deus eſt iuſtus ⁊ miſericors. ⁊ videtur ꝙ ſit vera. quia in multis locis ſacre ſcripture inuenitur. vnde dulcis ⁊ rectus dñs ⁊ iterū patiens ⁊ multū miſericors. ſed ſi eſt vera hec non eſt propter principale ſignificatū illorum adiectiuorū. illud enī vnū eſt. ſed propter connotata que ſūt diuerſa. ſed ſi eadem ratione hec eſſet vera: deus eſt iuſticia ⁊ miſericordia ⁊ propter eadē cōnotata. Preterea talis locutio inuenitur in ſacra ſcriptura. vñ in ps. miſericordia et veritas tua ſemꝑ ſuſceperunt me. ⁊ in paulo prime ad coꝝ. Factus ē tibi ſapientia et iuſticia ⁊ ſanctificatio ⁊ redemptio. Sed cōtra eſſe iuſticiā. eſt eſſe quid. et eſſe miſericordiā eſt eſſe quid. ⁊ ita ſi deus eſt iuſticia et mīa: deꝰ eſt quid ⁊ quid ⁊ ita plura. ¶ Solutio. dictio copulatiua cū copulat adiectiua cōiungit copulata per illa adiectiua et et: quia cū dicitur deus eſt iuſtus ⁊ miſericors: copulātur diuerſa cōnotata per illa adiectiua. habet copulata cōiunctio illud qđ exigit. vnde illa locutio ē vera. ſed cū copulat inter ſubſtātiua vult copulare ſuppoſita. et qꝛ cū dicitur deus eſt iuſticia et miſericordia: nō ſupponūtur hec connotata. nō enim inuenit in hoc dicto ⁊ diuerſitatē quaꝫ exigit. vñ ꝓprie loquēdo falſuꝫ eſt: recipi tamē poteſt. ſed īproprie ꝓpter diuerſa cōnotata que ibi ſunt. qꝛ quandoqꝫ per improprias locutiōes magis exprimitur veritas fidei q̄ꝫ per proprias

*Margin:* Queſtio incidens quō debet capi copulatiua in iſta ꝓpoſitiōe deꝰ ē iuſtus ⁊ miſericors. — T

*Margin:* Solutio queſtionis. — V

¶ De noibus adiectiuis de deo relatiue dictis

Queritur de noibus adiectiuis relatiue dictis de deo. notādū aūt ꝙ ſignificāt ipſam diuinā eſſentiā in habitudine ad creaturā nullū cōnotando effectum: vt dñs/creator/que ſūt adiectiua ſignificatiōe. vt cum dicitur deus eſt dñs. ſed qꝛ dñs dicit̄ in habitudine ad ſeruū. cōſtat ꝙ hoc nomē dñs principaliter ſignificat eſſentiā diuinā. ¶ Queritur ergo quid cōpredicet. cōſtat aūt ꝙ nō ſeruitutē illam autē nō predicat de deo. hoc enī abſurdū eſſet dicere ꝙ ſeruitus predicaretur de deo. Preterea nō poſſet aſſignari in qua habitudine ꝑdicaretur de deo. qm̄ cū dico deus eſt dñs hoīm. nō notatur deus vt cauſa ſed pure notat̄ quomodo dñs ſe habeat ad ſuū ſeruū ⁊ ecōtra. ergo nō poteſt dici ꝙ ibi predicatur ſeruitus de deo ī habitudine effectus ad cauſam. ⁊ cōſtat ꝙ in nulla alia habitudine. relinquit̄ ergo ꝙ nullmodo ſeruitus cōpredicatur de deo. et ita cū dicit̄. deꝰ ē dñs hoīm nō predicat̄ vel cōpredicatur de deo niſi diuina eſſentia ⁊ ita ex hoc videt̄ ꝙ deus ab eterno fuit dñs: ergo ab eterno habuit ſeruū qđ falſum eſt. ¶ Ad hoc dicūt porretani ꝙ hoc nomen dñs ſignificat quādam relationē q̄ eſt dñm quo dñs eſt dñs. et illa relatio non ineſt diuine eſſentie. ſed aſſiſtit ei ⁊ incepit ei aſſiſtere ex tēpore quādo ſcꝫ incepit habere ſeruū. eodēmodo hoc nomē creator ſignificat quandā relationem qua deus eſt creator. ⁊ illa relatio incepit aſſiſtere diuine eſſentie quādo creature inceperūt oriri ab ea ¶ Sed ꝙ hec ſolutio nulla ſit patere poteſt per hoc ꝙ ſicut aliquis habet ab albedine ꝙ ſit albus: ita deus a dñio habet ꝙ ſit dñs: ſed dominiū creatura eſt: ergo a creatura habet deꝰ ꝙ ſit dñs: ergo creatura cauſa eſt et dat ei ꝙ ſit dominus. qđ aperte hereticū eſt. eodēmodo creatio qua deus eſt creator eſt quedā relatio creata a qua habet deus vt ſit creator oīm. qđ eſt abſurdum. ſ. ꝙ aliqua creatura ſit cauſa. et det deo vt ſit creator celi ⁊ terre. Preterea illa creatio ē creatura: ergo creatur aliqua creatione: ergo ſe creatione vel alia creatiōe. ſi alia creatiōe: iteꝝ illa creata: erit ſe creatione vel alia creatiōe. ſꝫ ſic erit ꝓcedere in infinitū: ergo erit aliqua creatio q̄ ſeipſa creata eſt. ⁊ ita creatio eſt cauſa ſuiipſius ⁊ prior ſeipſa. Preterea dicit ambroſius ꝙ nō eſt creatura ille ꝑ quē facta ē oīs creatura: ergo creatio nō ē creatura. Itē dicit auguſtinꝰ ꝙ deꝰ dñs ē ꝑ accidēs. nō ꝑ accidēs ſuū: ſed ꝑ accidēs creature. Itē dicit boetius ꝙ dñm eſt poteſtas cohercendi ſubditos. ergo deus habet a creatura cohercere ſubditos: ergo nō per ſe poteſt cohercere ſubditos: ergo nō eſt ſumme potens. qđ eſt hereticū. ¶ Nos aūt dicimꝰ ꝙ hoc nomē dominus ſignificat diuinā eſſentiā: vt dñium. dñiū enim eſt poteſtas cohercendi ſubditos (vt dicit boetius) deus aūt ſeipſo poteſt cohercere ſubditos. vñ ipſa diuina eſſentia eſt dominiū quo dominatur ſuis ſubditis. ¶ Ex hoc ergo modo ſignificādi quo diuina eſſentia ſignificatur vt dominiū ⁊ vt relatio: innuitur et coaſſeritur ſeruitus de creatura vnde deꝰ/dñs ab eterno nō fuit: eodēmodo videtur alicui ꝙ ſic eſſet dicendū in iſta: deus creat hanc aīam. ſcꝫ ꝙ ex modo ſignificandi quo deus ſignificatur vt actio coaſſeritur effectus de creatura: ⁊ ꝙ iſte effectus nō predicetur de deo ſed de creatura. ſed non poteſt dici ꝙ cū dico: deus creat hanc aīaꝫ. iſte effectꝰ oſtēdatur pertinere ad deū tanq̄ꝫ ad ſuam cauſam ⁊ ideo bene cōpredicatur de deo. ſed cū dico: deꝰ eſt dñs creaturarū. ſic preciſe oſtendit̄ quomodo dñs ſe habeat ad rē ſibi ſubiectā ⁊ ecōuerſo. nec oſtendit̄ ſic aliq̄d ꝑtinere ad deū tanq̄ꝫ effectus vel alio modo. Et ideo in hac: deus eſt dominus oīm. ſic nihil cōpredicatur de deo. ſiliter in hac deus eſt creator creaturaꝝ. ſed ex modo ſignificādi aliq̄d cōpredicat̄ de creaturis: ergo cū dicit̄: deus incepit eſſe: dominus deꝰ incepit eſſe creator. inceptio notatur nō circa rē predicatam principalit̄: ſed circa rē cōpredicatam.

*Margin:* Prima rō. — X — Secunda.

*Margin:* Reſponſio porretanorū ad ꝑdic. queſtionem.

*Margin:* Contra illā opinionē Primo. — Secundo. — Z — Tertio. — Quarto. — Quinto.

*Margin:* Opinio doctoris. — A — Deus ab eterno dñs nō fuit. — B

¶ Secūda q̄ſtio octaue q̄ſtionis principalis.

Queritur vtrū aliquod nomen dicat̄ vniuoce de deo ⁊ de creatura. ¶ Arguitur ꝙ ſic. quia multotiēs inuenit̄ in ſacra ſcriptura: deus eſt melior/iuſtior quolꝫ hoīe. nulla autē collatio eſt: niſi iſta noīa bonus/iuſtus/vniuoce dicerentur de deo ⁊ de creatura. igitur. ¶ Sed videtur hoc eſſe impoſſibile: qꝛ hoc nomē iuſtus ſcđm ꝙ dicitur de petro ſignificat iuſticiā creatam: ſed creatum ⁊ increatū nō vniuocant̄ in aliquo vno: ergo iuſtus non dicitur de deo ⁊ petro vniuoce. ¶ Preterea ſi deꝰ eſt iuſtior petro: ergo iuſticia

*Margin:* Argꝰ. ꝙ ſic. — C — In oppm̄ primo. — Scđo ar.

Ayuntamiento de Madrid

dei eſt magis intenſa ꝗ̃ iuſticia petri. ſed iuſti=
cia dei nihil aliud ē ꝗ̃ diuina eſſentia: ergo diui
na eēntia magis intenſa ē ꝗ̃ iuſticia petri. ⁊ hoc
eſt manifeſte falſum: q: illius eſſe ſiue eēntia nō
Solutio. ſuſcipit magis ⁊ minus. ¶ Solutio. Re vera iu
D ſticia cauſata ⁊ iuſticia incauſata in nullo cōue=
niunt: nec in genere/ nec in ſpecie/ nec in ꝓprio/
nec in accidente. ideo equiuoce dicit᷑ iuſtus de
deo ⁊ petro. ſed qm̄ aliquomodo cōueniūt in ef=
fectu: ideo vniuocātur in hoc noīe iuſtus Sicut
eñ iuſticie create ē reddere vnicuiqꝫ qꝺ ſuum ē:
ita illud idē conuenit iuſticie increate. ⁊ ideo q:
iuſticia increata cōuenit cū iuſticia creata i ſuo
effectu eſſentiali: ideo vniuocant᷑. et cū iuſticia
creata ſit virtus ⁊ teneat mediū in ſua operatio
ne: iuſticia increata magꝭ tenet mediū. Mediū
E enī in qualibet virtute latitudinē habet. qꝺ me=
diū iuſticia increata ſūme tenet Et ideo dicitur
deus magis iuſtus quolibet alio ſancto propter
effectū in quo magꝭ tenet mediū iuſticia increa
ta. Unde iuſticia increata in ſe nō ē magis intē=
ſa ꝗ̃ iuſticia creata: ſed in ſuo effectu. Unde eſt
fallacia accidentis: ſi quis ſic inferat. Juſticia
increata magis ē intenſa ꝗ̃ iuſticia creata: ⁊ iu=
ſticia increata nihil aliud eſt ꝗ̃ diuina eſſentia:
ergo eſſentia diuina magꝭ eſt intenſa ꝗ̃ iuſticia
creata: qm̄ effectus in quo eſt intenſio nō ſignifi
Nota. catur per hoc nomē eſſentia ſicut per hoc nomē
iuſticia. ¶ Unde dicimꝰ ꝙ hec eſt vera: deꝰ ē iu
ſtus/ ⁊ petrus eſt talis. theologice loquēdo. qa
F diuina eſſentia ſignificat᷑ vt qualitas per hoc no
men iuſtus: ſilr̄ ⁊ deus ⁊ petrus eſt iuſtus. Et
ſic ex predictis patet ſolutio ad obiecta.
¶ Tertia queſtio octaue q̄ſtionis principalis.
Queritur de diuiſione noīm dictoꝝ de
Damaſce. deo. quia ioh. damaſc. facit ſic. primū
nomen dei ipſius demōſtrat ipſū eſt. ⁊
nō quid eſt. ſcꝺm ē nomē operationis.
ille ꝓo incoꝛpale ⁊ ſine pricipio ⁊ vni=
genitū ⁊ increatū ⁊ incoꝛporeū. ⁊ ſine tpe ⁊ inui
ſibile. ⁊ quecūqꝫ talia quid nō eſt ſignificāt quo=
niam nō incepit eſſe nec coꝛrūpitur nec creatus
eſt. nec ē coꝛporeus nec videtur. bonū autē ⁊ iu=
ſtum ⁊ ſanctū. ⁊ quecūqꝫ talia noīa ſequūtur na=
turā nō ipſam eſſentiā oſtendūt et eoꝝ que regū
tur rex ē. ⁊ eoꝝ que condūtur conditoꝛ ē. et coꝝ
que paſcūtur paſtoꝛ ē. ¶ Omnia ergo noīa cō=
prehendit damaſ. ſub p̄dictis que in quinqꝫ mē=
¶ Quinqꝫ bꝛa poſſūt redigi. ¶ Primū genus eſt nomē qꝺ
ſūt gn̄a no= ſignificat ſubſtātiam ⁊ nō quid eſt ſicut hoc no=
minū q̄ di= men quid eſt. qꝺ ſignificat ſubſtātiam gratia ver
cunt᷑ de deo bi nō ſignificat quid eſt. i. aliquā perſonalē ſub=
G ſtantiā ymo pelagus ſubſtātie ⁊ abyſſū. ¶ Se=
cundū genus eſt nomē operatiōis vt hoc nomē
deus. qꝺ qualiter intelligēdū ſit ſupius dictū ē
¶ Tertiū genus ē nomē quod ſignificat de deo
quid non ē: vt inuiſibile incōprehenſibile ⁊ ſimi
lia. et de iſtis ſuperius dictū ē. ¶ Quartū genꝰ
ē nomen quod ſequitur naturā ⁊ nō oſtendit ſub
ſtantiā: vt bonus iuſtus ſctūs ⁊ ſimilia. ¶ Qui=
H tum genus eſt nomē dictū ſecundū habitudinē:
vt dn̄s cōditoꝛ paſtoꝛ ⁊ ſimilia. ¶ Sed cōtra il=
lud qꝺ de quarto mēbꝛo dicitur obicitur ſic. hoc Obiectio
nomen iuſtus de deo p̄dicat diuinam eſſentiam. cōtra q̄rtuꝫ
Qꝫ probatur per hoc ꝙ deꝰ ab eterno fuit iuſtꝰ membꝛū.
⁊ tali iuſticia que ē cōmunis tribꝰ pſonis. ſed ni
chil ē cōe tribus pſonis eſſentialiter niſi eēntia
le: ergo hoc nomē iuſtus ſignificat de deo diui=
nam eēntiā. ¶ Boetius etiā dicit ꝙ noīa quan= Boetius.
titatis ⁊ qualitatis dicta de deo ſubſtātiā ſigni=
ficant. ⁊ ita videtur mētiri damaſ. cū dicit ꝙ iſta
bonus iuſtus nō predicāt ſubſtantiā de deo. ſed
ſequuntur naturā diuinā. ¶ Ad hoc dicendum Reſponſio
ꝙ iſta noīa bonus iuſtus ſignificant diuinā eēn
tiā: vt habitū qui in alijs rebꝰ ſequūtur naturā I
ſiue ſubſtātiam rei. ⁊ ideo quia talia noīa non ſi=
gnificant eſſentiā vt eſſentiā. ſed vt habitū dicit
damaſ. ꝙ nō ſignificāt ſubſtātiā. ſed ſequunt᷑ ſub
ſtantiā. ¶ Uidetur aūt ꝙ predicta diuiſio ſit di Cōtra diui
minuta quia verba ⁊ noīa de ſex p̄dicamētis in= ſionem ar.
ſtitutis p̄dicantur de deo vt cū dicit᷑: deꝰ creat
deus iuſtificat/ deus iraſcit᷑/ deus ſemꝑ eſt/ deꝰ
vbiqꝫ eſt/ deus ſedet ſuꝑ cherubin/ deꝰ ē amictꝰ
lumine ſicut veſtimēto ⁊ pſa. xlix. hijs oībus ve Eſa. 49.
lut oꝛnamēto veſtieris. iſti vero modi predican
di nō cōtinētur ſub aliquo nec ſub aliquibꝰ illoꝝ
quinqꝫ. primū enī genꝰ pertinet ad ſubſtātiā. ſꝫ
ad operationē. tertiū ad priuationē. quartū ad
qualitatē. quintuꝫ ad relationē. ¶ Solutio. ad Solutio.
hoc dicimus ꝙ re vera omnia predicamēta pre=
dicantur de deo. ⁊ ſicut dicit boetius talia erūt Boetius.
predicata qualia permiſerint ſubiecta. cū enim K
de creaturis predicamēta dicūtur. quedā eoꝝ
ſignificant ſubſtantiā quedā accidētia. cū vero
in diuinā vertūtur predicationē oīa mutantur.
hoc enim nomē deus dictū de deo ſubſtātiā vi=
detur ſignificare. ſed talē ſubſtātiam ſignificat
que ſit vltra oēm ſubſtātiā. cum autē dicit᷑ deꝰ ē
iuſtus ſignificare videtur qualitatē. ſed nō acci
dentalē ſed eā que ſit ipſa ſubſtantia. ymo vltra
omnē ſubſtantiā. eodēmodo cū dicitur deus ma
gnus: oīa autē alia p̄dicamēta ſicut dicit boetiꝰ
nō predicātur de rebus quia nō ſignificāt res q̄
ſūt abſolute de rebus vel in rebus. ſed ſignificāt
extrinſecus depēdentia. vnde ⁊ per hoc omnes L
alie predicatiōes ad predicamentū relationis
reducūtur. vnde oīa ſeptē vltima p̄dicamēta in
telligit damaſcenꝰ cōprehēdi ſub p̄dicatiōe ha
bitudinū quā ipſe poſuit quinto loco predicamē
tum autē relationis dictū de deo ſignificat diui Oñdit hic
nam eſſentiā: vt cauſaꝫ. cū autē duplex ſit paſſio quō p̄dica=
ſcꝫ coꝛpoꝛalis ⁊ aīalis. coꝛpoꝛalis de ipſo nō p̄= mēta dicū=
dicatur: ſed animalis. vt cū dicitur: iratus ē fu= tur de deo.
roꝛ dn̄s. per qꝺ oñditur quomodo ſe habeat ad
maleficia ſcꝫ vt punitoꝛ. Jra enī dei nihil aliud
intelligitur ꝗ̃ inflictio pene. Predicamētū aūt
ſitus predicatur de deo. vt cū dicitur: qui ſedes
ſuper cherubin. in quo ſignificatur quomodo ſe
habeat ad ſuperioꝛes creaturas: ſcꝫ vt excedēs
eas. Predicamētū autē quando dictū de deo ſi=
gnificat qualiter ſe habeat eēntia diuina ad tem M
poꝛalia ſcꝫ vt concomitās ea. vt cū dicitur deꝰ
eſt ſemper. quia nec preſentia nec preterita nec
futura vnqꝫ potuerūt nec poterūt eē ſine eiꝰ cō=

Ayuntamiento de Madrid

comitantia. Predicamentum autem vbi ſignificat diuinam eſſentiam vt preſentem omni loco. vt cum dicitur deus eſt vbiq̃. Predicamentum vero habitus diuinam ſignificat eſſentiam vt exterius a creaturis ſibi inherentibus declaratā. vt cum dicitur amictus lumine ſicut veſtimento: id eſt creaturis luminoſis adherentibus ei / et ipſum exterius declarantibus. Patet ergo ꝙ per oīa talia predicamenta ſignificatur diuina
A
eſſentia vt habitudo. quia per predicamentum actionis et paſſionis ſignificatur vt cauſa. per predicamentum quando ſignificatur vt concomitantia. per predicamentum vbi vt preſentialitas. per predicamentum ſitus vt excellentia. per predicamentum autem habitus in habitudine declarati ad declarantia ſibi adherentia et
Nota de relatione.
conformia. ¶ De predicamento autem relationis dictum eſt: quoniam ſignificat diuinum eēntiam vt habitudinem: quia videlicet ſignificatur in habitudine ad creaturas: quando autem tale predicatum ſignificat habitudinem perſone ad perſonam non ſignificat diuinam eſſentiaʒ ſed notionem. ſicut iſta nomina pater / filius. et eſt generalis regula ꝙ quotienſcūq̃ diuina eēntia ſiue deus predicatur in habitudine ad crea
B
turas: illa habitudo nihil aliud eſt q̃ꝫ eſſentia: vt
De cauſalitate dei.
patet ex dictis. ¶ Et notandum ꝙ cum deus nō ſit cauſa materialis / ſed efficiens et formalis et finalis vel nunq̃ꝫ vel raro inueniuntur verba paſſiua corporalia dici de deo: ſed paſſiua que pertinent ad animam bene dicuntur de deo. ¶ Sʒ
Obicit cōtra predic.
iſtud videtur eſſe falſum. dicitur enim ſeptimo
Hebre.7.
ad hebreos. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium dei. et ſecundum vnam expoſitionem is ē ſenſus. Homines per peccatum mortale expellunt dominum a ſe. ergo deus expellitur et deus
Malach.3
crucifigitur. ¶ Et in tertio malachie. Uos me configitis tota gens: ergo deus cōfigitur ¶ Itē
Hebre.10.
ad Hebreos decimo. quanto magis putatis mereri ſupplicia deteriora qui filium dei conculcauerunt. ⁊c̄. ergo filius dei conculcatur. ⁊ ita cor
P
poralia paſſiua dicuntur de deo. et iſte modus predicandi non eſt ſub aliquo illorum quinq̃: ergo inſufficiens eſt indiuiſio damaſceni. ¶ Forte dicetur ꝙ improprie dicitur deus expelli: quia
Replicat.
ſcilicet gratia eius expellitur. ¶ Sed contra. deus magis dicitur proprie haberi q̃ꝫ gratia: quia gratia habetur vt eſt inſtrumentum vel vt vas quo deus habetur vt panis celeſtis: ergo magis proprie dicitur deꝰ expelli q̃ꝫ gratia. ¶ So-
Solutio.
lutio. huiuſmodi predicationes indirecte ſunt. idem eſt enim deus expellitur ab hac anima: ꝙ hec anima ſpoliat de deo. per mortale enim peccatum agit in ſe et non in deum. vnde ipſa patitur non deus. facit enim ꝙ deus non habeatur ab ipſa et facit ꝙ gratia non ſit in ipſa. quia ergo indirecte predicantur talia de deo non oportet contineri ſuper aliquo quinq̃ꝫ modorum.
Q

¶ Quartum capitulum quod eſt de nominibus perſonalibus continet ſex queſtiones.

¶ Prima eſt de hoc nomine perſona.

Dicto de nominibus eſſentialibus que dicuntur de perſonis et de eſſentia. dicendum eſt de nominibus perſonalibus. Et primo de hoc nomine perſona quid ſignificet de eius diffinitione. Secundo vtrum in eadem ſignificatione dicatur hoc nomen perſona de perſonis creatis ⁊ increatis. Tertio vtrum hoc nomen dicatur de deo per eſſentiam vel per relationem. Quarto vtrum perſona idem ſit cum eſſentia. vtrum ſcilicet vere dici poſſit ꝙ perſona eſt eſſentia. Quinto quid remaneat abſtracta perſonalitate et perſona. Sexto de nominibus numeralibus dictis de perſona. ¶ Circa primum. Perſona ſic deſcribitur a boetio in libro de duabus naturis et vna perſona chriſti. perſona eſt rationalis nature indiuidua ſubſtantia. ¶ Contra hanc diffinitionē ſic obicitur. pater et filius et ſpūſſctūs ſūt tres perſone: ergo ſunt tres nature rationales indiuidue ſubſtantie: ergo pater et filius et ſpiritusſanctus ſunt tres ſubſtantie: ergo eſt eorum vna ſubſtantia quod eſt contra fidem. ¶ Item dicit auguſtinus ꝙ pater et filius et ſpiritusſanctus ſunt tres res quibus fruendum eſt et ſunt per ſe exiſtentes hoc conſtat: ergo ſunt tres res per ſe exiſtētes. ſed res per ſe exiſtens eſt deſcriptio ſubſtantie: ergo ſunt tres ſubſtantie. ¶ Itē dicit magiſter in ſententijs ꝙ pater et filius et ſpiritusſanctus ſunt tres ſubſtantie id eſt tres entes: ergo ſunt tres omnipotentes et tres eterni. quia nullum nomen magis eſt eſſentiale q̃ꝫ hoc nomen ens. vnde ſi illud dicitur pluraliter de tribus perſonis multo fortius et alia. hoc autem ē contra ſimbolum. ¶ Ad predictorum euidentiam notandū ꝙ hec quattuor noīa latina eēntia / ſubſiſtātia pſona / ſubſtantia eq̄pollēt iſtis quattuor grecis nominibus vſia vſioſis ypoſtaſis proſopon. ¶ Eſſentia ſiue vſia eſt forma inq̄ꝫtum facit ſimpliciter eſſe et propter hoc eſſentia vſia ſolam negatiuam ſignificat nec vnq̃ꝫ tranſumitur ad ſignificandum perſonas. ¶ Subſiſtentia ſiue vſioſis eſt forma generalis ſiue ſpecialis in quod facit eſſe quid: vt animalitas que facit eſſe animal: humanitas que facit eſſe hominem. vel ſubſiſtentia et vſioſis dicitur ipſum ſubiectum prout ſua ſubſtantialis forma eſt quid non indigens accidentibus vt ſit. ideo hoc nomen ſubſiſtentia quandoq̃ per ſimilitudinem tranſlatum ad ſignificandum perſonas: vt dicatur pater et filius et ſpiritusſanctus tres ſubſiſtentie id eſt tres que verum ſunt non indigentes aliqua alia re vt ſint. ¶ Subſtantia ſiue ypoſtaſis dicitur indiuiduum primi predicamenti ſiue prima ſubſtantia. quia dicitur ſubſtantia ſiue ypoſtaſis quia ſubſtat accidentibus eam indiuiduantibus ſiue diſcernentibus. hoc modo ſumit ariſtoteles hoc nomen ſubſtantia in primo predicamentorum: vt dicit ſubſtantia eſt que proprie et prin-

Diuiſio ſrcti capituli per ſex queſtiones.
A
Diffinitio perſone.
Cōtra diffinitionē pō.
Scdo arg.
S
Tertio ar.
T
Eſſentia ſiue vſia.
Subſiſtantia ſiue vſioſis.
Subſtātia ſiue ypoſtaſis.
U



Ayuntamiento de Madrid

cipaliter et maxime dicitur. ideo hoc nomē ypo
ſtaſis apud grecos per ſimilitudinem tranſlatuꝫ
ad patrem ad filium et ad ſpiritum ſanctum : et
hoc nomē ſubſtantia apud nos. quia ſicut indi=
uiduum primi predicamenti diſtinctum eſt ſuis
accidentibus. ita pater et filius et ſpirituſſan=
ctus diſtincti ſunt ſuis notionibus. et ideo dixe=
runt greci patrem et filium et ſpiritum ſanctum
tres ypoſtaſes: id eſt tres res diſtinctas. et lati=
ni dixerunt patrem et filium et ſpiritum ſanctuꝫ
eſſe tres ſubſtantias in eadē ſignificatione pro=
X ſus qua ipſi greci ſumunt hoc nomen ypoſtaſis.
Perſona ſi= ſed hec ſignificatio nō eſt vſitata modo. ¶ Per
ue pſopon. ſona ſiue proſopon proprie dictus eſt homo lar=
uatus qui repreſentabat certos homines: vt cre
metani et ſunonem. dicebatur enim proſopon a
pro quod eſt inde et ſopon quod eſt facies: quaſi
in facie habeant laruam. et ex hoc inoleuit con=
ſuetudo dicere vt homines dicerentur perſone.
et ex hac ſignificatione tranſlata ſunt nomina ꝑ
ſimilitudinem ad patrem et filium et ſpiritū ſan=
ctum: quia ſicut certi homines diſtincti ſunt ſu=
is proprijs qualitatibus: ita pater et filius ⁊ ſpi
rituſſanctus diſtincti ſunt proprijs notionibus
ſecundum hanc tranſlatiuam ſignificationē per
Y ſona idem eſt ꝙ ypoſtaſis: id eſt res diſticta ra=
Solutio ad tionalis. ¶ Ex hac diſtinctione patet ſolutio
primum. ad predictam obiectionem. Boetius enim in il=
la diffinitione hoc nomen ſubſtantia ſumit ſecū
dum ꝙ equipollet huic nomini greco ypoſtaſis:
et ſecundum hoc concedendum eſt ꝙ pater et fi=
lius et ſpirituſſanctus ſunt tres ſubſtantie: id eſt
tres res diſtincte: ſed modo non eſt in vſu in hac
ſignificatione hoc nomen ſubſtantia: immo po=
nitur pro eſſentia. et dicitur ꝙ pater et filius et
ſpirituſſanctus ſunt vna ſubſtātia ſiue vnius ſub
ſtantie. Et ſecundum ꝙ dicitur hoc nomen ſub=
ſtantia de chriſto inquantum eſt homo: ſumitur
Ad ſecūdū ſecundum ꝙ eſt genus. ¶ Ad ſecundo obiectuꝫ
dicimus ꝙ non valet hec argumentatio: pater ⁊
filius et ſpirituſſanctus ſunt tres per ſe exiſten=
tes: ergo ſunt tres ſubſtantie: ſi ſumatur ſubſtan
Z tia ſecundum ꝙ ſumitur in primo predicamen=
to. ibi enim ſumitur prout eſt apta nata ſubſiſte=
re vel ſubſtare accidentibus et ſuſcipere contra
ria. ſic autem non cōuenit perſonis diuinis. ſed
ſi ſumatur ſicut Boetius ſumit in diffinitione ꝑ=
Ad tertiū. ſone tunc concedenda eſt concluſio. ¶ Ad ter=
tio obiectum dicimus ꝙ pater et filius et ſpiri=
tuſſanctus ſunt tres entes vt hec dictio entes ſu
matur participialiter id eſt tres qui ſunt. quia
hoc nomen qui perſonale eſt. ſed ſi ſumatur no=
minaliter et ſubſtantiue falſa eſt. et he ſimiliter
falſe ſunt: tres eterni ſunt: tres omnipotentes
ſunt: ſecundum ꝙ illa nomina ſumuntur ſubſtan
tiue. quia nullum ſubſtantiuū recipit plurale ni
ſi diſtinctio ſit in ſua forma. ſed ſi ſumatur adie=
Obiectio. ctiue vera eſt. ¶ Videtur autem per predicta ꝙ
hec eſt incongrua: perſona eſt rationalis et indi
A uidua ſubſtantia. quia hoc nomen perſona ſigni
ficat rem diſtinctam et prout eſt diſtincta: ⁊ hoc
nomen indiuidua ſignificat diſtinctionem: ergo
ibi bis ſignificatur diſtictio et ita videtur locu=
tio nugatoria propter eiuſdem inutilem repeti=
tionem. ¶ Item videtur ꝙ anima ſecundum hu Ad idem.
iuſmodi diffinitionem ſit perſona: quia anima ē
ſubſtantia diſtincta ſuis accidentibus et ita ſub
ſtantia indiuidua. et conſtat ꝙ eſt rationalis na
ture: ergo anima eſt rationalis: nec indiuidua
ſubſtantia: ergo eſt perſona quod eſt falſum.
¶ Solutio ad predictis. Notandum eſt ꝙ du= Solutio.
plex eſt diſtinctio: eſt enim diſtinctio ſingularis Duplex di=
que opponitur vniuerſalitati q̄ diſtinctio cōſtat ſtinctio.
ex proprietatibus quas in nullo eſt alio reperi=
re eaſdem. et iſtam diſtinctionem notat hoc no=
men ſubſtantia poſitum in illa diffinitione et eſt B
diſtinctio incommunicabilitatis qua aliquid
non poteſt communicari vt pars. Ex hoc patet
ꝙ non eſt ibi repetitio eiuſdem. quoniam eſt ibi
alia diſtinctio que notatur per hoc nomen ſub=
ſtantia. alia que notatur per hoc nomen indiui=
dua. Primam diſtictionem habet anima non ſe
cundam. ipſa non eſt indiuidua ſubſtantia ſecū=
dum ꝙ hoc nomen indiuidua ſumitur in illa dif=
finitione. et ita patet ꝙ anima non eſt perſona ⁊
etiam tertia diſtinctio que notatur per hoc no=
men indiuidua que impedit ne chriſtus ſecundū
ꝙ homo ſit perſona. ſed de illa dicetur alias.

## ¶ Secunda queſtio huius quarti capituli.

SEcundo videndum eſt vtrum hoc no C
men perſona dicatur vniuoce de per
ſonis creatis et increatis et etiam
an vniuoce dicatur de perſonis in=
creatis. ¶ Dicit boetius in libro de Boetius.
duabus naturis et vna perſona chriſti ꝙ hoc no
men perſona dicitur vniuoce de perſonis crea=
tis et increatis. ¶ Sed contra. perſone create Arguit ꝙ
et perſone increate in nullo conueniunt nec in equiuoce.
genere nec in ſpecie nec in differentia nec in pro
prio nec in accidente: et omnis vniuocatio eſt ſe
cundum aliquam conuenientiam: ergo nichil di
cetur vniuoce de perſonis creatis et increatis:
ergo nec perſona. ¶ Item dicit auguſtinus ꝙ Augu.
omnia nomina que dicuntur de deo tranſlatiue
dicuntur de ipſo preter hoc nomen qui eſt: ergo
hoc nomen perſona methaphorice dicitur de
perſonis increatis et proprie de perſonis crea=
tis: ergo equiuoce. ¶ Item videtur ꝙ equiuo= Arg. ſcdo
ce dicatur de perſonis increatis. quia nichil eſt ꝙ equoce.
commune patri et filio et ſpiritui ſancto niſi eēn
tia. ſed hoc nomen perſona non vniuocat patrē
et filium et ſpiritum ſanctum in eſſentia. quia nō
eſt datum ab eſſentia. quia ſecundum hoc non
eſſent tres perſone ſicut nec tres eſſentie: ergo
hoc nomen perſona non eſt vniuocum ad tres ꝑ
ſonas increatas. ¶ Si dicat ꝙ intellectus tāte D
poteſtatis eſt ꝙ poteſt vnire ea que non ſūt vni=
ta in re. Contra. hoc eſt falſum ponatur enim ꝙ
iſti tres homines ſortes plato et cicero non cō=

Ayuntamiento de Madrid

municant in aliqua forma in qua communicant alii: intellectus non poteſt vnire iſtos tres homines preciſe in aliquo nomine quia illud nomen eſſet datum ab aliqua forma illa: vel communicaretur iſtis tribus ſolis vel communicaretur iſtis et aliis. Si illis ſolis hoc eſt contra
Arg. prio. E positum. ſi illis et aliiſs ergo nomen. ¶ Ité hoc nomen pater ſignificat patrem non vt perſonam quia ſic ſignificaret idem ꝙ hoc nomen perſona et hoc nomen filius ſignificat filium non vt perſonam. ſed hoc nomen perſona ſignificat vtranꝗ vt perſonam. ergo commune et non vt eſſentiam: ergo aliquid eſt commune tribus perſonis
Reſponſio ad qſtioné. preter eſſentiá quod falſum eſt. ¶ Solutio. triplex eſt vniuocatio. eſt enim quedam vniuocatio per conformitatem ſicut hoc nomen homo é
Quitupler vniuocatio vniuocum ad omnes homines et album ad omnia alba. Secunda vniuocatio eſt ſecundum generalem naturam intellectus. eſt enim intellectus ymago dei habens ſimilitudinem cum qualibet re et propter hoc intellectus ymago eſt cuiuſlibet. vnde cum vtitur ſeipſo ſicut ymagine ſub ipſo intelligit omnia et hoc modo vniuocum eſt res ad perſonas certas et incertas. in illa diuiſione rerum quedam ſunt quibus fruendū quedam ſunt quibus vtendum. Tertia vniuocatio eſt per denominationem forme que eſt ex parte anime vt intelligibile operabile et ſimilia. ⁊ hoc modo vniuocum eſt hoc nomen notatio ad proprietates perſonales. Quarta vniuocatio eſt ſecundum conuenientiam effectuum ſicut dictum eſt ſuperius de hoc noie iuſtus. ⁊ hoc modo hoc nomen perſona vniuocum eſt ad perſonas creatas et increatas. quia rationalitas creata et ra-
F
Solutio ad duas róes. tionalitas increata conueniunt in effectu. ¶ Et ex hoc patet ſolutio ad duas primas obiectiones. hec enim eſt falſa: perſone create et perſone increate in nullo conueniunt: quia conueniunt in effectu licet non conueniant in aliquo qđ in ipſis ſit vniuoce. etiam dicitur quantum ad ſecundam vniuocationem quia ſubſtantia indiuidua que ponitur in diffinitione perſone idem eſt ꝙ res per ſe exiſtens diſtincta. Si autem queratur vtrum ſignificatio huius nominis perſona proprie dicitur vniuocum per conuenientiam effectuum propria an methaphorica. dicimus ꝙ é
G mixta: quia quantum ad effectus propria eſt. Quinta vniuocatio eſt per conuenietiam in priuatione vel in negatione ſicut non albū é vniuocum ad omne quod non participat albedinem: ⁊ hoc modo perſona vniuocum eſt ad omnes perſonas increatas. quia hoc nomen pater ſignificat paternitatem que diſtinguit patrem et facit ipſum non eſſe filium nec eſſe ſpiritum ſanctum: ſed non ſignificat illam vt diſtinctionem. vnde non importat illam priuationem niſi per conſequens. ſed hoc nomen perſona ſignificat vt diſtinctionem: vnde importat priuationem que cō munis eſt tribus perſonis: quia quelibet non eſt alia. per hoc patet ſolutio ad vltimo obiectum.
Ad vltimū Concedimus enim ꝙ nichil eſt quod ſit commune tribus perſonis preter eſſentiam: ſed in priuatione cōmunicant et hoc non eſt incōueniens.

¶ Tertia queſtio huius quarti capituli.

Circa tercium queritur vtrum hoc nomen perſona dicatur de deo ſecundū eſſentiam vel ſecundum relationem. H
¶ Primo ſic obicitur dicit magiſter in ſententiiſs ꝙ omne nomen dictum ſecundum eſſentiam dicitur de tribus perſonis ſimul ſingulariter et nō pluraliter preter hoc nomen perſona. ſi ergo congrua eſt exceptio oportet ꝙ hoc nomen perſona predicetur ſecundum eſſentiam. et ſi ſecundum eſſentiam ergo eſt nomen eſſentiale. ¶ Item dicit beatus auguſtin⁹ ꝙ omne nomen dictum de deo dicitur ſecundum eſſentiam vel ſecūduꝫ relationem: ergo hoc nomen perſona cum dicitur de deo aut dicitur ſecundum eſſentiam vel ſecundum relationem. ſi dicatur ꝙ ſecundum eſſentiam: ergo eſt nomé eſſentiale. ſi dicatur ꝙ ſecundum relationem: ergo dicitur de deo relatiue. quod falſum eſt. quia abſoluta habet tantum predicationem hoc nomen perſona. ¶ Item dicit beatus auguſtinus ꝙ pater filius et ſpiritusſanctus ideo dicuntur tres perſone: quia commune eſt eis id quod eſt perſona: ſed non eſt eis commune niſi eſſentia: ergo videtur ꝙ idem ſit perſona preciſe ꝙ eſſentia. ¶ Preterea ſi ideo ſūt tres perſone quia cōmune eſt eis id quod eſt perſona: eadem ratione ſunt tres eſſentie. quia commune eſt eis id quod eſt eſſentia. ¶ Solutio. Ad primum obiectum dicimus ꝙ hoc nomen perſona partim dicitur ſecundum eſſentiam/partim ſecundum relationé. quia in diffinitione ei⁹ expreſſe ſignificatur eēntia per hanc vocem rationalis nature. et ibi etiam deſignatur relatio ſcilicet diſtinctio. quia ergo hoc nomen perſona dicitur ſecundum eſſentiam: excipitur ab illa ſecunda. quia non primo ſignificat diſtinctionem ideo dicitur pluraliter de patre et filio et ſpiritu ſancto: potius ꝙ̄ nomina que mere ſignificant eſſentiam. ¶ Ad ſecundo obiectum dicimus ꝙ hec argumentatio non valet hoc nomen perſona dicitur ſecundum relationem: ergo dicitur relatiue. quia dici ſecundum relationem nihil aliud eſt ꝙ̄ ſignificare relationem. dici vero relatiue eſt dici in relatione ad alia extra. ſicut cuꝫ dico iſte eſt magnus: hoc nomen magnus dicitur ſecundum relationem: quia ſignificat relationem. et non tamen dicitur relatiue: quia refert rem ſubſtantiatim ad aliquid extra. includit enim ī ſe id quod ad aliquid dicitur. idem enim eſt magnus ꝙ excedens homines mediocris ſtature. Similiter hoc nomen perſona dicitur ſecundum relationem: et includit in ſe id ad quod dicitur ſua relatio. quia is eſt ſenſus: perſona id eſt res rationalis nature diſtincta ab alia. ¶ Ad aliud obiectum dicimus ꝙ eſt communitas ſecundum intelligentiam/ſecundum predicationem ſiue ſuppoſitionem. et eſt communitas ſecundum rem. Eſt enim ſecundum ré ſiue realiter cōe trib⁹ pſonis ⁊ oib⁹ fruē-

Marginalia (right column): Q; ly perſona eſt nomé eſſentiale. — Arg. prio. — Secundo. — I Tertio. — Quarto. — Solutio. — Ad primū. — K Ad ſecūdū — L Ad tertium — Tripler cōmunitas.

tibus ea. hoc autem quod dico perſona eſt commune ſecundum intelligētiam vel ſuppoſitionē tantum non ſecundum rem ſicut hoc quod dico homo. ſicut enim hoc nomē homo ſignificat humanitatem communiter ita hoc nomen perſona communiter perſonam ſignificat et diſtinctionē Et ſicut in communi ſignificatione huius termini homo compzehenduntur plures homines et plures humanitates: ita in communi ſignificatione huius nominis perſona compzehenduntur plures diſtinctiones et plures perſone. et ideo
M ſicut ſoztes et plato et cicero ſunt plures homines: ita pater et filius et ſpiritusſanctus ſunt plures perſone. Et per hoc patet ſolutio ad vltimo obiectum. ¶ Item pzobatur q̄ hoc nomen perſona ſit pure eſſentiale. quia dicit beatus Auguſtinus q̄ idem eſt eſſe perſonam patris q̄ eſſe eēntiam patris. et ita videtur ſecundum hoc q̄ hoc nomen perſona pure ſignificat eſſentiam. ¶ Itē cum beatus Johannes dixiſſet: tres ſunt qui teſtimonium perhibent in celo: pater et verbum et ſpiritusſanctus queſierunt heretici: qui tres? et dicit beatus auguſtinus q̄ reſponſum fuit tres perſone nō vt illoꝝ diceretur ſed ne taceretur. et dictum eſt tres perſone. i. tres entes et ita pater et filius et ſpiritusſanctus dicuntur tres perſone. i. tres ſubſtantie. i. tres entes. ſi ergo hoc nomen preſone equiualet huic nomini entes: et conſtat q̄ hoc nomen entes eſt nomen eſſentiale
R pure: ergo et hoc nomen perſona eſt nomen eēntiale pure. ¶ Preterea ſi pater et filius et ſpiritusſanctus ſunt tres entes: eadem ratione ſunt tres eterni: vt hoc nomen eterni tenetur ſubſtātiue ſicut hoc nomen entes. quod eſt contra ſimbolum. ¶ Ad hoc dicimus q̄ hoc nomen perſona habet tres ſignificationes. ¶ Pzima eſt ſecundum q̄ mere ſignificat eſſentiam. hanc enim habuit anteq̄ facta eſſet hec interrogatio ab hereticis: quoniam tunc bene conceditur q̄ pater et filius et ſpiritusſanctus ſunt vna perſona: id ē quedam res que eſt per ſe vna. et ſecundum hāc ſignificationem dicit beatus Auguſtinus q̄ eſſe perſonam eſt eſſe eſſentiam: et q̄ nichil aliud eſt dicere perſonam patris q̄ eſſentiam patris. hec ſignificatio decidit ab vſu. ¶ Secunda ſignificatio eſt tranſlatiua ſignificatio ſecundum quaꝫ tranſlatum eſt hoc nomen perſona a naturalibꝰ
Q ad patrem et filium et ſpiritum ſanctum. et ſecūdum hoc ſignificat diſtinctionē pzimo ex neceſſitate coacti ſunt latini reſpondere ad illam interrogationem hereticozum. et ideo tranſtulerunt hoc nomē perſona hoc pzedicto modo et reſponderunt tres perſone: non vt illud diceretur: id eſt non quia hoc eſſet ſecundum pzimam et pzo pziam ſignificationem quam tunc habebat hoc nomen perſona. ſed ideo dictum eſt tres perſone: ne taceretur id eſt tranſlatum eſt hoc nomen perſona ad ſignificandum diſtinctionem ad hoc vt reſponderetur hereticis ne ſi taceretur videretur eſſe concluſum. ¶ Dicimus ergo q̄ cum di
D citur pater et filius et ſpiritusſanctus ſunt tres ſubſtātie id eſt tres entes. hoc nomen entes eſt participium et idem eſt entes q̄ qui ſunt: ſicut idem eſt currens q̄ qui currit. Secundū hoc ergo q̄ hec dictio entes includit in ſe hanc dictionem qui ſunt intellectus huius dictionis qui ſūt ſignificat diſtinctionem perſonalē. ¶ Sed hoc nomen eternus nullam ſignificat diſtinctionem etiam quando tenetur ſubſtantiue. et ideo non poſſunt dici tres eterni ſicut tres entes. Et notandum q̄ quidam magne auctozitatis dixerunt Nota.
q̄ hoc nomen perſona ſupponit eſſentiam et in ſingulari et in plurali. ſed in ſingulari ſignificat diſtinctionem ſingulariter. et in plurali pluraliter. et hoc idem vult ipſa nominis ethimologia. quia perſona dicitur quaſi pzo ſe vna ſiue per ſe vnum. dicunt ergo q̄ is eſt ſenſus pater eſt perſona. i. per ſe vnum id eſt diſtinctus. et ſignificat Q
hoc nomen perſona diſtinctionē non in ſuo ſuppoſito ſed in patre. ſimiliter cum dicitur pater et filius et ſpiritusſanctus ſunt tres perſone id eſt ſunt vnum per ſe id eſt diſtincti et hoc volunt pzobare. per illam interrogationem hereticozum qui tres quia ſicut hoc nomen aliqui non poteſt ſupponere niſi pzo eſſentia. ita hoc nomen qui non poteſt interrogare niſi pzo eſſentia. Sed ad hanc interrogationē qui tres reſponſum eſt perſone: ergo ſi competens eſt data reſponſio hoc nomen perſone ſupponit pzo eſſentia. Ad interrogationem erit dicendum eſſentia non poteſt competenter reſponderi niſi eſſentia. ¶ Preterea hec interrogatio qui tres data eſt ſuper auctozitatem: vt videtur Johanni. qui dixit tres R
ſunt qui teſtimoniū perhibent in celo pater verbum et. ſ. qua auctozitate certificauit et de perſonis et de earum notionibus. nō reſtabat ergo queſtio niſi de eſſentia: quoniam in deitate non eſt niſi perſona vel eſſentia vel notio: ergo cum queſitum eſt qui tres queſitum eſt de eſſentia et congrue reſponſum eſt perſona: ergo hoc nomē perſona ſupponit pzo eſſentia quod ipſi concedunt pzedictis rationibus. ¶ Sed quod cozum Cōtra ſdl.
ſolutio nulla ſit patet hoc modo. quia ex cozum opinionem
opinione ſequitur q̄ perſona que eſt pater ſit filius: quia hoc nomen perſona non ſupponit niſi eſſentiam: ergo hoc nomen qui ſupponit eſſentiam: ergo cum hec ſit vera eſſentia que eſt pater eſt filius: ſimiliter hec erit vera perſona que eſt pater eſt filius. non enim poteſt dici q̄ hoc nomen perſona ſupponat eſſentiam non abſolute. ſed reſpectiue ſcilicet reſpectu diſtictionis. quoniam ſecundum eos per hoc nomen perſona non ſignificatur diſtictio reſpectu eſſentie ſiue in eſſentia. ¶ Item ſecundum eos hec eſt incōgrua Ad idem.
aliqua perſona eſt. quia hoc nomen perſona nō S
habet circa quod ſignificat diſtinctionem circa ſuum ſuppoſitum. et non habet ibi aliud circa quod illam ſignificet ſecundum eos et cum reſponſum ſit tres perſone a chziſtianis ad pzedictam interrogationem nulla facta eſt certificatio de eſſentia. idem enim eſt ſecundum eos perſona id eſt per ſe vnum hoc autem nomen vnum eſt ita generale q̄ non ſpecificat: et ita de nullo certificat et ſic non certificat de eſſentia pzo

Margin notes (left): Q̄ ꝑſona ſit pure eēntiale arguit primo. Secundo. — Tertio. — Perſona habet tres ſignificationes. — Scda ſignificatio.

Ayuntamiento de Madrid

ꝓpter has et multas alias rationes ab vſu exſuf=
Reſponſio flata eſt opinio illa. ¶ Nos autem dicimus ꝙ
doctoris. cum queſitum eſt qui tres fuit queſtio ab hereti
L cis de nomine plurali eſſentiali quod eſt ſubſtā
tiuum huius nominis tres vel de ſignificato ta=
lis nominis. ſed hoc fuit impoſſibile ꝙ tale no=
men reſponderetur ſcilicet pure eſſentiale plura
le. ſed reſponſum eſt. tres perſone per quod cer=
tificatur de eſſentia de qua fiebat queſtio. quoni
am hoc nomen perſona intelligitur eſſentia. ſi=
cut patet per diffinitionem perſone que talis ē
Perſona eſt rationalis nature indiuidua ſubſtā
tia per hoc ꝙ dicitur rationalis nature ſpecifica
tur ſic eſſentia ſiue natura. et ideo certificatum
eſt illud quod erat in queſtione licet non mere:
quia non potuit ſine diſtinctione certificari plu
raliter eſſentia. quoniam nullum plurale mere
conuenit perſonis diuinis: vt patet ex predictꝭ.
per hoc patet ꝙ nullomodo melius potuit re=
ſponderi ad illam interrogationem hereticorū
ꝙ̄ illomodo quo reſponderunt xp̄iani.

¶ Quarta queſtio huius quar=
ti capituli.

Q; pſona ſit eſſentia Arg. primo A
QUarto queritur vtrū pſona ſit eſſentia. et vtrum ſit de⁹ deitas. ¶ Probatur ꝙ perſona ſit eſſentia. quia dicit boetius in libro de ebdomadib⁹ ꝙ vere ſimpli=
ci idem eſt quod eſt et quo eſt. et deus ſimpliciſſi
mum eſt: ergo idem eſt quod eſt et quo eſt. et ita
idem eſt deus ꝙ deitas: ergo deus eſt deitas ſi=
militer cum pater ſit ſimpliciſſimus idem eſt pa
ter et quo eſt. ſed quo eſt eſt eſſentia vel deitas:
ergo pater eſt eſſentia: ergo perſona eſt eſſentia
Secundo. ¶ Item dicit auguſtinus ꝙ pater eſt quicquid
ipſe pater habet. excepto ꝙ filium habet et non
eſt filius: ergo cum habeat eſſentiam pater ē eēn
¶ In oppo ſitū. Ma. tia. et ita perſona eſt eſſentia. ¶ Sed contra di
cit magiſter oſtendens quātulācunq; differen
tiam propoſitorum oſtendentes erimus quoni=
am non idem ſed perſona generat perſona gene
ratur. eſſentia nec generat nec generatur: ergo
B perſona et eſſentia non ſunt idem. ¶ Item in na
turis bene tenet: quia ſi hec res eſt illa ſuppoſi=
ta hac re ſupponitur illa. et hoc eſt propter idē=
ptitatem eſſentialem quam ſignificat hoc verbū
eſt: ergo ſi hec eſt vera perſona eſt eſſentia. ſup=
poſita perſona ſupponitur eſſentia propter con=
ſimilem idemptitatem quam notat hoc verbum
Tertio. eſt. ¶ Item ſi hec eſt vera ſortes eſt homo idē
ſupponitur per ſubiectum et predicatum: ergo
ſi hec eſt vera: perſona eſt eſſentia idem ſupponi
tur per ſubiectum ꝛ predicatum et ita ſuppoſita
perſona ſupponitur eſſentia. Sed cōtra aliquid
eſt nomen de eſſentia quod de nulla perſona po=
teſt eſſe nomen hec enim eſt vera: eēntia eſt que
libet perſona et nulla perſona eſt quelibet eſſen=
Y tia: ergo ſuppoſita perſona nō ſupponitur eſſen=
Quarto. tia. ¶ Item deitas ſiue eēntia eſt forma dei vel
perſone. vnde ad phili. ij. qui cum in forma dei
eſſet ꝛc. ergo deus vel perſona eſt informatum
deitate vel eſſentia. ſed informans et informatū
relatiue dicuntur ſicut igitur hec eſt falſa. pater
eſt filius propter naturam relationis: ita hec de
bet eſſe falſa deus eſt deitas et hec perſona eſt
eſſentia. propter naturam relationis que eſt in= Z
formātis ad formatum. item eſſe in pluribus nō
eſſe in pluribus ſunt oppoſita: ergo non ſunt in
eodem: ſed ſūt in perſona et in eſſentia. quia nul=
la perſona eſt in pluribus et eſſentia eſt in pluri
bus: ergo perſona et eſſentia nō ſunt idē. ¶ So=
lutio. concedimus ꝙ perſona eſt eſſentia et de⁹
deitas. ¶ Et ad oppoſitas rationes concedim⁹ Reſponſio
ꝙ principia fidei ſunt quorum vnum eſt ꝙ deus ad q̄ſtionē.
eſt ſimpliciſſimus ex quo ſequitur ꝙ perſona eſt
eſſentia et deus eſt deitas. Aliud eſt ꝙ aliquid
conuenit eſſentie quod nulli perſone: et ex hoc
ſequitur ꝙ ſuppoſita perſona nō ſupponitur eēn
tia. ¶ Ad primo ergo obiectum dicimus ꝙ ge= Ad primū.
nerare vel generari non eſt differentia perſone
ad eſſentiam. ſed perſone ad perſonam. ex hoc
enim ꝙ pater generat ſequitur ꝙ non ſit ille quē
generat: ſed non ſequitur ꝙ nō ſit eſſentia. vnde
non aſſignatur per hoc differentia inter propo=
ſita. ¶ Ad ſecundo et tertio obiectum dicimus Ad ſcōm et
ꝙ non eſt ſimile de naturalibus et theologicis tertium.
rebus propter duas cauſas ſimul ſumptas. Pri=
ma eſt: quia in naturalibus eſſentia identifica=
tur ſe perſone: quia vnica eēntia eſt perſona vni
ca. et plures perſone plures eſſentie. ſed in theo
logicis vnica eſſentia numero eſt plures perſo= A
ne. Secunda eſt: quia in naturis q̄cūq; proprie
tas eſt perſone / eſt et eſſentie. ſed non eſt ita in
theologicis. quia proprietas patris eſt paterni
tas que nō eſt proprietas eſſentie. vnde in theo= Nota hec.
logicis ſuppoſita perſona non ſupponitur eſſen=
tia. ſed in naturis ſuppoſita perſona ſupponitur
eſſentia: niſi aliquis velit dicere ꝙ vnus ꝛ idem
homo eſt plures perſone. vt ille qui eſt decanus
et archidiaconus. ſed ſecundum hoc oportebit
dicere ꝙ ſuppoſito decano ſupponitur homo.
¶ Ad quarto obiectum dicimus ꝙ deitas ſiue Ad quartū
natura diuina non eſt forma dei ſed conforma.
vnde non procedit obiectio. ſicut enim ſortes ꝑ
formam ſuam que non eſt ipſe agit: ſic deus per
naturam vel deitatem que ipē eſt agit. ¶ Ad vl Ad vltimū
timo obiectum dicimus ꝙ non valet hec argu=
mentatio: eſſe in pluribus et non eſſe in plurib⁹
non ſunt in eodem: ſed ſunt in perſona et in eſſen B
tia: ergo perſona et eſſentia non ſunt idem. quo=
niam in prima iſte terminus eodem vnicam ha=
bet ſuppoſitionem: aut tantum pro perſona aut
tantum pro eſſentia. in ſecunda due ſunt ſup=
poſitiones. vna pro eſſentia: altera pro perſona.
et eſt inſtantia hic: actuale et artificiale non ſūt
in eodem: et ſunt in ere et ſtatua: ergo ſtatua et
es non ſunt idem. ¶ Sed iterum arguitur ꝙ per Iterū arg.
ſona non ſit eſſentia: quia dicit hylarius ꝙ aliud cōtra p̄dic.
eſt natura: aliud res nature. vt aliud ē igneitas: Hylarius.
aliud ignis. ergo aliud ē deus: aliud natura dei.
et ita deus nō eſt deitas. Si dicatur ꝙ nō eſt ſimi=
le de naturalib⁹ ꝛ diuinis. Cōtra: hylari⁹ ꝓcedit
a naturalib⁹ ad diuina ꝑ ſimilitudinē. ¶ Itē dicit Secundo.



Ayuntamiento de Madrid

Boetius. boetius in libro de duabus naturis et vna per=
ſona chriſti: ꝙ neſtoriꝰ dicebat in chriſto duas
eſſe pſonas: ſicut duas naturas entes. nõ vnicã
C naturam ſicut vnicam perſonam. diſtinguenda
ergo ſunt et ſeparanda proprijs actionibus na=
tura et perſona. ergo ſecundũ hoc natura et per
ſona diuerſas habent diffinitiones quas ibidē
ponit boetius. eſt enim natura prout ibi accipi=
tur/ vniuſcuiuſqꝫ ſpecifica differentia: et perſo=
na eſt rationalis nature indiuidua ſubſtantia. ſꝫ
quorum diffinitiones ſunt diuerſe ipſa ſũt diuer
ſa: ergo perſona et natura ſunt diuerſa: ergo per
Tertio. ſona non eſt natura. ſiue eſſentia. ¶ Item dicit
Damaſcenꝰ damaſcenus de ypos ꝙ non eſt deitas. deitatē
enim ſolum patrem / aut ſolum filium/ aut ſolum
ſpiritum ſanctum dici nunqꝫ audiuimus. deitas
enim naturam manifeſtat. ypoſtaſis vero perſo=
nam. ſicut humanitas naturam hominis et etiã
yypoſtaſim. natura vero diuina in vnaquaqꝫ ypo
D ſtaſi. i. perſonarum denominatione dicitur. er=
Quarto. go ſecũdum hoc perſona non eſt deitas. ¶ Itē
eſſe in qualibet perſona dicitur de diuina eſſen=
tia: ergo vel ſecundum ſubſtantiam vel ſecundũ
relationem. ſi ſecundum ſubſtantiam: ergo dici=
tur de qualibet perſona per ſe: et hoc eſt falſum.
ſi ſecundum relationem: ergo ſecundum relatio
nem illa eēntia diſtinguitur a qualibet perſona:
ergo ſicut pater non eſt filius a quo diſtinguitur
Quinto. per paternitatē ſic eſſentia nõ eſt pſona. ¶ Itē
pater genuit filium aut ſecundum ꝙ pater aut ſe
cundum quod ineſt ſibi aut ſecundum quod deꝰ
aut ſecundum quod iſte. quidam dicũt non ſecũ
dum quod pater ymo potius ſecnndum quod ge
nuit eſt pater: nec ſecundum ꝙ innaſcitur. quia
innaſcibilitas priuatio eſt. vnde non eſt origo fi
lij: ergo non eſt filius: eadem ratione non eſt pa=
ter neqꝫ ſpiritusſanctus: ergo deitas non eſt per
E ſona. ſi ſecundum ꝙ iſte. contra iſte ab aliqua p=
prietate eſt iſte. quia iſte diſcretiuũ eſt: ergo vel
a paternitate vel innaſcitate vel deitate et inde
vt prius. ¶ Item eſſe ab alio et non eſſe ab alio
Sexto. ſunt in perſona. et in eſſentia et non ſecundũ idē
cum ſint oppoſita: ergo ſecundum diuerſa: ergo
perſona ⁊ eſſentia ſunt diuerſa. ¶ Propter has
Opinio et conſimiles rationes. dixit magiſter gilbertꝰ
poiretanoꝝ et ſequaces eius ꝙ deitas non eſt deus et ꝙ hoc
nomen deus non poteſt ſupponere pro eſſentia.
¶ Sed contra hoc obicitur. deitas ſiue diuina
Cõtra ꝑdi. natura aut eſt ens aut non ens. ſi dicatur ꝙ non
opinionem ens: hoc prima fronte hereticum eſt. ¶ Preter=
Primo. ea ſi eſt nõ ens cõtra. deitas dat patri vt ſit deꝰ.
Secundo. ergo a non ente habet pat[illegible] vt ſit deus. ſed hoc
eſt hereticum et reprobabile. ſi vero deitas eſt
ens aut alia eſſentia eſt ens: aut ſeipſa. ſi alia ſic
F igitur in infinitum. ſi ſeipſa: ergo diuina eſſentia
ſeipſa eſt. ſed deus nõ ſeipſo eſt nec eſt ſua eſſen=
tia: ergo alia eſt eſſentia diuina qꝫ deus. quia qđ
per ſe eſt tale eſt magis tale: ergo deus non ſum=
me eſt quod eſt hereticum. ¶ Item eſſentia di=
Tertio. uina eſt res diuina. ſed res diuina eſt deus: ergo
eſſentia diuina eſt deus. ¶ Itē eſſentia diuina
Quarto. cauſauit omnia: ergo ē cauſatrix omnium: ergo
eſt cauſator: ergo eſt deus. propter has ratiões
et quaſdam auctoritates que dicte ſunt ſuperiꝰ
reprobata eſt hec opinio. ¶ Unde dicimꝰ ꝙ deꝰ
eſt deitas et perſona eſt eſſentia. ¶ Et ad aucto Opinio do
ritatem hylarij. dicimus ꝙ res nature et natura ctoris.
non ſunt prorſus idem. et ob hoc dicit aliud eſſe Ad primã.
natura et aliud rem nature. Perſona vero ꝓprie G
tatem habet per quam diſtinguitur. ſed eſſentia
nõ habet. vnde ſicut diceret aliquis ꝙ homo dif
fert ab animali per hoc ꝙ abundat ab ipſo. anĩal
vero non differt ab homine quia non abũdat ab
ipſo ymo tota eſſentia animalis clauditur in ho
mine. ſic quodãmodo differt perſona ab eſſentia
inqꝫtum habet proprietatem. eſſentia vero non
differt a perſona que nullam habet propietatē.
vnde non eſt ibi mutua differentia. ſed tantũ ex
parte altera et ſic patet qualiter perſona et eſſen
tia non ſunt prorſus idem. ¶ Ad auctoritatem Ad ſecũdã
boetij diſtinguenda eſt duplex ſeparatio: ſcilicꝫ Duplex ſe=
ſeparatio ſecundum rem et ſeparatio ſecundum paratio.
intellectum. ſeparatione ſecundum rem non eſt:
vt ſeparata perſona et eſſentia. ſed ſeparatione H
ſecundum intellectum ſeparate ſunt tamen ſicut
perſona et natura non ſunt diuerſa ſic nec diffini
tiones earum diuerſe ſunt proprie loquẽdo. In
diffinitione perſone cadit natura: vt patet per
predicta et ipſa diffinitio nature probatur de p=
ſona quia perſona eſt ſua perfectiua ſubſtantia=
lis differẽtia ſiue ſua ſubſtantialis perfectio. vñ
ſoluendum eſt per interemptionem nõ enim ſũt
diffinitiones diuerſe ſicut nec diffinita. ¶ Ad I
auctoritatem damaſc. dicimus ꝙ ſic intelligen= Ad tertiam
da eſt: de ipoſtaſi deitatem dicere nõ poſſumus
id eſt de vna ſola ypoſtaſi deitatem dicere non
poſſumus. et hunc intellectum tenuit ipſe cum
dixit deitatem eſſe ſolum patrem. aut ſolum fili=
um. aut ſolum ſpiritum ſanctnm. nunqꝫ audiui=
mus filium autem eſſe deitatem bene audiuimꝰ.
quia chriſtus eſt dei virtus et dei ſapientia. que
ſine dubio eſſentiam ſignificat. ¶ Ad quartam Ad quartã
rationem dicimus ꝙ eſſe in qualibet perſona di= K
citur de eſſentia ſecundum relationem. non ta=
men propter hoc diſtinguitur eſſentia a perſona
quia quod dicit boetius in libro de trinitate. de=
us eſt quantus ſine quantitate. qualis ſiue qua=
litate. ſed non eſt relatus ſine relatione. intelli=
gendum eſt tantum de relationibus perſonali=
bus. Pater enim nõ eſt relatus ad filium ſine re=
latione. quia paternitas non ſignificat diuinam
eſſentiam. ſed quando diuina eſſentia ſignifica=
tur vt relatio tunc deus eſt relatus ſine relatio=
ne. ſicut cum dicitur deus eſt dominus vel actor
creaturarum. vnde per huiuſmodi relationem
non diſtinguitur eſſentia a perſona. eodem mo=
do dicimus hic. eſſentia diuina eſt in qualibet L
perſona. eſſentia eſt hic relata ſine relatione. ſe=
ipſa enim eſt in qualibet perſona non aliqua pro
prietate diſtinctiua. ¶ Ad quintam rationem Ad quintã
dicimus ꝙ deus pater genuit filium non inqꝫtũ
pater nec inqꝫtum innaſcibilis nec inqꝫtum iſte
nec inqꝫtũ deus. quia ſi hoc eadem ratiõe et filiꝰ
genuiſſet filium. ſed inqꝫtum deus innaſcibilis.

Ayuntamiento de Madrid

inꝗtum enim eſt fons totius bonitatis: qui non
eſt ab alio voluit ab eterno cõmunicare ſuũ eẽ ⁊
M delicias ſuas: vt iocunda eſſet poſſeſſio ſicut ſu-
perius dictum eſt. Sicut ergo ſortes inꝗtũ ſor-
tes ex virtute humanitatis generat filium: vt ſal
uetur eſſe in ſpecie cum indiuiduum ſit corru-
ptibile. ſic pater inꝗtum deꝰ innaſcibilis ex vir-
tute diuinitatis genuit filium: vt communicaret
Replicatur alij ſuas delicias. ¶ Sed nõ videtur ſoluta ob-
iectio ꝓpter hoc: quia ſi pater ex virtute deita-
tis genuit filiũ: ergo deitas eſt origo filij. et hoc
videtur velle auguſtinus qui ſic exponit illd̃ ver
bum ex vtero ante luciferũ genui te. id ẽ ex mea
N eſſentia: ergo eſſentia diuina refertur ad perſo-
nam vt origo vel cauſa: ergo eſſentia nõ eſt per-
Solutio. ſona. ¶ Solutio. ſicut in naturis forme nõ agũt
Forma pro proprie loquendo. ſed ſubiecta earũ per virtutẽ
prie nõ agit formarum. Sicut fortitudo athlete proprie lo-
ſed ſuppm̃. quendo nõ ſuperat alium. ſed athleta ex fortitu-
dine ſic eẽntia diuina vel deitas nõ generat nec
eſt cauſa filij proprie loquendo. ſed pater ex dei
O tate. nec ex hoc ſequitur ꝙ deitas nõ ſit perſona
imo potius ſubtiliter inſpicienti ſequitur ꝙ eẽn-
tia ſit perſona propter omnimodã ſimplicitatẽ.
Ad ſextam. q̃ ibi eſt. ¶ Ad ſextã rationẽ dicimus ꝙ hec ar-
gumentatio non valet. eſſe in alio non eſſe ĩ alio
ſunt in perſona et eſſentia. et non ſecundũ idem:
ergo ſecundũ diuerſa. q: ſufficit oppoſitioni ſm
affirmationẽ et negationem vt ſit differentia ſe-
cundũ vnam proprietatem exiſtentem in vno et
abſentiã eiuſdẽ proprietatꝭ in alio quomodo di
ximus ſuperius ſpeciẽ differre a genere et indi-
uiduũ a ſpecie ⁊ perſonam ab eſſentia. vnde ſuf-
ficit differentia ex altera parte. Et eſt inſtantia
P ſortes nõ predicatur de pluribus. homo predi-
catur de pluribus: ergo ſortes nõ eſt homo. ſi au
tem fiat hec argumentatio: magis differũt oppo
ſita ſcd̃m affirmationẽ ⁊ negationem ꝗ relatiue
oppoſita. ſed propter relatiuã oppoſitionẽ hec
eſt vera. pater non eſt filius: ergo propter oppo
ſitionem affirmatiõis et negationis hec eſt ꝟa.
perſona nõ eſt eẽntia. Soluendũ autẽ per inter
emptionẽ prime. regula eñ. oppoſitio eñ exi-
git mutuã differentiã. ſed oppoſitioni ſcd̃m affir
Q mationẽ ⁊ negationẽ ſufficit differentia ex alte-
Replicat. ra parte. ¶ Sed iterũ obicitur. intellectꝰ diſtin
Boetius. guit perſonã ab eſſentia. vnde boetius. ſeparan
da ſunt natura ⁊ perſona proprijs diffinitionibꝰ
illi diſtinctioni aũt aliquid reſpõdet in re aut ni
chil: ſi nihil: ergo cum in re vnica ſit eſſentia di-
R uina in re non eſt niſi vnica perſona diuina. ſi ve
ro aliq̃d rñdet in re. ergo ſcd̃m rẽ differunt per-
ſona et eſſentia: ergo perſona non eſt eſſentia.
Solutio. ¶ Solutio. intellectus aliquando facit diſtin-
ctionem per ſuam abſtractionem aliquando per
rei proprietatẽ: et cũ per ſuam abſtractionẽ non
oportet aliquid reſpondere in re: ſicut cũ intel-
lectus abſtrahit albedinẽ a ſubiecto nõ oportet
illam eſſe abſtractam in re. nec tamẽ eſt menda-
cium in illa abſtractiõe: quia huiuſmodi abſtra
here nihil aliud eſt ꝗ intelligere albedinẽ: nõ in
tellecto ſubiecto. quãdo autem facit diſtinctio-
nem per rei ꝓprietatẽ: tunc illi diſtinctioni ali-
quid reſpondet in re. vnde diſtinctioni quã facit
inter perſonam ⁊ eſſentiã aliquid reſpõdet in re S
Sed hec diſtinguenda eſt. Intellectus diſtin-
guit perſonam ab eſſentia. Si enim ſic intelliga-
tur: intellectus ponit perſonã non eſſe eſſentiã.
falſa eſt. ſi autem ſic intelligatur: intellectus po
nit aliquid ineſſe perſone: quod non eſſentie: ꝟa
eſt. ¶ Qꝫ autẽ predictorũ ſolutio vera ſit: patet Nota iſta.
per auguſtinũ qui dicit ĩ libro de trinitate: ꝙ ne Augu.
fas eſt dicere deũ ſubiacere bonitati ſue: ⁊ nõ eẽ T
ſuam bonitatem Item in eodem. trinitatẽ perſo
narum dicimus eſſe vnam ſummã eſſentiã: ⁊ vnã
ſummam eſſentiam eſſe trinitatem. Item in eo-
dem. filius nõ eo eſt verbum: quo eſt. ſed quo eſt
et eſt ſapiẽtia ⁊ potentia. Et per hoc patet ꝙ nõ
ex toto idẽ eſt perſona: et natura ⁊ notio. ¶ Sꝫ Obiectio.
contra hoc quod dictum eſt ꝙ perſona et eẽntia
differũt ex parte altera obicitur. quia notio que
ineſt perſone et non ineſt eſſẽtie: eſt ipſa perſona
et ipſa eſſentia. ergo per notionẽ non differt per
ſona ab eſſentia. Ad hoc dicendum eſt ꝙ hec ar Solutio.
gumentatio non valet. deberet addi: ⁊ notio in-
eſt eſſentie ⁊ ineſt perſone. Ob hoc enim ſolum V
dicimus pſonam differre ab eſſentia: quia notio
ineſt perſone et non ineſt eſſentie. ¶ Sic iterũ Obiectio.
obicitur. eſſentia diuina predicatur de qualibet
trium perſonarum: ergo predicatur de pluribus
differentibus ſolo numero ⁊ in eo quod quid eſt:
ergo eſt ſpecies. et hoc falſum: q: oporteret plu Solutio.
res eſſentias diuinas eſſe. ¶ Ad hoc dicendum
eſt ꝙ ratio ſpeciei ſic intelligitur. ſpecies eſt qd̃
predicatur de pluribus contentis ſub ſpecie: vꝫ
de pluribus eſſentijs. ſed pater et filius et ſpiri-
tus ſanctus non ſunt plures eſſentie: nec ſunt cõ X
tenti ſub eſſentia. quia ſuppoſita eſſentia: nõ ſup
ponitur perſona. ¶ Sed contra hoc quod dictũ Replicat.
eſt ꝙ inter perſonam et eſſentiam non eſt mutua
differentia ſed tantum ex altera obicitur: quia
eſſentia eſt communis tribus perſonis et illa cõ
munitas eſt in re: ergo illa cõmunitas ineſt eẽn
tie et non ineſt alicui perſone: ergo aliqua pro-
prietas ineſt eſſentie q̃ non ineſt perſone et econ
tra. ergo ibi eſt mutua differentia. ¶ Item diffe Scd̃o.
rentia ſe habet ad perſonam: vt informans ad in Y
formatum. ergo informatio ineſt eſſentie et non
ineſt perſone. quia perſona non ſe habet vt infor
mans. ergo aliqua proprietas ineſt eẽntie: q̃ nõ
ineſt perſone. ¶ Item hoc nomen eſſentia da- Tertio.
tum eſt ab aliqua forma que ineſt eſſentie. hoc
certum eſt. ſicut humanitas a qua datuꝫ eſt hoc
nomen homo ineſt homini. aut illa forma ineſt
perſone aut non: ſi ineſt: ſed terminus ſupponit
pro eo cui ineſt ſua forma: ergo hoc nomen eſſen
tia ſupponit pro perſona. et hoc falſuꝫ ſi non in-
eſt perſone ergo aliqua forma ineſt eſſentie que Z
non ineſt perſone. et inde vt prius. ¶ Item di- Quarto.
cit auguſtinus in libro de trinitate: ꝙ filius dei
non eo eſt verbum quo eſt. ſed quo eſt: eſt eſſen-
tia: eſt deus. eſt ſapientia. ergo forma q̃ eſt eſſen
tia: non ineſt perſone et ineſt eſſentie: ergo ali-
qua forma ineſt eſſentie que non ineſt perſone.



Ayuntamiento de Madrid

Ad iſtud. ¶ Ad hoc dicendū ē ꝙ eſſentia diuina ſeipſa eſt
ſeipſa: ⁊ cōmunis ſeipſa ⁊ informās. vnde ipſa ē
cōmunitas illa: illa informatio illa forma a qua
datū eſt hoc nomen eſſentia. Sed aliter ſignifi
catur vt eēntia: aliter vt cōmunitas: aliter vt in=
formatio: ⁊ prout ſignificatur vt eēntia ineſt ꝑ=
ſone. prout ſignificatur alijs modis: nō ineſt ꝑ=
ſone. ¶ Cōcedimꝰ ergo ꝙ nulla ꝓprietas ineſt
eēntie que nō inſit perſone. Nec valet hec argu
mentatio. cōmunitas ineſt eēntie ⁊ nō ineſt ali=
cui ꝑſone. ergo aliqua ꝓprietas ineſt eſſentie:
q̄ non ineſt perſone. ſed bene ſequitur: ergo aliq̄
A ꝓprietas aliquomodo intellecta ineſt eēntie:
quo modo intellecta non ineſt perſone. Eodem
Dictū por= modo dicendū eſt ad alias obiectiōes. ¶ Scie
retani. dum autē ꝙ quia poſuit magiſter gilbertus. ſolā
formā predicari: negauit hanc/ diuina eſſentia ē
pater. quia paternitas nō ineſt diuine eſſentie.
Cōtra opi= ¶ Sed cōtra predictā ſolutionē obicit. Si eēn
nionē illiꝰ. tia diuina prout eſt ſignificata vt cōmunitas vt
B vt forma a qua datum eſt hoc nomē eſſentia non
ineſt perſone. querit: aut illi modo ſignificandi
reſpōdet aliquid in re: aut nihil. ſi aliquid: ergo
aliquid in re impedit ne eſſentia diuina ſic ſigni
ficata inſit perſone. illud nō eſt priuatio: quia in
tali modo ſignificandi nō datur intelligi priua=
tio. eſt ergo aliquā poſitiua diſpoſitio. ergo ali=
qua ꝓprietas realis ineſt eſſentie: q̄ nō ineſt per
ſone. ſi vero nihil reſpōdet: ergo nihil impedit
C quin diuina eſſentia ſic ſignificata inſit perſone
ergo forma a qua datū eſt hoc nomen eſſentia:
ineſt perſone. ergo hoc nomē eſſentia ſupponit
Augu. pro perſona. ¶ Idē videtur ꝑ auguſtinū q̄ dicit
in libro de trinitate ꝙ ſicut deus de deo: ſic eſſen
tia de eēntia. ergo ſcd̓ȝ hoc eſſentia generat eēn
tiā. ⁊ ita hoc nomē eſſentia ſupponit pro ꝑſona.
¶ Itē eiſdē rationibus quibus oſtenſum ē ſu=
perius ꝙ deus genuit deū: poteſt oſtēdi ꝙ eēn=
tia diuina genuit eſſentiā diuinā. q2 eēntia diui
na benigniſſima eſt: largiſſima ⁊ potentiſſima ē
ergo potuit ab eterno dare ſuā eſſentiā alijs: cū
ſit fons deſideratiſſimus. ergo ab eterno potuit
D volnit ⁊ ſciuit generare. ergo eēntia genuit eēn=
tiam. Sed cōtra: hoc nomē natura ſ3 boetiū cō
Cōtra iſta. mune eſt ad naturā creatam: ⁊ ad naturā increa
tam. ergo et eſſentia. ergo bene dicitur hec eēn=
tia (demonſtrata diuina eſſentia) demonſtratur.
ergo hec eſſentia genuit hanc eſſentiā. eadē de=
monſtrata. ergo eadē eſſentia genuit ſe. qd̓ ē im
Scd̓o arg. poſſibile. ¶ Itē hoc nomē deus cū ſit nomē ab
E ſolutū (vt dicitur) dat intelligere oēs quaſi pro=
prietates. vnde dat intelligere quaſi collectio=
nem proprietatum: quaꝝ collectio in nullo alio
reperitur. ergo forma huius termini deus: ſim=
pliciſſima eſt. ſcilȝ deitas. ergo hoc nomen dei=
tas nullomodo poteſt ſupponere pro pluribus.
ergo nullomodo poteſt ſupponere pro patre. q2
ſi poſſet: eadem ratione ⁊ pro filio ⁊ ſpiritu ſan=
cto. et ita natura diuina nō generat nec genera
tur. ¶ Item natura diuina cōmunis eſt tribus
Tertio. perſonis. ſed nature rerum diſcretarum diſcrete
F ſunt: et conſtat ꝙ ille non generant. quia hec hu
manitas nō generat: ſed iſte homo. ſimiliter na=
tura cōmunis non generat. hec eni eſt falſa: eēn
tia que eſt quelibet ꝑſona generat. quia hoc no=
men eſſentia non poteſt ibi ſupponere pro patre
et ſolꝰ pater generat. ſic ergo habetur vera: nul=
la natura cōmunis vel propria generat. ſed om
nis natura eſt cōmunis vel propria: ergo nulla
natura generat. quod cōcedimus. ¶ Et ad pri<sup></sup>o Ad primū
obiectum dicimus ꝙ eſſentia diuina ſeipſa eſt. ⁊ in cōtrariū
ipſa eſt ſua forma. vnde abſtractiſſima ⁊ ſimpli= G
ciſſima eſt ⁊ nullo modo habet cōcretionem vel
quaſi concretionē. deus autem ⁊ perſona quaſi
concretionē habet. Dicimus ergo ꝙ ſicut dictū
eſt ꝙ forma a qua datur hoc nomē eſſentia ineſt
perſone: ſed nō ſic intellecta. et aliquid impedit
in re ſcȝ priuatio aliqua videlicet abſtractio vel H
ſimplicitas omnimoda: ſicut ꝙ eſſentia diuina
non inſit perſone vt cōmunitas: impedit quedā
priuatio. ſcȝ indiſtinctio. ¶ Ad ſecūdo obiectū Ad ſecūdū
dicimus ꝙ non valet hec argumentatio. eſſentia
eſt de eſſentia: ergo eſſentia genuit eſſentiam. q2
prima recipitur improprie ſub hoc ſenſu pater
ſecundum eſſentiam genuit filium ſecundū eſſen Nota hic.
tiam. Sed vltima nec proprie nec improprie re
cipienda eſt. eſſentia generans prout eſt in pa=
tre dedit ſeipſam prout eſt in filio. et ſecundum
ꝙ eſt in patre eſt origo ſuijpſius ſecundum ꝙ eſt
in filio. ¶ Et ideo dicit auguſtinus ꝙ eſſentia ē
de eſſentia: ſed omnes relationes huiuſmodi re Quō intel=
ducuntur in hanc proprietatem. pater habens ligit dictū
eſſentiam dedit illam eſſentiam filio. quia eſt ge auguſtini.
nerare filium. ¶ Ad vltimo obiectum dicimus. I
ꝙ eſſentia diuina cuȝ ſit forma non agit proprie Ad vltimū
loquendo. quia forma non agit: ſed habens for=
mam. vnde ipſa non fluit nec eſt fons proprie ſed
formalitas. pater fons eſt proprie. vnde ipſe flu
it propriiſſime. ¶ Sed contra predicta obicit.
quia primum principium agendi agit. hoc patet Obiectio
in naturis. ponderoſitas mouet deorſum. et al= cōtra ꝑdic.
bedo diſgregat. hoc etiam verum eſt in natura
increata. quia diuina natura eſt creatrix et gu= K
bernatrix omnium: ergo a ſimili primum princi=
pium generandi generat. Sed diuina eſſentia ē
primum principium generandi: vt patet per hāc
auctoritatem. Ex vtero ante luciferum genui te
ergo diuina eſſentia generat. cōtra ſi diuina eēn
tia generat filium ergo diuina eſſentia non eſt fi
lius. et hoc falſum. ¶ Solutio. hec argumenta Solutio.
tio non valet: primum principium agendi agit:
ergo primum principium generandi generat qd̓
patet per diffinitionem eius quod eſt generare. L
Eſt enim generare naturam quam habet alij da
re. et per hoc patet ꝙ natura non generat. quia
natura non habet naturam ſed ſolum ſubiectuȝ
quod habet naturā generat propriiſſime loquē=
do. ¶ Patet ergo ꝙ natura creata non generat Quare di=
multominus natura increata. quia duplex impe uina natu=
dimentū eſt. primū q2 non habet naturā ꝓpriiſſi ra nō gn̄at
me loquendo. ſed quia filius non eſt aliud vel ali nec gn̄atur
us q̄ illa ⁊ per predictā rationem patet ꝙ non ge
neratur nec generat. quia primū principiū agen
di non fit: ergo primū principium generādi nō gene

M ratur. et ita diuina eſſentia non generatur nec ꝓ-
cedit: eadem ratione non generat.
Rñ. ꝙ ly ꝑſona ſupponit eēntiaꝫ ¶ Quinta queſtio quarti capituli.
Q Ueritur abſtracta ꝑſonalitate a perſo-
na quid remaneat. ¶ Hoc eī nomē ꝑſo
na datum eſt a ꝑſonalitate quam ſignifi
cat quaſi concrete abſtrahat: ergo per-
ſonalitas a ſignificato huius termini aut aliquid
remanet aut nichil. Si dicatur ꝙ nichil. ex hoc
ſequitur ꝙ hoc nomē ꝑſona ſit nomē abſtractiuū
quia preciſe ſignificat ꝑſonalitatē cōcretiue vel
quaſi concretiue. Si dicat ꝙ aliqua res remanet
ergo vel perſona vel eēntia: nō pōt dici ꝙ perſo-
O na. q abſtracta humanitate ab hoīe nō remanet
hō: ſimiliter abſtracta albedine ab albo non re-
manet album: ꝗ eodēmodo abſtracta ꝑſonalita-
te a ꝑſona non remanet ꝑſona. relinquitur ergo ꝙ
remanet eēntia. ⁊ ita in hoc ſignificato perſona
intelligitur ꝑſonalitas quaſi cōcretiue ⁊ eēntia
ſubiectū: ꝗ hoc nomē perſona ſupponit eēntiam
Rñ. ſcdo. ¶ Itē hoc nomē pater ſignificat paternitatem:
preter paternitatē aut ſignificat aliqd aut nihil
Si dicat ꝙ nihil: ſequit ex hoc ꝙ hoc nomē pater
ſit pure adiectiuū. cū nihil ſignificet niſi ꝑnita
Rñ. ad que tē cōcretiue vel quaſi cōcretiue. Si dicat ꝙ hoc
ſtionē et ad nomē pater: preter paternitatē ſignificat aliqd:
primū. ergo aut perſonā aut eēntiā ⁊ inde vt priꝰ. ¶ So
P lutio. cuꝫ dr̄ abſtrahit perſonalitas ab hoc ſigni
ficato perſona diſtiguēdum eſt. q duplex eſt ab-
ſtractio. alia eſt ſm intellectū. alia ſm reꝫ. ſi hic
intelligat de abſtractiōe intellectuali dicimꝰ ꝙ
aliqd remanet: ſcꝫ hoc vniuerſale res. q perſona
idē in intellectu eſt ꝙ res diſtincta rationalis. fa
cta ꝗ predicta abſtractiōe intellectuali remanet
ꝑſona. licet nō ſm ꝙ ꝑſona: ſꝫ remanet in vniuer-
Q ſali. ſcꝫ in hoc vniuerſali res. ſicut abſtracta hac
differētia rōnali ab hac ſpecie hō: remanet ho-
mo in vniuerſali. ſcꝫ in hoc vniuerſali animal. ſi
autē ipſe vult intelligere de abſtractiōe reali di-
cimus ꝙ hoc ē impoſſibile: ꝙ ꝑſonalitas abſtra-
hatur a ꝑſona realiter. cū ꝑſonalitas ſit perſona
Ad ſecūdū ¶ Eodēmodo reſpōdēdū eſt a ſecundo obiectū
hoc nomē pater nichil ſignificat preter paterni-
tatem realiter. q paternitas eſt pater. vñ nichil
ſignificat qd habeat eē realiter: preter paternita
tem actualiter. ſcꝫ hoc ipm̄ res vel hoc ipm̄ ꝑſona
quia pater idē eſt in intellectu ꝙ res generans.
vel perſona generans eo tamen modo quo ſupe-
rius dicitur eſſe preter ſuum inferius.
¶ Sexta queſtio huius quarti capituli.
Q Ueritur primo quid ſignificet hoc ad
R iectiuū numerale tres: cum dr̄ pater
et filius ⁊ ſpūſſanctꝰ ſunt tres. ¶ Nō
pōt dici ꝙ ſignificet eſſentiam. q per
eſſentiā non diſtinguntur tres perſone.
S diſtinguūtur inq̄tū ſunt tres ſimiliter nō pōt dici
ꝙ hoc nomē tres ſignificet ipſas ꝑſonas: qm̄ ipe
perſone nō inſunt ſibiipſis: nec diſtingunt ſeipſis
ſed ſuis notionibꝰ. Si dicat ꝙ hoc nomē tres ſi-
gnificat aliquā notioneꝫ: ſequitur ꝙ ſunt plures
Opīo mgrī notiones ꝗ̄ quinqꝫ. ¶ Ad dicit magiſter in ſentē
ad qſtionē. tiis ꝙ hoc nomen tres nichil ponit penitꝰ. ſꝫ tan
tum priuat maiorem numerū ⁊ minorē. vnde eſt
ſenſus. pater. ⁊ filius. ⁊ ſpūſſanctꝰ. ſunt tres ꝑſo-
ne ⁊ non plures ꝗ̄ tres. nec tantuꝫ due. ſimiliter
is eſt ſenſus. pater ⁊ filius ſunt due ꝑſone. i. non
tres nec tantū vna. Et cū dicit pater eſt vna ꝑſo
na is eſt ſenſus. i. nec due nec tres ſcd̄m cū: ergo
hoc nomē tres includit pluralitatē priuatiue. et T
hoc nomē plures vnitatē priuatiue. q is eſt ſen-
ſus ſm magiſtrū. pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ ſūt plu
res ꝑſone id eſt nō vna. et ita iſte due dictiones
vna plures mutuo ſeſe includūt: ⁊ ex hoc ſequit
ꝙ vtraqꝫ includit ſeipam ꝗ̄tum ad intellectū. qd
eſt impoſſibile. ¶ Alij dicunt ꝙ hoc nomen tres Alia opīo
nichil ſignificat niſi intellectū ⁊ ē dictio officia- q̄ iprobat.
lis diſtinctiua. ¶ Sed hec ſolutio nulla eſt: q ſi V
biipſi eſt cōtraria ſi ſignificat intellectū cū oīs i
tellectus ſit ſimilitudo ⁊ ſignū rei ſi aliqua dictio
ſignificat intellectū oportet ꝙ rem cuius intelle
ctus eſt ſignū ſignificet. preterea hec eēt incon-
grua pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ ſunt tres. q hoc ver
bum ſunt nihil ibi copulat ſm eos. ¶ Alij dicūt tertia opīo
ꝙ hoc nomē tres ſignificat diſtinctionē q̄ eſt in i- q̄ ſiir impro
telligente tres ꝑſonas diſtinctiue ſub ſuis notio batur
nibus. ¶ Sed hec ſolutio ſic iterū nulla eſt. qm̄
etſi nullus vnqꝫ poſſet intelligere. tñ nichilomi-
nus pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſctūs ab eterno fuerūt tres
¶ Obicit contra iſtas tres opiniones ſimul. q X
paternitas eſt ꝓprietas qua diſtiguit pater. qua Cōtra illas
re non eodēmō dicūt ꝙ vnitas eſt ꝓprietas qua tres ſimul
pater ē vnus ſiue diſtinctꝰ. vnitas in naturalibꝰ arguitur
eſt ꝓprietas diſtinctiua rei quare nō eodēmodo
dicet ꝙ vnitas patris ē ꝓprietas diſtinctiua ipiꝰ
cū pater habeat ꝓprietatē diſtinctiuam. ⁊ ſi hoc
eſt ſequitur ꝙ ſicut vnitas eſt ꝓprietas patris: ita
ternarius ē ꝓprietas ipſarū perſonarū. quod eſt
contra tres ꝑdictas opiones. ¶ Sꝫ nos hoc cō-
cedimus dicētes ꝙ vnitas nihil aliud eſt ꝗ̄ eius Opinio do
notio ꝑſonalis: ſed alia rōne dicitur notio: ⁊ alia ctoris.
vnitas. Dicit aūt notio: q per eā cognoſcit ꝑſo-
na. dicit vnitas: q p eā diſtinguit vna ꝑſona ab Z
alia. ſm aūt ꝙ notio facit ꝑſonā quā refert nō eē
illā ad quā refert: ex hoc dicit diſtingui ⁊ ex hoc
dicit vnitas. tres ergo vnitates inſunt tribꝰ per-
ſonis: quaꝝ aceruus (vt ita loquar) eſt ternarius
theologicus qui eſt in tribus ꝑſonis. a quo pater
et filius ⁊ ſpūſſctūs dicūtur tres. vnitas aūt que
eſt in eſſentia nō eſt cōmunicabilis alicui illarū
vnitatū: immo ē quelibet illarum. vnde patet ꝙ
non ē quaternitas in deitate: ſed tantū trinitas. A
¶ Queritur aūt vtrū hec ſit vera. pater ⁊ filius Queſtio in
⁊ ſpūſſanctus ſunt vnus. ita ꝙ hec dictio vnꝰ ſub cidens
ſtantiuet. ¶ Probat ꝙ ſit vera: q cum dico deꝰ
eſt vnus. hec dictio vnus ſignificat vnitatē eſſen
tie tm̄: ergo eſt pure eſſentiale: ꝗ dicit de tribus
perſonis ſingulariter ⁊ nō pluraliter. ergo hec ē
vera pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſctūs ſunt vnꝰ: ſm ꝙ hec
dictio vnus ſubſtātiuat. ſicut hec ē vera: pater ⁊
filius et ſpūſſanctus ſunt eternus. ¶ Ad hoc di-
cunt qdam ꝙ hec dictio vnꝰ qñ ſubſtātiuat ꝓpter Prima opi
articulum quē in ſe habet qd eſt ſignū diſcretionis nio.
trahitur ad ſupponēdū p ꝑſona. ⁊ ſic hec eſt falſa B
pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ ſunt vnus. ¶ Sꝫ hec ſo Contra ꝗ-

Ayuntamiento de Madrid

dictã opio-nem.
lutio nulla videtur eē per hoc ꝙ oĩe adiectiuũ maſculini gñis qñ ſubſtantiuaẜ habet in ſe articu lũ vt albus: grãmaticus. eodẽ mõ eternus omĩs ergo ſi ꝓpter articulũ ſolũ hec dictio vnus ſup-ponit tm̃ pro ꝑſona: eadem ratione articulus hu ius dictiõis eternus trahet ipm̃ ad ſupponendũ pro ꝑſona. ⁊ ita hec erit falſa: pater ⁊ filius ⁊ ſpi-ritus ſanctꝰ ſunt eternus. ⁊ hec erit vera: ſunt tres eterni: ⁊ hec dictio eterni teneatur ſubſtantiue.

C

¶ Secũda opinio.

¶ Alij dicũt ꝙ ideo hec eſt falſa: pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctꝰ ſunt vnus. qꝛ hec dictio vnus cũ ſit di ctio nũeralis excludit maiorẽ numerũ. vnde ſeq̃ retur ſunt vnus: ergo nõ ſunt tres. ¶ Sꝫ hec ſo-lutio iterũ nulla: qꝛ hec dictio vnꝰ ſignificat vni-tatẽ eſſentialẽ: ⁊ ideo debet excludere numerum eſſentiarum: nõ numerum perſonarum. vnde is eſt ſenſus: pater et filius ⁊ ſpũſſanctus ſunt vnus id eſt vna eſſentia: ⁊ non eſſentie. et ſm̃ hoc hec erit vera: pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus ſunt vnus. et ſic excludetur maior nũerus: non perſonarum ſed eſſentiarũ.

Cõtra ꝓdi-ctã opionẽ

D

¶ Tertia opinio.

¶ Forte diceetur ꝙ hec dictio vnꝰ ſubſtãtiuata: ideo ſupponit tantuꝫ ꝓ perſona: qꝛ habet in ſe duo in quibꝰ cõſiſtit perſonalitas: ſcꝫ diſtinctionẽ et rationalitatẽ. diſtinctionẽ autem habet ex eo ꝙ eſt dictio nũeralis. rõnalitatẽ ex eo ꝙ ſubſtãtiuatur in maſculino gñe.

E

Contra ter tiã opionẽ.

¶ Sꝫ iterũ hec ſolutio ſic improbaẜ per hoc: qꝛ cum hec di-ctio vnus ſignificat vnitatẽ eſſentie / non ſignifi-cat perſonalẽ diſtinctionẽ: ſꝫ tm̃ eſſentialẽ. vnde per talẽ diſtinctionẽ nõ trahiẜ ad ſupponendũ ꝓ perſona. ⁊ conſtat ꝙ nec ꝑ realitatẽ que nec aliud eſt q̃ ipa eſſentia. ⁊ ita patet ꝙ nõ valet predicta ſolutio.

F

Opinio do ctoris.
Quõ vnus qñqꜫ ſigt vnitatẽ ꝑſo ne ⁊ eẽntie.

¶ Solutio. dicimꝰ ꝙ hec dictio vnus in eadẽ ſignificatiõe ſignificat vnitatẽ eẽntie ⁊ vni-tatẽ perſone. vñ non eſt ita pure eſſentiale: ſicut hoc nomen eternꝰ. Et ideo quãdo hec dictio vnꝰ ſubſtantiuaẜ: ſubſtantiuaẜ tm̃ ad perſonã. qꝛ arti culus qui eſt expreſſio diſcretiõis: trahit hãc di-ctionẽ vnus ad maximã diſtinctionẽ ⁊ ad magis expreſſam diſtinctionẽ. ſicut hoc adiectiuũ grã-maticus ſubſtãtiuaẜ ad illum qui eſt excellẽtiſſi-me grãmaticus. ⁊ ideo hec dictio vnus teneẜ ibi tantũmodo ꝓ vnitate ꝑſonali. ⁊ ita pꝫ ꝙ hec ẽ fal ſa: pater et filius ⁊ ſpũſſctũs ſunt vnus. nec eſt ſi mile de hac dictiõe eternꝰ.

G

Alia q̃ſtio incidens

¶ Itẽ queriẜ de hac trinitas eſt trina. ¶ Probatur ꝙ eſt vera: qꝛ hec dictio trina copulat ternariũ numeruꝫ qui ineſt tribus ꝑſonis. ⁊ ita hec erit vera. trinitas ẽ trina. Per hoc etiã pꝫ ꝙ eſt vera: quia hoc nomẽ trini-tas ſupponit tres perſonas ſub ternario theolo-gico. vnde hec propoſitio: trinitas eſt trina. ſimi lis eſt iſti: albũ eſt albũ. Item idẽ ſignificaẜ per ſubiectũ ⁊ predicatũ: ergo illa eſt vera. ſi dicatur ꝙ hec dictio trina reſpicit formã huius dictiõis trinitas. ⁊ ꝓpterea ẽ falſa.

H

¶ Cõtra: hec eſt vera deus ẽ trinus. ⁊ ſi hec dictio trinꝰ reſpiceret for-mã: falſa eſſet. reſpicit ergo ſolũ ſuppoſitum. ḡ et hec dictio trina reſpicit ſolum ſuppoſitum huius nominis trinitas. ergo illa eſt vera. Si conceda tur contra trinitas eſt vna: quia vna eſt et indi-uidua trinitas ſicut dicit auctoritas. ⁊ ſi trinitas eſt vna nõ ergo trina: hec argumentatio ẽ neceſ-ſaria. quia dictio numeralis ſemꝑ excludit aliuꝫ numerũ. vnde bene ſeq̃tur: iſti ſunt tres: non er-go quattuor ſiue duo. eadẽ rõne bene ſequiẜ: tri-nitas eſt vna: nõ ergo trina.

I

Solutio do ctoris.

¶ Solutio. dicimꝰ ꝙ hec dictio trina nõ ſequitur regulã alioꝝ noĩꝫ numeraliũ: qꝛ nomĩa numeralia habẽt reſpicere formã. oĩs eñ nũerus ſiue diſcretio ex forma eſt ſed hoc adiectiuũ trina inuentũ fuit a theologis ad determinãdũ ſolũ ſuppoſitũ huiꝰ termini de-us: vt predictũ eſt.

Unũ deter minat for-mã ⁊ trinuꝫ ſuppoſitum

Vñ pꝫ ꝙ hec argumẽtatio nõ valet: trinitas ẽ vna: ergo trina. qꝛ hec dictio vna determinat formã: hec vero dictio trina ſolũ ſup poſitũ. ſi aũt hec dictio trina determinaret for mã ſicut hec dictio vna: tũc neceſſaria eſſet argu mentatio: ⁊ hec eſſet falſa: trinitas eſt trina. quia ſm̃ hoc exigereẜ ꝙ tres eſſent ternarij ꝑſonarum ⁊ nouẽ perſone.

K

ſꝫ quia hec dictio trina mere ſup poſitũ determinat: ideo hec eſt vera: trinitas eſt trina ⁊ vna: ſicut dictũ eſt. ſm̃ prepoſitũ hec eſt vera deus ẽ trinus et vnus. ita ꝙ hec dictio trinꝰ ſupponat ibi pro tribus ꝑſonis. Hec autẽ eſt fal-ſa: trinitas eſt triplex. qꝛ hec dictio triplex ſigni ficat trinitatẽ eſſentiarũ.

L

Et nota ꝙ cũ diciẜ: tri-nitas eſt vna. hec dictio vna ſignificat vnitateꝫ q̃ ineſt ternario ꝑſonarũ ſiue trinitati. Nõ eñ põt dici ꝙ ſignificet vnitatẽ eſſentie. qꝛ non eſt is ſen ſus. trinitas eẽntie ⁊ non pluriũ eẽntiarũ. ſꝫ is ẽ ſenſus trinitas ẽ vna id eſt vna ẽ trinitas ⁊ nõ plu res trinitates. Que aũt ſit illa vnitas q̃ ineſt ter-nario perſonarũ q̃ ſignificatur cũ diciẜ trinitas eſt vna: dicetur inferius.

quare trini tas dꝛ vna.

M

Alia q̃ſtio incidens

¶ Itẽ ſolet queri quid ſignificet hec ꝓpoſitio in. in talibus locutionibꝰ vnitas ẽ in trinitate: trinitas eſt in vnitate. ſatis poteſt patere cum diciẜ: vnitas eſt in trinitate. notat eñ quaſi informationẽ ſicut in iſtis: deitas ſiue eſſentia ẽ in prẽ vel in filio vel in ſpũ ſctõ: dei tas ſiue eẽntia ſiue potẽtia ſiue bonitas eſt in tri nitate. In oĩbus talibꝰ hec ꝓpoſitio in. notat q̃ſi informationẽ. qm̃ deitas eſt quaſi forma prĩs et filij ⁊ ſpũſſcti: vt dictũ eſt. vnitas aũt eſſentie ni-chil aliud eſt q̃ eſſentia. ⁊ ideo pꝫ ꝙ hec prepoſi-tio in notat quaſi informationẽ in hac. vnitas eſt in trinitate: idẽ in tribus ꝑſonis.

N

Alia q̃ſtio.

¶ Sꝫ dubiũ ẽ quid notet in hac: trinitas eſt in vnitate. non eñ poteſt notare informationẽ aut quaſi informatio nẽ. nec poteſt dici ꝙ trinitas ſit ĩ vnitate ſicut ſpe cies in genere vel genus in ſpecie: nec ſicut con-tentũ in cõtinente: nec ſicut partes in toto vel to tum in ſuis partibꝰ: nec ſicut effectꝰ in cauſa: nec ſicut cognitio in cognoſcẽte. Et gñaliter non vi-detur. ꝙ aliquis modus quo aliq̃d in aliquo dici tur eſſe poſſit adaptari huic modo quo trinitas ẽ in vnitate.

O

¶ Dicũt aũt quidã ꝙ cũ dicitur trini tas eſt in vnitate hec dictio in. notat idẽptitatẽ perſone. qꝛ nulla eſt diſtinctio trinitatis ad vni-tatẽ eſſentie. ¶ Sed hoc eſt cõtra naturã prepo ſitionis: quia ſemꝑ prepoſitio vult notare aliquã tranſitionẽ ſicut dicit priſcianus.

Opinio do ctoris.

ideo dicimꝰ ꝙ cum dicitur trinitas eſt in vnitate. hec dictio in. notat quaſi ſubiectionẽ. ſicut eñ vnitas eſt quaſi forma trinitatis. ita trinitas quaſi ſubiectum vni tatis ⁊ ſunt plures modi loquendi in naturalibꝰ.

P

Ayuntamiento de Madrid

quia dicit ꝙ albedo eſt in albo ⁊ albũ in albedi-
ne vel poteſt dici ꝙ trinitas hic accipitur non ꝓ
ipſis perſonis. ſed ꝓternario perſonaruꝫ: et hoc
nomen vnitas ſumitur ibi emphatice ꝓ deo. ſcꝫ
trinitate que eſt vnitas: vt ſit ſenſus: trinitas eſt
in vnitate. id eſt in deo qui ẽ vera vnitas: vt iſte
Q terminus deus ſupponat ibi ꝓ tribus ꝑſonis. et
ſic patebit ꝙ hec prepoſitio in. notabit quaſi iſfor
mationẽ ſicut in hac: vnitas eſt in tribus ꝑſonis.

## Capitulũ quintum de notionibus in generali: continet ſex queſtiones.

Dicto de perſonis dicẽdũ eſt de notio-
nibus. Et primo de notionibꝰ in gene-
rali: ſcđo in ſpeciali. c. vj. Et primo di-
Diſo quinti capituli. ſtinguẽde ſunt diuerſe opiniões de no-
tionibus ⁊ que poſſint ſuſtineri. ⁊ que non. Scđo
de q̃nario notionũ. vtrũ inſit ꝑſonis: ⁊ ſi ineſt ꝑ-
R ſonis. vtrũ numeret vel determinet ꝑſonas. Ter
tio videndũ eſt cũ cõtrarie ſint opiniones de no
tionibꝰ quomodo nulla earũ ſit heretica et vtruꝫ
peccent magiſtri cõtraria de notionibꝰ opinan-
tes. Quarto vtrũ adiectiua eſſentialia p̃dicẽtur
de notionibꝰ. ⁊ ſimiliter vtrũ adiectiua ꝑſonalia
id eſt q̃ cõueniũt ꝑſonis predicent̃ de notionibꝰ
Quinto quomodo ĩtelligẽda ſit auctoritas boe-
tij. que dicit deꝰ eſt qualis ſine qualitate ⁊ quan-
tus ſiue quãtitate: nec tamen eſt relatus ſine re-
latione. Sexto et vltimo qualiter poſſit ſuſtine
ri illa opinio que dicit ꝙ notio non differt a ꝑſo-
na niſi in modo loquẽdi qui dicit ꝙ notio eſt per-
ſona et ꝙ ſuppoſita notione ſupponitur perſona ⁊
ecõtrario.

## Prima queſtio quinti capituli.

S Circa primũ capitulũ notandũ eſt ꝙ de
Opio porretanorũ. notionibꝰ ſunt multe opiniones. Di-
cunt ei porretani ꝙ multoplures ſunt no
tiones q̃ quinq̃ et ꝙ notiones non ſunt
Scđa opio perſone. Alij dicunt ꝙ notiones non ſunt niſi
in modo loquẽdi. vñ ſecundũ eos proſus idẽ eſt
dicere pater eſt ꝙ paternitas eſt ⁊ ecõuerſo. ſicut
cum dicitur rogo benignitateꝫ tuã. i. te benignũ
tertia opio iſti dicũt ꝙ ſuppoſita paternitate ſupponit̃ paẗ.
T Alij dicũt ꝙ tm̃ ſunt trẽs notiones: nõ tm̃ di-
Opinio cõis. cũt ꝙ ſuppoſita notiõe ſupponit̃ ꝑſona. Cõis
opio eſt ꝙ ſũt tantũ quinq̃ notiones: ⁊ ꝙ notio-
Quõ ſumũtur notiões ſm primam opinionem nes ſunt perſone. Scđm primã opinionẽ notã
dũ ꝙ quedam notiones ſumunt̃ ſm eſſentiã: vt il
le que ſignificant̃ hijs nominibꝰ equalis ſummꝰ
coeternꝰ. cũ dicitur filius equalis ſimilis coeter
nus patri. quia ſm hanc opinionem talia nomia
equalis ſimilis coeternus copulant mere notio-
nes ſiue ꝓprietates perſonarũ. ſꝫ ſcđm cõmuneꝫ
opinionẽ ſignificant p̃ncipaliter diuinã eſſentiã
et cõnotãt diſtictionẽ. ſimiliter cũ dicitur pater
A diſtinguitur a filio. ſcđm eo ſignificat̃ diſtinctio
que nõ eſt paternitas ſed ex paternitate. ſicut di
citur album differt a nigro. ſic ſignificat̃ differen
tia q̃ non eſt albedo: ſed ex albedine. pꝫ ḡ ꝙ ſcđꝫ
iſtos multoplures ſunt notiones q̃ q̃nq̃. dicunt
etiã ipſi ꝙ notiones nõ ſunt ꝑſone. Sed ꝙ hec
opinio nullomodo poſſit ſuſtineri ꝓbatur multi-
Cõtra primã opinionem. pliciter. Primo eſt cõtra illud qđ dicit̃ in p̃fa
tione in perſonis adoret̃ ꝓprietas. ſi ergo ꝓprie-
tas ẽ adoranda: ḡ eſt deus. Itẽ in patre nõ eſt
Arguitur. aliqua cõpoſitio vel cõcretio qr ipſe ẽ diuina per
Primo. ſona: et in deo vt ꝓbatum ẽ ſuperius nichil tale
Secundo accidit: ḡ cũ pater in eo ꝙ pater ſit diuina ꝑſona
X pater in q̃tum eſt pater eſt omnimodo ſimplex.
ſed dicit boetius i libro de trinitate. ꝙ omni ſim-
plici idẽ eſt eſſe qđ ip̃m eſſe: ⁊ ꝙ idem eſt quod ẽ ⁊
quo eſt. cum ḡ pater ſit omnimodo ſimplex: idem
Tertio eſt pater qđ paternitas. Item dicit beatꝰ au-
guſtinus ꝙ ſi deus nõ eſſet deitas qua ip̃e eſt deꝰ
vel bonitas qua ip̃e eſt bonus bonitas ſua natu-
Y raliter prior eſſet q̃ ipſe. ſicut albedo naturaliter
prior eſſet q̃ albũ tanq̃ formalis cauſa ſuo cauſa
to: ergo eadẽ ratiõe cũ pater non ſit ſua paterni-
tas: paternitas naturaliter prior ẽ q̃ pater ⁊ ita
aliquid ẽ prius q̃ diuina eſſentia qđ eſt hereticũ
Quarto. Itẽ paternitas ẽ ens aut nõ ens. ſi dicat ꝙ eſt
nõ ens ſequit̃ ꝙ nõ ens dat patri vt ſit pater: ergo
non ens dat patri vt generet filiũ. qđ eſt abuſio
Z heretica. Si dicatur ꝙ paternitas eſt ens: ergo
eſt bonũ vel malũ. nõ poteſt dici ꝙ ſit res mala:
quia ſm hoc res mala daret patri: vt eſſet pater.
ſi eſt bonũ ergo eſt deus vel eſt a deo. qr dicit bea
tus auguſtinus ꝙ quicq̃d eſt bonũ aut ẽ deꝰ aut
ens a deo. ſed nõ eſt deus vt ipſi dicũt: ergo eſt a
Quinto. deo. Preterea ſi eſt bonũ nec a deo vt ipſi di-
cunt nec deus: ſequeret̃ ꝙ deus nõ eſſet prius oĩ
A um bonorũ. relinquit̃ ergo ꝙ paternitas ſit bona
et a deo: ḡ eſt a deo ex eẽntia diuina vel ex nullo
ꝙ hec argumentatio ſit neceſſaria ꝓbatur ꝑ hoc
Auguſtinꝰ xij. ꝯfeſſionum. quod dicit auguſtinus in. xij. libro confeſſionis.
vbi probat ꝙ deus fecit oĩa ex nichilo. ſic loquẽs
ad deũ. O dñe tu feciſti oĩa non de tua ſubſtãtia
quia ſi de tua ſubſtãtia: eſſent id quod tu es. et ſi
eſſent id quod tu es eſſent equalia vnigenito filio
tuo: ergo o dñe de nichilo feciſti omnia. eodẽmo
do ſequitur ꝙ ſi paternitas ẽ a deo ꝙ ip̃a ſit de di
B uina eẽntia vel de nichilo. ſꝫ ip̃a nõ eſt de diuina
eſſentia. qr ſi hec eſſet: eẽt deus: ḡ eſt de nichilo:
ergo eſt creatura: ḡ incepit eſſe: ergo paternitas
nõ fuit ab eterno: ergo pater nõ fuit paẗ ab eter-
no. Item ſequitur ꝙ creatura dat patri vt ſit
Sexto. pater. hijs obiectionibus pꝫ ꝙ hec opinio non
poſſit ſuſtineri. Cõtra ſcđam opinionem que
Contra ſecundã opinionem. dicit ꝙ ſuppoſitata notione ſupponitur perſona
obicitur ſic. ſm eos oportet nãq̃ dicere ꝙ cũ di-
citur pater generat filiũ: hoc verbũ generat non
Af. primo. ſig̃t pure niſi patrẽ. qr idẽ proſus ſig̃tur per hoc
C ꝙ dico gñatio ⁊ ꝑ hoc ꝙ dico pr̃. eodẽmõ ſequit̃.
ſꝫ eos. qr cum dico pater ſpirat ſpiritum ſanctũ
hoc verbũ ſpirat mere ſignificat patrẽ: ergo iſta
duo verba generat ſpirat proſus ideꝫ ſignificãt
ergo iſte due propoſitiões proſus idẽ ſignificat
pater generat filiuꝫ. pater ſpirat filiũ. ſed vna eſt
vera: ergo reliqua eſt vera. quare vna eſſet vera
potius q̃ reliqua non poſſet dici aliquomõ niſi
propter diuerſas cõparationes patris ad filium
Secundo et ſpiritũſanctũ. Iteꝫ queritur quare dicit au
D guſtinus. pater et filius ſunt vnum principium
ſpiritusſancti. oportet eñi ꝙ ipſe hoc dicat ꝓpter
vnam notionem cõem patri ⁊ filio: aliter mentitꝰ

BIBLIOTECA MUNICIPAL
Ayuntamiento de Madrid

eſſet auguſtinus. Oportet igitur ꝙ vna ſit notio
cōis que nō ſit paternitas. ⁊ ita ea ſuppoſita non
ſupponitur paternitas. ſed ſuppoſita paternitate
ſupponitur pater ⁊ ecōuerſo: vt ipſi dicunt ergo
ſuppoſita illa cōmuni notione non ſupponitur pa=
Tertio. ter. qđ ipſi negant. ¶ Itē pater generat filiū: er
E go aliquo modo ſe habet ad filium. ⁊ eſt locus a
diffinitione: qꝛ relatiuoꝝ eſt eſſe ad aliud quodā=
modo ſe habere. Similiter pater ſpirat ſpm̄ ſan=
ctum: ergo aliquomodo ſe habet ad ſpm̄ ſanctum: ergo
pater eodēmodo ſe habet ad filiū quo ad ſpiritū
ſanctum. vel alio modo. ſi dicat ꝙ eodē mō pror=
ſus: ſed ad filiū ſe habet vt pater: ergo ad ſpiritū
Per hec pꝫ ſanctū ſe habet vt pater. ſi dicatur ꝙ alio modo: ille
improbatio alius modus non eſt niſi notio alia: ergo diuerſe
tertie opi= notiones ſiue relatiōes ſunt in patre reſpectu fi=
nionis. lii ⁊ ſpūſancti. quod ipſi negant. ¶ Eiſdē rōnibꝰ
F poteſt improbari tertia opio. ¶ Propter ſupra=
Q5 quinq dictas rōnes coacti ſunt theologi dicere quattu
ſunt notio= or notiones eſſe. ſcꝫ paternitatē/filiationē/ſpira=
nes. tionem: ſcꝫ qua ſpūſſctūs ſpirat a patre ⁊ filio cō
G munē ſpirationē: qua pater ⁊ filius ſpirant ſpiri=
tum ſctm̄. ⁊ quintā etiam ponūt: q̄ eſt innaſcibili
Opio vera tas ratiōe q̄ poſt dicetur. ¶ Predictis ergo ratio=
nibus coacti ſunt dicere ꝙ notiones ſunt ꝑſone:
⁊ tn̄ ſuppoſitis notionibꝰ nō ſupponuntur ꝑſone. ſi
cut eñ licet eſſentia ſit perſona: tamen ſuppoſita
eſſentia nō ſupponitur ꝑſona. ita ⁊ eadē rōe licet
notio ſit perſona: tn̄ ſuppoſita notiōe non ſuppo=
nitur ꝑſona. Hoc aūt ideo cōuenit: quia aliqđ cō
uenit notioni qđ nō cōuenit perſone: ⁊ ꝑſone qđ
nō cōuenit notioni. qꝛ pater eſt cōis ſpiratio: ſed
paternitas nō eſt cōis ſpiratio. ⁊ ideo qꝛ aliquid
cōuenit notioni qđ nō conuenit ꝑſone: cōtingit
ꝙ ſuppoſita notione: nō ſupponitur ꝑſona. ⁊ econ=
uerſo. ⁊ hec eadē ratio dicta fuit quare ſuppoſita
H eſſentia nō ſupponitur perſona. Notioni etiā cōue
nit proprie diſtinguere: ꝑſone aūt conuenit diſti
gui. cum ergo ſuppoſita eſſentia non ſupponatur
perſona: ⁊ ſuppoſita ꝑſona non ſupponatur notio:
patet tres eſſe modos ſignificandi in theologia:
ſiue tres modos ſupponendi. qꝛ quādoq ſuppo=
nitur q̄d per noīa eēntialia: vt deꝰ/deitas/eēntia
natura/potentia. qñq ſupponitur q̄s: vt cum ſup
ponitur ꝑſona. qñq ſupponitur q̄: vt cuꝫ ſupponitur
notio. Duobus primis modis inueniūtur confor
I mes in naturalibus: qꝛ ſuppoſito homine ſm ꝙ
homo: ſupponitur quid. ſuppoſito ſorte: ſupponitur
quis. ſicut in arte grāmatica. Sed tertiꝰ modus
ſupponēdi nō inuenitur in naturalibꝰ. qꝛ oīs forma
eſt res alicuius generis vel alicuius ſpeciei: ⁊ ita
eſt quid. non aūt poteſt dici ꝙ ſuppoſita notione
ſupponatur quid. qꝛ inde ſequeretur ꝙ in trinitate eēt
multiplex quid: cum in trinitate multe ſint notio
Cōtra hāc nes. ¶ Cōtra hanc cōeꝫ opinionē multipliciter
opionē ar. obicitur: ⁊ gnāliter ⁊ ſpecialiter. generaliter ſic.
Ois perſona ē aliqua iſtarū triū notionū. demō
ſtratis tribus iſtis notiōibꝰ: paternitate/filiatio
ne/proceſſione. ſed quelibet notio eſt perſona: er
go quelibet notio eſt aliqua iſtarū triū notionū.
ſed cōis ſpiratio eſt aliqua notio: ergo cōmunis
ſpiratio eſt aliqua iſtarū triū notionū. ergo cōis
ſpiratio eſt paternitas vel filiatio vel proceſſio.
qđ manifeſte falſum eſt: ſm hanc opinioneꝫ. Q5
autē prima argumētatio ſit neceſſaria: ſic proba
tur ꝑ hoc ꝙ fit in primo modo prime figure. ¶ For Euaſio.
te dicetur ꝙ nō valet: qꝛ minor extremitas nō cōti
netur ſub termino medio: qꝛ per minorem extre=
mitatē ſupponitur notio ꝑ mediū perſona. ¶ Sed Replicat.
cōtra. hec argumētatio eſt neceſſaria: oē grāma
ticū eſt muſicū: ſed omne muſicū eſt dialeticum:
ergo omne grāmaticū eſt dialeticū. tamē minor
extremitas nō cōtinetur ſub medio. ergo ad hoc ꝙ
talis argumētatio ſit neceſſaria nō oportet ꝙ mi
nor extremitas cōtineatur ſub medio. ⁊ ſic videtur
ex neceſſitate ꝙ illa argumētatio ſit neceſſaria.
¶ Solutio. dicimus ꝙ illa argumētatio non eſt Solutio ad
neceſſaria. licet enim teneat in naturalibꝰ termi= argumētū.
nis: non tamen tenet in theologicis. ⁊ hoc ideo
qꝛ in naturalibꝰ terminis ad hoc ꝙ propoſitiones M
ſint vere exigitur ꝙ ſubiectū ſuppoſitiōe cōtineatur
ſub predicato. Ad hoc eñ ꝙ hec ſit vera: omne Nota drāꝫ
grāmaticū eſt muſicum. exigitur ꝙ ſubiectum con in naturali
tineatur ſub predicato ſuppoſitione. i. illud qđ ſup= bus theolo
ponitur per ſubiectū ſupponatur per predicatū. Sꝫ gicis
in theologicis terminis vera eſt propoſitio affir N
matiua: licet nō idē ſupponatur per ſubiectum qđ
per predicatū. qꝛ hec eſt vera: notio eſt ꝑſona vel
eſſentia eſt perſona. ⁊ tamē ſuppoſita notiōe vel
eſſentia: nō ſupponitur perſona. Quia ergo i theo
logicis ꝓpoſitio vniuerſalis eſt vera: licet ſubie
ctum nō cōtineatur ſub predicato ſuppoſitiōe nec
etiā poſſit cōtineri: ideo non valet talis forma ar
gumētandi in theologicis: ſicut etiā non tenet in
mixtionibꝰ. Et patet per hoc ꝙ ibi ē fallacia ſm Nota iterū
accidēs: ſicut diceretur in mixtionibꝰ. ¶ Iſta etiā ſm noīales
forma fallit ſm noīales: qui dicunt ꝙ vnū nomē
eſt plures voces. poſito ꝙ nō ſint niſi tres iſte vo O
ces canis. canem. cane. ſm eos nō valet hec ar=
gumentatio. oē nomen eſt hec vox canis: ſꝫ om
nis vox eſt nomē: ergo oīs vox eſt hec vox canis.
¶ Item hec eadē opinio dicit ꝙ ſuppoſita notio
ne non ſupponitur perſona. ¶ Cōtra. deitas eſt de Obiectio.
us: ⁊ ſuppoſita deitate ſupponitur deus. queritur vñ
hoc cōtingat. Et videtur ꝙ nō poſſit aſſignari niſi
ꝙ deus eſt oīmodo ſimplex. in compoſitis nō eſt
ita: ſicut in hoīe. quia propter cōcretionem que P
eſt in homine ſequitur ꝙ nō humanitas ſit hō: nec
ſuppoſita hūanitate ſupponitur hō. ſed eadem ſim
plicitas eſt in patre q̄ eſt in deo. vt eñ deus ſm
ꝙ deus eſt oīmodo ſimplex: ita pater ſm ꝙ pater
ſed qꝛ deus ſm ꝙ deus eſt oīmodo ſimplex. ideo
deitas eſt deus: ⁊ ſuppoſita deitate ſupponitur deꝰ
ergo eadem rōne quia pater ſm ꝙ pater eſt omni
modo ſimplex: ſequitur ꝙ paternitas ſit pater: et Solutio.
ſuppoſita paternitate ſupponitur pater. ¶ Solu=
tio. dicimus ꝙ re vera deitas eſt deus: ⁊ ſuppoſi=
ta deitate ſupponitur deus. ſed hec non eſt ſuffici
ens ⁊ preciſa cauſa: quia deus eſt omnimodo ſim Q
plex: ⁊ ad hoc operatur vnitas q̄dditatis in dei=
tate. quia ibi eſt vnicū quid: nō multiplex quid. ⁊
ideo quotiens quid ſupponitur: vnicū ſupponitur.
Cum ergo ſuppoſita deitate ſupponitur q̄d ⁊ ſimi=
liter deo ſuppoſito ſupponitur q̄d: manifeſtū eſt

Ayuntamiento de Madrid

ꝙ ſuppoſita deitate ſupponiƚ deus. ſed in patre ſunt plures notiones ex quo ſequiƚ ꝙ ſuppoſito
A
patre: nō ſupponiƚ aliqua notio. diuerſitas ei notionis de neceſſitate exigit ꝙ ſuppoſito patre nō ſupponatur aliqua ear. Nō eñ eſſet ratio quare potius ſuppoſito patre ſupponitur paternitas: ꝗ̃ ſpiratio. cum ſit ipē vtraq; illarū. Et preterea ſi diceretur ꝙ ſuppoſita paternitate ſupponitur pater ⁊ econuerſo: ſequeretur ꝙ paternitas eſſet cōis notio. quia pater eſt cōmunis notio. hoc autem eſt improbatum ſuperius.

¶ Secunda queſtio quinti capituli.

Q; de⁹ ſit quinus ꝑpter quinq; notiones.

Circa ſextum capitulū queriƚ cum in deitate ſint quinq; notiones: quare potius dicatur de⁹ trinus ꝑpter tres: ꝗ̃ quinus ꝑpter quinq;. ¶ Itē quinq; notiones

Ar. primo.
S

ſunt: ergo quinarius notionū eſt: g̃ quinarius eſt in perſonis: q2 ille quinarius nichil aliud eſt ꝗ̃ ille quinq; notiones. Si eñ diceretur ꝙ ille quinarius non eſſet quiq; notiones: ſequeretur ꝙ aliqua res eēt in deitate que nō eſſet ꝑſona vel eſſentia vel notio. Si ergo ille quinarius ineſt ꝑſonis: g̃ ille perſone ſūt quiq;. Et videtur ꝙ hec argumētatio ſit neceſſaria. ſicut hic ternarius ineſt hominibus: ergo tres hoīes ſunt. ¶ Item cū dicitur

Scđo ar.
T

quinq; ſunt notiōes. quinarius copulatur notionibus. iſte aūt quinarius eſt q̃nq; notiōes (vt ꝓbatum eſt) g̃ copulaƚ quinarius ſibiipſi ſiue q̃nq; notiones ſibiipſis: ſed nō inſunt ſibiipſis. g̃ hec ē falſa: notiōes ſunt q̃nq;. Eadē eſt obiectio de iſta tres ſunt notiones. ⁊ de hac: paternitas ē vna notio. q̃d copuleƚ per hoc nomē vna: vtrū notio ipa

V

vel proprietas notiōis. ſi notio ipſa idē ſibi copulabitur. ⁊ ita videƚ ꝙ ſit falſa: ſi proprietas notionis ⁊ non notio ſequiƚ ꝙ aliquid eſt in deitate qđ

Solutio

nō eſt notio vel perſona vel eſſentia. ¶ Solutio ad huius rei euidētiā notādū eſt ꝙ cōis ſpiratio eſt vna notio. et illa vnitas qua ipſa eſt vna: ē ipa cōmunis ſpiratio. vnde patet ꝙ illa vnitas eſt in patre ⁊ filio: ⁊ tñ illa vnitate nec pater eſt vnus: nec filius eſt vn⁹. qm̃ illa vnitate nō eſt pater nec filius vniuerſaliter diſtinctus: ſ; illa vnitate eſt vna cōis ſpiratio: quia illa vnitate eſt ipa diſtin-

Correlariū

cta ab omni alia notione ſiue ab oī alia re. ¶ Ex hoc p; ꝙ quinarius notionū ineſt tribus ꝑſonis:

X

nō tamē perſone ſunt q̃nq;. quia licet ille quinarius notionū ſit in ꝑſonis: nō tamē eſt numerus ꝑſonar̄ nec nūerat ꝑſonas. q2 illi⁹ q̃narij pars eſt vnitas. ſ. cōis ſpiratio q̃ nō determinat aliquā ꝑſonam ſicut numerat. ⁊ ideo ille quinarius nō determinat illas ꝑſonas vt dicātur q̃nq; ſicut binaris naturar̄ ineſt chriſto: nō tamē chriſtus ē duo

Y

et ſicut ternarius accidētiū vel actionū ineſt ſorti: nō tamen ſortes eſt tres. ¶ Sunt aūt tantum

Vera notionum.

tres notiōes: ſc; paternitas/filiatio/ſpiratio que vniuerſaliter et proprie diſtingūt tres perſonas et ideo iſte ſole dicunƚ ꝑſonales notiones ⁊ ſunt tres vnitates trium ꝑſonar̄ quib⁹ perſone dicuntur tres. ⁊ p; ꝙ nō eſt ſimile illud qđ inducitur ꝑ ſimili: q2 ternarius qui ineſt hoībus numerat homines: ſed quinarius notionū nō numerat perſo-

Ad primam

nas licet inſit ꝑſonis. ¶ Ex hoc p; ſolutio ad primo obiectu; : quia nō ſunt quinq; perſone. ⁊ ideo ſi hoc nomē deus teneatur pro eſſentia cum dico deus eſt quinus. is erit ſenſus. diuina eſſentia eſt cōis q̃nq; perſonis. qđ manifeſte falſu; eſt. Siue ro hoc nomē deus ſupponat ibi ꝙ trib⁹ perſonis: patet ꝙ hoc eſt falſum: quia perſone nō ſunt q̃nq; nec denominari poſſunt quinq; ab illo quinario. Z

Ad. 2.

¶ Ad vltimo obiectū dicimus ꝙ cū diciƚ notiones ſunt quinq;. idem ſibi copulaƚ: ⁊ tamē propoſitio eſt vera: quia ſolet dici principia rer̄ in ſe reflectūtur. vnde principiū eſſendi ſeipſo eſt. ⁊ principiū diſcernēdi ſeipō diſcerniƚ. vñ hec eſt vera: A

vnitas eſt vna. ⁊ differentia ſeipſa differt. ⁊ inherētia ſeipſa inheret. ſicut g̃ hec eſt vera: vnitas ē vna. licet idē ſibi copuleƚ. ita hec ē vera notiōes ſunt quinq;. licet idem ſibi copuleƚ. q2 principiū diſcernēdi ſeipō diſcerniƚ. vnde eſt ſibi quaſi forma: ſicut eſſentia diuina eſt ſibi forma.

¶ Tertia queſtio quinti capituli.

¶ Quomodo nulla opinionum de notionibus ſit heretica: licet oppoſite ſint.

Circa tertiū queritur. cū cōtrarie ſint opiniones de notionib⁹: quomō nulla illarum ſit heretica. dictum eſt eñ ſm̄ quoſdā ꝙ notiones nō ſunt ꝑſone B

Ar. primo ꝙ ſic.

¶ S; videtur ꝙ altera illarū opinionum ſit heretica. q2 ſi prima eſſet vera: vltima aſſerit de hoc qđ nō eſt deus ꝙ eſt deus: q2 aſſerit de paternitate ꝙ nō eſt deus. ſ; hoc eſt hereticū quia ideo errāt infideles pagani: q2 aſſerebāt de eo quod nō eſt deus ꝙ eſt deus. ergo eodē mō iſti C

ſunt infideles qui dicūt de eo quod eſt de⁹: ꝙ nō eſt deus. eodēmodo ſi vltima opinio ſit vera: ſeq̃tur ꝙ prima ſit heretica. q2 prima opinio aſſerit

Euaſio.

de eo qđ eſt deus ꝙ nō eſt deus. ¶ Ad hoc forte dicetur ꝙ aſſerere de eo qđ nō eſt deus ꝙ ē deus nō eſt hereticu;. ſed aſſerere de creatura ꝙ eſſet deus: hoc eſſet hereticū. ¶ S; ꝓbatur ꝙ ex opi-

Replicaƚ.

nione prima ſequiƚ ꝙ paternitas ſit creatura. q2 cum paternitas ſit aliqđ bonū: ſequitur ꝙ ſit de⁹ vel a deo. ſed non eſt de⁹ ſm̄ eos: ergo eſt a deo. D

ergo vel eſt ab eſſentia diuina vel a nichilo. ſi dicatur ꝙ ab eſſentia diuina: ſequitur ꝙ ſit deus vt patet ex predictis. Relinq̃tur ꝙ ſit ex nichilo ergo creatura: et ita ex prima opiniōe ſequiƚ ꝙ paternitas ſit creatura. ⁊ ita ſi prima opinio eſt vera: vltima opinio aſſerit de creatura ꝙ ſit deus. et ſi vltima eſt vera: prima aſſerit de eo quod ē deus: ꝙ eſt creatura. ⁊ vtrūq; eſt hereticū. g̃ altera opinio eſt heretica. q2 oportet ꝙ altera ſit vera: E

Item ar.

cum ſibi cōtradicāt. ¶ Itē probaƚ ꝙ iſti vel illi peccent mortaliter. q2 dicit btūs auguſtin⁹ ꝙ nichil fructuoſius inueniƚ ꝗ̃ in trinitate: et nunq̃ periculoſius erraƚ. ſed vel iſti vel illi errāt in trinitate: g̃ periculoſiſſime errāt: g̃ mortaliter peccant. Sed hoc videtur eē cōtra beatū ambroſiū qui dicit ꝙ mg̃ri qui docēt falſum de deo (ſed nō pertinaciter) ferunt ſecum lignum/fenum/ſtipulam: ergo nō peccant mortaliter. ¶ Solutio. di

Solutio doctorum.

cimus ꝙ neutra illarum opinionū ē heretica. cū enim in ſacra ſcriptura non habeamus determi- F

natum de notiōibus: ideo licet magiſtris opina-

Ayuntamiento de Madrid

ri: ſed nō licet eis aſſerere. Si enī quis aſſerat ali
quid de deo qđ nō ſit determinatū i ſacra ſcriptu
ra vel quod non ſequaꝛ directe ex fide mortaliter
peccat. quia ſe cōſtituit ſupra deū. Judex enī eſt
ſupra id de quo habet iudicare. talis enī eſt ordo
iudicandi: vt deꝰ iudicet omīa: ſpiritualis homo
iudicet oīa que ſub ſe ſunt: vt animales hoīes et — G
omnia inferiora. Animalis aūt homo nō poteſt — 1. Cor. 2.
iudicare de ſpiritualibꝰ: ſcꝫ de hoīe ſpūali. quia
aīalis hō non percipit ea q̄ dei ſunt. vt dicit apo=
ſtolus. ſed aīalis homo bn̄ pōt iudicare porcos ⁊
huiuſmodi tm̄. Qui ergo ſua auctoritate aliquid
aſſerit de deo: ponit ſe ſupra deū: quia iudicat de
eo. et ita peccat mortaliter. Hec eſt ſuperbia in=
tellectus quā prohibet aplꝰs vbi dicit. Nō plus — Roma. 12.
ſapere q̄ȝ oportet ſapere. Magiſtri autē theolo=
gie nichil aſſerūt: ſed tm̄ opinātur inquirētes de
talibus: ad defenſionē fidei contra hereticos. et — H
ideo qꝛ nichil aſſerunt nō peccāt: licet ꝓpter ali=
quas rōnes verſetur animus eorū ad vnā parteꝫ
magis q̄ȝ ad aliā. quod eſt opinari. ❡ Ad ſecūdo — Ad ſecūdū
obiectū dicimꝰ ꝙ re vera ſi magr̄ in ſua opiniōe
manet ſibiipſi gloriādo de ingenio ſuo: cōſtat ꝙ
ipē peccat. ſꝫ ſi ita leuiter glorieꝛ ꝙ paratꝰ ſit ad
correctionē: venialiter peccat. Et in hoc caſu di
cit beatus ambroſius ꝙ ferunt ſecū lignū/ fenuꝫ/
ſtipulā. Si vero ita vehemēter glorieꝛ ꝙ ptinax
ſit: mortaliter peccat. vel ſi aſſerit aliquid de tali — J
bus mortaliter peccat. Et ideo dicit beatus au=
guſtinus ꝙ nunq̄ȝ periculoſius erraꝛ. Error enī — Nō icidēs
in alijs nō eſt peccatū vel tantū pctm̄. ❡ Sꝫ q̄ri — notanda cō
tur quare liceat magiſtris aliquid aſſerere de no — tra rūſionē
tionibꝰ. Nō videtur eſſe alia ratio niſi quia hoc ē — Ar primo
cōtra fidē: ſed ſi hoc eadē rōne nō licet magiſtris
aliquid opinari cōtrarie de notionibus: qꝛ nō li= — Secundo.
cet dubitare cōtra fidē: ḡ nec opinari. ❡ Item ſi
prima opinio eſt vera: ꝓbaꝛ ꝙ ſcđa eſt cōtra fidē
qꝛ probatū eſt ſm primā opinionē ꝙ paternitas
eſt creatura: ⁊ ſcđa opinio ponit paternitatē eſſe
deum: ḡ ponit creaturā eſſe deuꝫ. ⁊ hoc eſt cōtra
fidem. ergo ſi prima opinio eſt vera: nō licet ſecū
dam ſuſtinere. qm̄ ſi prima eſt vera: ſcđa eſt cōtra — Tertio ad
fidē. ❡ Itē ſi ſcđa opinio eſt vera: prima dicit cō — idem.
tra fidē. qꝛ ſi ſcđa opinio eſt vera: pater ⁊ paterni
tas ſunt idem. ſꝫ prima dicit paternitatē non eſſe — L
patrem: ergo dicit pr̄em nō eſſe patreꝫ. ⁊ hoc eſt
cōtra fidem: ḡ ſeq̄tur ꝙ vel iſti vel illi dicant con= — Solutio.
tra fidem. ❡ Solutio. Ad primū dicimꝰ ꝙ nō li= — Ad primuꝫ
cet magiſtris aſſerere contrarie de notionibꝰ. nō
quia hoc ſit cōtra fidē: ſed qꝛ nō eſt determinatū
in ſacra ſcriptura. nec debet aliq̄s ſua auctorita=
te aliquid aſſerere de deo. ⁊ ita ſoluiꝛ prima obie
ctio per interemptionē. ❡ Ad ſecūdo obiectum — Ad ſecūdū
dicimus ꝙ q̄ȝuis prima opinio ſit vera: nō tn̄ ſecū
da eſt cōtra fidem. quia prima opinio nō diceret
ꝙ paternitas eſſet creatura: nec diceret ꝙ eēt de — M
us: tamē diceret ꝙ eſt idem ꝙ deus. Et illa ratio
auguſtini. omne bonū aut ē deꝰ: aut a deo. tenet
in deo ⁊ creaturis tantū. ❡ Ad tertio obiectum — Ad tertiuꝫ.
dicimus ꝙ patrē nō eſſe patrē: et paternitatē nō
eſſe patrē: non ſunt idem licet equipolleāt. ⁊ duo
rum equipollētiū vnū poteſt eſſe cōtra fidem: re=
liquum nō. Non eſt enī determinatū in ſacra ſcri
ptura an paternitas ſit pater: ſꝫ determinatū eſt
ꝙ pater eſt pater: nec determinatū an ſuppoſita
paternitate ſupponaꝛ pater. et propter hoc vnuꝫ — N
illorum eſt cōtra fidem ⁊ alio modo ſignificatum
non eſt cōtra fidem. ſicut diciꝛ in Oſee. ij. Voca= — Oſee.
bit me vir meus et non vocabit me vltra baalim
et tamen idem eſt baalim ꝙ vir meus.

❡ Quarta queſtio quinti capituli.

❡ Utrum adiectiua eſſentialia p̄dicentur de notionibus.

COntra quartā q̄ſtioneꝫ arꝛ primo. ꝙ adie=
ctiua eſſentialia dicuntur de notionibꝰ — Arguiꝛ. 1.
paternitas. enī ſiue filiatio eſt immenſa
eterna ſiue omīpotēs. qđ patet per hoc
quod diciꝛ: paternitas eſt. ſic p̄dicaꝛ eēntia di — A
uina de paternitate: ⁊ eēntia diuina eſt eterna: ḡ — Scđo arꝛ.
paternitas habet eſſe eternū. ergo paternitas ē
eterna: eadē rōne immenſa ⁊ oīpotēs. ❡ Preter
ea cū notio ſit deus: ſequiꝛ ꝙ ſit immēſa/ omnipo — B
tens/ ⁊ eterna cum ḡ adiectiua eſſentialia dicanꝛ
de notionibꝰ: queriꝛ quare eodēmodo adiectiua
notionalia non dicūtur de eſſentia. qꝛ nec eēntia
generat nec generaꝛ: nec ſpirat nec ſpiraꝛ. ❡ So
lutio. dicimus ꝙ eſſentia ſiue eē cōe eſt et indiſti — Solutio
ctum quid. ⁊ ideo adiectiua q̄ copulant diuinam — Que adie=
eſſentiā p̄dicātur ⁊ de perſonis ⁊ de notionibꝰ — ctiua p̄di
⁊ indiſtincte. adiectiua vero que copulant notio — canꝛ de no=
nes propria ſunt: ⁊ ideo p̄dicanꝛ tantummodo — tionibꝰ. ⁊c̄.
de notionibus inq̄ȝtū ſunt ꝓpria. ⁊ hec eſt ratio
quare potius eēntialia p̄dicātur de notiōibus
q̄ȝ ecōuerſo. nō omnia tn̄ adiectiua p̄dicanꝛ de
notionibꝰ: vt illa q̄ preter naturaꝫ aliq̄d cōnotāt — C
qđ non cōuenit notioni. vt iſta adiectiua: trina/
incarnata. Eſſentia enī eſt trina. i. trium vna ſiue
cōis. vt dictū eſt ſuperius. nulla aūt notio ē cōis
triū perſonarū. Similiter eēntia diuina ē incar=
nata: quia ipā eſt aſſociata ſiue vnita humane na
ture in eadē pſona. Hec aūt nō creditur: filiatio
eſt icarnata. qm̄ aſſociatio ſiue vnitio talis inter — Queſtio in
ſimilia attendiꝛ. ſ. nature ad naturā notionis ad — cidens.
naturā. ❡ Item cū notio ſit perſona ſicut ē eſſen
tia: queriꝛ quare adiectiua pſonalia nō dicantur
de notionibus ſicut adiectiua notionalia: immo
potius deberet ita eſſe. qꝛ maior eſt affinitas no=
tionis ad perſonā: q̄ȝ ad eſſentiā. qꝛ notio eſt pſo=
na: notio diſtinguit perſonā: ſed nō diſtiguit eēn
tiam. ergo potius p̄dicari debēt adiectiua pſo
nalia. id eſt pſonis cōuenientia: q̄ȝ eſſentialia. Si
hec cōcedatur. cōtra. paternitas ſpirat ſpm̄ ſctm̄
ergo ſpiratio ineſt paternitati. ſꝫ ſpiratio non eſt
paternitas vt prius probatū eſt: ḡ aliqua res ieſt
paternitati q̄ nō eſt paternitas: ḡ aliqua concre=
tio eſt in paternitate. qđ eſt impoſſibile. ❡ Solu
tio. ſicut dictum eſt adiectiua que cōueniūt pſo= — Solutio
nis ꝓprie ſignificāt ea q̄ ſunt in perſonis: ſcilicet — D
actus ꝓprios pſonarū: vt generare/ ſpirare/ que
ſunt actus theologici ſcꝫ nō naturales. agere au
tem ꝓprie ad pſonā ſiue ad eēntiā pertinet: non
ad notionem que eſt relatio: cuius eē eſt ex toto
ad aliud ſe habere. ꝓpter hoc ergo ꝙ adiectiua
cōuenientia eſſentie ſignificant rem cōem ⁊ indi=

Ayuntamiento de Madrid

ſtinctam:ideo potius predicātur de notionibus
ꝙ adiectiua ꝯueniētia perſonis que ꝓpria ſunt
perſonarū:⁊ q2 etiā non ꝑtinet ꝓprie ad notionē
Obiectio ꝯtra pred. agere:ſed ad perſonam vel ad ſubſtātiam. ¶ Sꝫ
iterū probat ꝙ hec eſt vera: paternitas generat
quia dictū eſt ſuperius ꝙ cuꝫ dicitur paternitas
eſt vna.ſic paternitas denoīat ab ipſa.q2 ipſa eſt
vnitas:q2 ipā eſt vna.ḡ eadē rōne non denoīabit
Solutio ſeipſam.ſic paternitas generat. ¶ Sꝫ diceremꝰ
ꝙ non valet hec argumētatio: qm̄ ipā ſm ꝙ ē vni
tas principiū eſt diſcernēdi.⁊ ideo ſꝫ hoc habet
ſe denominare.q2 principiū diſcernēdi ſeipſo di=
ſcernitur:⁊ ideo eſt ſibi quaſi forma. ⁊ ideo ſm ta
lem intentionē denominari habet a ſeipſa. Hec
aūt ratio nō poſſet inueniri in hac ꝓpoſitione pa
ternitas generat:imo ſignificat generatio tanꝗ
forma ſiue actus ꝓpriꝰ ſpecialis ꝑſone.⁊ ſm hāc
intētionē nō habet denominari a ſeipā.ſicut nec
in naturalibꝰ poteſt dici ꝙ curſus currat: vel mo
tus moueatur.

¶ Quinta queſtio quinti capituli.

¶ Utrum deus eſt qualis ſine qualitate

C C Irca quītā q̄ſtionē ar. dicit boetius in
libro de trinitate ꝙ deꝰ eſt qualis ſine
qualitate:quātus ſine quātitate: nō tn̄
eſt relatus ſine relatione.Sꝫ videt hoc
nichil eſſe:q2 deus eſt qualis qualitate q̄ eſt ſup
omnē qualitatē:ſicut ipē dicit.que qualitas non
eſt predicamētalis nec accidētalis.ſimiliter ipſe
eſt relatus relatione q̄ deus eſt:q̄ eſt ſup omnem
relationē que nec eſt predicamētalis nec accidē=
talis:ſicut ipē non eſt qualis ad modū naturaliū
nec quātus ad modū naturaliū:nec relatus ē ad
modum naturaliū. ergo ſicut ipſe eſt qualis ſine
qualitate/⁊ quātus ſine quātitate: ita relatus eſt
Solutio au cto. ſine relatione. ¶ Solutio. q2 noīa qualitatiua
vel quātitatiua dicta de deo ſignificāt diuinam
ſ Boetij eēntiā:nec recedūt a predicamēto ſubſtātie:nec
faciunt aliud predicamētū nouū.q2 ſubſtātiā in=
dicāt.relatiua vero dicta de deo nō indicāt ſub=
ſtantiā ſed relationē. ⁊ ideo faciūt aliud predica
mentū ſiue aliū modum predicādi cōformē pro=
ſus predicamēto relatiōis naturalis. Et ideo di=
cit boetius ꝙ deꝰ nō eſt relatus ſine relatione: li
cet ſit qualis ſine qualitate:quātus ſine quātita=
te.qm̄ relatio ſupeſſentialis predicat de deo ad
modum naturalis relatiōis:nō ad modū ſubſtan
Rō dicti boetij. tie. ¶ Hoc aūt ideo cōtingit ꝙ ſm relationeꝫ nō
eſt motus vl̄ aliqua rei mutatio.nec ſunt relatio
nes de ipā re vel in ipſa re ꝓprie ſed quodāmodo
extrinſecus affixe ſicut dicit boetiꝰ.ideo plures re
latiōes de diuinis ⁊ de vna ꝑſona p̄dicari poſſūt
manente oīmoda ſimplicitate ipſius ꝑſone.quod
non poſſet eſſe ſi plures qualitates vel quantita=
tes predicarētur de perſona vel de eſſentia.ſm eī
qualitates ſiue quātitates conſiſtit motꝰ ſiue mu
Boetius tatio. Inde eſt etiā ꝙ dicit boetius relatio mlti
ꝯ plicat trinitatē.ſꝫ eñ relatione differūt perſone.
Damaſc. ¶ Et damaſ. dicit qm̄ ſm oīa vnū ſunt pater ⁊ fi=
lius ⁊ ſpūſſanctꝰ preter generationē/⁊ filiationē
⁊ proceſſionē.cogitatione vero eſt quid diuiſum
Unū eñ deū cognoſcimꝰ. in ſolis vero proprie=
tatibus et paternitatis/ ⁊ filiationis/⁊ proceſſio
nis.⁊ ſm cām et rationabilē ꝑfectionē ypoſtaſis
ſcꝫ ſm exiſtentie modū differentiā intelligimus
Sicut eñ in naturalibꝰ nō eſt cōitas niſi ſolo itel
lectu:vt ſuperius dixerat damaſ. ⁊ realis in om=
nibus diuiſio:igitur tres ꝑſone vnū ſunt in eſſen
tia realiter:ſed ſolo itellectu diuidit eſſentia dū
ipſa in vnaquaꝗ ꝑſona quaſi ſeparatim intelligi
tur. ſicut eñ indiſtāter ſunt diuerſe tres perſone
quod exigit inter ſe ſummus ⁊ mutuus amor.non H
eñ eſſet ibi ſumma fruitio:niſi ibi eſſet ſumma cō
iunctio ſiue ſumma vnitas. Qꝫ aūt dicit damaſc.
eas differre ſm cām: expoſitio eſt eiꝰ qꝺ dixerat
ſm paternitatē ⁊ gn̄ationē.eſt eñ pater cauſa.i.
origo filij ſm paternitateꝫ. dicit eñ eas differre
ſm rōnabile.i.ſm rōnem ⁊ perfectionem ypoſta
ſeos vel ypoſtaſeos.i.ſm modū exiſtentie.q̄ ꝑfe=
ctio ſiue modus nichil aliud itelligitur: ꝙ notio
perſonalis. ¶ Sed videt falſum dicere ꝙ pater ⁊ Obiectio
filius ⁊ ſpūſſanctus differūt relationibꝰ ſuis que
in re ſunt:ergo realiter ſunt diuiſi: non ergo ſola
cogitatione. Sed ad hoc dicimus ꝙ itelligendū
eſt ita.ſola cogitatione ſunt quid diuiſim.i.ſunt
eſſentia ſola cogitatiōe diuiſa a ꝑſonis.quia per
hoc nomē diuinitas ſignificat diuina eſſentia vt
abſtracta a perſonis.que abſtractio ſola cogita=
tione eſt.realiter eñ diuina eēntia eſt in ꝑſonis.

¶ Queſtio ſexta quinti capituli.

¶ Utrum paternitas eſt pater ita ſuppoſita

V Viſo quomodo debeat ſuſtineri cōis opi
nio de notionibꝰ: videndū eſt qualiter Opinio ꝑ=
poſſit ſuſtineri opinio magiſtri prepoſi= poſitiui ꝓ=
tiui q̄ eſt multum probabilis. que dicit batur.
ꝙ ſicut paternitas eſt pr̄:ita ſuppoſita paternita
te ſupponitur pr̄.nec eſt differētia niſi ī modo lo=
quēdi ſiue in modo ſignificādi. ¶ Cuius opinio=
nis ꝓbabilitas apparet in hoc.q2 ſicut deus pro
pter hoc ꝙ eſt omnimodo ſimplex non eget aliq̄
actione ad hoc vt agat in creaturā ſed ſeipō agit
in creaturā:nec aliqua relatione eget qua refera
tur ad creaturā ſed ſeipſo refert. ita deus pater I
cū ſit omnimodo ſimplex ſeipō refert ad filiū: ſe=
ipſo generat filiū:ſicut deus ſeipō creat ſeipō iu=
ſtificat:propter omnimodā ſimplicitatē. ¶ Qui Rn̄. ꝑpoſi=
ergo hāc opinionē voluerit ſuſtinere: ſic poterit tiui ad op=
reſpōdere ad obiectiones cōtra factas. pr̄ eodē= poſita.
modo ſe habet ad filiū ⁊ ad ſpm̄ ſctm̄:ſꝫ ad filiū ſe
habet vt pater. licet eñ ꝗtū in ſe eſt eodēmodo
ſe habeat ad filiū ⁊ ad ſpm̄ ſanctū:propter tamen
ſimplicitatē ſuā diuerſo modo ſe habet ad illos
ꝗtum quaſi ad plures effectus. ¶ Inſtātia.deꝰ Obiectio.
in ꝗtum in ſe eſt eodēmodo ſe hꝫ ad oēs hoīes:ſꝫ
ad bonos ſe habet vt pater ſpūalis: ergo ad ma=
los ſe hꝫ eodēmodo.ſi aūt ꝓponat generaliter ſic
prorſus eodēmodo ſe habet pater ad filium ⁊ ad
ſpiritū ſanctū. Negāda eſt hec. ſicut ⁊ hec deus
Solutio prorſus eodēmodo ſe hꝫ ad bonos hoīes ⁊ ad ma
Ad aliud los. ¶ Ad aliud obiectū ſimiliter reſpondemus
quia iſta duo verba generat ⁊ ſpirat ꝗtū ad deuꝫ
patrem idem ſignificāt:tamen connotāt diuerſa
ex modo ſignificandi:ſicut iſta duo nomina dn̄s/
creator/dicta de deo idē prorſus ſignificant ꝗtū

Ayuntamiento de Madrid

ad deum: tñ cõnotant diuerſa ex modo ſignificãdi ſicut prius dictũ eſt. *Ad tertiuȝ* Ad tertio obiectuȝ reſpõdemus ꝙ hec eſt vera: pater ⁊ filius ſunt vnũ principium ſpũſſancti. eodẽmodo loquẽdi quo ſpirituſſanctus dicit̃ multiplex ꝓpter diuerſos effectus eodẽmõ quaſi propter vnũ effectũ quẽ habent pater ⁊ filius qui eſt ſpũſſctũs dicunt̃ vnuȝ principiũ: ⁊ quia eodẽmodo prorſus procedit ab eis ſpũſſctũs ꝑ modũ benignitatis: vt dictũ eſt.

¶ Capitulũ ſextũ de notionibus in ſpeciali et continnet ſeptem queſtiones.

*R. Diuiſio ſexti capituli*

Dicto de notionibus in generali: dicẽdũ eſt de eis in ſpeciali: ⁊ primo de paternitate ⁊ filiatiõe circa qd̃ primo queritur. vtrũ paternitas aliquomõ ſit pater. ſecundo vtrũ paternitas ⁊ filiatio dicant̃ de patre per eſſentiã vel per participationẽ. tertio de potentia generãdi vtrũ ſit i filio. quarto vtrũ paternitas ꝓprie ſit potẽtia generandi actiue. quinto de innaſcibilitate. ſexto de cõi ſpiratione. ſeptimo de ſpiratione qua ſpũſſanctus ſpirat̃ a patre et filio: ⁊ quomodo ſpũſſanctus procedat ab eis vt amor. ⁊ vtrũ ſpũſſanctus ſit amor ꝓprie vel a ꝓprietate: ⁊ de alijs notionib⁹ que cõueniũt ſpiritui ſancto qualiter ei conueniant.

*Prima q̃ſtio hui⁹ capl̃i.*

¶ Circa primũ queritur ſic. cũ dictũ ſit ſuperius ꝙ paternitas eſt pater: querit̃ vtrũ paternitas aliquo ſit pr̃ vt ſumat̃ hoc nomẽ aliquo generaliter ad eſſentiam ⁊ perſonã ſicut ſumit̃ ab aug. Filius nõ eo eſt verbum quo eſt. ſi eñ paternitas aliquo nõ eſſet pater: ſequeret̃ ꝙ nullomodo eſſet pater. ſi conceſdatur ꝙ paternitas aliquo eſt pr̃: nõ niſi paternitate: g̃ paternitas paternitate eſt pater. Si conceſdatur. cõtra. paternitas non ineſt paternitati ergo paternitas paternitate nõ eſt aliq̄d nec alicuius modi. ¶ Eadem obiectio eſt de illis ꝓpoſitionib⁹: eſſentia paternitate eſt pater. eſſentia filius filiatione eſt fili⁹. eſſentia humanitate eſt homo.

*Ar̃ affirmatiue.*

*Solutio generalis ſm̃ aliquos.*

¶ Ad hoc dicit̃ gñaliter ꝙ hec eſt falſa: paternitas paternitate eſt pater. q2 ſic (vt dicũt) exigit̃ ꝙ res ablatiui inſit rei noĩatiui. Uñ dicũt ꝙ hec argumẽtatio non valet: paternitas eſt pr̃: ergo vel aliquo vel aliq̄bus eſt pater.

*L Improbatio pred̃. ſolutionis.*

¶ Sȝ contra. cũ dicit̃ paternitas paternitate eſt pater. iſte ablatiuus paternitate ſignificat paternitateȝ vt cauſam formalem: ſed nõ vt cauſam formalẽ ſubiecti ſȝ tm̃ predicati ſcȝ patris: g̃ ex vi locutionis nõ exigit̃ ꝙ paternitas inſit ſubiecto ſed tm̃ predicato. hoc aũt verũ eſt: ergo illa eſt vera. qd̃ cõcedimus.

*Opinio doctoris.*

¶ Et ideo dicimus ꝙ hec eſt vera: paternitas paternitate eſt pater. nec ex vi locutionis res ablatiui oſtendit̃ ineſſe rei noĩatiui ſȝ res ablatiui ſignificat̃ tm̃ in habitudine ad rem predicati: ſcȝ vt cauſa formalis vel quaſi formalis. ⁊ hoc verũ eſt ꝙ paternitas eſt cauſa formalis vel quaſi formalis patris.

*Diuerſitas in naturalibus ⁊ theologicis.*

Talis ergo modus argumentãdi albedo nõ ineſt ſorti: g̃ ſortes albedine nõ eſt aliquid vel alicuius: tenet in naturalibus. qm̃ in naturalibus in ꝓpoſitione affirmatiua exigitur ꝙ forma rei predicate ſit forma rei ſubiecte cum idem oportet ſupponi per ſubiectũ ⁊ p̄dicatum. ſed non tenet talis modus argumentandi in theologicis terminis vt propoſitio affirmatiua ſit vera: neq; ꝓprietas predicati eſt proprietas rei ſubiecte. vt in iſtis ꝓpoſitionib⁹: paternitas eſt pr̃. eſſentia eſt pater. eſſentia eſt filius. eẽntia eſt homo. Et ideo cũ dicit̃: paternitas paternitate eſt pr̃. vel eſſentia eſt pater: nõ exigitur ꝙ res ablatiui ſit proprietas rei ſubiecte: ſȝ tãtuȝ ꝙ ſit cauſa formalis vel quaſi formalis rei predicate. et de ſimilibus idẽ eſt iudiciũ.

¶ Secunda queſtio huius capituli.

¶ Utrum generatio predicatur per participationem vel per eſſentiam.

Circa ſecũdum capitulũ queritur vtrũ in iſta ꝓpoſitiõe: iſte generat. demonſtrato patre: predicet̃ gñatio de illo.

*Ar̃ ꝙ non. M*

¶ Si ſic: g̃ vel predicatur per participationem vel ꝑ eſſentiã. ſi dicatur ꝙ per participationẽ: g̃ illud qd̃ predicat̃ nõ eſt id de quo predicat̃. ſi dicat̃ ꝙ per eſſentiã: ergo illd̃ qd̃ predicat̃ nec actu nec intellectu poteſt ſeparari ab eodẽ de quo predicat̃. g̃ generatio (demõſtrato pr̃e) non põt ſeparari ab iſto: nec actu nec intellectu.

*In oppm̃.*

¶ Sed ꝯtra. cũ dico innaſcibilis. ſic intelligo pr̃em: nec ſic intelligo paternitatem. g̃ paternitas põt ſeparari a pr̃e intellectu. ſȝ cõtra aliq̄d predicatur de aliquo ꝑ participationeȝ. g̃ nec actu nec intellectu põt ſeparari ab eo de quo predicatur: vt ſubſtãtialis differẽtia. ſȝ id qd̃ predicatur ꝑ eſſentiã multo familiarius predicatur q̃ȝ aliquid qd̃ predicatur ꝑ participationẽ. ergo quicq̄d predicat̃ per eſſentiã: nec actu nec intellectu poteſt ſeparari a patre.

*Opinio doctoris.*

¶ Quod concedim⁹ Sicut eñ in hoc quod dico homo intelliguntur omnia ſuperiora non diſtincte ſȝ quodãmodo implicite: ita cũ dico innaſcibilis intelligo patrem licet non diſtincte ſȝ quodã ineffabili modo q̄ nõ poſſet reperiri in naturalibus. innaſcibilis id eſt pater eſt paternitas. ⁊ ideo neceſſe eſt ꝙ illo itellecto intelligatur aliquomodo paternitas.

¶ Tertia q̃ſtio huius ſexti capituli.

¶ Utrum potentia generandi ſit in filio.

Circa tertiaȝ q̃ſtionẽ cõis eſt oĩm opinio ꝙ cũ dicitur: pater poteſt generare filiũ hoc v̄bum poteſt predicat diuinã eſſentiam.

*Ar̃ ꝙ non.*

¶ Sed contra hoc multipliciter obicitur. potentia generandi filiũ nichil alid̃ eſt q̃ȝ diuina eſſentia: ſed diuina eſſentia cõmunis ẽ tribus ꝑſonis: g̃ potentia generãdi filiũ cõis eſt tribus ꝑſonis. et ꝑ cõſequens potẽtia generãdi filiũ eſt in filio: ergo filius poteſt generare. quod falſum eſt. q2 nõ poteſt eſſe niſi vnicus filius ĩ trinitate.

*Secũdo ar̃*

¶ Item quicq̄d poteſt pater poteſt filius et ecõuerſo: ſȝ pater poteſt gñare filiũ: g̃ fili⁹ põt generare filium. Similis eſt obiectio ſi ſic dicamus. quicquid poteſt pater poteſt fili⁹ ⁊ ſpũſſanctus ⁊ econuerſo: ſed filius ⁊ ſ. ſ. poteſt mitti: ergo pater põt mitti.

*Tertio ar̃.*

¶ Uel ſic. q̄cq̄d poteſt pr̃ poteſt filius: filius poteſt audire a pr̃e: ergo pater põt audire a patre. qd̃ falſum eſt. q2 audire a patre eſt habere ſciẽtiã a pr̃ vl̃ eẽ a pr̃e. ſicut dicit beatus augu.

*R*

*Opinio doctoris*

¶ Dicimus ꝙ iſte tres argumẽtatiões vltime non valent. et eſt ibi duplex fallacia. Primo

Ayuntamiento de Madrid

et rñſio ad pꝛedicta. eſt ibi fallacia ex cōmutatione pꝛedicamenti:qm̄ ipſe pꝛoponit pꝛedicamētū ſubſtātie:poſtea aſſumit ⁊ cōcludit pꝛedicamentū relationis. poſſe enī generare nō eſt poſſe quid. quia ſuppoſita gñatione nō ſupponiť quid:ſed que. ſimiliter poſſe mitti poſſe audire:non eſt ſimpliciter poſſe quid. et ita iſta duo verba mitti ⁊ audire non tm̄ pꝛedicant diuinā eſſentiā: ſed etiā cōnotant relationē ſcꝫ eſſe ab alio. Scḋa fallacia eſt in illis argumētationibus ex eo ꝙ res verbi in aſſumptiōe retoꝛquetur ad vnam perſonā:in cōcluſione ad aliā. ⁊ ideo eſt ibi fallacia ſm accidēs. pꝛopter ſolū pꝛimā rationem nō valet hec argumētatio. q̀cquid poteſt eē pater poteſt eſſe filius:ſed pater poteſt eſſe pater ergo filius poteſt eſſe pater. quia poſſe eſſe pr̄em nō eſt poſſe eſſe quid. ¶ Pꝛopter ſolā ſcḋam rationeꝫ nō valet hec argumentatio: quecūq3 potētia eſt in patre eſt in filio: ſꝫ potētia generādi eſt in patre:ergo potētia generandi eſt in filio. quia res gerundiui verbi ꝑſonalis pꝛius in aſſumptione retoꝛqueť ad vnam ꝑſonam:in concluſione ad aliā. ſicut patet in talibus argumētatiōib⁹. quicquid ſcit iſte ſcit anima eius:ſed iſte ſcit citharizare:ergo aīa eius ſcit citharizare. Similiter ⁊ hoc quicquid vult iſte vult pater eius vt ſit ita: ſꝫ iſte vult ducere vxoꝛem:ergo pater eius vult ducere vxoꝛem. nō ſequiť. poſito ꝙ pater eius non velit ducere vxoꝛem: ſed vult ꝙ filius ſuus ducat vxoꝛē. Notandū tñ ꝙ hec eſt duplex. potētia generandi eſt in filio. qꝛ ſi hoc gerundiuū generandi ſit gerūdiuū verbi perſonalis actiui falſa eſt vt dictū eſt: et ſm hoc hec eſt incōgrua vel impfecta: potētia gñandi eſt diuina eſſentia. qꝛ res gerūdiui nō poteſt ibi retoꝛq̄ri ad aliqḋ ſuppoſitum. ſꝫ ſm ꝙ illḋ gerūdiuum eſt gerūdiuū verbi imperſonalis vera eſt hec. potentia gñandi eſt in filio. i. potentia qua aliq̄s poteſt gñare eſt in filio. et in hoc ſenſu hec eſt vera:deus ſcit artē inueniendi. i. artē qua aliq̄s inuenit. nec tñ ſequiť:ergo deus ſcit inuenire. impediēte fallacia ſm accidens. quia res gerundiui que retoꝛquebatur ad generare ſuppoſitum in concluſione:retoꝛquetur ad deum. Ꝝ

¶ Quarta queſtio huius ſexti capituli.

¶ Vtrū paternitas ſit potentia gñandi actiue.

nihil in hoīe. nō em̄ ſequitur ꝙ ſi deus p̄deſtina=
uit ip̄m ꝙ ipſe habeat aliquod bonū vel etiam ꝙ
ipſe ſit. Sed reliqua tria verba p̄ſentialiter po=
nunt effectū mīe dei in hoīe. quoniā hoc verbū
vocauit ſignificat ibi interiorē vocationē que eſt
per gr̄am. et ideo dicit auguſtinus ea pertinere
ad nos. nō tn̄ nō negauit quin pertineant ad de=
um. ſed predeſtinare ꝑtinet ad ſolū deū. ¶ Sed q̄o incidēs.
querit̄ vtrū aliquis poſſit facere ꝙ ſit p̄deſtinatꝰ

Ayuntamiento de Madrid

Af ꝙ ſic. ¶ Et videtur ꝙ ſic. q꞉ pōt tātū facere ꝙ habeat
grām ⁊ ꝙ in ea perſeueret : ⁊ ita ſaluet. ſed ſi ſal=
uabitur/ p̄deſtinatus eſt: ergo pōt facere ꝙ ſit p̄=
Ad idem. deſtinatus. ¶ Itē pōt facere ꝙ ſit de nūero bea
toꝛum:ergo pōt facere ꝙ ſit de nūero pꝛedeſtina
In ꝯtrariū toꝛū:ergo pōt facere ꝙ ſit p̄deſtinatꝰ. ¶ Sꝫ cō=
tra. eſſe pꝛeſtinatū/eſt eſſe eternū : ergo non pōt
Opinio do facere ꝙ ſit pꝛedeſtinatus. ¶ Quod cōcedimꝰ.
ctoꝛis. quia nō poteſt facere ꝙ habeat grām. Et non va
let hec argumētatio. iſte poteſt tm̄ facere ꝙ ha=
beat grām:ergo pōt facere ꝙ ſaluet. ⁊ eſt ibi fal=
lacia cōſequentis. q꞉ nō ſequitur ꝙ ſi aliquis poſ
ſit facere antecedens: ꝙ poſſit facere cōſequens
q꞉ ſi aliquis poteſt facere aliquid vt aperire fene
ſtram:quo facto ſol illuminabit domū:nō tamen
Ad pꝛimū. pōt facere ꝙ ſol illuminet domū. ¶ Et ſic patet
Ad ſecūdū ſolutio ad pꝛimo obiectū. ¶ Ad ſcdo obiectū di
B cimus ꝙ hec eſt falſa de nō habente grāꝫ: iſte po
teſt facere ꝙ ſit de nūero pꝛedeſtinatoꝛū. quia ſi
hoc verbū reſpiciat totum qd̄ ſequitur falſa eſt:
ſi nō reſpiciat foꝛmā pꝛedeſtinatiōis vera eſt. et
eſt ſenſus. iſte pōt facere ꝙ ſit de nūero illoꝝ qui
ſunt pꝛedeſtinati. ſꝫ ex hoc nō ſequitur: ergo pōt
facere ꝙ ſit pꝛedeſtinatus. q꞉ modo pꝛedeſtinatꝰ
q̄o incidēs. cadit ſub potētia. ¶ Sed querit an aliq̄s poſſit
Af ꝙ ſic. facere ꝙ alius ſit pꝛedeſtinatus. ¶ Quod videt
Ambꝛoſiꝰ. quia dicit ambꝛoſius ꝙ pꝛedeſtinatio dei iuuat
pꝛecibus ſctōꝝ: ꝗ per pꝛeces ſctōꝝ deꝰ pꝛedeſti=
2. nauit aliquē. ¶ Itē ſancti merentur alicui infu=
ſionē gratie ⁊ ſalutem eternā : et hoc eſt eſſe pꝛe=
deſtinatū:ergo ſancti merētur alicui pꝛedeſtina
3. tionē. ¶ Itē per merita ſctōꝝ remūerat deꝰ iſtū
vita eterna. ⁊ hec determinatio ꝑ merita ſctōꝛū.
determinat verbū tantū grā connotati: non grā
pꝛincipalis ſignificati. ſic em̄ falſa eſſet. eadē ra=
tione hec eſt vera:deus pꝛedeſtinat iſtū per me=
rita ſctōꝝ : vt determinatio determinet verbum
Solutio. tātū gratia effectus. ¶ Solutio. Nullus pōt fa
cere ꝙ aliquis ſit pꝛedeſtinatus : q꞉ ſic tp̄ale eēt
cauſa eterni. Sciēdū ergo ꝙ pꝛedeſtinare duas
habet aſſertiones. vnā pꝛincipalē et eternā. aliā
Due aſſer= ſecundariā ⁊ tempoꝛalē. Idem em̄ eſt deus pꝛe=
tiōes in pꝛe deſtinat iſtū:ꝙ deus pꝛeuidit ab eterno ſe datu=
deſtinatiōe rum. ⁊c̄. ¶ Et cū dicitur pꝛedeſtinatio iuuatur
Ad pꝛimū. pꝛecibus ſanctoꝝ : illa determinatio reſpicit ſe=
cūdariā aſſertionē nō pꝛincipalē. et ex hoc nō ſe
quitur ꝙ ſancti faciant ꝙ iſte ſit pꝛedeſtinatꝰ:q̄a
modo reſpicit pꝛincipalis. ¶ Per hoc patet ſo=
Ad ſecūdū lutio ad ſecundo obiectū. ¶ Ad tertio obiectuꝫ
Ad tertiū. dicimus ꝙ hoc verbū remunerat. vnā ſolā habet
C aſſertionē ⁊ illā tēpoꝛalē. pꝛopter hoc non eſt ſi=
mile de hoc verbo pꝛedeſtinat.

¶ Quinta queſtio capituli noni.

Quinto q̄ritur vtrū pꝛeſcientia dei infe=
rat neceſſitatē rebus. ¶ Pꝛobat ꝙ ſic.
Af ꝙ ſic. 1. deus pꝛeuidit illū eſſe dānandū. ſit ita
ergo iſte dānabit. ſed neceſſariū ē deuꝫ
pꝛeuidiſſe iſtum eſſe dānandum. ꝓbatio. pꝛeſcie=
tia dei infallibilis eſt ⁊ inuariabilis:ergo deꝰ in
fallibiliter ⁊ ineuitabiliter pꝛeuidit iſtū eſſe dā=
nandū:ergo neceſſario pꝛeuidit iſtū eſſe dānādū
Scdo af. ergo neceſſariū eſt iſtū eſſe dānandū. ¶ Itē deꝰ
immutabiliter pꝛeuidit iſtum eſſe dānādū : ergo
nō eſt ei imputādū ſi damnet. ¶ Itē deus imu= Tertio.
tabiliter pꝛeuidit iſtū eſſe dānandū:ergo nō pōt
eſſe quin iſte dānet. ¶ Ad hoc dicūt quidam ꝙ Opinio q̄=
hec eſt duplex :deus immutabiliter pꝛeuidit hoc rumdam.
quia ſi hec determinatio immutabiliter determi
net verbū in cōparatiōe ad rem noīatiui:vera ē:
quia in deo nulla eſt mutatio. ſi in cōparatiōe ad
rem accuſatiui falſa eſt:q꞉ in re pꝛeuiſa mutabili
tas eſt. ¶ Sed hec ſolutio nulla eſt:q꞉ ſicut non Cōtra p̄dī.
poteſt eſſe ꝙ deus modo pꝛeuideat aliq̄d qd̄ pꝛiꝰ ſolutionem
non pꝛeuidit vel ecōuerſo:ita non pōt eſſe ꝙ ali=
qua res ſit modo pꝛeuiſa/⁊ pꝛius nō fuerit pꝛeui=
ſa. ⁊ iſta mutabilitas ex parte rei inq̄tū pꝛeuiſa
eſt. pꝛeuiſionē em̄ opoꝛtet ibi cōtineri:q꞉ aduer=
biū determinat verbū. ¶ Pꝛeterea hec erit du=
plex:deꝰ neceſſario p̄uidit hoc. et erit vera ī vno
ſenſu. hec em̄ eſt vera:deꝰ qui eſt neceſſario pꝛe=
uidit hoc. Sed cōtra. deꝰ contingenter pꝛeuidit
hoc. ſm̄ ꝙ aduerbiū determinat verbū in cōpa=
ratiōe ad deū. q꞉ deꝰ qui pꝛeuidit hoc nō pōt pꝛe
uidiſſe hoc. ergo hec ē falſa vtroq̄ꝫ modo deꝰ ne= D
ceſſario p̄uidit hoc. ¶ Quod concedimꝰ Et hec Opinio do
eſt vera vtroq̄ꝫ modo : deꝰ imutabiliter pꝛeuidit ctoꝛis.
hoc. ſed nō ſequit:ergo neceſſario pꝛeuidit hoc.
et eſt fallacia cōſequētis a ſupioꝛi ad inferius af
firmādo. q꞉ omne neceſſariū eſt imutabile : ſꝫ nō
econuerſo. q꞉ antixp̄m fuiſſe futurū eſt verum:et
immutabile ſm̄ cōeꝫ opinionē nō tamē eſt neceſ
ſariū. Et nō valet hec argumētatio. deꝰ immuta
biliter pꝛeuidit hoc. ſ. iſtū eſſe dānandū:ergo nō
poteſt eſſe quin iſte dānetur. et eſt fallacia acci=
dentis a ꝯiūcta p̄dicatiōe ad diuiſam. q꞉ imuta=
bile duo negat cōiunctim. eſt em̄ ſenſus ꝙ deus
pꝛeuideat modo iſtū eſſe dānandū : ita ꝙ pꝛiꝰ nō
pꝛeuiderit. ⁊ eſt inſtātia. antixp̄m fuiſſe futurū ē
verū immutabile:ergo nō pōt eſſe quin ſit verū.
Similiter nō valet. deꝰ immutabiliter pꝛeuidit
iſtū eſſe dānandū:ergo nō eſt iſti iputandū ſi dā
netur iſte. ¶ Pꝛeſcientia em̄ dei nō imponit ne= Q̄ꝫ p̄ſciētia
ceſſitatē rebꝰ:q꞉ deus p̄uidet res tales q̄les futu dei nō ipo=
re ſūt :ſed neceſſe illas pꝛeuidet in neceſſitate: ſi nit neceſſi=
cōtingētes in cōtingentia. vn̄ ſi pꝛeuidet quod= tatem rebꝰ.
dam cōtingēs futurū ꝯtingēs ē deū p̄uidiſſe illd̄
¶ Sed q̄rit in quo eſt illa ꝯtingentia. ¶ Et nos q̄o incidēs.
dicimꝰ ꝙ illa contingētia eſt in deo:q꞉ illa cōtin= Opinio do
gentia nihil aliud eſt q̄ꝫ potentia pꝛeuidēdi q̄ eſt ctoꝛis.
in deo ſm̄ ꝙ ſe habet ad duo oppoſita:ſcꝫ p̄uide= Cōtra af.
re ⁊ nō pꝛeuidere. ¶ Sꝫ iteꝝ obicit. ſi hō p̄ſciuit Pꝛimo.
aliq̄d neceſſariū eſt ipm̄ ſciuiſſe illud:ſed certioꝛ
eſt ſcientia dei q̄ꝫ ſcientia hoīs:ergo ſi deꝰ ſciuit
vel pꝛeuidit aliq̄d neceſſariū eſt ipm̄ pꝛeuidiſſe il
lud. ⁊ ita oīa ex neceſſitate eueniunt. Ad hoc di=
cendū ꝙ nō eſt ſimile de ſciētia hoīs ⁊ de ſciētia
dei. q꞉ ſcientia hoīs generat a rebꝰ q̄ ponūt ima
gines ſuas in aīa. vn̄ neceſſariū ē res generaſſe
ſcientiā ſui in aīa. ſed ſcientia dei nō foꝛmatur a
rebus imo ſeipſo videt nō tantū pꝛeterita p̄ntia:
ſed futura ꝯtingētia. ē ꝗ certioꝛ dei ſciētia q̄ꝫ ſcie
tia hoīs q̄ꝫtū ad infallibilitatē. ſed nō q̄ꝫtū ad rei
fixionē vel determiationē. ¶ Itē deꝰ p̄ſciuit ab Secundo.
eterno antichꝛiſtū foꝛe: ſed antixp̄m foꝛe nō erat



Ayuntamiento de Madrid

verũ ab eterno.qꝛ veritas eius nõ fuit ab eterno
ergo deus preſciuit illud antecꝫ verũ eſſet:ꝗ ⁊ qñ
erat falſũ.⁊ hoc impoſſibile:qꝛ falſum nõ ſcitur.
Tertio. ¶ Itẽ antichriſtũ fore nõ erat veruꝫ ab eterno:
nec veritate rei/nec ꝟitate dictiõis.quia nec res
erat:nec aliquis qui enũciaret. ergo deus ſciuit
Opinio aliquorum. illud antecꝫ eſſet verũ. ¶ Ad hoc dicũt quidã ꝙ
hec eſt duplex.deus preſciuit antichriſtũ fore.ſi
intelligatur de re ſiue de euẽtu vera eſt: ſi de di=
Duplex veritas rei ſcꝫ ⁊ dictionis cto falſa ẽ. ¶ Sꝫ põt dici ꝙ duplex eſt ꝟitas.ſcꝫ
veritas rei qua homo verus eſt:vel argentũ verꝫ
⁊ ſic de aliјs.⁊ veritas dictionis que eſt adequa
tio intellectus ad rem.nõ ſolũ intellectus hũani
vel angeli: ſed etiã diuini. Vñ qñ dicimus ꝙ hu=
iuſmodi veritatẽ antichriſtũ eſſe futurũ eſt verũ
ab eterno:⁊ mũdũ fuiſſe futurũ.ſimiliter ⁊ illa ve
ritas eſt adequatio intellectus diuini ad rẽ.⁊ eſt
Auguſtin⁹. illa ꝟitas increata idẽ ꝙ deus. ¶ Probat enim
aug.ꝙ ꝟitas eſt eterna: ꝓpter hoc ꝙ mũdũ fore
erat verũ antecꝫ mũdus eſſet.patet ergo ꝙ hec ẽ
falſa:deus ſciuit antixp̃m fore antecꝫ eſſet verũ.
Alia q̃o principalis. ¶ Queritᷣ poſtea vtrũ preſcientia dei imponat
neceſſitatẽ in aliquo vniuerſali. ¶ Et videtur ꝙ
Arᷣ ꝙ ſic. ſic.quia dꝛ in apoca. Suſtinete modicũ tẽp⁹ do
nec impleatur nũerus fratrũ veſtrorꝫ. Numerus
predeſtinatorꝫ implebitᷣ:⁊ nihil poteſt impedire
quin impleatur.hoĩes eñ nõ poſſunt impedire p̃
deſtinationẽ.nec deus poteſt impedire: quia nõ
vult.ergo neceſſe eſt nũerũ predeſtinatorꝫ imple
ri. ¶ Item nũerus predeſtinatorꝫ inchoatus eſt
Scd̃o arᷣ. eſt ⁊ nõ eſt adhuc impletus.nec poteſt remanere
E imperfectus:quia de deo non põt dici:iſte cepit
edificare ⁊ nõ potuit cõſummare.quia dei perfe=
cta ſunt opera. igitur neceſſe eſt nũerũ predeſti=
Tertio arᷣ. natorũ ĩpleri. ¶ Itẽ in apoca. Tene qd̃ habes:
ne alius accipiat coronã tuã.ergo ſi iſte non ha=
bet:alius habebit. et ſic neceſſe eſt nũerũ prede
ſtinatorũ impleri. ¶ Sed ꝯtra. quod eſt in libe=
In oppm̃ arguitur. ro arbitrio nõ eſt neceſſariũ: ergo nõ eſt neceſſa=
rium numerũ predeſtinatorũ impleri. ¶ Itẽ nu
Secundo. merus predeſtinatorũ nõ eſt impletus: ⁊ poſſibi
le eſt ꝙ omnes qui modo ſũt dãnentur. qd̃ patet
in ſingulis ſimiliter. ¶ Itẽ poſſibile eſt ꝙ oẽs q̃
Tertio. futuri ſunt dãnentur: quia poſſibile ẽ iſtos mille
dãnari:⁊ iſtos duo milia/et iſtos decem milia/et
ita de oĩbus:ergo poſſibile eſt oẽs qui modo ſũt
⁊ qui futuri ſunt/dãnari. ergo nõ eſt neceſſarium
Solutio. numerũ p̃deſtinatorꝫ impleri. ¶ Solutio. dici=
mus ꝙ predeſtinatio ſiue electio dei huic vniuer
ſali infert neceſſitatẽ.vnde neceſſe eſt nũerũ pre
Ad primũ. deſtinatorũ impleri. ¶ Et ad primo obiectũ di=
cimus ꝙ hec eſt falſa:in libero arbitrio hominũ
eſt numerũ predeſtinatorũ impleri. immo in pre
deſtinatione ⁊ prouidentia dei: qui etiã per ma=
Nõ iſta diligenter. los ⁊ impedientes implet numerũ predeſtinato=
rum:quia deo militat omne quod optat. ſed in li=
Ad ſecũdũ bero arbitrio cuiuſlibet eſt an ipſe dãnetᷣ. ¶ Ad
ſecundo obiectũ dicimus ꝙ non eſt poſſibile oẽs
qui ſunt vel futuri ſunt/dãnari. Et ad hanc:poſſi
bile eſt centũ milia vel mille milia dãnari.reſpõ
dendũ eſt probabiliter. ſiſtendũ eſt enim alicubi
q̃o incidẽs. ſed neſcimus vbi. ¶ Item ſolet queri an nũerus
predeſtinatorũ poſſit augeri vel minui. ⁊ dicim⁹
ꝙ ſcd̃m ꝙ intelligitur cõpoſita nõ poteſt augeri
vel minui:quia nõ poteſt eſſe ꝙ tot ſint hodie p̃=
deſtinati ⁊ heri pauciores vel cras. ſed ſi intelli=
gatur diuiſa/dubia eſt:qꝛ neſcim⁹ an huic nũero
(demõſtrato nũero p̃deſtinatorũ) poſſet addere
deus tres vel q̃ttuor aut ſubtrahere. Credendũ
eſt enim ꝙ tantus erit nũerus predeſtinatorũ ꝙ
ſi adderentur aliquod non eſſet maior iocũditas
vel feſtiuitas in ciuitate dei:ſimiliter ſi aliq̃ ſub=
traherentur non minueretur iocunditas. Notan
dum eſt autem ꝙ idem eſt electio dei eterna ꝙ p̃=
deſtinatio. Unde apoſtolus Elegit nos ante mũ
di conſtitutionem. et in euangelio Non vos me F
elegiſtis:ſed ego elegi vos. ¶ Sꝫ videtur ꝙ ele Cõtra dicta
ctio non debet dici de deo: quia eligentia eſt vo obicitur.
luntas conſiliata. conſilium autem non cadit in
deum:quia conſilium eſt de ignorato vel ignora
bili. non enim conſiliatur aliquis an benefacien
dum ſit parentibus. ergo eligẽtia non dicitur de
deo. ¶ Item dicit damaſ.ꝙ voluntas dicitur de Scd̃o arᷣ.
deo.ſed electio et cõſiliũ nequacꝫ. ¶ Et ad hoc Solutio.
dicendum ꝙ non proprie dicũtur de deo: ſed ſi=
cut dicuntur ſtudia dei. ¶ Unde Annũciate in=
ter gẽtes ſtudia ei⁹.facta exquiſita acſi per mul
tum tempus ſtuduiſſent. ſimiliter conſilium dei
eſt voluntas certiſſima acſi diu deliberata eſſet.
Unde electio dei importat quattuor. primo cer= Nota diffe=
tam voluntatẽ.ſecundo diuinã eſſentiam: vt ei⁹ rentiã inter
cauſam.tertio gratiam in preſenti. quarto glo= ſtudiũ dei
riam in futuro.et predeſtinatio tria vltima ſigni ꝯſiliũ/ ⁊ in=
ficat:ſed in primo differt ab electione: ſignificat ter electio=
enim anteceſſionem quã non ſignificat electio. nem ⁊ prede
Sciendum autẽ ꝙ cꝫuis non eſſet niſi vnus pre= ſtinationẽ.
deſtinatus:tñ ille diceretur electus. quia ꝙ dici
tur electus quaſi ex aliј electus ethimologia eſt
et non eſt de ſignificatiõe vocabuli. ſicut hic. la=
pis dicitur quaſi ledens pedem.

¶ Capitulũ decimum de prouidentia diuina.

COnſequenter dicendum eſt de prouidẽ
tia diuina. q̃ eſt cura et diligentia qua
deus ſubditis miniſtrat neceſſaria ſiue
ſint bona ſiue ſint mala pene. ſcꝫ flagel
la quibus deus flagellat homines ad correptio=
nem. ¶ Unde dicit ioh.damaſ. ꝙ prouidentia ẽ Quid prudentia ſcd̃m damaſ.
volũtas dei ꝓpter quã oĩa q̃ ſũt/ꝯuenientẽ duca=
tũ ſuſcipiũt. ¶ Probat ioh.damaſ.duob⁹ argu=
mẽtis ꝙ de⁹ eſt oĩꝫ ꝓuiſor.qꝛ ſi eſſet ali⁹ creator/
ali⁹ ꝓuiſor/vtercꝫ eſſet ĩpotẽs. iſte ꝓuidẽdi/ iſte
creãdi. ¶ Itẽ hoĩes ⁊ irrõnalia aĩalia ꝓpriјs fi
liјs ꝓuident naturaliter:⁊ q̃ nõ ꝓuidet/ ĩprobatᷣ
id ẽ vituperabilis ẽ. ſed de⁹ nullomodo vitupera
bilis eſt:ꝗ ip ſe ꝓuidet oĩbus. Dicit aũt damaſc.
ꝙ ſi dei volũtas eſt ꝓuidentia oĩno neceſſe ẽ oĩa
que ꝓuidẽtia fiũt ⁊ optima.⁊ deo decẽtiſſima fie
ri ⁊ vt nõ eſt melius fieri. ¶ Sed ſi hoc:ꝗ oĩa q̃ fi Cõtra ꝓdĩ. arguitur.
unt ꝓuidentia diuina optima ſũt:ꝗ delectabiliſ=
ſima. qꝛ bonũ eſt cui⁹ apprehenſio delectatio ẽ.
ꝗ oĩa que fiũt p ꝓuidẽtiã diuinã ſũme delectant
hoĩes.⁊ hoc falſum:imo in multis contriſtatur. G
¶ Itẽ dicit damaſ.ꝙ prouidẽtia diuina duplex
ẽ.q̃dã eſt ſcd̃m acceptionẽ:q̃dã ſcd̃m cõceſſionẽ.ſcd̃m

Ayuntamiento de Madrid

acceptionē ſunt quecūq; in cōtradictiōe ſūt bōa
Voluntas ſicut gratia/glīa/⁊ hmōi. ¶ Dicit damaſ. ꝙ deꝰ
antecedēs antecedenter vult oēs ſaluari: ad hoc eñ eſt eiꝰ
ex deo:ꝯñs antecedens volūtas et acceptio ex ipſo exiſtēs.
ex nobis ſe= bona eñ ſpūalia ex corde ſuo dat. ꝓuidentia ſm
cūdū dama cōceſſionē eſt voluntas dei cōſequēs ex nr̄a cau
ſcenum. ſa: ſicut punire quod nobis infligitur ex pctō nr̄o
¶ Sed ſcd̄m hoc videtur ꝙ deus al'qd vult priꝰ
quod nō vult poſterius: ⁊ aliud poſterius qd̄ nō
vult prius: ⁊ ita mutabilis ē. ⁊ quicquid vult/ab
Solutio. eterno vult. ¶ Solutio. Ad pri nā dicimꝰ ꝙ oīa
Ad primū. optima ſūt in genere ſuo et ordine. ſicut dicit in
Geñ.pri°. geñ. Vidit deus cūcta que fecerat: ⁊ erant valde
bona. In vniuerſalitate eñ valde bona ſunt ⁊ in
Q̄z opa dei ſe delectabilia ſūt. ¶ Sed ꝙ aliq̄s nō delectēt:
lȝ ſint valde hoc accidit duabꝰ de cauſis. prima eſt ꝓpter in=
bona non firmitatē hoīm. oculi eñ infirmi nō poſſunt vide
omnes de= re radios ſolis. ¶ Secunda eſt ꝓpter admixtio=
lectent hoc nem operi diaboli. triſtant enim hoīes quādo vi
duabꝰ cauſ dent malis dignitates dari. ⁊ hoc eſt ꝓpter mali
ciam quā vident in ipſis. ſed ſi attenderent ma=
los creaturas dei/⁊ deū dare bona creaturis ſu=
Ad ſcd̄m. is: nō triſtarētur imo delectabile eis eēt. ¶ Ad
ſcd̄o obiectū dicimus ꝙ velle antecedēter ⁊ vel=
le cōſequēter ſumūtur pro velle in actu et pro ſi=
gno diuine volūtatiſ. ⁊ ex hoc nō ſequitur ꝙ deꝰ
mutabilis ſit. ſicut nō ſequit ſi modo creat hanc
prouidētia. aīam ⁊ prius nō creabat: ꝙ ſit mutabilis. ¶ Pro
Duplex de= uidentia ſecūdū cōceſſionē vocat damaſ. dereli
relictio ctionē quā diuidit in duas ſpecies. Eſt eñ quedā
Diſpenſati= derelictio diſpenſatiua eruditiua: ⁊ quedā dere=
ua cōtinet lictio eſt finalis deſperatiua qua derelinquūtur
ſeptē ſpēs. mali incorrigibiles. Diſpenſatiua eruditiua ē q̄
ad directionē/⁊ glīaȝ ⁊ ſalutē patiētiſ ſit/⁊ alteriꝰ
zeli ⁊ imitationē: vel etiā ad glīaȝ dei. ⁊ hāc diui
Prima dit damaſ. in ſeptē ſpecies. Prima eſt cū deꝰ con
Iob cedit iuſtū incidere in calamitates: vt eā que ipi
Secunda. latet ꝟtutē/alijs manifeſtā faciat. vt in Iob. Se
cunda eſt cū concedit cōuenientiū quid agi vt p
operationē ſicut eſtimatur cōueniētē magnū q̄d
⁊ mirabile dirigat. vt per crucē ſalutē hominū.
Tertia. Tertia eſt cū cōcedit pati ſctm̄ mala: vt nō a re=
cta conſciētia excidat: vel ne de data ei ꝟtute et
Quarta. gratia in ſupbiā incidat. vt in paulo. Quarta eſt
cum derelinquitur quis ad tempꝰ in directioneȝ
alioꝝ: vt quod ſcd̄m ipſum eſt intuentes alij eru
diant. vt in lazaro ⁊ in diuite. ad inſtructionē eñ
Quinta. noſtrā derelictus eſt lazarus in miſerijs. Quin=
ta eſt cum derelinquit quis in alterius gloriā vt
Sexta. per ꝓpriū vel parētū pctm̄. vt in ceco nato. Se=
xta eſt cū cōceditur quis pati in alterius zelū: vt
gloria eius qui paſſus eſt magnificata in zelū. id
eſt in imitationē alijs fiat paſſio ſpe future glīe ⁊
Septima. deſiderio eternoꝝ bonoꝝ. vt in martyribus. Se
ptima eſt cū cōcedit q̄s incidere in nefariā ope=
rationē in directionē alterius deterioris paſſio=
nis. vt cū aliquis eſt elatus in virtutibus conce=
dit hunc deus incidere in adulteriū: vt ex caſu in
ſenſum veniens ꝓprie infirmitatis humilietur ⁊
cōfiteatur dn̄o. ¶ Sed contra iſta videt dicere
Obiectio aug. ſup pſalterium. qui dicit ꝙ oīs pena que in
cōtra p̄dic. pn̄ti nobis infligitur: aut infligitur ad purgatio=
Augu. nem/aut ad ꝯuerſionē/aut ad initiū pene eterne.

videtur ergo diminutus vel damaſcenus ſuper=
fluus. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ in diuiſione quā fa= Solutio.
cit augu. non cadit ſeptima ſpecies neq; ſecunda
ſeptima eñ excludit cū dicitur: oīs pena q̄ infli=
gitur. deus eñ nō infligit vicia. ſecūda excludit
cum dicit: in preſenti. filius eñ dei modo nō cru
cifigitur. ſed alie quīq; ſpecies cōtinētur ſub pri
mo membro: vt patet diligēter intuenti. oēs eñ
purgatorie ſūt. martyres eñ in martyrio purga
bantur. vnde vaſa figuli ꝓbat fornace. ⁊c. ¶ Di Opinio do
cimus ergo ꝙ ſufficiens eſt diuiſio aug. qd̄ patet ctoris.
quia vel infligitur pena bonis vl' malis. ſi bonis: Cōcordāt
ad purgationē. ſi malis: aut corrigibilibꝰ aut in= Aug. ⁊ da=
corrigibilibus. ſi corrigibilibus: ad cōuerſionē. maſce.
ſi incorrigibilibꝰ: ad initiū pene eterne. dicit eñ
damaſc. ꝙ multi ſūt modi prouidētie diuīe ⁊ neq;
ſermone interpretari in intellectu cōprehēdi po
tentes. ſed oportet ſcire ꝙ oēs triſtes ſuperuen= 3
tiones his qui in gratiā actionū ſuſcipiūt ad ſa=
lutem inducūtur. ¶ Capitulū vndecimū de
potentia dei quod cōtinet ſeptem q̄ſtiones.

POſt predeſtinationē ⁊ ꝓuidētiā: dicen= Diuiſio ca=
dū eſt de potētia dei. Circa quā prio di pituli.
cendū eſt q̄re deꝰ dicat opſ: ⁊ q̄tū ſe ex
tendit potētia dei. ſcd̄o pȝ qd debeat di
ci poſſibile ſimpliciter. tertio vtrū mutatio aque
in vinū fuerit miraculoſa. quarto an mutatio vir
garū magorū fuerit naturalis. quinto an deꝰ poſ
ſit ſaluare iudā ⁊ dānare petrū. ſexto vtrū poſſit
facere de corrupta ꝟginē. ¶ Circa primū dicit Deꝰ ē opſ.
ꝙ deꝰ eſt opſ: q2 pōt oīa. ¶ Sȝ ſi hoc: ḡ pōt cur Contra ar.
rere: ⁊ pōt peccare. ¶ Sz ad primū dicēdū ē ꝙ Ad primū.
nō valet: q2 cū dicit deꝰ pōt oīa. per hūc termi=
num oīa ſignificant creature vt ſubiecte poten=
tie diuine: nec retorquet ad deū vt ad ſubiectū.
ſed cū dr̄ pōt currere deꝰ. ſignificatur curſus nō
ſolū vt ſubiectꝰ diuine potētie: ſȝ etiā vt accidēs
deo tanq̄ ſubiecto. vñ ē ibi fallacia accidentis.
¶ Ad hoc aūt argumētū deꝰ pōt oīa: ḡ pōt pec= Ad ſcd̄m.
care. duobꝰ modis rñdetur ſm illos qui dicūt ꝙ Rñſio dicē
pctm̄ nihil ē nō valet argumentatio: quia pecca tium.
re nō cōtinet ſub illa vniuerſalitate. malicia eñ Q̄z pctm̄ ni
ſm aug. nō hȝ cauſaꝫ efficiētē ſȝ deficiētē. ¶ Se chil eſſe.
cūdū illos q̄ dicūt ꝙ pctm̄ ē aliq̄d dicēdū ē ꝙ de Rñſio dicē
us nō pōt facere oīa ſimplr̄: ſed oīa q̄ poſſe ē pu= tium pctm̄
re potētie: ſȝ poſſe peccare nō ē pure potētie im= reali quid.
mo impotētie poriꝰ. ¶ Nō ſolū aūt pōt deꝰ ea q̄ Alit dr̄ opſ
ſūt ſm curſum nature ſȝ ea q̄ ſūt ſupra naturā: vt
cecos illūiare mortuos ſuſcitare: ⁊ de coſta ade
mulierē facere: et conſimilia que natura non po=
teſt facere. ¶ Unde dicit aug. ꝙ in coſta erat vt Auguſtinꝰ
ex ea poſſet fieri mulier: ſed nō erat in coſta vt ex
ea fieret mulier. ¶ Sed hoc videt eſſe falſum: q2 Obiectio.
ſi in coſta erat vt ex ea poſſet fieri mulier: ergo in
coſta erat cauſa vñ ex ea fieret mulier: ḡ in coſta
erat vt ex ea fieret mulier. ¶ Itē i quocūq; ē po Secundo.
tentia currēdi: in eo ē vt currat. ergo cū in coſta
eſſet potētia vt ex ea fieret mulier: i coſta erat vt
ex ea fieret mulier. ¶ Et ad hoc dicēdū eſt ꝙ du Solutio.
plex ē potētia. ſ. materialis ⁊ paſſibilis: ⁊ formalis 3
ſiue actiua. potētia materialis nō hȝ poſſe ſup ef Duplex po
fectū niſi i ſuſcipēdo. ſȝ potētia formalis ſiue acti tentia.
ua hȝ poſſe ſuper effectū. ¶ Dicimꝰ ḡ ꝙ in coſta Opinio do



Ayuntamiento de Madrid

ctoris. erat tantū potentia materialis ⁊ ſuſceptiua for=
me mulieris: ſed in deo potētia actiua q̄ poterat
ſpoliare coſtā forma ſua ⁊ inducere formā mulie
ris. ⁊ q2 potentia materialis nō habet poſſe ſup
effectum: propter hoc hec eſt falſa. in coſta erat
Ad primū. vt ex ea fieret mulier. ¶ Unde patet ꝙ nō valet
prima argumētatio. inſtātia in domo eſt vt poſſit
illūinari: ergo in domo ē vt illūinetur. ¶ Ad ſe=
Ad ſcdm. cūdo obiectū patet ſolutio: quia potentia currē
di potētia actiua eſt. et nō eſt ſimile de potentia
Replicat. actiua: ⁊ de potētia paſſiua. ¶ Sed obicit ꝯtra
hoc. q2 ſicut ad potentē dare ꝑtinet dare iſta: ſic
ad potentē ſuſcipere pertinet iſta ſuſcipere. ergo
ſi in coſta erat vt ex ea poſſet fieri mulier: ī coſta
erat poſſe ſuſcipere formā mulieris. igit in coſta
2 erat vt ex ea fieret mulier. ¶ Itē in hoīe eſt non
3. ach. 1. ſolū poſſe illūiari a deo: ſed etiā illūiari. vñ. Cō=
uertimini ad me: ⁊ ego conuertar ad vos. ergo in
coſta erat nō ſolū poſſe ſuſcipere formā mulierꝫ:
Solutio. ſed etiam ſuſcipere. ⁊ inde vt prius. ¶ Solutio.
q̄dam potentia paſſiua ⁊ materialis ē ſine volū=
tate. ⁊ quedā cū volūtate. ⁊ que cū volūtate du=
plicem poteſt habere ſtatū: aliqñ eñ habet po=
tentiā actiuam vt formalē ſibi paratā: aliquādo
non habet. ꝟbi grā. homo poteſt illūinari a deo
⁊ preter hoc habet potentiā actiuā per quā pōt
facere qđ in ſe eſt: quo facto deus faciet qđ in ſe
eſt. ¶ Secūdū hoc eſt cōcedendū quia in hoīe ē
nō ſolū vt poſſit illūinari a deo: ſed etiā vt illūi=
netur. Itē iſte pōt habere prebendā pariſiēſem:
habet eñ potētiā ſuſcipiēdi. ſꝫ q2 nō habet ſecū
potentiā actiuā preparantē ad ſuſcipiēdū: nō ē
in ipſo habere vel ſuſcipere prebendā illā. ¶ Si
militer nō erat in coſta ſuſcipere formā mulieris
q2 nō habebat aliquomodo potentiā actiuā ꝑpa
ratiuā vel ꝑparantē ad ſuſcipiēdū. ¶ Uñ non in
Obiectio. quocūqꝫ eſt poſſe ſuſcipere: eſt ſuſcipere. ¶ Itē
in coſta erat vt ex ea poſſet mulier fieri: q2 pote=
rat fieri a deo. ergo in hoīe eſt vt ex eo poſſet fie=
ri aſinꝰ: q2 homo pōt fieri aſinus a deo: ergo ho=
mo poteſt fieri aſinus. ſiſr̄ pōt fieri capra. ⁊ ſic
de alijs. ergo pōt fieri quidlꝫ. ⁊ hoc videtur incō
Secundo ad idem. uenīēs. ¶ Itē ſi hō poteſt fieri aſinus a deo (cū
eius potētia ſit ampliſſima) poteſt ergo facere ꝙ
homo ſit aſinus: qua rōne diuiſim / et eadē ratio=
k ne coniunctim. ⁊ ita pōt facere ꝙ idē ſit homo et
Solutio aſinꝰ ſimul: ⁊ ꝙ idē ſit albū ⁊ nigrū ſimul. ¶ Ad
aliquorum. hoc dicunt quidā ꝙ in hoīe non eſt vt poſſit fieri
aſinus: ſed in hoīe eſt potentia vt poſſit fieri aſi=
nus. ſicut in beata virgine nō erat potētia vt pa
reret: ſed erat potētia vt poſſet parere. vnde ne=
gant hanc et conſimiles: de hoīe poteſt fieri aſi=
Cōtra p̄dī. nus. ¶ Sed contra. deus facere poteſt de aſino
ſolutionem hoīeꝫ: ergo de aſino poteſt fieri hō a deo. ¶ Itē
de limo terre factus eſt homo. hoc nō poteſt ne=
gari. ergo de limo terre poterat fieri homo: ergo
multo fortius de aſino poteſt fieri homo: q2 ma=
Tertio ar. ior eſt ſimilitudo. ¶ Itē de ouo poteſt fieri aīal
et hoc eſt per corruptionē: q2 pōt corrūpi forma
oui / ⁊ introduci forma pulli. ſimiliter poteſt aſinꝰ
corrūpi ⁊ ſpoliari forma ſua: q2 que deus coniun
xit poteſt diuidere et introduci forma hoīs: ⁊ ita
ex aſino poteſt fieri homo. ¶ Itē dicit aug. ꝙ in Quarto ꝑ
qualꝫ re ē naturalis obediētia qua deꝰ pōt face= auguſtinū.
re q̄cq̄d vult de ea. vñ de aq̄ pōt fieri naturaliter
vinū: ergo de aſino pōt fieri homo. ¶ Quod cō Opinio do
cedimus. pōt eñ fieri a deo q̄uis nō poſſit fieri ctoris.
a natura. nō tñ ꝯcedimꝰ ꝙ deꝰ poſſit facere ꝙ idē
ſit homo ⁊ aſinꝰ ſimul: aut ꝙ idē ſit nigrū ⁊ albuꝫ
ſimul. q2 nō pōt negare ⁊ nec facere cōtra ſe face
ret aūt cōtra ſapientiā ſuā ⁊ ordinationē ⁊ boni=
tatē ſuā qua optīe oīa diſpoſuit: ſi faceret ꝙ ideꝫ
eſſet hō ⁊ aſinus. ¶ Sed obicit de illa naturali Replicat.
obedientia. ſicut cera naturaliter ſuſceptibilis ē
impreſſionis: ita iſte cecus naturaliter ſuſcepti=
bilis eſt viſus: ꝑpter naturalē obedientiā q̄ in re
bus eſt. ꝗ naturaliter pōt habere viſum: ꝗ natu=
raliter pōt videre: ⁊ naturaliter ē regreſſus a pri
Solutio. uatione ad habitū. ¶ Solutio. hec ē duplex iſte
cecus pōt videre. ſi ſumatur videre pro vti viſu
falſa ē: ⁊ hoc verbū pōt ſignificet potentiā acti=
uam. ſi pro habere viſum vera ē: ⁊ hoc verbū po=
teſt ſignificet potentiā materialē ⁊ ſuſceptiuā.

¶ Secunda queſtio vndecimi capituli.

SEcundo querit vtrū poſſibile ſimplr̄
dicat tñ ꝛm cauſas iferiores: aut tñ
ꝛm cauſas ſupiores: aut aliqñ ꝛm il=
las: aliqñ ꝛm alias. ⁊ ſup hoc triplex Triplex opi
eſt opinio. ¶ Quidā eñ dicūt ꝙ ſo= nio. Prima
lum illud eſt poſſibile ſimplr̄ qđ eſt poſſibile ſcđꝫ L
cauſas inferiores. vñ ꝛm iſtos nō ſequit. hoc eſt Quid ſit
poſſibile deo: ꝗ eſt poſſibile. ꝛm iſtos etiā ꝟginē poſſibile ſe=
peperiſſe ē impoſſibile: licet ſit verū q2 nō ē poſſi cūdū iſtos.
bile ꝛm cauſas inferiores. nec valet ꝛm eos iſta
argumētatio ſi ꝟgo peperit cū viro cōcubuit: ſꝫ
virgo peperit: ꝗ cū viro cōcubuit. q2 ꝑpoſitū eſt
in terra ⁊ aſſūptū eſt in celo. ¶ Sed hec ſolutio Cōtra p̄di.
nulla eſt: eſt eñ cōtra artē. q2 regula eſt ſi aliq̄d opinionem
ſequit ad aliud: ſi primū ē verū ⁊ vltimū. ¶ Itē
cōtra iſtos eſt aug. qui dicit ſup illud verbū apo
ſtoli. Stultā fecit deꝰ ſapiētiā huiꝰ mūdi. ſapiē=
tia mūdi impoſſibile iudicat qđ in naturis reruꝫ
nō videt. hāc aūt ſtultā fecit deꝰ poſſibile fore de
clarādo atqꝫ faciēdo qđ ipſa impoſſibile iudicat. ⁊
loquit de hmōi virginē parere. ⁊c̄. ꝗ deꝰ declara
uit hoc eſſe impoſſibile anteqꝫ eueniſſet erat poſ=
ſibile ⁊ nō ꝛm cauſas inferiores. ergo nō ſolū il=
lud ē poſſibile qđ eſt poſſibile ꝛm cauſas inferio=
res. ¶ Itē dicit aug. ꝙ anteqꝫ mūdꝰ eēt / mūdū Secundo.
fore erat verū: ergo erat poſſibile nō ſcđm cau= Auguſtinꝰ.
ſas inferiores. ⁊ inde vt prius. ¶ Itē ſcđm iſtos 3.
deum eſſe nō eſt poſſibile: nec deū eſſe eternū et
vnū. ꝑpter hoc dicimus ꝙ hec opinio nō poteſt
ſuſtineri. ¶ Alij dicunt ꝙ omne illud ⁊ ſolum eſt Secunda
poſſibile ſimpliciter quod eſt poſſibile ſcđꝫ cau= opinio.
ſas ſuperiores. vñ ſcđm iſtos bene ſequit. hoc ē
poſſibile deo: ꝗ eſt poſſibile. Sed ꝛm hoc ꝟginē
parere / cecū videre / fuit poſſibile ante euētū ſi=
cut ⁊ ī ipō euētu. ꝗ quādo euenit nō fuit miracu=
lum. ¶ Itē ſimplr̄ ante incarnationē virgo ma=
nens ꝟgo nō pōt parere: q2 nō habet potentiam
pariendi. ꝗ impoſſibile eſt virginē manentē vir=
ginē parere. ⁊ tñ poſſibile eſt deo. ergo nō omne
eſt deo poſſibile eſt poſſibile ſimplr̄. ¶ Itē deus ſcđo ad idē

Ayuntamiento de Madrid

ſtultam fecit ſapientiã hui⁹ mundi poſſibile fore declarãdo atq3 faciẽdo qđ ipſa impoſſibile iudicat: ergo de⁹ de impoſſibili facit poſſibile. ꝙ añq3 feciſſet nõ erat poſſibile añq3 feciſſet de⁹ illud eẽ poſſibile: ergo non ſemp fuit poſſibile. ⁊ tñ ſemp fuit poſſibile deo: ⁊ inde vt prius. ¶ Propter hoc dicũt alij ꝙ nec tantũ ſcđm cauſas inferiores dicitur qđ poſſibile nec tñ ẽm cauſas ſuperiores: ſed aliqñ ẽm has aliqñ ſcđm illas: q2 ẽm diuerſa adiuncta hec dictio poſſibile copulat ꝓ diuerſis poſſibilib⁹. Uñ cũ đr poſſibile eſt deũ eſſe hec dictio poſſibile copulat ꝓ poſſibilitate ẽm cauſas ſupiores. ⁊ ſic eſt vera. ⁊ cũ dicitur poſſibile ẽ cecum videre copulat ꝓ poſſibilitate ſcđm cauſas inferiores. vnde falſa eſt. iſti dicũt ꝙ virginẽ peperiſſe modo eſt poſſibile: aliqñ tamẽ fuit impoſſibile. ¶ Et de⁹ de ĩpoſſibili facit poſſibile duobus modis. vno modo reparando naturã ſicut in ceco illuminato: ⁊ tũc potẽtia ẽ miraculoſa: ſed actus naturalr. alio modo dando nouã potentiã ſicut dedit btẽ virgini potẽtiã ↄcipiẽdi ſine viro ⁊ tũc potẽtia miraculoſa ẽ et act⁹ ſimiliter miraculoſus eſt. ¶ Sed itẽ cõtra hãc opinionẽ obicitur: q2 ſi aliqđ eſt albũ aliqua albedine eſt albũ ſimpliciter: ꝙ ſi aliqđ eſt poſſibile aliqua poſſibilitate eſt poſſibile ſimpliciter. Sʒ ꝟginẽ manentem ꝟginẽ parere ſemp fuit poſſibile aliqua poſſibilitate: q2 poſſibilitate diuina. ꝙ ſemp fuit poſſibile. ¶ Itẽ ſimus ante incarnationẽ. ſi deus facit ꝙ virgo manẽs virgo pariat ꝟgo manẽs virgo parit: ſed poſſibile ẽ primũ. modo eñ conſtat ꝙ deus facit illud: ꝙ vltimũ. ⁊ ita ꝟginẽ manentẽ ꝟginẽ parere ſemp fuit poſſibile. qđ cõcedimus ¶ Uñ adherem⁹ ſcđe opinioni q̃ dicit ꝙ oẽ illđ ⁊ ſolũ ẽ poſſibile ſimpl̃r qđ ẽ poſſibile ẽm cauſam ſuperiorẽ. ſ. ẽm deũ ⁊ nõ excludit qñ ẽ poſſibile ẽm cauſas inferiores: q2 oẽ tale ẽ poſſibile deo. ſʒ nõ ẽcõtrario. ¶ Et ad primo obiectũ dicim⁹ ꝙ q̃uis prius eſſet poſſibile cecũ videre: ꝟginẽ parere: tñ cũ euenit miraculũ fuit. q2 ille euẽtus ſup naturã fuit. In hoc eñ ẽ miraculũ ꝙ de impoſſibili ẽm naturã fecit verũ. ¶ Ad ſcđo obiectũ dicimus ꝙ nõ valet hec argumẽtatio ꝟgo manẽs ꝟgo nõ põt parere: ergo ꝟginẽ manẽtẽ ꝟginem parere eſt impoſſibile. De re eñ vera ẽ: ſʒ de dicto falſa. ¶ Uñ ſcđa opinio de re põt ſuſtineri. de dicto nõ. ¶ Ad tertio obiectũ dicim⁹ ꝙ deus nõ fecit de impoſſibili poſſibile: ſʒ qđ erat poſſibile prius fecit in actu. Uñ auctoritas ſcti auguſtini ſic eſt intelligẽda. ſtultã fecit de⁹ ſapientiã huius mũdi: poſſibile fore faciẽdo: declarãdoq3 ⁊c. Fecit quidẽ qđ prius erat poſſibile ⁊ declarauit illud eſſe poſſibile cũ crederet illud eſſe impoſſibile. Unde dicimus ꝙ ꝟginẽ parere ante incarnationẽ fuit poſſibile poſſibilitate increata: ſicut ⁊ mũdũ fore anteq3 mũdus eſſet fuit verũ ꝟitate increata: ⁊ poſſibile poſſibilitate increata. ꝟitati eñ increate ꝛ̃ñdet poſſibilitas increata: ſʒ de hac nõ cogitauerũt philoſophi. vñ indicabãt illud impoſſibile qđ de⁹ oñdit poſſibile faciẽdo illud ⁊ ideo ſtultã oñdit eſſe illã ſapientiã. Uñ in illa auctoritate auguſtini intelligit impoſſibile ſecundum quid ẽm opinionẽ philoſophorum.

Tertia opinio. — Duob⁹ modis deus facit de ĩpoſſ. pl̃ poſſibile. — Cõtra hãc opinionẽ ar. — Scđo ar. — Opinio doctoris. — Ad primũ. — Ad ſcđm. — Ad tertiũ. — Expoſitio dicti Aug.

¶ Tertia queſtio. xi. capituli.

Tertio querit vtrũ de⁹ fecerit miraculũ mutãdo aquã in vinũ. ¶ Uidet ꝙ non: q2 dicit aug. ſuper illũ locũ ꝙ de⁹ quotidie multa maiora facit qñ ꝑ totũ mũdũ in vitibus mutat aquã in vinũ: ⁊ ſic multa maiora facit ⁊ multo mirabiliora. q2 admiratio vt dicit Aug. nihil aliud eſt q̃ timor de magno fantaſmate vel magna ymaginatione. ꝙ ſi iſtã maiora nõ ſũt miraculũ nec illđ. ¶ Solutio. ſine dubio maiora facit deus quotidie ⁊ ẽm quãtitatẽ ⁊ ẽm qualitatẽ. tñ hoc faciẽdo non facit miraculũ: q2 hoc facit mediãte natura. ſed aquã mutauit in vinum nõ mediãte natura. vñ q2 illud fuit ſupra naturã fuit miraculũ. q2 ibi apparuit magis poteſtas dei: ⁊ ex maiori apparitiõe potentie dei fuit maior admiratio. ¶ Quarta q̃ſtio. xi. capi.

Quarto querit vtrũ mutatio ꝟgaꝝ magorũ pharaonis in ſerpẽtes fuerit naturalis an miraculoſa. ſi naturalis: eadem rõne mutatio ꝟge moyſi in ſerpẽtem fuit naturalis: q2 eadẽ natura erat in virga illa. ſi miraculoſa: ergo de⁹ fecit miraculũ ꝓ magis ⁊ cõtra moyſen ⁊ cõtra pharao erãt infideles: ⁊ de⁹ ꝓ infidelib⁹ nõ facit miraculũ. ¶ Itẽ dicit aug. ſup illũ locũ: q2 demones qui velociſſime diſcurrũt ꝑ mũdũ attulerũt magis ſemina ſerpentũ. ſʒ ſi de⁹ vellet facere miraculũ nõ eẽnt ſemina neceſſaria. ¶ Itẽ querit an illa ſemina mutata fuerũt ĩ ſerpẽtes. ſi ſic, nõ ergo ꝟge mutate fuerũt in ſerpẽtes ſi nõ, q̃re ergo dicũtur ſemina ſerpentũ: ex ſemine eñ ſiunt q̃ ex ſemine generãtur. ¶ Ad hoc dicendũ ẽ ꝙ mutatio ꝟgarũ magoꝝ naturalis fuit. q2 fuit mediãtib⁹ ſeminib⁹. ſed mutatio virge moyſi fuit miraculoſa: q2 ex ſola poteſtate ⁊ volũtate dei nõ mediãte natura. ¶ Ad illđ aũt ꝙ querit an ſemina mutata fuerint in ſerpẽtes: põt dici ꝙ nõ. dicunt tñ ſemina ſerpẽtũ ꝑ effectũ: q2 potẽtiã actiuã habebãt cõuertẽdi ꝟgas in ſemina ſerpẽtũ. ¶ Uel põt dici ꝙ ipſa ſemina cũ virgis mutata fuerunt in ſerpentes. ¶ Quinta q̃ſtio. xi. capituli.

Quinto q̃rit vtrũ de⁹ poſſit dãnare petrũ vel ſaluare iudã. ¶ Uidet ꝙ ſic. q2 ſup illũ locũ geñ. vbi dicit angel⁹ ad loth. nõ potero q̃cq3 facere donec ĩgrediar illũ. đt aug. poſſũ de potẽtia: ſʒ nõ poſſũ de iuſticia. ꝙ multa põt de⁹ de potẽtia q̃ nõ põt de iuſticia. ꝙ lʒ de iuſticia non poſſit dãnare petrũ vel ſaluare iudã: põt de potẽtia. ꝙ ſimpl̃r põt. ¶ Itẽ põt vtrũq3 reuocare ad ſtatũ pñtis vite in quo poſſit vterq3 peccare ⁊ nõ peccare. ergo poteſt dãnare petrũ ⁊ ſaluare iudam. ¶ Ad hoc dicũt quidam ꝙ deus nõ põt dãnare petrũ tamẽ poteſt ſaluare iudã. q2 miſerationes ei⁹ ſup oĩa opera ei⁹: et mĩa ſuperaltat iudiciũ. ¶ Sʒ ↄtra. ſicut de⁹ ſũme miſericors ẽ ita ſũme iuſt⁹ ẽ: ꝙ ſicut nõ põt facere ↄtra ſuã mĩaʒ ita nõ põt facere ↄtra ſuã iuſticiã. ꝙ nõ põt ſaluare iudã cũ hoc ſit ↄtra ſuã iuſticiã. ¶ Itẽ đt apo. ſi non credim⁹ ille fidelis ꝑmanet negare ſeipm nõ põt

Ar. ꝙ non. Auguſtin⁹. — Solutio. — Quare aliquid đr miraculum. — Ar. ꝙ nõ ꝑ ſimile. — Secũdo ad idem. — Tertio ꝑ auguſti. — Quarto ar. — Solutio. — Ad vltimũ. — Quinta q̃o huius capi. Ar. ꝙ ſic. Geñ. 19. — Secũdo ar. — Prima opĩo. — Cõtra p̃dĩ. opi. ar. primo — Secundo.



Ayuntamiento de Madrid

dicit auguſtinus quin puniat ergo nõ poteſt eſſe
Tertio. quin puniat iudã. aliter enim negaret ſe. ¶ Item
quicquid facit deꝰ aut de mĩa aut de iuſticia fa=
cit: ergo nihil poteſt quod non poſſit de mĩa aut
de iuſticia: ſʒ manẽte loth in ſodomis nõ poterat
de iuſticia puniri. nec de mĩa poterit: qꝛ punire
nõ eſt opus mĩe dei: ergo nullo modo poterat: ꝙ
falſa eſt auctoꝛitas q̃ dicit. poterat de potentia.
Solutio. ¶ Solutio. Ad hoc dicimus ꝙ quidã ſũt abſo=
lute ſaluati ex diffinitiua ſententia irreuocabili:
⁊ quidã abſolute dãnati ſicut dꝛ de illis qui pec=
cant in ſpm̃ ſctm̃: qꝛ nõ remittitur eis nec in hoc
ſeculo nec in futuro. et ſic de abſolute ſaluatis et
dãnatis dicimus ꝙ deꝰ nõ põt dãnare iſtos vel
ſaluare illos. Unde dicimus ꝙ deus nõ reuoca=
ꝑ uit petrũ niſi ſalua cõfirmatione ſua. ¶ Sed ſũt
alij mediocriter boni vel mediocriter mali q̃ non
ſunt abſolute ⁊ irreuocabiliter ſaluati aut dãna=
Nõ de tra= ti. Sicut traianus qui reſuſcitatus fuit ⁊ reuoca=
iano. tus ad ſtatũ pñtis vite pꝛecibus beati gregoꝛij:
⁊ multi alij qui pꝛecibus ſanctoꝝ reſuſcitati ſũt.
De talibus dicimus ꝙ deꝰ poteſt iſtos ſaluare ⁊
Ad pꝛimũ. dãnare illos. ¶ Ad pꝛimo obiectũ dicimꝰ ꝙ deꝰ
de potentia pure conſiderata poteſt dãnare pe=
trum habito reſpectu ad potentiã dei ⁊ potentiã
petri naturalẽ qua potuit peccare ⁊ nõ peccare:
ſed nõ ſequitur. ergo poteſt dãnare petrũ: quia
hoc verbũ poteſt in concluſione reſpicit merita.
Opinio gil ¶ Uel ſi verũ eſt ꝙ dicit magiſter gilbertꝰ ſuper
berti de p̃te librũ boetij de trinitate. Dicit eñ ꝙ deus poteſt
rito ꝙ põt facere ꝙ petrus nunq̃ꝫ fuiſſet: põt dici ſcd̃m hoc
non fuiſſe. ꝙ deus põt dãnare petrũ: qꝛ poteſt facere ꝙ pe=
trus modo incipiat eſſe ⁊ poſſit peccare ⁊ peccet
⁊ ſic dãnetur. ¶ Sed iterũ obicitur deꝰ nõ pote
rat punire eternaliter ſodomitas niſi bene: er=
go nõ niſi iuſte. ergo quicquid poterat ibi facere
ſcd̃o ad idẽ poterat de iuſticia. ¶ Item nihil poterat ibi de
potentia niſi iuſte: ergo quicquid poterat ibi de
Solutio. potentia poterat de iuſticia. ¶ Ad hoc dicendũ
eſt ꝙ non valet hec argumentatio quicquid po=
terat ibi facere poterat de iuſticia: ergo q̃cq̃d
poterat ibi de potentia poterat de iuſticia: qꝛ cũ
dicit̃ q̃cq̃d põt deꝰ facere ſignificatur diuina po
tentia cũ oĩmoda bonitate ſua: ſed cũ dꝛ põt de
potentia nõ ſignificatur cũ bonitate. vñ quodaʒ
modo diminuit̃ ratio potentie. ⁊ ẽ fallacia ſm q̃d
⁊ ſimpliciter ſicut hec ſoꝛtes nullo modo eſt albꝰ
Ad ſcd̃m. ergo nõ eſt albꝰ pede. ¶ Ad ſcd̃o obiectũ dici=
mus ꝙ nõ valet hec argumentatio nihil poterat
ibi de potẽtia niſi iuſte: ergo q̃cq̃d poterat ibi de
potẽtia poterat de iuſticia: qꝛ in pꝛĩa hec dictio
iuſte nõ reſpicit ſtatũ qui tũc erat ſed cõmuniter
ac ſi diceretur quocũq̃ꝫ tp̃e ⁊ quocũq̃ꝫ modo deꝰ
eos puniat iuſte punit: ſed in cõcluſiõe hec deter
minatio de iuſticia reſpicit tm̃ ſtatũ q̃ tunc erat.
¶ Poſſet ad hoc planiꝰ dici ꝙ q̃cq̃d poterat ibi
Alit̃ põt dici deꝰ de potẽtia poterat de iuſticia ⁊ ecõuerſo. Sʒ
diſtinguenda eſt: quia duplex eſt iuſticia ſcilicet
Duplex iu= iuſticia condigni et iuſticia congrui. de iuſticia
ſticia. cõdigni nõ meruerat loth ꝙ deus parceret ſodo
mitis eo pꝛeſente. Unde de iuſticia condigni po=
Q terat punire eos eo pꝛeſente. Sʒ de congruo me
ruerat loth ꝙ dominꝰ parceret eis eo pꝛeſente.

¶ Sexta queſtio capituli.

S Exto querit̃ vtrũ deꝰ poſſit facere de
coꝛrupta ꝟginẽ. ¶ Dicit hiero. ꝙ cũ Af ꝙ non.
deꝰ oĩa poſſit: de coꝛrupta nõ põt fa= In oppoſi=
cere ꝟginẽ. ¶ Sʒ ꝯtra. naturã ceci ⁊ tum af.
oĩno moꝛtui põt repare: ꝙ naturã vir
ginis põt repare faciẽdo eã clauſã ⁊ ſigillatã et
integrã ſicut pꝛius. ¶ Hoc ſoluit̃ duobꝰ modis Dupliciter
Pꝛio dicẽdo ꝙ deꝰ de coꝛrupta põt facere ꝟgi= ſoluitur.
nem: ſed dꝛ nõ poſſe qꝛ nõ oſtendit ſe poſſe: qꝛ nõ
legit̃ hoc feciſſe. ſed legit̃ cecos illũinaſſe ⁊ moꝛ=
tuos ſuſcitaſſe. ¶ Uel põt dici ꝙ deꝰ nõ põt fa= Aliter dꝛ.
cere de coꝛrupta ꝟginẽ q̃ꝫtũ ad oẽm dignitatem
ꝟginitatis. poteſt quidẽ incoꝛruptã facere q̃ꝫtũ
ad aĩam ⁊ clauſam q̃ꝫtũ ad coꝛpꝰ ſed nõ põt face
re quin fuerit coꝛrupta. ⁊ nõ fuiſſe coꝛruptam eſt
quedã dignitas in ꝟgine ſcd̃m quã meret̃ aureo
lam. ſicut in rege dignitas ẽ nõ habere aliũ regẽ
ſupꝛa ſe. ¶ Sed obicit̃. deꝰ dedit huic coꝛrupte Contra af.
oĩmodã dignitatẽ ꝟginitatis aut nõ. ſi põt ergo
poteſt facere de coꝛrupta ꝟginẽ. ſi nõ põt modo
dare vt pꝛius dedit: ergo aliq̃d impedit. non niſi
pꝛeteritio: qꝛ qd̃ factũ eſt non põt nõ fieri: ꝙ ali=
q̃d impedit potentiã dei: ergo deus nõ eſt omp̃s
¶ Pꝛopter hoc vel põt dici ſicut dicit magiſter Opinio gil
gilbertus ꝙ deꝰ põt facere ꝙ iſta nũq̃ꝫ fuerit coꝛ berti.
rupta: qꝛ q̃ꝫtũ in ſe eſt nõ ſe habet aliter ad res q̃ꝫ
ſe haberet ab eterno. Uñ pꝛeſens pꝛeteritũ ⁊ fu=
turũ ex parte rerum ſunt nõ ex parte dei vñ cum
dꝛ quod factũ ẽ nõ põt nõ fieri: neceſſitas eſt ex
p̃te rei nõ ex parte dei. Sʒ nos cõſueuimꝰ hmõi
loqui cũ ſuppoſitiõe p̃teriti. Uñ hiero. loquit̃ cũ Quõ expo=
ſuppoſitiõe p̃teriti cũ dicit: deꝰ nõ põt facere de nit̃ hiero.
coꝛrupta ꝟginẽ. nõ eñ põt facere cũ ſuppoſitio
ne p̃teriti: põt tñ ſcd̃m ſe cũ ſit op̃s. ⁊ in oĩpoten
tia eiꝰ intelligũtur q̃ttuoꝛ. deꝰ eñ op̃s dꝛ vt dicit
auguſtinus qꝛ põt facere q̃cq̃d vult. ¶ Sed q̃rit Queſtio
magiſter in ſententijs an intelligat̃ ſic: põt face= magiſtri.
re q̃cq̃d vult facere. aut ſic põt facere q̃cq̃d vult
fieri. ⁊ dicit ꝙ vltimo mõ: qꝛ ſi pꝛio modo ſic eẽt
petrus op̃s. põt eñ facere q̃cq̃d vult facere: ali=
ter nõ eſſet btũs. ¶ Sʒ melius dicendũ eſt ꝙ de Opinio do
us eſt op̃s qꝛ põt facere ex ſe et per ſe q̃cq̃d vult ctoꝛis.
facere. ⁊ per hoc ꝙ dꝛ q̃cq̃d intelligit̃ impletudo R
potentie que nõ eſt determiata ad aliquem effe=
ctũ: ſicut poteſtas calefaciẽdi determinata ẽ ad
calefacere. ꝓ hoc ꝙ dicit̃ ex ſe et per ſe remouen=
tur tria: ſcʒ indigẽtia auxilij extrinſeci ⁊ coactio
⁊ impedimentũ extrinſecũ. ſi eñ poſſet impediri
vel cogi vel indigeret auxilio nõ eſſet omp̃s.

¶ Septima queſtio huius. xj. capituli.

V Ltimo querit̃ vtrũ deus poſſit aliquid
melius facere q̃ꝫ faciat. ¶ Uidet̃ ꝙ nõ. Af ꝙ non.
qꝛ boni inq̃ꝫtũ eſt bonũ ꝓpꝛiũ eſt bene
agere: ergo optimi ꝓpꝛiũ ẽ optime age
re. ꝙ cũ deꝰ ſit optimꝰ optime facit q̃cq̃d facit. ꝙ
non põt melius facere q̃ꝫ facit. ¶ Itẽ dicit btũs Scd̃o.
dyoniſius. optimi eſt optima adducere. ⁊ inde vt
pꝛius. ¶ Sʒ cõtra. dicit btũs aug. ꝙ deꝰ potuit In opp̃m.
facere hoĩem talẽ q̃ peccare nõ poſſet: ⁊ ſi talẽ fe
ciſſet melioꝛẽ feciſſet: ꝙ melioꝛẽ rẽ põt deus face

Ayuntamiento de Madrid

quo incidēs. re q̃ faciat: ergo melius q̃ faciat. ¶ Sed queritur
Ar q non. vtrū poſſit aliud facere q̃ facit. ¶ Videtur q nō:
q: nō poteſt facere niſi qd bonū ⁊ iuſtū eſt: ſed oē
qd bonū eſt ⁊ iuſtū fieri ipſe facit: ergo nō poteſt
ſcdo ad idē aliud facere q̃ facit. ¶ Itē nō poteſt facere niſi
quod bonitas ⁊ iuſticia ſua exigūt: ſed quicquid
bonitas ⁊ iuſticia ſua exigit ipſe facit: ergo non
Tertio ad idem. poteſt aliud facere q̃ facit. ¶ Itē nō poteſt face
re niſi qd ipſe debet: et quicquid debet facere fa-
Solutio aliquorum. cit: ergo nō poteſt facere niſi qd facit. ¶ Solu-
tio. ad primū dicunt quidā q hec eſt duplex: de⁹
nō poteſt melius facere aliqd q̃ facit: quia ſi hoc
aduerbiū meli⁹ determinet verbū in cōparatiōe
ad rem noīatiui vera eſt q: deus de eterna rōne
facit qcqd facit: ⁊ nō poteſt meliori rōne aliqd fa
cere. Si vero determinet verbū in cōparatione
ad rē accuſatiui falſa eſt: q: meliorē rē poteſt fa-
Solutio aliorum. cere. ¶ Alie obiectiones ſoluuntur p diſtinctio
nem huius verbi eſt qd poteſt ſignificare actua-
lem inherentiā vel naturalē coherentiā. Vñ di-
cimus q hec eſt duplex: de⁹ nō poteſt facere niſi
qd bonū et iuſtū eſt fieri. Si hoc verbū eſt ſigni-
ficet actualē inherentiā falſa eſt: ſi naturalē co-
herentiā vera eſt. ſed in hac ſignificatiōe falſa ē.
omne qd iuſtū ⁊ bonū ē nō ipſe facit: ⁊ ſic nō pce
dit argumentatio Similiter diſtinguēda eſt iſta
S deus nō poteſt facere niſi qd bonitas et iuſticia
Ad tertiū. ſua exigit: q: hoc verbū exigit includit in ſe hoc
verbū eſt. ¶ Ad tertio obiectū dicimus q hoc
verbū debet nō proprie dici de deo: q: deus p-
prie non obligatur nobis q: ſue pmiſſiones non
Obiectio. ſunt niſi declarationes bonitatis ſue. Et ſimili-
ter diſtinguēda eſt ſicut ⁊ predicte. ¶ Sed vide
tur q hec diſtinctio nō ſoluat: q: ſi deus facit ali
Solutio. quid illud eſt actu bonū. ergo non poteſt facere
niſi qd eſt actualiter bonū. ¶ Sed dicēdum eſt
q hec argumētatio nō valet: q: in prima iſte ter-
minus actu bonū nō ſupponit tantū pro eo qd ē
actualiter bonū: ſed etiā pro eo quod poteſt eſſe
In cōcluſione vero ſupponit tantū pro eo quod
eſt actualiter bonū. Unde eſt ibi fallacia vniuo-
cationis ſicut hic. ſi antichriſtus eſt homo ē hō
Obiectio. qui eſt. ergo antichriſtus non poteſt eſſe niſi hō
qui eſt. ¶ Sed obicitur cōtra diſtinctionē hui⁹.
deus non poteſt aliquid melius facere q̃ faciat:
q: ſcdm q eſt vera aut hoc aduerbiū melius de-
terminat rē noīatiui habendo reſpectum ad effe-
Ad idem. ctum aut nō habendo. ſi nō habendo: ergo nullo
modo determinat verbum. ¶ Preterea ſm hoc
hec eſſet vera deus miſericordiſſime punit in in-
ferno ſi aduerbiū nullū reſpectū habeat ad actū
q: de⁹ qui eſt ſumme miſericors punit malos in
inferno. Si vero hoc aduerbiū melius habeat re
ſpectū ad actū: ergo de⁹ optime facit qcqd facit
inq̄tū facit: ʒ qcqd a deo fit optime fit inq̄tū fit
ergo hec eſt vera deus nō pōt meli⁹ facere aliud
q̃ facit: ſiue hoc aduerbiū meli⁹ determinet ver
Opinio doctoris. bum in cōparatione ad noīatiuū ⁊ in cōparatōe
ad accuſatiuū. ¶ Quod cōcedimus. et nō valet
hec argumētatio de⁹ pōt meliorē rē facere q̃ fa
ciat: ʒ pōt melius facere q̃ faciat. Inſtātia de⁹
pōt preuidere res mutabiles: ʒ pōt puidere mu-
tabiliter. Dicim⁹ tñ q hō optim⁹ creat⁹ ē in ſta-
tu ⁊ in ordine in quo creat⁹ ē: eſt eñ creatus in li
bero arbitrio. Et dicit augu. q meliores iudica- Auguſtin⁹.
uit de⁹ hoīes ſi ei liberaliter deſeruirēt. vñ dici-
mus vnūquodq optimū eſſe in ordine ſuo ⁊ ſta-
tu iuxta illud. Vidit de⁹ cūcta q fecerat et erant T.
valde bona. ¶ Per pdicta patet q de⁹ nō poteſt Correlariū
aliqd meli⁹ facere q̃ facit. pōt tñ aliud facere q̃
faciat. ¶ Sʒ iſta duo videtur repugnare ſibi: q: Contra iſta
cū dī deus optime facit qcquid facit ille modus ar. primo.
optimus aut eſt in ſolo deo nō hñdo reſpectū ad
rē aut hñdo reſpectū ad rē. ⁊ prio modo eſſe non
pōt. q: dicit btūs dionyſius q optimi ē optima
adducere: ʒ aliqd de illo modo eſt in re. ¶ Item Secūdo ar.
vidit de⁹ cūcta q fecerat ⁊ erāt valde bona. Et di Auguſtin⁹.
cit aug. q qlʒ per ſe bona ſūt: ſed in vniuerſitate
valde bona ſūt: ʒ illi modo optimo aliqd rñdet i
re. ¶ Itē nō dī aliqs artifex ſapiētiſſime agere Tertio ar.
niſi ſapiētia ei⁹ reluceſcat in ope ſuo: ʒ de⁹ nō dī
optime agere niſi illa optimitas vt ita dicā relu
ceat in re: ʒ optimū ē qcqd de⁹ facit: ſed qd p ſu-
perabūdantiā dī vni ſoli cōuenit: ʒ ſi aliud face
ret de⁹ q̃ facit illud nō eſſet optimum: ʒ iſte due
ſūt impoſſibiles. Quicqd de⁹ facit ē optimū de⁹
pōt aliud facere q̃ facit: ſed iſte due ſūt eq polle-
tes qcqd facit de⁹ eſt optimū de⁹ optime facit qc
quid facit: ſiue nō pōt melius facere q̃ facit: pōt
facere aliud q̃ facit. ¶ Ad hoc dicēdū eſt q hec Solutio.
regula qd per ſupabūdantiā dī vni ſoli cōuenit.
intelligit in reb⁹ abſolute bonis ⁊ comparatiōe
bonitatū earum adinuicē. ⁊ hoc modo vnū ſolū eſt
optimū. ſed cōparatis oīb⁹ reb⁹ ad deū inq̄tum
ab ipſo fiūt ⁊ ordināt quodlʒ optimū ē non ſim
pliciter ſʒ in genere ⁊ in ordie ſuo. Vñ etiā malū
put ordinatū ē a deo vtiliſſimū ē vniuerſalitati:
licet non per ſe ſit vtiliſſimum ſed inq̄tum ordi-
natū inq̄tū bonū in cōparatiōe ei⁹ magis eluce
ſcit ⁊ magis placet: ⁊ mali optime ſedēt in penis
¶ Queritur poſtea de hoc q dicit auguſtin⁹ q quo incidēs.
deus potuit facere hoīem meliorē q̃ fecit: aut ei
voluit eū facere meliorē aut nō voluit. ſi voluit ⁊
potuit ⁊ pſtat q ſciuit ergo fecit. ſi vero potuit ⁊
noluit ergo inuidus fuit. Sic obicit auguſtinus. Auguſtin⁹
ſi de⁹ pat potuit gñare ab eterno filiū ſibi equa-
lem ⁊ noluit inuid⁹ fuit. ¶ Et ad hoc dicēdū ē q Solutio.
inuidia nō ē niſi vbi res exigit nos ad aliud velle
q̃ velimus. Natura vero gñatiōis exigit vt pat
velit filiū ſibi equalē gñari. vñ ſi nolet ⁊ poſſet in
uidus eſſet: ſed natura creationis nō exigit hoc.
¶ Unde nō eſt ſimile de creatiōe hoīs ⁊ de gña Differentia
tione filij dei ⁊ preterea hoīem fecit imperfectū inter gene-
vt ſcdm imperfectionē duceret ad pfectionē. vnde ratione et
nō fuit ibi inuidia. Dicit eñ aug. q meliores iu creationem
dicauit de⁹ hoīes ſi liberaliter ei deſeruirēt. me V
liores dico lʒ nō in principio. ¶ Querit poſtea Auguſtin⁹
vtrū de⁹ poſſit plura facere q̃ homo intelligere quo incidēs.
poſſit ¶ Probat q ſic. q: potētia dei ē infinita ⁊ Ar q ſic.
intellect⁹ hūan⁹ ē finit⁹: q: creauit de⁹ oīa nūero
pō dere ⁊ mēſura: ʒ plura pōt de⁹ facere q̃ hō itel
ligere poſſit. ¶ Itē pax dei exſupat oēʒ ſenſū dī Scdo ar.
aug. i. oēʒ intellectū hūanū. eadē rōne potētia
dei ſuperat oēm intellectū hūanū: ⁊ inde vt pri⁹



Ayuntamiento de Madrid

In oppoſi= ¶ Contra. hō pōt intelligere deū: ⁊ deus nō po
tum arguit teſt facere maius ſe: ergo non pōt aliquid facere
deus qꝺ hō non poſſit intelligere. ergo nō poteſt
Solutio. plura facere ꝙ̄ hō poſſit intelligere. ¶ Solutio.
Duplex itel duplex eſt intelligentia: quedā aperta ⁊ plena ꝺ
ligentia. qua dicitur: ſi nō credideritis nō intelligetis. ſcʒ
plene. de hac pōt dici ꝙ deus pōt plura facere ꝙ̄
hō poſſit intelligere plenarie atqꝫ ꝑfecte. quedā
aūt intelligentia eſt ſimplicis apprehenſionis q̄
antecedit fidē: ⁊ de hac falſa eſt hec. de⁹ pōt plu
ra facere ꝙ̄ hō intelligere poſſit. i. apprehende=
re ſiue ꝑ ſe ſiue ꝑ aliud ſcʒ per auxilium gratie.
Ad primū. ¶ Et ſm hoc nō valet prima argumentatio q̄ꝛ i=
tellectus humanus nō eſt omnino finitus. eſt eñ
infinitus q̄tum ad apprehenſibilia. deus eñ nō
pōt aliquid facere ī quo nō reluceat bonitas ei⁹.
⁊ intellectus humanus eſt ymago dei. vnde qnic
quid pōt deus facere pōt humanus intellect⁹ ca
pere ſiue ꝑ ſe ſiue ꝑ aliud. eſt tñ finitus duobus
modis. vno modo q̄tum ad eſſentiā cognoſcendi
alio modo q̄tum ad intenſionē cognoſcendi. lim
pidius eñ cognoſcit deus ꝙ̄ aīa xp̄i. ⁊ anima xp̄i
Ad obiectū ꝙ̄ intellectus angelicus. ⁊ intellectus angelicus
Opinio do ꝙ̄ intellectus humanus. ¶ Ad illud quod obici=
ctoris. tur ꝙ pax dei exſuperat omnē ſenſum dicimus ꝙ
X vex eſt duobus modis. Primo quia homo per ſe
nō attigit ad illam. Secūdo q̄ꝛ deus infinitus ē ⁊
immenſus ſecundū eſſentiam. et intellectus hu=
manus finitus eſt ſecundum eſſentiam.

¶ Capitulū duodecimū de volūtate qꝺ cōtinet

## ¶ De voluntate dei. Capitulum. xiij.

Dicto de ſcientia ⁊ potentia dei: dicen=
dū eſt de voluntate dei. hec eñ tria ſūt
Diuiſio. 12. cauſa omniū rerū. Circa quā primo di
capituli. cendū eſt quid ſit voluntas dei ſm ꝙ di
citur beneplacitum dei aut ſignū bene
placiti. Secūdo vtrū deus velit mala fieri. Ter
tio vtrū mala fieri ſit verū a prīa veritate. Quar
to videbit ſcʒ capitulo vtrū teneamur velle quic
quid ſcimus deū velle voluntate dei que dicitur
beneplacitū eius qua ſimpliciter ⁊ omnibus mo
Pſalmus. dis vult aliquid eſſe vel fieri. Et hec volūtas nū
Roma. 9. ꝙ̄ eſt inexpleta. Unde omnia quecūqꝫ voluit fe=
Quid volū cit. Et apoſtolus. voluntati ei⁹ q̄s reſiſtet. Pro=
tas dei bñ= pter hoc dicit auguſtinus ꝙ idē eſt aliquid fieri
placiti. deo iubente ꝙ deo auctore. Et ꝓpter hoc bñ ſeq̄
Q̄ʒ volun= tur: de⁹ vult hoc. ergo facit illud vł faciet. ¶ Sʒ
tas dei non cōtra hoc obicit. hoc verbū vult methaphorice
ſꝑ adiplet. dicitur de deo ſm ſimilitudinē creaturarū: ſed in
Arg. prio. creaturis nō ſequit iſte vult hoc: ergo facit vel fa
Secundo. ciet illud. ergo nec in deo ſequit. ¶ Item de⁹ vo
luit ab eterno creare mūdū: nō tñ ab eterno crea
uit. Similiter vult creare aīam antichriſti: nō ta
Tertio. men creat: ſʒ creabit. ergo nō eſt idē deo auctore
ꝙ deo volēte. ¶ Itē deus vult creare aīam anti
chriſti: ergo vult creationē aīe antixp̄i. Sed idē
eſt deo volēte ⁊ deo auctore. ergo idē eſt deū vel
le ⁊ deū facere. ergo ſi de⁹ vult creationē anime
antixp̄i de⁹ facit creationē aīe antixp̄i: ⁊ hoc fal
ſum. ergo velle dictū de deo non ſignificat actio
nē. ergo nō ſequit de⁹ vult hoc: ergo facit vel fa=
Euaſio. ciet illud. ¶ Forte dicet ꝙ nō ſequit ex vi vocis

ſed ſequit ex natura rei: q̄ꝛ in deo ſemꝑ potētia ⁊ y
ſcientia cōcomitant voluntatē dei. ¶ Sed con= Replicat.
tra cū dicit deus vult hoc. hoc verbū vult ſigni=
ficat diuinā eſſentiā aut preter illā aliquid cōno
tat aut nichil. ſi nichil: ergo idē eſt penitus deus
vult hoc ꝙ deus eſt hoc. Et hoc falſum. Si aliq̄d
illud eſt in re: ergo ex vi vocis ponit effectū in re.
¶ Itē hoc verbū vult ſignificat diuinā eſſentiā Secūdo ar
vt volūtatē: ergo vt effectum illi mō aut aliq̄d re
ſpōdet in re aut nichil. ſi nichil: ergo idē eſt dice
re deus vult hoc ⁊ deus eſt hoc. Si aliq̄d illud nō
eſt niſi effect⁹. ergo hoc verbū vult dictū de deo
ex vi vocis cōnotat effectū in re. qꝺ cōcedunt q̄=
rum cogitationū. Quinto vtrū bonus angelꝰ ali
quādo relinquat hoīem pꝛopter peccatū. Sexto
vtrū diabolus ceſſet aliquādo a tēptatiōe. Septi
Iob. xxv.
mo de illo verbo Iob. 25. Qui facit concoꝛdiā in
ſublimibus ſuis. Octauo dicemus de merito bo-
noꝛū angeloꝛū. et vtrū angeli teneanť velle q̄cq̄d
ſciunt deū velle.

¶ Pꝛimū capl̄m quarti tractatus quod ſubdi
uiditur in duas queſtiones pꝛima de bono ange-
lo cuſtode hominis/ſecunda de malo.

An angelꝰ ſp cuſtodiat hoīeꝫ cū effectu arguitur. 1.
CIrca pꝛimū. ¶ Videť ꝙ angelus ſem
per cuſtodiat hominem cuꝫ effectu ſic
quia amicus eſt et habet hoc in man-
datū. bonus autē eſt ⁊ obediēs et pꝛe
terea foꝛtioꝛ eſt in infinitū diabolo: ǵ
poteſt eū oīno repꝛimere. ⁊ ſcit ⁊ vult. igitur. ⁊c.
Secundo.
¶ Pꝛeterea. angelus deputatus eſt ad cuſtodiā
hominis: ſed angelus ſemper facit qđ debet face
re: ergo angelus ſemper cuſtodit hominem. igi-
Solutio aliquoꝛū q̄ impꝛobatur.
tur homo ſemper cuſtoditur ab angelo: igitur ho
mo nunq̄ peccat. ¶ Ad hoc dicūt quidam ꝙ nō
valet hec argumentatio: angelus cuſtodit hoīeꝫ
ergo homo cuſtodiť ab angelo. et hoc ꝓpter au-
ctoꝛitatē Hieremie. 51. Curauimus babilonem: ⁊
non eſt ſanata. ¶ Sed hec ſolutio nulla eſt: quia
Solutio doctoꝛis.
ſi vnifoꝛmiter ſumať actiuum et paſſiuū: conclu-
ſio vera eſt ſicut pꝛīa. ¶ Solutio. Cuſtodire ac-
cipitur dupliciter: qꝛ cuſtodire pꝛeciſe poteſt di-
ci de angelo nichil omittēte de cōtingētibꝰ ꝙ̄tuꝫ
in ſe eſt ad hoc vt homo non peccet. ⁊ ſm̄ hoc an-
Cuſtodire capitur dupliciter.
gelus ſemꝑ cuſtodit hoīem: ⁊ homo ſemꝑ cuſtodi
tur. ¶ Sed nō ſequiť: homo ſemꝑ cuſtodiť: ǵ nō
peccat. et eſt ibi fallacia ſm̄ cōſequens. licet eñ
illa ſint ſibi adiuncta: non tñ ex neceſſitate. ſicut
hic. iſte eſt comptus ⁊ errabundus de nocte: ǵ eſt
adulter. ¶ Si vero cuſtodire dicitur angelus. ſ.
per ſuū officiū faceret vt hō nō peccet. ſm̄ hoc nec
angelus ſemꝑ cuſtodit hoīeꝫ: nec ſemꝑ homo cu
ſtoditur ab angelo. quia ſi hoc eſſet: nunq̄ pecca-
ret. ¶ Angelus tamē ſemꝑ cōſequitur finē ꝙ̄tuꝫ
in ſe eſt. qꝛ nichil omittit de cōtingētibꝰ ſicut oꝛa
toꝛ vel medicus vt ſit bonꝰ vult iſtum ſaluum fie-
ri ſicut deus ſcilicet ꝙ̄tum in ſe eſt.

¶ Secunda queſtio de malo angelo.
Scđa q̄ſtio
CIrca ſcđm ſic queritur an Angelus malus
datus ſit hoī a deo ad exercitiū: ſcꝫ vt cau-
tioꝛ et humilioꝛ fiat? Et ſi ad hoc datur ei a deo:
Solutio quarundam
igitur deus vult ꝙ iſte fiat inde cautioꝛ. ſed nō fit
ſit ita. ǵ nō quicquid deꝰ vult: fit. ¶ Ad hoc dicūt
quidam ꝙ cum diciť. angelus datus eſt homini a
deo ad exercitiū: vt homo exerceatur. iſte dictio

nes ad. vt. diuerſas habent ſignificationes. qn̄qꝫ
eñ ſignificāt cām finalē. vt ibi. Paulo datus eſt
ſtimulus ſathane vt humilief: vel ad humiliatio=
nem. qn̄qꝫ notāt cōſecutionē. vt ibi. Lex ſubintra
Roma.5. uit: vt abunbaret delictū. ad Ro. v. ¶ Qn̄qꝫ de=
bitū ſiue obligationē: vt hic. ¶ Sed ſm hoc pro=
batur ꝙ obligatio ſit circunſtantia obligationis:
vt cū dicif iſte obligaf vt faciat hoc vl' ad faciēdū
Opinio doctoris. hoc. ¶ Nos vero dicimus ꝙ hmōi dictiōes in ta
li loco ſignificant cauſam finalē: ꝛ nō valet illa ar
gumētatio. deus donat iſtū angelū ad exercitiuꝫ
iſtius / vel vt iſte exerceaf: ergo deus vult vt iſte
exerceaf: ꝛ debem⁹ inferre. ergo vult vel vellet ꝙ
iſte exerceaf. Si eñ iſte exercef: vult hoc deus.
ſi aūt nō exercetur nō vult ſed vellet: quia parat⁹
eſt velle qn̄tum in ſe eſt. nunq̄ꝫ eñ vult ꝙ diabolus
exerceat eū ſm illos q̄ dicūt ꝙ actio mala ē a dia
bolo et nō a deo. ¶ Sed ſm illos q̄ dicunt ꝙ om=
nis actio eſt a deo vera eſt hec. deus vult ꝙ diabo
lus exerceat iſtū. demōſtrato illo quē exercet. qꝛ
hoc verbū exercet nullā notat defoꝛmitatem.

¶ Scdm capl'm quarti tractatus.

Secundo querif vtrū angelus bonus fru
Arḡ ꝙ ſic. ſtretur a deſiderio ſuo: ꝛ vtrum triſtetur
de caſu hoīs. ¶ Videtur ꝙ ſic. qꝛ gau=
det de reſurrectione illius. ¶ Itē dele=
ctatio eſt ei ex cōiunctiōe cōuenīētis cū cōueniē
ti: ergo triſticia ex ſeparatiōe. ¶ Itē brūs bern̄.
Malos angelos inuidie paſſio: bonos cōpaſſio
Eſa.33. mouet: vt ſic ſemper ī nos attendāt. ¶ Itē iſaias
xxxiij. Angeli pacis amare flebūt. ¶ Itē xp̄s fle
uit pro peccatis iudeoꝝ. Videns inquit ciuitatē
Luc.19. ꝛc. Luce. xix. ¶ Item ſup illud pſal. lxviij. Que
ps. ſiui qui ſimul cōtriſtaref. gloſa. ꝙ apoſtoli triſtes
erant de moꝛte chriſti. ſolus chriſtus triſtis erat
de peccatis iudeoꝝ. Triſticia illa nō erat ſenſua
litatis q̄ peccata non attingit: ſed anime rōnalis
ſm quam xp̄s magis erat cōfirmat⁹ q̄ꝫ angelus.
In oppm̄. ergo ſi triſtat⁹ eſt: ꝛ angeli poſſunt triſtari. ¶ In
oppoſitū. angeli ſunt īpaſſibiles: ergo nō poſſunt
Solutio prima pati: ḡ neqꝫ compati. ¶ Rñſio. vtrūqꝫ poteſt di=
ci. quia queſtio quaſi de facto eſt: nec eſt alterū in
De triſticia angeloꝛuꝫ. ſcriptura diffinitū. ¶ Suſtinētes aūt ꝙ nō triſtā
tur (qꝛ triſticia toꝛmentū ꝛ doloꝛē atqꝫ miſeriā dt)
ſoluemus oēs auctoꝛitates q̄ hoc videntur velle:
exponēdo ſicut illā. Tremebunt angeli. i. ad mo=
dū trementiū ſe habebūt. quia volūtas qua vel=
lent hoīes nō peccare: ſi eſſet in hominibus paſſi
De triſticia chriſti. bilibus triſticia eſſet. ¶ De chriſto dicim⁹ ꝙ fle=
tus ille ſenſualitatis fuit. ¶ Licet ḡ gaudeant: tñ
non poſſunt triſtari. qꝛ non eſt neceſſe ꝙ ſuſcepti=
bile vnius cōtrarij ſit ſuſceptiuū alterius: immo
Coꝛrel. notandum fallit in his quoꝝ alterū ineſt a natura. ¶ Sic er
go patet ꝙ licet de cōuerſatiōe bona hoīm leten=
tur boni angeli: non tamen de mala triſtanf. Si=
militer dicendū eſt de anima chriſti: quia ſimile
Geñ. vi. eſt huic ꝛ videf. ſed ſicut dicif in geñ. 6. ꝙ de⁹ ta=
ctus doloꝛe coꝛdis intrīſecus ait. Penitet me ꝛc.
non ꝙ ipſe doleret: ſed qꝛ admodū vehementiſſi=
me dolētis ſe haberet. et illa volūtas q̄ in eo erat
ſi eſſet in ſubiecto paſſibili verus doloꝛ ꝛ vera tri=
ſticia eſſet. ¶ Eodem modo dicunf angeli pacis
amare flere: quia voluntas qua volūt (qn̄tum in ſe
eſt) hoīes non peccare: ſi eſſet in ſubiecto paſſibi=
li doloꝛ eſſet et triſticia: tñ in veritate nō dolent.
ſicut nec chriſtus ſm ſuperioꝛē rōnis poꝛtionem
neqꝫ doluit neqꝫ fleuit ¶ Qꝫ aūt ita ſit d̄ angelis
aperit grego. cum dicit ꝙ volūtati diuine aſtricti Gregoꝛius
ſunt ꝛ ligati. et xp̄s ſimiliter. ¶ Lachꝛimas ergo Johis. xij.
eius de quibus legif ꝙ lachꝛymatus eſt ſup laza= Luce. xix.
rum reſuſcitandum ꝛ ꝙ fleuit ꝓ excidio ciuitatis
hierlm referimus ad ſenſualitatē. tamē hmōi la=
chꝛymas pꝛocurauit ratio. qꝛ ipſe ꝑ rōnem vidēs
illud cōtriſtabile ſcꝫ ciuitatis excidiū: ꝓ volūta=
te ſua fecit illud cadere in imaginatione: ꝛ de ima
ginatiōe in eſtimatiuā. eſtimatiua aūt ſtatim mo
uet ſenſualitatē ad fletū. ſicut pꝫ in brutꝭ: cū amit
tunt fetus vel cum eſtimāt aliquid nociuū dolent
¶ Si aūt velimus ſuſtinere ꝙ angeli cōpatiūtur alia ſolutio
hoībus et de hoꝝ ruina triſtanf tunc dicem⁹ tri=
plicem eē paſſionem. vnā q̄ pure eſt delectabilis
et nullomō affligēs: vt muliebꝛis paſſio. ¶ Aliā Triplex
q̄ eſt partim delectabilis: partim affligēs. ¶ Ter paſſio
tiam que eſt pure affligēs. ¶ Primā habēt: ſcilꝫ Quomodo
gaudiū. ſcd̄am ſimiliter: qꝛ partim ſunt viatoꝛes: angeli dicū
partim cōpꝛehenſoꝛes. et illam habēt rōne mini= tur triſtari.
ſterij quo hoībus miniſtrant. ꝛ ſimiliter chriſtus
eam habuit rōne ſimilis miniſterij. ¶ Tertia ve=
ro q̄ eſt triſticia ſeculi moꝛtem operās (ſicut dicit
apl's. et de qua dicit eccleſiaſticus. Eccl'. 30. Tri
ſticiā longe expelle a te.) illā non habēt. neqꝫ xp̄s
qd̄ oſtendit iſaias cū ait. Iſaie. 2. Non erit triſtis
neqꝫ turbatus. ¶ Oēs ḡ auctoꝛitates q̄ pꝛobant
paſſionē nō eſſe in angelis vel in xp̄o: expone de rñ. ad arg.
tertio genere paſſionū. Illas aūt que ꝓbāt oppo
ſitum intellige de alijs generibus paſſionum.

¶ Tertiū capitulū quarti tractatus.

Tertio queritur vtrū chriſtus habuit an= Arḡ ꝙ ſic.
gelum ad cuſtodiā ſui. ¶ Qd̄ videf. qa
ſup illum locum pſal. 90. Angelis ſuis
mādauit de te. dicit gloſa ꝙ hoc intelli= Gloſa
gitur tā de capite q̄ꝫ de mēbꝛis. Et poſt dr̄ in euā=
gelio. Luce. 22. ꝙ angelus aſtitit ei cōfoꝛtās euꝫ
et ſi aſtabat ei ꝛ cōfoꝛtabat eum: ḡ cuſtodiebat eū
¶ Cōtra. dicit greg. ſuper matheū ꝛ lucā. ꝙ illa In oppm̄.
auctoꝛitas Angelis ſuis mandauit. ꝛc. non intel=
ligif de capite: ſed de mēbꝛis. ¶ Et iterum dicit Gloſa.
gloſa ꝙ illud qd̄ bene intelligitur de mēbꝛis: dia=
bolus male intellexit de capite. ¶ Preterea ꝓba Alia ratio.
tur hac rōne. qꝛ foꝛtioꝛ et potentioꝛ erat xp̄s om=
ni angelo etiā ſm ꝙ homo: ergo nō indigebat cu=
ſtodia: ḡ ſupflue deputat⁹ eſſet ei angelus ad cu=
ſtodiaꝫ. ¶ Ad hoc eſt cōis ſolutio ꝙ angelus nō
fuit deo deputatus ad cuſtodiendū ſꝫ ad miniſtrā
duꝫ. ¶ Qꝫ igitur dicit gloſa ꝙ illa auctoꝛitas nō Glo. expō.
intelligif de capite: intelligendū eſt pꝛīcipaliter
et aperte. ſicut dr̄. 3. Regū. 8. in Deutero. ꝙ in ar
cha erant tantū tabule teſtamēti: intelligēduꝫ eſt
pꝛīcipaliter. quia pꝛeter tabulas erat ibi vꝛna au
rea in qua erat māna ꝛ deuteronomiū ꝛ vga aarō
¶ Quod aūt dicif Angelis ſuis mādauit de te vt
cuſtodiant te. ſic intelligif. vt cuſtodiant te ꝛ aſſi
ſtant tibi ad miniſtrandū. et ponitur impꝛopꝛie vt
cuſtodiant. ¶ Similiter cum dicitur Aſtitit illi

angelus cōfoꝛtans eū. intelligendū eſt ſic. cōfoꝛ=
Expō gloſe
tans eū.i.habēs ſe ad modū confoꝛtantis. ¶ Il=
la autē anctoꝛitas. qꝺ intelligit̃ de membꝛis:in=
tellexit diabolns male de capite. ſic intelligēda
eſt.qꝺ plane de mēbꝛis eſt verū:⁊ diabolus male
.i.peruerſe itelligit de capite.qꝛ intelligebat dia
Optia q̄o incidens.
bolus xp̄m indigere cuſtodia angeloꝝ. ¶ Sꝫ ab
iſtis q̄ hoc dicūt querit̃.cū xp̄s eſſet in aliquo mi=
noꝛ angelis:vt in eo ꝙ moꝛtalis⁊ in eo ꝙ habebat
aiam paſſibilē per ſenſualitatē.quare non potuit
habere angelū cōueniēter ad ſui cuſtodiā in eo ꝙ
Replica cō tra pꝛeꝺ.
erat minoꝛ eis.maxime cum ſcriptura pſalmoꝛuꝫ
hoc dicat. ¶ Si dicatur ꝙ ideo quia ſuperfluum
eſſet:qꝛ foꝛtioꝛ erat illis.verū eſt ſm deitatem et
ſm virtutes:ſed non ſm ſenſualitatem.qd ꝰ impe
dit quin haberet angelū ad cuſtodiā ꝗtuꝫ ad ſen=
Replica.2.
ſualitatē. ¶ Si dicatur ꝙ ideo qꝛ ſufficiebat ſibi
ad cuſtodiā ſue ſenſualitatis: eadē rōne cum ipſe
ſufficiens ſit ad cuſtodiā oim hoim: ſupfluū eſt ꝙ
aliquē angelū deputet ad cuſtodiā alicuius hoīs
¶ Licet eīn deus ſit ſufficiens ad cuſtodiam oīm
hoīm:vult tamē deputare angelos ad cuſtodiam
hoīm:et ꝓpter meritū angeloꝛū et ꝓpter mutuū
amoꝛē hoīs ⁊ angeli:et ꝓpter hoc vt homo intel=
Opinio doctoꝛis.
ligat ſuaꝫ dignitatē. ¶ Pꝛopter hoc nobis videt̃
ꝙ aliquis angelus pꝛopꝛie cuſtodierit chꝛiſtū: ſi=
cut dicit ſcriptura pſalmoꝝ ⁊ gloſa.et ſm hoc nō
opoꝛtet dici ꝙ verbū cuſtodiēdi impꝛopꝛie ponat̃
in pſalmo.90.vbi dꝛ. Cuſtodiant te in oībus vijs
tuis.poterat eīn ſupplere defectus chꝛiſti ange=
lus quos aſſumpſit cum nr̃a natura. vt qñ per mi=
niſteriū angeli venit piſcis ad petrū: in cuius oꝛe
inuenit petrꝰ ſtaterē ſiue digragma qꝺ ſoluit pe=
trus pꝛo ſe ⁊ ꝑ dn̄o. Eodē mō ad ſupplendū alios
defectus. ſ.ſitis/eſuriei/⁊ hmōi alios defectꝰ ſen=
ſualitatis potuit habere angelū ad ſui cuſtodiam
Scꝺꝫ hoc itelligēde ſūt alie auctoꝛitates vt pꝛiꝰ
excepta illa q̄ dicit ꝙ aſtitit ei angelus cōfoꝛtans
eum.quā ſic exponūt magiſtri.cōfoꝛtās.i.habēs
Replica cō tra ſolutio= nem.
ſe ad modū confoꝛtātis. ¶ Sed cōtra. Angelus
aut loquebat̃ chꝛiſto ſuo modo:aut non.ſi nō.quo
modo ergo cōfoꝛtabat euꝫ? ſi ſic.non niſi ſic.noli
timere:quia pꝛope eſt reſurrectio. vel aliquo tali
modo.ſed hoc eſt pꝛopꝛie cōfoꝛtare:ergo pꝛopꝛie
cōfoꝛtabat eū angelus. Si hoc.cōtra. Angelus
confoꝛtabat eū ſic. noli timere:quia pꝛope eſt re=
ſurrectio.ſic ꝰ docebat ſummā ſapientiā. ergo ſu
perflue cū incōparabilis ſit ſciētia angeli ſapien
Solutio
tie chꝛiſti. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ angelus ꝓpꝛie
cōfoꝛtabat ipm̄ ꝗtum ad motuꝫ ſenſualitatꝫ quo
chꝛiſtus hoꝛrebat moꝛtē:ſicut xp̄s ratione cōfoꝛ=
tabat ſuam ſenſualitatē. ſicut ⁊ ſancti cum dicunt
Quare triſtis es aīa mea:et quare conturbas me
Pſal.xli.
Spera in deo. Angelꝰ ergo confoꝛtans chꝛiſtum
non docebat mineruam: ſed ei cōſentiens confoꝛ
tabat eius ſenſualitatē. ¶ Similiter querit̃ vtruꝫ
Q̄o incidēs.
antichꝛiſtus habebit angelū bonū ad cuſtodiam
ſui. ¶ Videtur ꝙ nō.qꝛ dicitur in daniele ꝙ care=
bit angeloꝛum pꝛeſidio. ¶ Pꝛeterea.induratus
erit et obſtinatus malicia ſua: nec poteſt benefa=
cere cum totus poſſidebitur a pꝛincipe demonū:
igitur pꝛo nichilo haberet angelū ad ſui cuſtodiā

¶ Pꝛopter hoc dicūt quidā ꝙ re vera non habe=
Solutio aliquoꝛū q̄ improbatur
bit angelum ad ſui cuſtodiā. ¶ Sed contra. Aut
in pꝛincipio ſue creationis erit obſtinatus ſua ma
licia:aut poſt.ſi a pꝛincipio:ergo peccatū nō erit
ei imputanduꝫ: cum obſtinatus ſit in ſua malicia
a pꝛimis generātibus:quia pꝛopter naturalia nō
eſt aliquis vituperandus. ſi poſt: ergo nichil im=
pedit quin ante habuerit angelum. ¶ Quod con
Reſolutio doctoꝛis
cedimus.tamen quādo indurabitur in ſuo pecca=
to intantuꝫ ꝙ ſe pꝛoponeret facere deum et extol
letur ſuper omne illud quod dicitur deus: tūc pꝛi
mo deſeret eum angelus ex toto. et ſpeciale eſt in
antichꝛiſto ꝙ angelus ſemel deputatus ad ſui cu
ſtodiam deſeret ipſum.

¶ Quartū capitulū quarti tractatus.

Quarto queritur vtrū diabolus intret in
coꝛ hoīs:et vtrū ſit immiſſoꝛ malarū co
gitationū. ¶ Qꝺ videt̃.qꝛ dicit grego.
Arg ꝙ dyabolꝰ intrat coꝛ hoīs.
ſup ioſue ꝙ virtutes angelice intra nos
ſunt. ¶ Idē dicit gloſa ſuper illuꝫ locū
Bn̄dicite oīa q̄ intra nos ſunt dn̄o. Si ergo boni
angeli intrant coꝛda hoīm qñ pꝛeſidēt eis:eadem
rōe diabolus qñ pꝛeſidet eis. ¶ Pꝛeterea in euā
gelio Iohis.13.dicitur ꝙ diabolꝰ intrauit in coꝛ
Rñ. ad queſtioneꝫ ꝓ.i. parte.
iude. ¶ Dicimus ꝙ revera nec bonꝰ angelus nec
malus illabitur in coꝛ hoīs.i.in animā hoīs vt in
tret in ipſam per eſſentiā:ſed tantū per potentiaꝫ
et dn̄ium:ſcꝫ per ſuggeſtionē quā extra operatur
dn̄atur. ſicut dꝛ Oſee.7. Oēs adulterātes quaſi
Arg ꝙ dyabolꝰ non ſit immiſſoꝛ malarū cogitationum.
clibanus ſuccēſus a coquēte. ¶ Itē querit̃ vtrū
diabolus ſit immiſſoꝛ malarū cogitationū. ¶ Vi
det̃ ꝙ non.qꝛ ſuper illū locū euāgelij. Math.16.
De coꝛde exeunt male cogitatiōes/furta/ homici
dia.⁊c.dicit beda. diabolus nō eſt imiſſoꝛ malaꝝ
cogitationū: ſed incēſoꝛ. ¶ Pꝛeterea.diabolus
non immittit homini malam voluntatem. quia ſi
hoc eēt:peccaret homo vellet nollet.ꝰ eadē rōne
non immittit ei malam cogitationem. ¶ Pꝛeter
ea.bonus angelus non immittit ei bonā volunta
In oppm̄.
tem vel cogitationē:ergo nec malus malā. ¶ Cō
tra. Nabuzardā incendit hierl̃m: ſed pꝛius eā ce=
pit.ergo diabolus pꝛius capit ciuitatē coꝛdis hu
mani ꝗꝫ eā ſuccendat. ſed nō capit eā niſi immittē
do malā voluntatē vel cogitationē: qꝛ non poſſet
dici ꝙ aliter caperet eam. ergo diabolus immit=
Scꝺa rō.
tit malā cogitationem vel voluntateꝫ. ¶ Pꝛeter
ea. dicitur in euāgelio Iohis.13. ꝙ diabolus in=
Tertia rō.
trauit in coꝛ iude vt traderet dn̄m. ¶ Pꝛeterea.
diabolus ꝯſulit hoī malū:ſicut bonꝰ angelꝰ bonū
ſed ille q̄ cōſulit immittit cogitationē illi cui ꝯſu
lit: qꝛ facit ipſum cogitare de eo de quo cōſulit:ꝰ
diabolus immittit homini malam cogitationem
Quarta rō
¶ Pꝛeterea.ſi nichil immitteret in coꝛ hoīs dya
bolus quomō tēptaret ſctōs? Non videt̃ ꝙ poſſet
dici quō.et ſi non poterit aliquid immittere i coꝛ
Quinta rō.
hoīs:quō incendit? non videt̃ poſſe dici. ¶ Pꝛe=
terea.angelꝰ malus ⁊ anima noſtra ſunt cōuenie
tia:earūdē eīn pꝛopꝛietatū etiā accidētaliū ſunt
ſuſceptibiles:ergo ſpūaliter ſe ꝯtingere poſſunt.
igit̃ ſicut coꝛpus calidū calefacit aliqꝺ coꝛpꝰ qꝺ
tāgit:eodē mō diabolus aīaꝫ quā ſpūaliter tāgit
ſm ſuā ꝓpꝛietatē imutabit. ꝰ potēs eſt diabolus



Ayuntamiento de Madrid

Rñ. ad que immutare aīam ſm maliciaʒ: ⁊ ita erit imiſſoꝛ ma
ſtionē ꝑ ſe= larū cogitationū. ¶ Solutio. Dicimꝰ ꝙ re vera
cūda parte diabolus immiſſoꝛ eſt cogitationū. pꝛio vno mo=
do qꝛ imagines rerū ſenſibiliū delectantiū impꝛi
Quō diabo mit inſtrumēto imaginatiōis. qꝛ data eſt ei pote=
lus dꝛ imit= ſtas vt miſceat ſeipm ſenſibili et imutet ipm quā=
tere malas doq; ſicut ꝑmittit imaginibus rerū delectabiliū
cogitatōes et ſic imittit cogitatiōes de rebus delectabilibꝰ
ſicut aliq̄s ponens ante me aliqꝺ ſpeculū immit=
tit michi viſum rei q̄ reſultat in ſpeculo. Scit eñ
diabolus ꝙ delectabile appꝛehenſum mouet. et
ideo immittit appꝛehēſionem rei delectabilis: vt
moueat hoīem ad concupiſcendū rem delectabi=
lem. et ſic pōt immitere cogitationē mali. ¶ Sʒ
Solutio. nō poteſt immittere cogitationē malā que ſit pec
ad rōes aū catū que eſt mala voluntas. ſm qꝺ dicit peccaui
oppoſitum. cogitatione. Et bene dicit beda ꝙ diabolus non
eſt immiſſoꝛ malarū cogitationū. i. malarū volun
tatū. quia non eas imittit ꝓpꝛie niſi ꝑ occaſioneʒ
vel cauſam volūtatū. ſicut appꝛehēſio delectabi
lis generat malā volūtatē: non tanq̄ cauſa neceſ
ſaria ſed tanq̄ occaſio vel cauſa voluntaria. Alio
modo immittit diabolus cogitationē mali ſcilʒ ꝑ
modū cōſulētis: ſicut angelus bonus immittit co
gitationē boni. ⁊ talis immiſſio ſuggeſtio dr̄. qua
aūt lingua vocatur angelus bonꝰ vel malus con=
ſulendo homini vel ammonēdo: ſemotū eſt a ſenſi
bus nr̄is. Hoc vltimo modo poteſt diabolus tem
ptare hoīem de inuiſibilibꝰ: vt qñ facit hominem
errare in fide. ¶ Per hoc pʒ ſolutio ad omnia.

¶ Quintum capitulū quarti tractatus.

Quinto q̄ritur vtrū angelus datus homi
Qʒ ſic af. ni ad cuſtodiā ipſius aliqñ ipſuʒ deſerat
ꝓpter peccatū. ¶ Qꝺ videt. qꝛ vt dicit
Iſa. 5. loquēs de vinea dñi. Auferaʒ ab
ea ſepem. dicit glo. i. cuſtodiā angeloꝝ. ¶ Itē ſi=
cut dicit in euāgelio nazarenoꝝ. imminēte capti
uitate iudeoꝛū dixerūt angeli: trāſmigremus ab
his ſedibus. ¶ Preterea. dicūt angeli de baby=
lone. Hiere. 51. Curauimus babylonem ⁊ non eſt
curata vel ſanata. dicit gloſa. ſub ſumma medico
rum ſunt angeli medici curantes animas: quos a
nobis repellimus cum eoꝛū cōſilio non acquieſci
mus. ¶ Et iterū dicit ibi gloſa ex perſona eoꝛuʒ
Relinquamus eos: ne in manus nr̄as moꝛiantur
¶ Item dicit hiero. Maledictus qui confidit in
homine. i. qui nō habet deū hoſpitē: nec pꝛeſidia
angeloꝝ. ¶ Itē in Iſa. 13. de babylone. Nō erūt
paſtoꝛes. glo. i. angeli qui pꝛeſunt humano gene=
In oppm̄. ri. His auctoꝛitatibꝰ pꝛobatur ꝙ angeli deſerūt
hoīes pꝛopter peccata. ¶ Sed cōtra. Cū hoīes
peccant tunc ſunt infirmioꝛes et magis indigent
medicis: igitur tunc nō debēt deſeri ab angelis q̄
ſunt eoꝛū medici. viciū eñ eſſet medico ſi deſere=
ret infirmū ſuū cum magis indigeret eo. ¶ Pre=
terea. de nemine deſperādum eſt dum eſt in via: g̊
angelus non deberet deſperare de hoīe quē ha=
bet in ſua cuſtodia igit non debet ipm dimittere:
Solutio do quia medicus non debet dimittere infirmū ſuum
ctoꝛis. donec deſperet de ipſo. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ
angelus qui deputatus eſt homini ad cuſtodiam
nunq̄ deſerit ipm q̄tum ad cuſtodiam quin para=
tus ſit ſemꝑ auxiliari ſi homo velit. quandoq; ta=
men angelus deſerit hoīem quo ad quid: ſcʒ q̄tū
ad hoc ꝙ exponit ipm tribulationibꝰ et tēptatio=
nibus vt inde reſipiſcat et cogat redire. ſicut fecit
dñs de filio pꝛodigo. angeli eñ dñm imitant om=
nibus modis. ¶ Pꝛia ergo auctoꝛitas intelligit Solutio. 1.
de deſertione qua deſerunt angeli iudeos: vt ſint auctoꝛitatꝭ
in ea vilitate in qua videmus eos eē. Secūda au= Ad ſecūdā
ctoꝛitas intelligit de angelis qui ſunt gn̄ales cu=
ſtodes vt michael. qui ante aduentū dñi erat cu=
ſtos iudeoꝛū: quādo erāt eccleſia dei. modo autē
eſt cuſtos eccleſie. Tertia auctoꝛitas de obſtina= Ad tertiaʒ
tis intelligit a quoꝝ cuſtodia actualiter deſiſtunt
angeli: ſicut dñs q̄nq;. vñ ipſe ait. zelus meus a
te receſſit: nō iraſcar tibi amplius. Paratꝰ eſt tñ
et angelus et deus ad talē cuſtodiā ſi redire vel=
lent. nunq̄ eñ ex toto deſeritur homo ab angelo
vel deo. Ad quartam auctoꝛitatem dicimus ꝙ ſic Ad quartā
debet intelligi. ꝙ ille qui confidit in hoīe non ha=
bet angelū cuſtodeʒ ſui in effectu: quia culpa ſua
caret fructu quem deberet habere ex cuſtodia an
geloꝝ. et ſic pʒ. ꝙ talis auctoꝛitas intelligitur de
omnibus pctōꝛibus. Ad vltimaʒ que dicit ꝙ non Ad vltimā.
erunt ibi paſtoꝛes dicimus re vera. i babilone nō
ſunt angeli tanq̄ ciues: qm̄ ſunt ciues eccleſie tā=
tum: ſed tamē ſunt in babilone tanq̄ cuſtodes ho
minū deputati etiam malis hominibus.

¶ Quarti tractatus. Cap. 6.

Sexto q̄ritur vtrū angelus relinquat ho=
minē cui ad exercitiū ē deputatꝰ. ¶ Ui
detur ꝙ nō. Pꝛimo per illā auctoꝛitateʒ Pꝛima rō.
beati petri. 1. Petri. 5. Aduerſarius ve=
ſter ſꝑ circuit. ⁊c. ¶ Itē per illud Iob. 30. Qui te Secunda.
cōedunt nunq̄ doꝛmiūt. ¶ Itē ꝑ aliud Iob. 41. Tertia
aurū ſternet ſibi q̄ſi lutū: ⁊ radij ſolis ſub eo erūt.
¶ Itē ꝑ illud Eccl̄ia. 2. Fili accedēs ad ſeruitutē Quarta.
⁊c. et ꝓpara aīaʒ tuā ad tēptationē. Ex q̄ videt ꝙ
quāto ꝑfectioꝛ eſt hō: tāto magis infeſtat a diabo
lo. Ex his videt ꝙ nunq̄ deſiſtat diabolus ab ex=
ercitio tēptatiōis. ¶ Sʒ ꝯtra. dicit btūs Iac. 4 In oppm̄.
Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vobis. ¶ Itē bonus Ar pꝛimo.
angelꝰ in infinitū feruētioꝛ eſt in cuſtodia q̄ malꝰ Secundo.
tēptando. qꝺ pʒ per naturā ꝟtutis ⁊ vicij. ſʒ bonꝰ
deſiſtit a cuſtodia: g̊ malus aliqñ deſiſtit a tēpta= Tertio.
tiōe. ¶ Ad idē videt facere auctoꝛitas oꝛigenis Oꝛigenes.
ſuꝑ numeri. puto inquit ſane. ⁊c. ¶ Solutio Cre Solutio
dimꝰ ꝙ aliq̄s a deo purificatꝰ ē ⁊ purgatꝰ ꝙ ipe iā
aſcēdit ad ſtatū thꝛonoꝝ ⁊ hʒ pꝛudētiā ſpūs ocu=
latā ante ⁊ retro ad iſtar animaliū. Ezech. 1. ⁊. 3.
et Apo. 4. Que inq̄ pꝛudētia ſe hʒ ad modū an=
cille hoſtiarie nullū penitꝰ motum illicitū permit
tens intrare vel ꝑmittentis intrare. ſʒ dicētis. pe
pigi fedus cū oculis meis: vt nō cogitarē de virgi
ne. Tunc habet in tali ſtatu plenam victoꝛiam de
diabolo: et tunc verū eſt ꝙ diabolus ipm deſinit
infeſtare: licet q̄tū in ſe eſt ſemꝑ ſit paratꝰ. ſicut
bonus q̄nq; relinquit hoīem: licet ſemꝑ q̄tum in
ſe eſt paratus ſit cuſtodire. licet pauciſſimi. i. fere
nulli ſint in tali ſtatu: ſed anteq̄ plenū de diabolo
ipe obtinuerit triūphū pōt eū diabolꝰ tēptare: ſʒ
nunq̄ relinq̄t eū q̄diu hō eſt in tali ſtatu. ¶ Per
hanc diuerſitatem ſtatuū patet ſolutio obiectoꝝ

Ayuntamiento de Madrid

quia pꝛime auctoꝛitates referri habent ad ſtatū ante plenā victoꝛiā habitā de diabolo. ſequētes vero ad ſtatū poſt plenam victoꝛiam.

¶ Quarti tractatus. Capi. 7.

SEptimo capitulo ꝗritur de illo verbo Job. 25. loquētis de deo Qui facit cōcoꝛdiā in ſublimibꝰ ſuis. In celeſti hierlm̄ ſumma pax eſt ⁊ ſumma cōcoꝛdia inter ciues illiꝰ ciuitatis. ¶ Sed cōtra. videt̄ ibi eē diſcoꝛdia inter ciues illius ciuitatis: qꝛ videntur angeli cōtrariā habere volūtatē volūtati dei: et ita nō habere pacē. qꝛ ꝗs reſtitit ei ⁊ pacē habuit? vident̄ etiā adinuicē habere cōtrarias volūtates. De pꝛimo patet: qꝛ angelus quē cuſtodit diligit: ⁊ ita vult ei vitā eternā. deus autem vult ei moꝛtē eternā. poſito ꝙ angelus neſciat vtrū ſit pꝛedeſtinatus vel repꝛobus: ⁊ in veritate repꝛobꝰ eſt. ¶ Soluūt ꝙ angelus nō vult ſimpliciter illud qđ dubitat deum velle: ſed vult ſub cōditiōe. ſ. ſi deꝰ velit. ¶ Hec ſolutio dupliciter impꝛobat̄ in quaterno. ⁊ pꝛeterea tertia ratio eſt ꝙ ex quo diligūt ⁊ diligere nos tenent̄ ſimpliciter: volunt nobis vitam eternā ſimpliciter: licet ipſi neſciant deū velle cōtrariū. ¶ Nos autē dicimus ꝙ facta pꝛioꝛi poſitiōe angelus vult hominē quē cuſtodit ſaluari ⁊ vult cōtrariū diuine voluntati: nō tamē vult cōtrarie: nec eſt eiꝰ volūtas cōtraria volūtati diuine. cuius tres ſunt rationes. ¶ Pꝛima: qꝛ volūtatē ſuā ſubicit volūtati diuīe et paratus eſt reuocare cū diuinā nouerit volūtatē reſpectu cōtrarii. ¶ Scđa eſt: qꝛ vult illud cuius cōtrariū vult deꝰ. non volūtate antecedentē ſed volūtate ꝯſequēte. ſicut diſtinguit damaſ. Eſt autē volūtas antecedēs bona dei volūtas qua ex coꝛde ⁊ bonitate ſua vult hoībꝰ bona eterna. Volūtas aūt cōſequēs ſiue ꝑ aliud aut per accidens eſt illa qua vult nō ex coꝛde ſed quaſi coactus ⁊ inuitus humiliare ⁊ abicere filios hoīs dānando et puniendo eos pctīs exigentibꝰ. ¶ Tertia rō eſt qꝛ hoc vult angelus ex dilectiōe qua tenet̄ diligere ⁊ diligit hoīem quē cuſtodit et velle ei id cuius cōtrariū vult ei deus: donec cōſtet ei de volūtate dei. ¶ Itē videt̄ eſſe diſcoꝛdia inter angelos adinuicē. qꝛ ſicut dixit angelꝰ danieli in Daniel. 10. Angelus ꝑſarum reſtitit michi. qꝛ cum ꝓphetaſſet hieremias iudeos a captiuitate babylonica liberādos poſt. lxx. annos: illis trāſactis iſtabat daniel ꝓ liberatiōe ppl̄i ſui: et angelus eiꝰ ſimiliter: et etiam dixit ei ꝙ ſtatim liberaret̄ ppl̄s. angelus aūt ꝑſarū reſtitit ei: et ita diſcoꝛdia fuit inter ppl̄os. ¶ Itē videt̄ ꝙ angelus perſarū irrationabilē habuit volūtatē: qꝛ volebat ꝑſis dn̄ium cū tn̄ plus expediret eis ſeruitꝰ vel nō dn̄ium. nā dn̄ium effert hoīem: ſeruitꝰ autē humiliat. Unde apl̄s. 1. ad Coꝛin. 7. Exhoꝛtamur vt ſi ꝗs ſeruꝰ eſt nō multū curet fieri liber. ¶ Itē videt̄ ꝙ angelꝰ danielis nō haberet rōabilē volūtatē: qꝛ volebat iudaico ppl̄o ꝓſperitatē liberatōis: multo aūt vtilioꝛ ⁊ melioꝛ et magis appetāda eſt aduerſitas ꝙ̄ ꝓſperitas. ¶ Solutio. Nichil aliud fuit illa reſiſtentia niſi qđ angelus perſarū reuelauit angelo danielis cum eſſet eo ſuperioꝛ et aliquid eſſet ei reuelatū quod non ei reuelauit: inquit ei ipm̄ velle cōtrariū eius quod deus volebat: ⁊ ille acquieuit et voluntatem ſuam voluntati diuine ſuppoſuit. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ hoc volebat angelus perſarū ſcꝫ iudeos nōdum liberari: vt ſatiaret̄ ⁊ ceſſaret odiū perſarū reſpectu iudeoꝝ qui eos ꝑſecuti fuerāt aliqn̄. ⁊ foꝛtaſſis ipē erat archāgelus et ei reuelauerat iudeos nō plene purgatos. qđ tn̄ nō reuelauerat angelo danielis q̄ erat de ſimplicibꝰ angelis. ¶ Ad vltimū dicimus ꝙ humiliādis vtilioꝛ eſt aduerſitas: ſꝫ ſufficiēter hūiliatis magis vtilis eſt ꝓſperitas. iudei aūt humiliati erant ſatis: licet nō vſquequaqꝫ ſufficienter.

[Margin, left column: Arguit. cōtra ꝟbū Job. — Solutio — Impꝛobat̄ — Reſolutio doctoꝛis — Pꝛima rō. — Scđa rō. — Damaſcenꝰ — Quid volūtas añs. — Quid volūtas ꝯñs. — Tertia rō. — ꝓbat iterū eē diſcoꝛdiam inter angelos. — Alia ratio. — Solutio]

[Margin, right column: Ad aliā obiectionem. — Ad vltimū.]

¶ Octauū capitulū quarti tractatus.

OCtauo capitulo queritur de merito angeli boni. ¶ Videtur em̄ ꝙ in inſtāti cōfirmatiōis meruerūt ꝑ auctoꝛitatē grego. In angelis ſtantibꝰ. ⁊c. ¶ Sed cōtra. Nō meruerūt habendū. qꝛ ſi ſic. habēdū illđ nō eſt niſi augmentū gratie: ⁊ ita angeli infimi oꝛdinis poſſent tn̄ mereri ꝙ aſcenderēt ad oꝛdinem ſupꝛemū: et ita ꝙ non eēt niſi vnus oꝛdo. ¶ Similiter nec meruerūt habitū duplici rōne. vna ē q̄a angeli mali nō merētur qđ habēt: ſꝫ qđ habebūt. ergo eodē modo ⁊ boni. ¶ Altera eſt qꝛ ſi qđ habent merent̄: ſequit̄ (vt videt̄) ꝙ caritatē merētur hāc em̄ quaſi beatitudinē vel partē beatitudinis habent. ſi hoc. ģ idem merent̄ ſeipſo. i. caritatem ſeipſa. qđ nō poteſt eſſe. ¶ Solutio. Merent̄ qđ habēt. ¶ Nec valet qđ obicit̄ de malo angelo. qꝛ regalis munificētie eſt ⁊ largitatis qñqꝫ aliqđ dare anteqꝫ recipiēs meruerit illud. ¶ Ad ſcđm dicimꝰ ꝙ caritas inq̄ꝫtū eſt grā motꝰ eliciēs meritorios: pꝛicipiū eſt merēdi ⁊ eſt id quo meret̄. inq̄ꝫtū aūt eſt iocūdās ⁊ delectās ſiue rōe iocūditatis ⁊ delectationis quā facit pꝛemiū eſt ſiue id qđ ipſi merent̄. ¶ Qꝫ aūt poſſit eſſe meritū ⁊ pꝛemiū pꝫ in laude que ⁊ meritū eſt ⁊ pꝛemiū. cū em̄ angelꝰ gaudet de ꝯuerſiōe hoīs: illud etiā gaudiū ꝓmiū eſt. ⁊ ſm̄ hoc videt̄ ꝙ poſſit hō fruſtrare angelum aliquo pꝛemio. qꝛ in poteſtate ſua hꝫ vt cōuertat̄ vel non conuertatur. et ita in poteſtate ſua habet vt gaudeat angelus vel nō gaudeat. et ita poteſt angelus amittere ſuum gaudiū ⁊ pꝛemiū qđ priꝰ habebat. ¶ Ad hoc dicimꝰ ꝙ angelus de ſubſtātiali pꝛemio quo deū videt ⁊ in eo delectatur nihil poteſt amittere: et ſemel habitū non poteſt amittere. gaudiū aūt qđ habet de cōuerſiōe hominis non eſt pꝛopꝛie pꝛemiū ipſius niſi per accidens: quia per bonitatem q̄ data eſt eis in pꝛemiū gaudent de bono noſtro. ¶ Et licet incipiāt tale gaudiū nō habere: vt qn̄ homo incipit peccare: tamē nō amittunt illud. ¶ Ad hoc em̄ vt dicat̄ aliquid amitti: vnum iſtoꝝ triū exigitur: culpa/doloꝛ/indiſcretio. Si em̄ culpa mea indignus ſum aliquare quā pꝛius habebā vel habere debebā dicoꝛ illud amiſiſſe. Similiter ſi de re non habita doleo pōt etiā cōtigere ꝙ nec ex culpa ſua perdat aliqđ nec inde doleat. tn̄ dicēdū eſt eū amiſiſſe: quia ex indiſcretiōe eiꝰ eſt ꝙ nō habeat. ſed nullū iſtoꝝ eſt hic. qꝛ nō eſt hic culpa angeli ꝙ nō gaudet de cōuerſiōe de qua pꝛius gaudebat: ſed potiꝰ eſt de

[Margin, right column: qn̄ boni angeli meruerunt. — Solutio. — Ad pꝛimū. — Ad ſecūdū — Replica. — Solutio — Tria q̄ req̄rūt̄ ad hoc ꝙ aliqđ dicat̄ amitti.]



Ayuntamiento de Madrid

culpa hominis. ¶ Itē nō dolet de ſubuerſiōe iſtius. quia compati nō poteſt: cum ſit cōfirmatus et addictus volūtati dei: propter quā vult angelus vt permittat homo cadere quod ſit deū permittere. Hoc etiā nō eſt ex eius indiſcretiōe: immo eſt diſcretio ꝙ prius gaudebat mō nō gaudet. ¶ Et dicūt quidaꝫ ꝙ loco illius gaudij habet angelus maius gaudiū vel equale ex iuſticia dei qua ꝑmittit iſtum cadere. ¶ Sed hec ſolutio non valet propter hoc. quia ꝙ deꝰ permittat ipm̄ ruere de peccato in pctm̄ non eſt optabile: licet ſit vellibile. vt ita loquar. ſicut ꝙ mali puniantur in inferno non eſt optabile vt ſupradictū eſt: licet ſancti teneantur illud velle cum ſciant illud deum velle.

Opīo quorundaꝫ que improbat.

¶ Et circa predicta īcidit queſtio notāda ſcilicet Utrum angelus bonus teneat velle quicquid ſcit deum velle: demōſtretur quidā de quo ſuus angelus neſcit ipm̄ eſſe dānandū. inde ſic. Iſte angelꝰ vult ſalutē iſtius: ſimiliter vult ſalutē illiꝰ: ⁊ ſic de ſingulis. poſito ꝙ de nullo ſciat ipſum eē dānādū igitur vult ſalutē cuiuſlibet hoīs. ſꝫ ipſe ſcit ꝙ deꝰ non vult ſalutem cuiuſlibet hoīs: ğ iſte angelꝰ nō cōformat volūtatē ſuā voluntati diuine. igit̄ peccat. ¶ Ad hoc dicūt ꝙ iſte angelus non vult ſalutē iſtius hoīs abſolute: ſed vult ſi deꝰ vult. ¶ Cōtra. ponat̄ ꝙ iſti angelo reuelet̄ ꝙ iſte ſaluabitur. inde ſic. Iſte angelꝰ voluit iſtū ſaluari: igit̄ neceſſariū eſt iſtū angelū voluiſſe hoc. qꝛ hoc eſt dictū de preterito verū: cuiꝰ veritas non depēdet ex futuro. igitur neceſſariū. ſed poſſibile eſt ipm̄ eē dānandū: igitur poſſibile eſt hoc totū eſſe qꝺ iſte angelus voluit iſtum eſſe ſaluandū et ꝙ dānet̄. ergo iſte poteſt velle aliqͩ qꝺ nō vult deꝰ. ¶ Preterea. ſi angeli nō debēt velle niſi qꝺ ſciunt deū velle: pari rōne nec ſcti qui ſimiliter debent conformare voluntatē ſuā voluntati diuine. igit̄ nullus debet velle de aliq̄ ſimpliciter ꝙ ſaluet̄. ¶ Ideo dicimꝰ ꝙ angelus iſte bene debet velle ꝙ iſte ſaluetur: vel iſtum eſſe ſaluandū abſolute quē neſcit eſſe reprobū: licet deus nō velit illud. ¶ Nec valet hec argumentatio. iſte angelus vult ſalutē cuiuſlibet hoīs: nec ſcit deū velle ſaluteꝫ cuiuſlibet hoīs. igit̄ iſte angelus vult ſalutē alicuius hominis: cuius ſcit deum non velle. Inſtātia. poſito ꝙ iſte videat quēlibet hoīem: ſed neſciat an ille aliꝰ videat iſtum vel illū: ſcit tm̄ ꝙ non videt quēlibet inde ſic. Iſte videt quēlibet hoīem: ⁊ ſcit ꝙ ille alius non videt quēlꝫ hoīem: ğ aliquis eſt quē ſcit illū non videre. Itē angelus deſiderat ſalutē hoīs ꝓpter tria. ſcꝫ vt numerus angeloꝝ reſtauret̄ ex hoībus. et dixerūt quidā ꝙ de ſolis virginibus reſtaurabit̄. vnde patet ꝙ multo plures fuerūt futuri hoīes q̄ ſi angeli non peccaſſent: ⁊ ꝙ ſumus fratres eoꝝ ⁊ amici eiuſdē hereditatis: ⁊ qꝛ augmentabit̄ eoꝝ gloria cū impleta fuerit hoībꝰ curia celeſtis. Deſiderant igit̄ angeli augmentū illiꝰ gaudij ⁊ non habent illud: igit̄ non oīa optata eis ſuccedunt: ergo non ſunt beati. Preterea. ſpes q̄ differt̄ affligit aīam. ſicut dicit ſalomon ꝓuer. 13. ergo ſpes qua expectant angeli augmentū ſue glīe affligit eos: quia differtur eis: igitur non ſunt btī quia afflictio non poteſt eſſe cum beatitudine.

Queſtio incidēs notāda.

Riſſio quorundaꝫ que improbat̄

Alia ratio.

Solutio doctoris.

Ad primuꝫ añ oppm̄.

Alia ratio.

Alia ratio ꝓuer. xiij.

¶ Solutio. Eſt deſiderium rei ſtatim habende: ⁊ de tali dicitur Spes que differtur affligit animaꝫ Eſt etiam deſideriū rei habite in opere ſuo. ſicut dicitur de chriſto In quē deſiderāt angeli ꝓſpicere. Eſt etiā deſiderium rei habende in tēpore ſuo et tale deſideriū ſiue ſpes de tali deſiderio nō affligit: et tale deſiderium habent angeli de augmēto glorie ſue. Nec valet hec argumentatio. omīa optata eis nō ſuccedunt: ergo nō ſunt beati. licet enī omnia optata que deſiderāt in futuro nō ſuccedant eis: tamen omnia ſuccedūt eis que optāt habere nunc. et ideo ſunt beati.

Solutio. Duplex deſideriū ſcilꝫ rei habite ⁊ rei habēde.

¶ Quintus tractatus de cognitione angelorum.

Sequitur de cognitione angeloꝝ. Circa hunc tractatū multa occurrūt dubitabilia. ¶ Primū eſt vtrū angeli meliꝰ cognoſcant res in ꝟbo ſiue in ſpeculo eternitatis: q̄ in ꝓprio gñe. ¶ Scōm eſt: quid ſit angelū videre in ſpeculo. ¶ Tertiū eſt: vtrum angeli videant omnia in ſpeculo eternitatis. ¶ Quartum eſt: vtrum angeli viſione qua vidēt res in proprio genere videāt eas per mediū vel ſine medio ¶ Quintū: quomodo intelligēda ſit auctoritas apoſtoli qua dicit. Multiformis ſapiētia dei innotuit per eccl̄iam poteſtatibus et principatibꝰ. ſextum et vltimum eſt vtrū ſciētia angeloꝝ quam habent in verbo ſit neceſſaria.

¶ Sextus tractatus. ca. i. vbi oſtendit ꝙ angeli melius cognoſcant res in verbo q̄ in proprio genere.

Circa primū cp̄m q̄rit̄ prio. ¶ Utrū angeli meliꝰ cognoſcāt res in ꝟbo q̄ in ꝓprio gñe. ¶ Probat̄ ꝙ nō. qꝛ dicit btūs aug. ſup illū locū Gen̄. i. Fiat firmamētū. ⁊c̄. ꝙ fiat ꝑtinet ad factionē rei ī ꝟbo: fecit ad factionē in cognitiōe angeloꝝ: factū eſt aūt ꝑtinet ad factionē rei in ꝓprio gñe. cetera ğ ab angelis priꝰ facta ſunt ī ſapīa: poſt ī angeloꝝ cognitione: tādē in ſuo gñe. Inde ſic. Fieri in ſapīa nō eſt ſimplr̄ fieri: ſiliter fieri in cognitiōe angeloꝝ nō ē ſimplr̄ fieri. qꝛ ſi hoc eēt ſupflueret tertiꝰ modꝰ fiendi. ğ angeli nō cogſcunt res in ꝟbo ꝫm ſe ⁊ ſimpliciter: qꝛ ibi nō ſunt ꝫm ſe nec ſimplr̄: ſꝫ cogſcūt eas in ꝓprio gñe ꝫm ſe ⁊ ſimplr̄. ğ melius cognoſcunt̄ res in ꝓprio gñe q̄ in ꝟbo. qꝛ qꝺ ꝑ ſe cognoſcitur ⁊ ſimplr̄: magis cognoſcit̄ q̄ illud qꝺ nec ꝑ ſe nec ſimplr̄. ¶ Itē indirecte Uerius cognoſcit̄ res in ꝟbo q̄ in proprio gñe: ſꝫ qꝺ veriꝰ cognoſcibile eſt / verius eſt: qꝛ nō vere cognoſcit̄ res niſi ꝫm ꝙ ens. ğ verius eſt res in ꝟbo q̄ in ꝓprio gñe. ſed ex hoc ꝙ eſt in ꝓprio gñe ſimplr̄ eſt: igit̄ ex hoc ꝙ res ſunt in ꝟbo multo fortiꝰ debēt dici eē ſimplr̄. ¶ Tertio ſic. verius cognoſcit̄ deꝰ in ꝓpria natura ſua q̄ in ſpeculo ſuo: igitur eadē rōne meliꝰ cognoſcit̄ res ī ſe q̄ in ſuo ſpeculo ſiue q̄ in ſuo ꝟbo ¶ Quarto ſic. q videt rem in ſpeculo nō ꝓprie videt illā. qꝺ probat̄ per hoc ꝙ deꝰ nō ꝓprie videt̄ dicit ei btūs iohēs. Ioh. i. ꝙ deū nemo vidit vnq̄ ſed cum videtur res ꝑ ſpeculū: eius idea ſiue ſilitudo videt̄ ꝓprie. A ſimili. cū angeli cogſcūt creaturā in verbo: non proprie ipſam ſed eius ideam

Ar ꝙ nō. i. Auguſtinꝰ.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Ayuntamiento de Madrid

cognoſcunt in ꝟbo. g̊ non ita ꝓprie cognoſcunt in ꝟbo ſicut in ꝓprio gñe: g̊ magis cognoſcũt reʒ in
Quinto. ꝓprio gñe q̄ꝫ i ꝟbo. ¶ Itẽ dicit btũs aug. Oẽs
Auguſtinꝰ res in ꝟbo ſunt: vnde ⁊ oĩa ſunt ibi vnũ. igiẗ omĩa ſunt ibi indiſticta et nõ cognoſcũtur res in verbo niſi ſm ꝙ ibi ſunt. g̊ res cognoſcũtur in ꝟbo vt in diſtincte: ſed in ꝓprio gñe cognoſcũtur vt diſticte ergo meliꝰ cognoſcuntur in ꝓprio gñe q̄ꝫ in ꝟbo.
Sexto ¶ Itẽ res in ſe cognoſcũtur per cauſas neceſſarias ⁊ immediatas: q꞉ per ſillogiſmũ demõſtratiuũ. in verbo nõ cognoſcunẗ niſi ꝑ cauſam contingentẽ. quia nõ ſeq̄tur ꝙ ſi res ſit in verbo ꝙ neceſſariũ ſit ipam eſſe futurã. igitur verius cognoſcũ
In oppiſi. tur in ſe q̄ꝫ in ꝟbo. ¶ Cõtra rõnabiliter obiciẗ. di
aꝛ primo. cit btũs augu. in. xi. libro de ciuitate dei. Angeli
auctoritate creaturã meliꝰ in ſapiẽtia dei tanq̄ꝫ in arte in qua
Aug. xi. de facta eſt q̄ꝫ in ſeipſa ſciũt: ⁊ ꝑ hoc ſeipſos ibi meli
ciuitate dei us q̄ꝫ in ſeipſis. ibi eñ tanq̄ꝫ in matutina cognitio
Auguſtinꝰ ne: in ſeipſis tanq̄ꝫ i veſptina vidẽt. ¶ Itẽ ſup illũ locũ Gen. i. Fiat firmamẽtũ. ⁊c. dicit btũs augu. Veſpera huiꝰ lucis eſt cũ firmamẽtũ nõ iã in verbo dei ſicut ante: ſed in ꝓpria natura cognoſcitur que cognitio q꞉ minor eſt veſpera vocaẗ. ⁊ ita multũ intereſt inter cognitionẽ rei in ꝟbo: ⁊ cognitionẽ eiꝰ in ꝓpria natura. vt illđ ad mane ꝑtineat hoc ad veſperã. Et infra dicit. prelucet q̄ in verbo eſt cognitio. His oĩbꝰ auctoritatibꝰ dicit aperte btũs aug. ꝙ melius cognoſcũtur res in verbo q̄ꝫ
Scđo rõne in ꝓpria ſua natura. ¶ Qđ etiã probaẗ rõibꝰ ſic. Res nõ habet cognoſci niſi in ſua luce vel in ſua cauſa: ſed ſm ꝙ cognoſciẗ in ꝟbo/ cognoſciẗ in ſua vera ⁊ ſũma luce: in ſua vera ⁊ ſumma cauſa. g̊ verius cognoſciẗ in ꝟbo q̄ꝫ alibi: g̊ meliꝰ cognoſciẗ
Reſolutio in ꝟbo q̄ꝫ in ſua natura. ¶ Qđ hac rõe cõcedimꝰ
q̄ſtionis. cũ btõ aug. Opio eñ aug. fuit ꝙ oĩa creata fuerẽt
Opio aug. ſimul: non tñ materialiter ſed ⁊ formaliter. ⁊ opa ſex dierũ appellat ſex diſtictiões creaturarũ: q̄s diſtinguit moyſes, put erãt in cognitiõe angeloꝝ.
Hic nota du et vocat cognitionẽ rei future i ꝟbo: mane. cogni
plicẽ cogni tionẽ aũt rei facte in ꝓprio genere: veſpere. Cum
tionẽ matu aũt ipſi nõ cognoſcũt ſe futuros in ꝟbo: pʒ ꝙ prima
tinã. ſ. ⁊ ve cognitio quã habuerunt de creatura fuit illa qua
ſpertinam. cognouerũt ſe factos. ⁊ ita prima dies nõ habuit mane: ſed veſpere. pʒ g̊ ꝙ ſm btũ aug. melius co
Ad primuʒ gnoſciẗ res in ꝟbo q̄ꝫ in proprio genere. ¶ Ad pri
argumẽtuʒ mo igitur obiectũ dicimꝰ ꝙ re vera fieri in verbo
Solutio. non eſt fieri ſimpliciter: ſed tamẽ cognoſci in verbo eſt ſimpliciter cognoſci. quia vere cognoſcitur res in ſua luce et in ſua cauſa veriſſima. Et nõ valet hec argumentatio. Res per ſe cognoſcuntur in ſuo genere: et non per ſe cognoſcuntur in verbo ergo magis cognoſcuntur in proprio genere q̄ꝫ in verbo. Illa eñ regula ariſtoteẗ. quod per ſe eſt tale magis eſt tale q̄ꝫ illud quod non eſt per ſe tale.
Hic nota in tenet in naturalibus vbi naturalia naturalibꝰ cõ
telligẽtiam ferũtur: ſed vbi naturalia conferuntur prime cau
illiꝰ regule ſe non tenet. Non enim eſt mirum ſi illud quod co
qđ ꝑ ſe tale gnoſcitur non per ſe in prima cauſa magis cogno
eſt. ⁊c. ſcitur q̄ꝫ illud quod per ſe cognoſcitur in propria natura. quia illud quod cognoſcitur in prima cauſa cognoſcitur in ſua luce. quod autem cognoſci
Cognitio tur in propria natura in tenebris cognoſcitur.

naturalis ẽ viſus enim philoſophorum ⁊ omnis viſus natu
ſicut viſus ralis eſt ſicut viſus noctue que non videt niſi ob
noctue. ſcuritate. ¶ Ad ſcđm dicimꝰ ꝙ non valet hec ar
Ad ſecũdũ gumentatio. veriꝰ eſt res in ꝟbo q̄ꝫ in ꝓpria natura: ſed ꝑ hoc ꝙ eſt in ꝓpria natura debet dici ſimpliciter eſſe: g̊ ex hoc ꝙ eſt in ꝟbo debet dici ſimpliciter eſſe. Inſtãtia. Iſte eſt magis albus in pede q̄ꝫ in totali corpore: ſed ex eo ꝙ eſt albus totali corpore eſt albus ſimpliciter. g̊ ex eo ꝙ eſt albus in pede eſt albꝰ ſimpliciter. ¶ Ad tertio obiectũ
Ad tertiuʒ dicimus ꝙ non valet hec argumentatio. deus verius cognoſcitur in ſua ꝓpria natura q̄ꝫ in ſuo ſpeculo: g̊ verius res cognoſciẗ in ſe q̄ꝫ i verbo. ⁊ hoc ideo contingit. quia cuʒ deus in ſe cognoſcitur in ſua luce cognoſcitur: cum aũt res cognoſcitur in ſe cognoſcitur in tenebris. ¶ Ad quarto obiectũ
Ad quartũ ſoluimus per interemptionẽ huius. qui videt reʒ in ſpeculo: nõ proprie videt eam. ⁊ qđ dicit beatꝰ Ioh. 16. deũ nemo vidit vnq̄ꝫ. intelligendũ eſt in propria eſſentia in hac mortali vita. res enim proprie videri habet per ſuaʒ imaginẽ. ſiue videẗ per imaginem expreſſiorem ſiue minus expreſſam: nichilominꝰ proprie videtur. ¶ Ad quinto obiectũ
Ad quintũ dicimus ꝙ hec argumentatio non valet. res i verbo cognoſcitur vt indiſtincta: in ſe cognoſcitur vt diſtincta. ergo magis cognoſcitur in ſe q̄ꝫ in verbo. licet enim cognoſcatur in verbo vt indiſticta: in eodem tamen verbo cognoſcitur vt diſtincta ⁊ ſm eandem ideam. Sicut eñ prima cauſa ſm ſe ⁊ ita ſm idem eſt cauſa: ⁊ vniꝰ ſm ꝙ eſt vnum/ ⁊ plurium ſm ꝙ plura. ita eadẽ idea ſm ſe et ita ſm idẽ eſt imago ſiue exemplar et vnius ſm ꝙ vnum: et
Solutio ob pluriũ ſʒ ꝙ plura. ¶ Nec valet hec argumẽtatio
iectionis Imago hoĩs ſm ꝙ eſt homo (cũ ſit cõis ad quẽlibet hoĩeʒ) nõ eſt imago alicuiꝰ hoĩs particularis ſm ꝙ eſt diſtinctus: ſimiliter imago albi ſm ꝙ eſt albũ non eſt imago alicuiꝰ particularis albi ſm ꝙ eſt diſtinctum ab aliquo albo. g̊ eadẽ rõne prima idea cum ſcit imago oĩm rerum: non eſt imago alicuius particularis entis ſm ꝙ eſt diſtinctuʒ. Si
Vide quõ cut eñ in naturalibus vna natura eſt coartata ad
aſſurgit a vnum actum et non ſe habet ad quẽlibet: ita vna
naturalibꝰ imago naturalis coartata eſt vt ſit ſignum ſpecia
ad diuina. liter illius cuius eſt imago. ſed ſicut prima cauſa non eſt coartata ad aliquẽ effectũ: vel ad hominẽ ſm ꝙ eſt homo/ vel ad aſinuʒ ſm ꝙ eſt aſinus/ vel ad vnũ ſm ꝙ eſt vnum/ vel ad plura ſm ꝙ plura: ſed ſe habet ad omnia illa ⁊ ſm idẽ. ita prima idea non eſt coartata circa aliqđ ſignatũ: ſed omnia ſignabilia ſignificant ideʒ in omnibꝰ diuerſitatibꝰ
Ad ſextum ¶ Ad ſexto obiectum dicimus ꝙ hec argumẽtatio non valet. res in propria natura cognoſciẗ per cauſam neceſſariã ꝓpriam ⁊ immediatã: in verbo nõ: igitur magis cognoſciẗ in ſua natura q̄ꝫ in verbo. et hoc triplici rõne. prima eſt. quia in demonſtratiuis multa ſupponũtur de quibꝰ nõ eſt certa cognitio. vnde non eſt ibi certa probatio niſi ſub cõditiõe: vnde nõ eſt ibi abſolute ſcientia. ſecunda ratio eſt. quoniã in naturalibꝰ eſt viſus noctue. tertia ratio efficacior. q꞉ cauſa neceſſaria diuina magis eſt cã omni ſuo effectui q̄ꝫ aliqua cauſa naturalis q̄ꝫtũcũq̄ꝫ ſit neceſſaria ⁊ immediata cã ſuo



Ayuntamiento de Madrid

effectui: q2 omēs cauſe naturales ꝙ ſunt cauſe ha
Res triplr bent a pꝛima cauſa. ¶ Ad euidentiā eoꝝ q̄ dicta
d2 eē in deo ſunt ⁊ q̄ dicēda ſūt / notādū ꝙ res tripliciter dr̄ eē
ſcʒ p̄ cām p̄ in deo: ſcʒ per cām / per grām / p̄ cognitioneʒ. Per
grām ⁊ p̄ co cauſaʒ ſm ꝙ dicit btūs paulus in actib9 apl'oꝝ
gnitionem. Actuū. 17. de deo in quo viuimus / mouemur / ⁊ ſu
Auguſtin9. mus. ſup illū locū dicit btūs aug. Nō tanq̄ꝫ eius
ſubſtātia ſic in eo ſumus. ſicut dr̄ vitā habere in ſe
metip̄o. ſed cū aliud ſumus q̄ꝫ ipſe: nō aliter in eo
ſumus niſi ꝙ id operaꝫ vnde viuimus et ſum9. ſm
hunc modū non fuim9 in deo ab eterno ſcʒ p̄ cau-
ſam niſi potentialiter. Per grām vero ſunt in eo
viri ſancti. q2 ſunt ſicut palmites in vite: ⁊ ram9 in
arboꝛe. vñ in Eccl'ia. 47. de viro ſancto et excel-
ſo in verbo gl'ie. i. in filio dei. quantomagis aliq̄s
ſanctioꝛ eſt: tanto excelſioꝛ eſt in verbo gl'ie. i. i fi-
lio dei qui eſt arboꝛ vite. ſicut aliq̄s ramus excel-
ſioꝛ eſt in aliqua arboꝛe alio ramo. Scd̄m autē ꝙ
res dicūtur eſſe in deo per cognitionē fuerūt res
in deo ab eterno. ⁊ ſm hūc modū dicunꝫ vnū eſſe
Ariſtoteleſ in deo: ꝓpter vnā ideā qua oīa repn̄tanꝫ. ſm queʒ
in. 3. de aīa tropū dicit ariſto. ꝙ aīa quodāmō eſt omnia: q̄m
imagines omniū rerū impꝛimi habēt in anima. ſʒ
hunc tropum dicit auctoꝛitas ꝙ creatura in deo
eſt eſſentia increata: in ſe aūt creata. pꝛopꝛie em̄
loquendo hereticū eſſet hoc dicere.

¶ Capm̄. 2. vbi oſtendit quid ſit dicere ange-
li vident in ſpeculo.

QUeritur quid ſit dictu Angeli vident in
ſpeculo. ſpeculū em̄ nō ſolū dicit vl' ſup
Ratio. ponit diuinā eſſentiā. q2 tūc idē eſſet di-
cere Angeli vident in ſpeculo ꝙ angeli
vident in diuina eſſentia. ſi aūt aliquid
pꝛeter diuinā eſſentiā cōnotaꝫ in creatura aut ali
quis effectus: non videꝫ ille effectus eē niſi illumi
natio qua illuminaꝫ angel9: mediāte qua illumia-
tione videt q̄ reſultāt in ſpeculo. ſʒ cū oms viden
tes aut cognoſcētes habeāt hmōi illuminationē
videꝫ ꝙ de quolibet hoīe etiā viatoꝛe poſſit dici
ſicut de angelo ꝙ ip̄e videt in ſpeculo. qd̄ falſuʒ ē.
Solutio ¶ Solutio. Speculū ſupponit diuinā eſſentiam
Quid deſi- vel ip̄m dei filiū. nec cōnotat aliquē effectū i crea
gnaꝫ per no tura: ſed potius aliquā relatiōem. q2 nō ſupponit
men ſpeculi eſſentiam vt cauſam in actu vel habitu: ſed ſuppo
nit ipſam eſſentiā vel p̄ſonam filij vt imaginem: ⁊
ita in quadā relatione ad creaturā. et ſic ſoluitur
Alia q̄ſtio hec queſtio. ¶ Si aūt queraꝫ vtrū ſm naturā ſpe
notanda culi vel volūtatem ipſius: vel etiā ſm naturā aut
Solutio diſpoſitionē vidētis fiat hmōi viſio. ¶ Dicimus
ꝙ ſm naturā ſpeculi qd̄ per naturā ſuā imago eſt
et etiā per voluntatē: q2 ex mera liberalitate erit
ꝙ ipſe dabit ſe ad vidēdum ⁊ immediate vel etiaʒ
pꝛo parte eſt ſm diſpoſitionē intuentis.

¶ Capm̄. 3. vbi oſtendit ꝙ angeli non videant
omnia in ſpeculo eſſentiali.

HIc queriꝫ ſi angeli videant oīa in ſpecu-
lo eſſentiali. ¶ Videꝫ ꝙ ſic per grego. q̄
Pꝛia obie. dicit. Quid eſt qd̄ nō vidēt: qui videnteʒ
Secunda. oīa vident? ¶ Scd̄o p̄ auctoꝛitatē dio-
Tertia nyſij. Deus vidēdo ſe videt oīa. ¶ Tertio q2 an-
geli coꝛpalia vident. multo foꝛtius ſpūalia: q2 ſpi
Quarta. rit9 ſunt. ergo vidēt oīa. ¶ Quarto q2 nō ē aliqd̄
impedimentū quin oīa videāt. nec ex parte viſoꝝ
que eadem ſunt: nec ex parte ſpeculi: nec ex parte
ip̄oꝝ vidētiū. cū oīa poſſint ibi videre. ¶ Quito Quinta
cū res in re ſint eedē et per qd̄ videnꝫ idē: ſi eſt di-
uerſitas ex p̄te vidētiū nō erit niſi ex diuerſitate
diſpoſitionū in ipſis vidētib9. diſpoſitio aūt illa:
diſpoſitio eſt gr̄e. ſʒ hmōi diſpoſitio nihil facit ad
hoc vt plura vel paucioꝛa videanꝫ: ſʒ ſolū ad mo-
dū videꝫ operari: vt qui maioꝛi gr̄a diſpoſitus eſt
magis videat ⁊ limpidius: qui aūt minoꝛi gr̄a di-
ſpoſitus eſt videat min9 clare. ⁊ ita oīa videnꝫ ab
omibus. ſʒ ab alijs clarius: ab alijs minus clare.
¶ Sexto. cū aīa ſit potens intelligere oīa et oīa Sexta.
ſint potentialiter intelligibilia ei p̄ irradiationeʒ
luminis de quo d2 in pſal. 35. In lumine tuo vide-
bim9 lumē. de potentia intelligēte fiat actu intel
ligēs. ⁊ q̄ potētia erāt intelligibilia: fiāt actu itel
lecta. ⁊ nō quedā ſolū: ſed oīa. et ita in lumie ſpe-
culi eterni videbit aīa oīa actu luminata: igitur ⁊
angelus ibi videt oīa. ¶ Ad ſolutionē obiectoꝝ
pꝛenotāda eſt quintuplex viſio. Eſt em̄ quedā na Quītuplex
turalis ⁊ gn̄alis. vt q2 in intellectu angeli et aīe i- viſio.
pꝛeſſa eſt noticia boni ⁊ ibi relucet pꝛima veritas
in luce pꝛime ꝟitatis vidēt aīe ⁊ angeli pꝛincipia
iuris naturalis. ſicut dicit btūs aug. in libꝛo ſoli- Aug. in li.
loquioꝝ. et etiā pꝛīcipia facultatū: ſicut idē dicit ſoliloq̄oꝝ
in libꝛo de libero arbitrio: ⁊ ibidem. ¶ Eſt alia vi Scd̄a viſio
ſio naturalis / ⁊ ſpūalis / qua vident angeli ea ſolū
q̄ ſubſunt arbitrio eoꝝ ſeu iudicio. ſʒ ꝙ dicit apl's
1. ad Coꝛin. 2. Spūalis hō oīa dijudicat: a nemi-
ne aūt iudicaꝫ. ⁊ alibi. Qui me iudicat (inq̄t apl's
1. ad Coꝛin. 4.) dn̄s eſt. q. d. non angelus. Ange
li em̄ non iudicant nos: ſed potius adiuuant ⁊ cō-
ſeruant. ⁊ ideo angeli tali viſione nō vident niſi ea
que ſibi ſubſunt: et iam non vident ea que ſunt li-
beri arbitrij nr̄i in quo ſumus eis pares. ¶ Eſt
tertia viſio ꝓphetalis qua pꝛophete illuminati a tertia viſio.
deo videbāt ea q̄ volebat eis oſtdere ſm ꝙ ſciebat
humano generi expedire. ¶ Quarta aūt eſt viſio
gloꝛie qua ⁊ nos et angeli videbim9 in patria: vi- q̄rta viſio.
dendo aperte ip̄m ſpeculū et ea q̄ nobis in ſpecu-
lo reſultabūt. ¶ Quīta viſio eſt angelici miniſte
rij ſiue reuelatiōis per quā reuelanꝫ ea q̄ ad offi- q̄nta viſio.
ciū eoꝛū circa nos ꝑtinet. Per hāc diſtinctioneʒ
pʒ quō ſoluendū ſit ad obiecta. ¶ Notādū aūt ꝙ
angeli ex eis q̄ habēt non vidēt in ſpeculo niſi ea aliud notād̄.
q̄ ip̄oꝝ iudicio ſubiecta ſunt et q̄ pertinent ad eo-
rum gloꝛiā et ſalutem. Per hoc ſoluiꝫ auctoꝛitas Solutio au
grego. ſcʒ hec Quid eſt quod nō vident qui viden ctoꝛita. gre
tem omnia vident? q2 illa auctoꝛitas intelligitur go.
de eis q̄ pertinent ad eoꝛū gloꝛiā. ¶ Ad ſcd̄m di
cendum ꝙ non ſequiꝫ. quia eſt ibi locus a maioꝛi Ad ſecūdū
qui non tenet cōſtructiue. ¶ Ad quarto obiectū
dicimus ꝙ impedimentū vidēdi oīa a parte vidē Ad quartū
tiū eſt q̄ non vident ibi niſi ea q̄ reſultant de pꝛope
et apte: q̄dā em̄ eis reſultāt ibi de lōge ⁊ tenuiter
⁊ obſcure. ¶ Ad tertiū pʒ ſolutio per hoc. ¶ Ad
quintū dicendū ꝙ ex hoc ꝙ angeloꝝ quidā perſpi Ad tertiuʒ
catius intuenꝫ in ſpeculo q̄ꝫ alij: cōtingit etiaʒ ꝙ pʒ ſolutio.
quidā plura vident ⁊ alij paucioꝛa. ¶ Ad vltimū Ad quintū
dicēdū ꝙ etiā aīa illuminata ab illo pꝛimo lumie Ad vltimū.
nō poteſt videre niſi q̄ ſubiecta ſunt iudicio ei9. q̄

Ayuntamiento de Madrid

autem ad ſubtiliſſimam dei ordinationē pertinēt
vt redēptio generis humani et cōſimilia. nō vide
runt ibi angeli oēs: ſʒ aliquib⁹ per eccleſiā inno=
tuit. ſicut dicit apl's ad Ephe.3. Eccleſie vero q̄li
Probat idē to modo per reuelationē. ¶ Adhuc videt̄ poſſe ꝓ
ꝙ prius. bari ꝙ angeli videāt oīa in ſpeculo eternitatis. q:
Pria obiec. ſup illud Job.28. Nō adequabit̄ ei vitrū ꝛc. dicit
Gloſa. glo. Uniuſcuiuſq̄ mētē ab oculis alterius corpu=
lentia nō abſcōdet. ergo in patria videbūt hoīes
cogitatiōes alioꝝ: igit̄ ꝛ angeli tunc videbūt co=
gitationes. ſed nūc eque clarū viſū habēt: ḡ nunc
vidēt ſingulas cogitatōes hūanas: ꝛ ita in ſpecu
lo vidēt oīa nō ſolū in vniuerſali ſed etiā in ſingu=
Secunda. lari. ¶ Preterea. ſi non vidēt angeli hmōi cogi=
tatiōes particulares in ſpeculo: nec alibi iſtō cō=
ſtat. igitur ſimpliciter nō vidēt cogitatiōes hoīm
ergo neq̄ alij ſcti vt beata vgo et beatus petrus
ſed ſi hoc: quomō igit̄ poſſunt orare pro ſupplicā
tibus ſibi. nō videt̄. vnde redit qd̄ prius: ſcʒ ꝙ an=
Solutio geli vident omia in ſpeculo eternali. ¶ Solutio.
primi obie. Loquēs iohēs in apoca.21. de ciuitate eterna ſu
perna que iā triūphat dicit ꝙ deus illumiabit eā
et loquitur de interna illuminatione: ꝛ ꝙ lucerna
eius erit agnus quo ad exteriorē illuminationem
Cur dies iu tunc enī oīa reuelabūtur etiā abſcōdita tenebra=
dicij dicat̄ rū. propter qd̄ dicit̄ dies iudicij dies reuelatiōis
dies reuela de qua reuelatiōe habes in mltis locis in ſcriptu=
tionis ra. Eccleſia vero militans etſi modo illuminetur
ad videndū deum pro modulo ſtatus ſui: tñ videt
ipſum in nube ꝛ caligine: ꝛ multa ei operta ſunt q̄
tunc erunt ei aperta. Dicimus ḡ ꝙ angeli tūc ita
illuminabunt̄ interius ꝛ exterius ꝙ videbūt mul=
ta q̄ tamen modo ſunt eis occulta. quia tunc iple=
to numero electoꝝ maior erit claritas in oīm con
ſummatiōe Et ſic patet ſolutio ad primo obiectū
Ad ſecūdū ¶ Ad ſecundū dicēdum ꝙ beata virgo et alij ſcti
obiectum norunt cogitationes ꝛ orōnes hoīm q̄tum deus
vult eis reuelare: reuelat aūt eis prout nouit hu=
mano generi expedire. reuelat etiā eis qui ſunt in
ter hoīes eoꝝ interceſſione digni et qui non.
Rurſus ipu gnat ideo qd̄ prius ¶ Sed adhuc queritur vtrum aliq̄s angel⁹ adeo
mento ſupponimus auctoritatē auguſtini q̄ dicit ꝙ menſura eſt aliqͥd agendi: ⁊ auctoritatē bti dionyſij ſcȝ malū nō corrūpit naturā: ſȝ eſt defectus ſiue priuatio eius qđ eſt circa naturā ⁊c. Et dicimus ꝙ in iſtis poti⁹ q̄ȝ ī alijs naturalib⁹ bonis dr̄ omnia diſpoſuiſſe de⁹ q: in his potiſſime attendit plenitudo atq̄ ꝑfectio vniuerſe creature. qđ euidētius erit ſi determinauerimus quid ſit eſſentialiter vnūquodq̄. Dicimus ḡ ꝙ ſpecies in vnoq̄q̄ eſt habitudo vel habitus naturalis operationis ſeu habilitas qua ſe habet res ad vſum aut opus exequendū propter qđ vl' quē creata eſt: vt patet in equo. Cū eñ eſt habilis ad portādum hominē bene: bonā ſpeciē habet. i. bonus equus eſt. cum ad melius meliorē. cū ad optime optimā. Bonitas eñ illius actiōis ſiue habitudinis aut habilitatis ad actionē requirit menſurā et ordinē. Mēſurā vt nec nimis cito portet nec nimis tarde: ſed mediocriter vt mediocrē faciat dietā. Ordinē vero in iactione pedū vt ſcȝ pedes ordinate moueat et ſic ſuauiter ambulet. Si ḡ in eo fuerint hec bona magna: bonus eſt valde. Si maiora melior: ſi optima optimus. ſimiliter euidens eſt in aīa ſcđȝ actionem. Naturaliter eñ eius ſpecies eſt vt diligat deū ꝓpter ſe. Ad hoc eñ naturaliter abilis ē cuius dilectiōis modus eſt et menſura vt in infinitū diligat ipm: q: eſt ī amore modus nō habuiſſe modū. Ordo autē vt ſup omnia. Menſura eñ et ordo circūſtātie ſunt actionū habilitas autē qua ſe habet aīa ad hmōi actionē habitudine naturali reddit ipſam bonā bonitate nature. Sed habitudo qua ſe habet ad hoc habitudine gr̄e reddit ipaȝ bonā bonitate gratie. Similiter apparet in corpore cui⁹ ſpecies dr̄ bonus color qui nō ſufficit ad hoc vt cenſeatur corpus pulchrū niſi aſſit debita partiū ordinatio ⁊ ꝑtium bene ordinatū debita proportio et cōmenſuratio. Et dicimus ꝙ menſura numerus ⁊ pōdus idē ſunt ꝙ modus ſpecies et ordo. De menſura ⁊ modo palā eſt: ſpecies autē et numerus idē. Sed tñ in hoc differūt: ꝙ numerus eſt quaſi effectus ſpeciei. Nā ſpecies rem numerat. i. diſcernit et diſtinguit. Similiter ordo quaſi effectus eſt ponderis. nā pondus collocat ⁊ ordinat rē in loco ſibi debito. ¶ Ad obiectiones ergo quibus conātur ſuā opinionē aſtruere per ordinē reſpōdemus et ad primū dicimus ꝙ q̄uis tū in his tū in illis appareat trinitatis veſtigium: et duo ad duo reducūtur: non tñ tertiū ad tertiū. q: non in his ſolis: ſed in alijs pluribus relucet trinitatis veſtigium. neq̄ valet hec argumentatio. ſed habet inſtātiā apertiſſimā in exemplis augu. Ponit eñ aīa memoriā intellectiuā ⁊ voluntatem ex parte vna. mētē/noticiā/⁊ amorē ex altera in qb⁹ ipſa gerit ymaginē trinitatis. Et licet noticia et amor ſiue intelligētia et voluntas que pro eiſdem reputantur idē ſint ꝙ ſpecies ⁊ ordo ſiue numer⁹ et pondus. Nā pōdera animarū affectiones earū ſunt. Species vero doctrine et artes. tamē mens et memoria non eſt idē ꝙ mēſura. ¶ Ad ſcđm dicimus ꝙ licet in his. ſ. vnitate ⁊c. reluceat trinitatis veſtigiū. nō ideo ſequit ꝙ in his cōſiſtat plenitudo ⁊ perfectio omnis rei. qđ ideo eſt: q: nō ſumme in his ſȝ in alijs ſumme relucet. ⁊ ideo in alijs ſumme cōſiſtit vniuſcuiuſq̄ ꝑfectio. ſ. in menſura numero/et pondere. ſicut ſuperius explanatū eſt

¶ Sed cōtra ſolutionē nr̄am videtur poſſe opponi. Nā dicit aug. ꝙ vbi hec ſunt magna magnū bonum eſt. vbi maiora maius. vbi maxima maximū igitur iſta bona maius ⁊ minus recipiunt. igitur ſpecies rei intentionē ⁊ remiſſionē poteſt recipere qđ tamē incōuenieēs videtur. ¶ Ad qđ ſoluendum oportet triplicē ſpeciē diſtinguere. primā. ſ. ſubſtātialem que eſt prīa rei perfectio. ſcđam que eſt naturalis ꝑfectio. tertiā ⁊ vltimā q̄ accidentalis. vt pȝ in oculo in q̄ ſubſtātialis et prīa ꝑfectio eſt aptitudo ad actū vidēdi. ſecūda et naturalis ē habilitas qua ſe habet ad viſuȝ actualiter exequēdum. Et licet prima nō recipiat maius ⁊ minus. tamē ſecunda recipit maius et minus. Hoc etiaȝ patet in angelis qui in prima ſpecie cōueniūt: et eā equaliter participāt ſcȝ in aptitudine intelligēdi: ſed in ſecūda ⁊ naturali ſpē que eſt abilitas intelligendi ſiue ꝑſpicacitas cōueniūt. tamen eam ſm gradus participāt. et ideo diuiſi ſunt ordines angeloꝝ. Nā ſm gradus naturaliū diſtincti ſunt gradus gratuitorū. Dedit eñ vnicuiq̄ ſm ꝓpriā virtutē. ſimiliter patet in hominib⁹ Nā licet oēs eque participāt aptitudinē ratiocinādi. tñ ſcđm maius ⁊ minus habiles ſunt ratiocinari. Sic igitur manifeſtū eſt ꝙ ſpecies naturalis recipit maius ⁊ minus: et ideo dicit aug. Malū eſt priuatio modi ſpeciei et ordinis naturalis. ¶ Obicit etiā de hoc qđ dr̄ aug. ꝙ vbi hec oīno non ſunt. nichil eſt qđ videtur falſū cū quodlibet iſtoꝝ ſit accidēs. Accidēs aūt ē qđ adeſt ⁊ abeſt ꝓter ſubiecti corruptionē. et ita ītellecto ꝙ hec oīa deſtruāt: nichilominus ītelligit remanere ſubiectū. ¶ Et ad hoc dicendū ꝙ licet iſta non ſint de primis et ſubſtantialib⁹ perfectionibus ſed accidētalib⁹ ⁊ ſcđis: tñ his ſublatis nō remanēt prime perfectiōes. aut ſi remanere ītelligunt penit⁹ inutiles ſunt ſine iſtis Qȝ etiā ſecundis ꝑfectiōib⁹ interemptis īterimātur et prime pȝ in elemētis q̄ cum ſubſtantie ſint (ſubſtātie aūt nichil ſit cōtrariū) nec habent contrarietatē adinuicē nec agunt nec patiūtur ꝑ primas ꝑfectiōes ſuas: ſed potius ꝑ ſecūdas. quib⁹ tamē corruptis corrūpunt ⁊ ipſe ſubſtātiales elementorū ſpecies ⁊ perfectiones ⁊ ipſa elementa.

¶ Si aūt querat qs cū illa tria bona: mēſura/numerus/pondus. trib⁹ generib⁹ cauſarū reſpondeant. ſ. efficienti formali ⁊ finali. cur nō ponit quartum quod quarto generi cauſaꝝ reſpondeat. ſ. materiali. ¶ Ad qđ dicendū ꝙ hoc ideo eſt: tū quia cauſa materialis non eſt generale principiū oīm ſubſtātiaꝝ: q: angeli ⁊ aīe cauſam materialem nō habent ad modū corporū. tū q: materia eſt initiū rei et nō cōplementum. tū quia creator in triplici genere cauſe ſe habet ad creata et nō in quarto. Nullatenus eñ materialis cauſa eſt creatorū. tū quia nullius perſone coaptabilis eſt materia. lȝ cetera cauſaruȝ genera ſingula perſonis ſingulis coaptētur. Et propter hoc ſm eaȝ non eſt rei perfectio ſicut inferius oſtendetur.

¶ Tertia queſtio.

[Marginal notes, left column: qđ ſit ſpēs. — Similr̄ hec ſunt in aīa. — Modus in amore non hūiſſe mođ — Silr̄ in corpore. — Quō iſta tria dīſit — Ad rōnes. — Ad primaȝ — Dictū aug. — Ad ſecūdā]

[Marginal notes, right column: ꝯtra ſolu. — doctoris aſ Auguſtin⁹ — Solutio — Triplex eſt ſpecies — Exemplū ī oculo. — Exemplum in angelis. — Exemplum in hoibus. — Auguſtin⁹. — Iterū aſ. ꝓpt dictum auguſtini. — Solutio — Exemplum in elemētis — Si querat. — Reſpōſio. — Aſſigt hic q̄tuor rōes.]

Ayuntamiento de Madrid

ITem tertia queſtio eſt quomõ in his trini-
tatis reluceat veſtigiũ: ⁊ quõ ſingula ſingu
Ar primo. lis coaptẽtur perſonis. ¶ Videt autẽ prio ꝙ ſin-
gulis. Nã ordo bonitati ſpũſſancti reddendus eſt
vt videt. Species ſapiẽtie filij: igitur modus aut
Scdo ꝓ au mẽſura potẽtie pris. ¶ Hoc idẽ videt per augu
guſtinum. ſtinũ qui dicit ꝙ in magnitudine creaturaꝝ iudi-
In oppm̃. catur potẽtia creatoris. magnitudo autẽ aperte
menſura eſt. ¶ Sꝫ videt ꝙ ſpiritui ſancto cui ap-
propriat bonitas debeãt oia hec attribui. Nã qꝛ
bonus eſt nos ſumus: et omnia ſunt vt ait auguſti
Ar etiaꝫ ꝙ nus. ¶ Deinde videt ꝙ oia ad filiũ referẽda ſunt
oia ad filiũ. quia filio appropriate cõuenit eſſe exẽplar vel ar
tem. Oia autem inq̃tum ſunt indicia ſunt ⁊ yma-
gines et exẽplata: ⁊ ſcdm̃ hec ad exemplar cõpa-
Solutio rari videntur. ¶ Solutio. Oia omnibus cõueni-
unt: ⁊ ꝙ aſſignãtur quedã quibuſdã. nõ eſt ſcdꝫ ꝓ
prietates pſonarũ: ſed potius ſcdꝫ appropriatio
Tria debẽt nes. ſicut in artifice materiali eſt ꝙ ad hoc vt ipſe
ieẽ artifici operetur exigit potentia. et ars ſeu exemplar ad
ſcꝫ potẽtia cuius imitationẽ operet et vtilitas ſiue bonitas
ars et vtili- que ad operandũ mouet ipm̃ ſic ⁊ in primo artifi-
tas ce eſt reperire potentiã que patris eſt. artem ⁊ ſa
pientiã que filij: bonitatẽ que ſpũs ſancti. Simi-
liter lꝫ iſta tria veſtigia ſint totiꝰ trinitatis: ſcꝫ mẽ
ſura/ numerus/ ⁊ põdus. tñ ſcdm̃ appropriationẽ
ſingula ſingularũ ſunt veſtigia pſonarũ vt oſten
Siſitudo in ſum eſt ſupra. Qm̃ vero ſicut eſt in artifice inferio
ferioꝝ ad di ri ꝙ finis mouet efficientẽ. efficiẽs vero operatur
uina. iuxta exemplar. ita eſt in ſupremo opifice ꝙ ipſe
operat iuxta artẽ eternã. Ad operãdũ aũt mouet
ipſum bonitas ſiue vtilitas creaturarũ quã inten
dit. ideo quidã bonitatẽ referũt ad cauſam finalẽ
Dictũ aliq- ¶ Sed videtur potius referẽda ad cãm efficientẽ
rũ qd̃ ipro- Nam cauſa efficiẽs exiſtentie reꝝ eſt bonitas dei
bat qꝛ eñ bonus et ſummus et preterea bonũ eſt dif-
Solutio fuſiuum ipſius eſſe. ¶ Et ad hoc dicendum eſt ꝙ
bonũ ſumit bonũ tripliciter ſumitur. ſicut dicit ariſto. ſcꝫ ho
tripliciter neſtum. ⁊ ſm̃ hoc dicit dñs. Eſtote ſancti qꝛ ego
ſanctꝰ ſum. Delectabile ſm̃ ꝙ dicit bonũ eſt cuiꝰ
apprehenſio delectatio eſt vel bonũ eſt qd̃ omia
optant. ſiue bonũ eſt qd̃ ab omnibꝰ deſideratur.
Dionyſius dicit etiã cõferens: ⁊ ſcdm̃ hoc dicit btũs diony-
ſius. Bonũ eſt diffuſiuũ eſſe. vt eſt bonũ delecta-
bile põt reduci ad cãm finalẽ. vt eſt conferens ſic
ad cauſam efficientem: et idem eſt cauſa finalis ⁊
efficiẽs ꝓpter qd̃ ſummũ bonum de ſeipſo dicit.
Ego ſum alpha ⁊ o primus et nouiſſimus.

¶ Queſtio quarta.

Ar ꝙ non. QUarto querit vtrum illa tria vnicam in
re efficiãt bonitatem. ⁊ videtur ꝙ non: i-
mo plures. ¶ Nam vnũquodq̧ eoꝝ pro
priam habet bonitatẽ quã in re derelin
Secũdo ar quit: igitur ex his tribus tres relinquũtur in qua
libet re bonitates. ¶ Preterea. ſi eſt vna ſola bo-
In oppm̃. nitas ex his tribus creata: dicas que eſt illa. ⁊ nõ
eſt aſſignare vt videt. ¶ Q; aũt vnius ſolius bo
nitatis effectiua ſint: hoc videt. Nam vnaqueq̧
Solutio res vna ſola bonitate predita eſt que ab iſtorum
Bonitas cõ bonitatibus ortũ hꝫ. ¶ Et hoc concedimus: ⁊ di
ſiſtit in du- cimus ꝙ illa bonitas ex his tribus eſt ordinatio
plici ordia- rerũ duplex. vna ad ipꝫ primũ bonũ in quo q̇eſce
tione rei. re appetunt: et ex ipſo appetitu mouẽtur vt quie-
ſcant in eo omia alia q̃tum volunt vt rationalia.
Alia q̃tum poſſunt vt irrationalia. Omia eñ ad
hoc tẽdũt vt participẽt eſſe diuinũ pro modo ſuo
Alia ipſarũ rerũ adinuicẽ per quã vnaqueq̧ qd̃ ei
a primo fonte infuſuꝫ eſt: in aliã diffundere cõten
dit et ſatagit ⁊ ſcdm̃ ꝙ nobiliores ⁊ meliores ſunt
creature ⁊ magis infundunt vt ſuperiores creatu
re eo. ſ. ꝙ fonti eſſendi ꝓpinquiores ſunt vt ſol et
Bonitas cu luna ⁊ hmõi. Eſt ergo vniuſcuiuſq̧ ſubſtãtie boni
iuſlꝫ qd eſt. tas habitudo principalis opatiõis ſue in ordine ⁊
menſura ſua. vnde idẽ eſt in ea eiꝰ bonitas ⁊ eius
pulchritudo. Queſtio. v. ¶ Quinta q̃ſtio eſt. an
iſta tria bona differãt eſſentialiter. videtur aũt ꝙ
idem ſunt. ¶ Nã amor pondus aie eſt et ipſa ſpe-
Ar ꝙ nõ. cies eſt qd̃ probat dupliciter. Primo qꝛ ipa ẽ ha-
bitudo naturaliũ operũ: ⁊ hoc eſt qd̃ ſuperius eẽ
Secundo. aſſignauimus eſſe ſpeciem. ¶ Scdo qꝛ ipſa facit
Salomon animã ſpecioſaꝫ. vnde cõparatur auro in ſcriptu-
ra ibi Fecit ſalomon thronũ et veſtiuit eum auro
fuluo. Si ergo caritas q̄ pondus eſt ⁊ ſpecies eſt
Hic videt ꝙ ergo ſpecies ⁊ põdus idem ſunt. ¶ Hic habetur
caritas ĩfor argumentũ cõtra illos qui dicũt ꝙ caritas nõ in
mat fidem format eſſentialiter fidẽ. videt eñ ꝙ imo: qꝛ ſi ca-
ritas eſt pondus anime trahit ergo eã ſurſum. er-
go omne id quod vehit eã ſurſum habet a caritate
Sed cũ mouetur motu fidei nõ eleuat ſurſum ad
primã veritatem niſi per illam circũſtãtiã que ꝓ-
pter ſe ſuper oia que circũſtat actũ fidei: igitur il
lã habet a caritate. Si ergo caritas motum fidei
veſtit circũſtantia ſua nobiliori. ponit ergo eã in
medio: ergo informat eã. ſꝫ circũſtãtia q̄ eſt actua
lis actui eſt de eſſentia ꝟtutis: igit caritas eſſen-
tialem informationẽ confert fidei. Et ad hoc di-
cendum eſt ꝙ licet caritas ſit habitudo aut abili-
tas naturalis operationis: qꝛ per ipam abilis eſt
anima ad opus dilectionis dei ad qd̃ eſt nata. nõ
tamen eſt ſpecies: qꝛ ſpecies non vocatur hic ois
habitudo vel abilitas ad opus ad qd̃ eſt res natu
Duplex co- raliter et principaliter. hoc aũt eſt cogñſcere. Naꝫ
gnitio. cognoſcere perfecte eſt beatitudo perfecta in pa
Auguſtinꝰ tria. ⁊ cognoſcere imperfecte eſt beatitudo iper-
fecta in via. Dicit eñ aug. ꝙ credere beatitudo ẽ
vnde fides potius eſt ſpecies q̃ caritas: ⁊ licet ca
ritas animã faciat ſpecioſam. tñ ſpecioſiorẽ eam
q̃re caritas efficit fides. Licet etiã auro cõparet caritas tũ
ꝯpat auro. ꝓpter ſpecioſitatẽ. tum ꝓpter operũ ſubtilitateꝫ
tum qꝛ mouetur ſurſum ad inſtar ignis. tum pro-
pter claritatẽ finis. tñ ſapientia fidei verius com
parat auro ibi. Filij ſyon inclyti amicti auro pri-
mo ꝓpter predictas cauſas. Tũ etiã qꝛ ipſa ẽ ipa
claritas anime: vnde ſapiẽtia ſiue fides potiꝰ di-
Ad vltimũ. cenda eſt ſpecies. ¶ Ad vltimũ dicendũ ꝙ deus
ſolus eſſentialiter pficit fidẽ ⁊ caritatẽ ſiir: ⁊ licet
fides ꝓprie loquẽdo nõ habeat motuꝫ eo mõ quo
Dictũ dio- dicit btũs diony. ꝙ primꝰ motus rõnalis anime ẽ
nyſij. dilectio. tñ nichilominꝰ actum hꝫ qui cõiũgit ani
mã deo ſine motu qui precedit motum caritatis
tanq̃ gñatiuus ipſius. Sed poſtq̃ penes animã
iã ſunt fides ⁊ caritas: ipſa caritas per motum de
ſiderij q̇ eſt caſus ꝓprius fidem eleuat neq̧ ceſſat
donec fides adepta fuerit qd̃ intẽdit et in fine ſuo

Ayuntamiento de Madrid

quieſcit: q̃ tũc ſolũ obtinet cum ipſam primã pul
chritudinem aperte videt anima fidelis.

❡ Queſtio ſexta.

SExta queſtio eſt. an iſta tria bona ſint in
Aꝛ̃ primo — materia. ❡ Si eñ ibi nõ ſunt: et vbi ipſa
Auguſtinꝰ — non ſunt oĩno nichil eſt. vt dicit Augu.
materia ſecundũ hoc nichil eſſet. quod
falſuʒ eſt. Nã materiatũ conſiſtit ex materia ⁊ for
In oppm̃. — ma exiſtentibꝰ. ❡ Sed ex alia parte cuʒ materia
bona ſit vt dicũt ſancti eo ipſo ꝙ capax eſt forme.
et oĩs bonitas ex tribꝰ predictis ſurgat oportuit
Solutio — ea in materia reperiri. ❡ Solutio. Qꝫ dicit aug.
ꝙ vbi hec maxia bona ſunt maximũ bonũ eſt: vbi
mediocria mediocre. vbi minima minimũ. loqui
tur de ſolis ſubſtantijs ⁊ nõ ſe extendit verbum il
Alr̃ pt̃ dici. — lud ad materiã. Poſſet tñ dici ꝙ ipſa materia eo
ipſo ꝙ ꝑticeps eſt eſſe particeps eſt iſtorum vnde
cũ ſola poſſibilitate et capacitate qua eſt recepti
Illa tria bo — bilis forme habeat eſſe: ⁊ ſic habet illa tria. cũ au
na reperiun — tem eſt terminata ⁊ finita per formã et iã eſt actu
tur etiam i — ſub forma: ⁊ ſiĉ habet illa tria. Q̃ntũ auteʒ ad pre
materia. — ſens attinet tñ de ipſa. dicimus ꝙ eius vtilitas ⁊
bonitas hec eſt ſola ꝙ ipſa eſt initiũ oĩm corpora
liũ: et eſt fundamentũ armonie quã facit deus in
cithara vniuerſi ex generationibꝰ ſibiinuiceʒ ſuc
cedentibus cũ quibuſdã interceptis corruptioni
bus/ ſicut ĩ cithara materiali redditur ſimphonia
Auguſti. in — ex ſucceſſione ſonorũ cũ interpolatione quorũdã
muſica. — ſilentioꝝ. ſicut teſtatur augu. in libro muſice ſue.

❡ Septima q̃ſtio. ❡ Septima et vltima queſtio
Aꝛ̃ ꝙ non. — eſt vtrũ illa tria fctã ſunt vel diſpoſita in menſura
numero ⁊ pondere. Qꝫ ſi quis cõceſſerit non erit
In oppm̃. — ſtatus ſed ibitur in infinitũ. ❡ Si dicatur ꝙ non:
videtur ꝙ immo. Nam ſolus deus eſt mẽſura ſine
menſura: ⁊ ſic de alijs. vt dicit aug. ergo vnũq̃dq̃
Secundo. — iſtoꝝ habet menſurã numerũ ⁊ pondus. ❡ Itẽ vbi
iſta magna ſunt magnũ bonũ eſt. ſicut dicit aug.
ergo iſta magnitudinẽ habent igitur et menſurã.
Tertio. — ❡ Itẽ vnũq̃dq̃ eorũ ſpeciẽ hʒ. nã vnũq̃dq̃ eorũ
Quarto. — eſt alicuius ſpeciei. ❡ Itẽ ordinẽ habent hec in
ter ſe. Nam menſura videtur precedere alia duo.
Solutio — ❡ Solutio. Re vera ſolus deus caret ⁊ menſura
menſurãte ⁊ mẽſura mẽſurata. Et ſimiliter intelli
ge de alijs. Hec aũt et ſi menſurã menſuratã non
habent. menſurãtẽ tñ que eſt deus aut actus ani
Ad primuʒ — me mẽſurãtis habere nõ dubitãtur: ⁊ ſic ſoluitur
Ad ſecũdũ — primũ. ❡ Scðʒ ſoluitur ꝑ equiuocationẽ magni
tudinis. nã ⁊ ſi magnitudinẽ intẽſionis habere nõ
Ad tertiuʒ — prohibeãtur: tñ q̃titatis nullã habẽt. ❡ Tertiũ
ſimilirer per equiuocationẽ ſpeciei diſſoluitur: q̄
licet alicuius ſpeciei et alicuius generis ſit vnũ
quodq̃. non tñ aliquod illorum ſpeciem hʒ ſicut
ſupra determinauimus ſpeciẽ habitudinẽ natura
Ad quartũ — lium operationũ. ❡ Quartum ſimiliter euidẽter
Duplex or — ſoluitur per diſtinctionẽ ordinis multiplicis. Nã
do. — eſt ordo anteceſſiõis qui nõ videtur in his deeſſe:
et eſt ordo ordinata collocatio iter creaturas ꝓut
requirit vtilitas vniuerſi. et hic eſt ordo queʒ põ
dus ſuperius vocauimus qui in his minime repe
Iterum aꝛ̃. — ritur. ❡ De ordinatione tñ iſtorum qui ſm̃ prius
et poſterius attendiꝛ̃ dubitatur. Menſura etenĩ
ſiue modus ⁊ ordo diſpoſitiones atq̃ circũſtãtie

actionũ ſunt naturaliũ: ergo poſteriꝰs ſunt eis.
Sed ſpecies eſt habitudo actionũ: ergo prior eſt
eis vt cã. ſed quicquid eſt prius priore eſt priꝰ po
ſteriore igitur ſpecies prior eſt modo et ordine.
❡ Itẽ ſpecies cũ ipſa ſit formale principiũ digni — Secũdo
tate prior eſt vt videꝛ̃. ❡ Itẽ ordo cũ reſpiciat fi
nem gr̃a cuius ſunt oĩa: et q̃ eſt primũ mouens oĩ
bus vt videtur debet anteponi. ❡ Item videtur — Tertio
cõtrouerſia de ordinatione iſtoꝝ inter librũ ſapi
entie qui ponit primo mẽſurã. et gloſaʒ aug. ſuꝑ
gñs. qui preponit numerũ: ⁊ btm̃ dionyſium q̃ pre
ponit ordinẽ. ❡ Solutio. Ad primũ dicenduʒ ꝙ — Solutio.
et ſi menſura in cõparatione ad actionẽ cuius eſt — Ad primũ.
circunſtãtia naturaliter ſubſequatur: tñ prout cõ
paratur ad potẽtiã cuius eſt hitudo aut abilitas
naturaliũ operationum de neceſſitate precedit.
❡ Ad ſequẽtia. Solutio eſt vnica ꝙ ſcðm diuer — Ad alia.
ſas cõſiderationes diuerſas recipiũt ordinationes
Nã ſpecies dignitate precellit: ordo vero rõne fi — De ordine
nis primo intenditur: mẽſura aũt in alia cõſidera — iſtoꝝ ſm̃ au
tione prior eſt. et ideo non mirum ſi a diſſimiliter — gu. diony. ⁊
conſiderãtibus diſſimiliter ordinãtur. — librũ ſapie.

❡ Decimus tractatus cõtinet. iiij. cap̃.

POſt alias creaturas dicendũ eſt de ho
mine q̃ eſt finis aliaꝝ creaturarũ viſibi — Hic c̃tĩtur
liũ: et de quo principaliter intendimus — q̃tuor i. iiij.
❡ Primo ergo dicẽdũ eſt quomodo hõ — capitulis.
factꝰ eſt ad ymaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ dei. ❡ Secũ
do de primo ſtatu ade. ❡ Tertio quomõ trãſgre
diendo mãdatum diſcipline cecidit in miſeriam.
❡ Quarto de cã pcti eius et de generibus pctõ
rum in que cecidit. Poſtmodũ ĩ tertio libro de li
beratore generis humani et de eis per que libe
rat ſcʒ de virtutibus. ❡ In primo ca. querit ſex.
❡ Circa primũ ſex principaliter querenda ſunt.
Primo quare homo fctũs diciꝛ̃ ad ymaginẽ et ſi
militudinẽ dei et non angelus. Secundo vtruʒ in
veritate ſit aliqua ſimilitudo hoĩs ⁊ angeli ad de
um. Tertio de verbis apoſtoli quibꝰ dicit ꝙ vir eſt
ymago dei non mulier. Quarto de intelligentia
huius auctoritatis Faciamus hoĩem ad ymagi
nem ⁊ ſimilitudinẽ noſtrã vel dei. Quinto quo
modo aſſimilatur hõ trinitati increate memoria/
intellectu/ et volũtate. Vltimo q̃liter aſſimiletur
eidem trinitati ꝑ mentẽ noticiã ⁊ amorẽ. ❡ Prio — Prima q̃o.
ergo queritur q̃re homo fctũs eſt ad ymaginem ⁊
ſimilitudinẽ dei ⁊ nõ angelus. Potius eñ videtur — Aꝛ̃ primo.
ꝙ angelus diceretur fctũs ad ymaginẽ ⁊ ſimilitu
dinẽ dei. Dicit eñ btũs dionyſius ꝙ prima yma — Dionyſius
go dei eſt angelus: ⁊ ꝙ angelus hʒ intellectũ dei
formẽ. Dicit eñ ꝙ malũ angeli eſt ꝯtra deiformẽ
intellectũ eſſe. malũ hominis cõtra rõnem. malũ
corporis cõtra naturã. ❡ Ad hoc dicimus ꝙ an — Solutio
gelus a meliori et excellẽtiori dono nomen ſortiꝛ̃
⁊ diciꝛ̃ lux in geñ. cũ diciꝛ̃ fiat lux. Et in ezechie. — Angelꝰ dꝛ̃
tu ſignaculũ ſimilitudinis eius fuiſti. quod eſt ꝓ — lux.
pter deiformitatẽ et ꝑſpicacitatẽ ſui intellectus.
cuius luciditas ⁊ ſubtilitas tãta eſt propter ſub
tractionem a carne ꝙ ſine tempore ſine mora col
lationis vel rõnis videt quid faciendũ quid fugiẽ
dum. nec tãtum facienda videt in prima veritate
ſicut homo: ſed etiã futura preter ea que li. arbi.

Ayuntamiento de Madrid

ſunt que non ſunt ei ſubiecta. Homo vero cuiꝰ in-
tellectus nō eſt oīno abſtractus ſine moꝛa colla-
tionis videre nō poteſt quid faciēdū quid nō. ma
Quare hō — xime in pluribus: ⁊ ideo dicitur factus ad ymagi
dr̃ ad yma- — nem et ſimilitudinē dei: qꝛ hec eſt eiꝰ ſupꝛema di-
ginē dei po — gnitas. Sed hec nō eſt pꝛima dignitas angeli: et
tiꝰ ꝙ̄ angelꝰ — ideo potius dicitur hō ad ymaginē ⁊ ſimilitudinē
dei ꝙ̄ angelus. Et ideo qꝛ ex vno homine ſunt oēs
homines ſicut ex vno deo ſunt omnia.

¶ Scd̃a queſtio huius capituli.

Ar̃ pꝛimo. — Queritur que ſit illa ſimilitudo qua hō fa
ctus eſt ad ymaginē et ſimilitudinē dei
¶ Videt̃ eñ ꝙ nulla ſit ſimilitudo ho-
minis ad deum: qꝛ pꝛopꝛiū eſt qualita-
tis ſecūdum eā ſimilē vel diſſimilē dici.
Sed nulla qualitas eſt in deo cōmunis cū homie
Scd̃o per — ergo deꝰ nō eſt ſimilis hoī. nec ecōuerſo. ¶ Item
euāgelium. — dicitur in euāgelio. nemo bonus niſi ſolus deus.
Sꝫ participātis ad nō participās nulla eſt colla-
cio. ergo deꝰ nō eſt ſimilis homini inq̄ztū eſt bonꝰ
Eadem rōne nec inq̄ztū eſt iuſtus: et ita videtur ꝙ
Tertio per — in nullo ſit ei ſimilis. ¶ Pꝛeterea dicit yſa. Oēs
yſaiam. — iuſticie noſtre quaſi pānus mēſtruate coꝛā eo: et
ita iuſticia noſtra in nullo cōmunicat cū iuſticia
dei: igitur nō ſumus ei ſimiles in iuſticia. eadem
Opinio ali — rōne in nullo alio. ¶ Pꝛopterea dicūt quidam ꝙ
quoꝛum. — nulla eſt ſimilitudo hoīs ad deū. Sed tropice di-
ctum eſt ꝙ homo factus eſt ad ymaginē ⁊ ſimilitu
ꝯtra hāc ar̃ — dinē dei. ¶ Sed cōtra. Iuſticia creata ⁊ iuſticia
increata cōmunicāt in hoc ꝙ ſicut deꝰ iuſticia ſua
increata reddit vnicuiqꝫ qḋ ſuū eſt. ita homo iuſti
cia ſua creata reddit vnicuiqꝫ qḋ ſuū eſt: ergo hō
iuſtus inq̄ztum iuſtus cōuenit cum deo. igitur in
Secundo. — hoc eſt ſimilis ei. ¶ Itē pctm̄ diſſimilat deo: igit̃
Tertio per — virtus aſſimilat deo. ¶ Itē dicit btūs aug. ꝙ ad
auguſtinuꝫ — deū appꝛopinquamus pedibus mētis non coꝛpo
ris. Appꝛopinquatio aūt iſta nō eſt niſi aliqua ei
aſſimilatio: ergo aliqua eſt ſimilitudo hoīs ad de
q̄o incidēs. — um. ¶ Querit̃ etiā cur nō de vniuerſis creaturis
dictū eſt ipſas ad dei ymaginē factas eſſe cū di-
Auguſtinꝰ. — cat augu. in lib. lxxxiij. q. ꝙ ydee exemplares ab
eterno fuerūt in deo ad quarū imitationē fctā ſūt
vniuerſa. Per hāc auctoꝛitatē videt̃ ꝙ oīs creatu
In oppm̄ — ra ymago dei ſit. ¶ Sed cōtrariū videt̃ per aug.
ꝑ auguſti. — in eodē. dicit ei ꝙ ad ymaginē dei foꝛmat̃ ⁊ ꝙ nul-
la alia creatura itermedia foꝛmat̃ vt nihil ſit deo
coniunctiꝰ Sꝫ ſic foꝛmari ſolū hoī ⁊ angelo cōue
nit. q̄re ſolū hō et angelus ad dei ymaginē creati
Opinio do — ſunt. ¶ Qḋ cōcedimus: hee igitur ſole creature
ctoꝛis. — dicūtur ymago dei qꝛ deo imediate coherēt: ⁊ qꝛ
in his et expꝛeſſius ⁊ tanq̄z in ymagine ꝓpꝛia con
ſpicit̃ ipſe deꝰ. Cetere vero creature nec imedia-
te ad deū ſe habēt: ſꝫ mediātibꝰ ſuperioꝛibꝰ qꝛ ꝓ-
Ad pꝛimuꝫ — pter hoiēꝫ facte ſunt. ¶ Solutio. Ad pꝛeobiecta
dr̃ ꝙ triplex — diſtingūt magiſtri triplicē ſil̃itudinē. Eſt ei ſil̃itu
eſt ſil̃itudo. — do cōfoꝛmitatꝫ. ⁊ eſt ſil̃itudo repn̄tatiōis ⁊ imita
tiōis in opſibꝰ diſcrete factis. Et hoc ſolo mō fa-
ctus eſt hō ad ymaginē ⁊ ſimilitudinē dei. ¶ Ad
pꝛimū dicimus ꝙ ariſto. intendit de pꝛima ſil̃itu-
dine. ſ. de ſimilitudine cōfoꝛmitatis ꝓpꝛietatum.
Ad aliud — ¶ Ad aliud dicimus ꝙ ſolus deꝰ bonus eſt eſſen
tialiter: et ſcḋm hoc nō cōuenit cū homine: ſꝫ tn̄
in effectum bonitatis cōuenit cū homine vt i effe
ctu ⁊ mīe et iuſticie. Unde cōmunicat cū homine
inq̄ztum bonus inq̄ztum iuſtus inq̄ztū miſericoꝛs
ꝓpter effectū. Sed licet aliq̄ ſit cōueniētia hoīs
ad deū: maxia tn̄ eſt differentia. ꝓpter quā dixit
yſaias. Iuſticie veſtre quaſi ⁊c. ¶ Ad quarto ob — Ad quartū
iectū dicimus ꝙ mundus factus eſt ad ſimilitudi
nem dei. i. ad ſimilitudinē repn̄tatiōis. Solus au
tem hō ad ſil̃itudinē imitatiōis. nō cuiuſcūqꝫ imi
tationis: ſed imitatiōis in operibꝰ diſcrete factis
Eſt igitur factꝰ homo ad ymaginem dei ꝓpter co — Nota cur
gnitionis immediatā adherētiā ⁊ cōiunctionem: — homo dr̃ ad
aut ꝓpter expꝛeſſaꝫ imitationē operū diſcrete fa — ymaginem
ctoꝛū ſiue operū ꝟtutū. Et ꝑ hoc ptꝫ ꝙ creature — dei factus.
viſibiles nec ad ymaginē ⁊ ſil̃itudinē dei facte ſūt

¶ Tertia queſtio huius capituli.

Tertio queritur qualiter vir factus eſt ad
ymaginē et ſimilitudinē dei: nō mulier. — Arguitur.
Videtur eñ hoc eē falſum: qꝛ mulier ha
bet rōnem que renouatur de die in diem
in agnitionē dei ſicut ⁊ vir. ¶ Solutio. Dicimꝰ — Solutio
ꝙ tribꝰ de cauſis dicit hoc apl̃s. Pꝛima eſt qꝛ vir — Hoc dicit
immediate factꝰ eſt ad ymaginē et ſimilitudinem — apl̃s ꝓpter
dei mulier vero mediāte viro: qꝛ fctā eſt ꝓpter vi- — tria.
rum. vnde dicit̃ in gen̄. Faciamꝰ ei adiutoꝛiū ſimi
le. Secunda rō eſt: qꝛ vir perſpicatioꝛē intellectū
hꝫ naturaliter ꝙ̄ mulier. ⁊ ſm̄ oꝛdineꝫ nature mu
lier debet ei ſubici. Tertia rō eſt: qꝛ ſicut ab vno
deo ſunt oīa. ita ab vno hoīe ſunt alij hoīes ⁊ ma-
res ⁊ femine. Augu. tn̄ dicit ꝙ illa verba apl̃i tra — Auguſtinꝰ
henda ſunt potius ad figurā dāt eñ tātum figura
tiue intelligi virū et mulierē eſſe in hoīe interioꝛi
Ibi eñ vir ſuperioꝛ pars eſt rōnis. femina vero i-
ferioꝛ pars rōnis q̄ diſponere hꝫ terrena. Supe- — Expō aug.
rioꝛ aūt pars rōnis regere debet inferioꝛē que eſt
tanq̄z femina. qꝛ ſcḋm cōtēplationē eternoꝛū de-
bemus per imitationē diſponere terrena ſcꝫ iuſte
et miſericoꝛditer. Cū ergo quodāmodo duas ha-
beat partes: vnā qua ꝯtēplatur celeſtia. aliā qua
diſponit terrena: ſcḋm illā qua cōtēplat̃ celeſtia
factus eſt tm̄ ad ymaginē ⁊ ſimilitudinē dei ⁊ non — ꝯtra hoc ar̃
ſcḋm aliud. ¶ Sed hoc videt̃ eſſe falſum. qꝛ ſcḋꝫ
hāc imitatur deū in operibꝰ diſcrete factis. igit̃
ſcḋm illā factus eſt ad ymaginem et ſimilitudinē — Secundo.
dei. ¶ Itē dicit̃ qꝛ homo ymago dei eſt ſcḋm na — Obicit̃ tn̄
turalia. ſimilitudo vero ſcḋm gratuita. ¶ Sꝫ obi — ꝑ auguſti.
citur: qꝛ dicit aug. ꝙ mens eſt oīm que ſunt in aīa
et dignitate ſublimioꝛ: ⁊ ſublimitate itegrioꝛ. ha-
bens ymaginē dei in potentia cognoſcendi ⁊ ſimi-
litudinē in potentia diligendi. Ex hoc videt̃ ꝙ cū
potētia diligēdi naturalis ſit ſicut potētia cogno
ſcendi nō ſolū attendat̃ ymago penes naturalia:
ſed etiā ſimilitudo. ¶ Item cur potiꝰ dicit ꝙ i po
tentia cognoſcendi eſt dei ymago. in potētia dili — Item ar̃.
gendi eſt dei ſimilitudo. cū ecōtrario videat̃ equa
liter poſſe dici. ¶ Itē videtur aug. ſibiipſi cōtra-
rius. Dixit eñ in libꝛo de trinitate ꝙ anima rōna — Item videt̃
lis eſt ymago trinitatis ꝑ memoꝛiā intellectū ⁊ — aug. eſſe ſi-
volūtatē: ſiue mentē noticiā et amoꝛē. Ex hoc ſe- — bi ꝯtrarius
quitur ꝙ in amoꝛe ſiue in potētia diligēdi eſt aīa
ymago dei. ¶ Sed videt̃ ꝙ non penes potentiā
diligēdi ſit aīa ymago: ſed ſolum penes potētiam — Iterum ar̃.

Ayuntamiento de Madrid

cognoſcendi.qꝛ ad imaginē formaꝶ qᷠ nõ ꝑ aliam
creaturā formaꝶ ita vt nihil deo ſit cõiunctꝰ. Sꝫ
auguſtinꝰ dicit ꝙ amare aliqd eſt velle illud p̄ſto
eſſe ad fruendū. Preſto aũt nõ eſt aliquid anime
niſi per cognitionē:⁊ ita ad dilectioneꝫ precexigiꝶ
cognitio:ergo dilectio formaꝶ ꝑ intermediā crea
Opinio do- turā. igitur nec ipa nec potētia ad ipſam neq̄ ali-
ctoris. quid per eā eſt ymago. ¶ Qᷠ cõcedimus hac rõ
ne.⁊ etiam ꝓpter verbũ apoſtoli qui dicit ꝙ vir ē
ymago dei.i.intellectus ſiue ſuperior pars rõnis
Hic eñ eſt interior homo qui renouaꝶ in agnitio-
nem dei. Ex hac eñ ratione ſumiꝶ ſolutio ⁊ intel-
ligentia illius verbi ſcꝫ ꝙ mens eſt ymago in potē
tia cognoſcendi. ſimilitudo aũt in potētia diligē-
Fruitio ꝯſi- di. Nā ſicut in dilectiõe ſic in cognitiõe fit fruitio
ſtit in cogni quia vna eſt delectatio in fide ⁊ i dilectiõe ad quā
tione ⁊ dile- caritas mouet fidē: qꝛ caritas eſt deſideriũ fruen
ctione. di.⁊ ita immediate ſe habet potētia diligendi per
dilectionē ad deũ: ſicut potētia cognoſcēdi ꝑ co-
gnitionē. tñ mediate ſe hꝫ dilectio ad deũ q̄tum
ad hoc ꝙ non niſi ꝑ cognitionē preambulā moue
tur ad ipm.qꝛ ergo ymago aſſignatur ſcðm imme
diationē.ideo potius refertur ad cognoſcendi po
Quare vir tentiā q̄ ad potētiā diligēdi. ¶ Per predicta ptꝫ
dꝛ ymago ſolutio ad oīa preobiecta. Vir eñ eſt ymago dei
dei. ⁊ gloria.ymago qꝛ per cognitionē intellectus im
mediate coniungiꝶ deo.ymagines eñ appellamꝰ
quibus res apprehendũtur et cognoſcunꝶ q̄ ꝑ di
ctiones ſignificãtur: ꝑ intellectũ aũt nõ tñ tanq̄
per ſpeculũ: ſed tanq̄ ꝑ ymaginē expreſſiſſimā co
gnoſcitur deus.i.qua nulla eſt expreſſior et qua i-
mediate aīa coniungiꝶ deo tanq̄ conueniēs cum
cõuenientē.gloria aũt dꝛ vel propter delectationē
que principaliter eſt in cognitiõe dei vel propter
Quare vir laudē qua deũ cognitũ per intellectũ laudamus
dꝛ glīa dei. ⁊ quia intellectus eſt maxima materia laudis dei
Glīa dꝛ du- Gloria eñ duobꝰ modis accipiꝶ.vel ipa gloriatio
pliciter vel delectatio vel ipa laus:et ideo dꝛ intellectus
gloria dei:qꝛ per ipm delectamur in deo ⁊ lauda-
Auguſtinꝰ mus ipſum Licet aũt ſcðm beatũ augu. predicto
modo diſtinxerit inter ymaginē ⁊ ſiſitudinē.tamē
Aliꝶ dꝛ hõ alio modo diſtinguiꝶ ſcðm ipm ⁊ ſcðm alios ſan-
ad imaginē ctos vt dicaꝶ homo factus ad ymaginē ſm natu-
⁊ ſiſitudinē ralia. ad ſimilitudinē ſm gratuita. Nichil eñ im-
dei. pedit vnam et eandem auctoritatem diuerſimode
competenter exponi.

¶ Queſtio quarta.

Quarto queritur de intelligētia huiꝰ au-
ctoritatis qua dixit faciamus hoīem ad
ymaginē ⁊ ſimilitudinē. Loqtur pr̄ ad fi-
lium ⁊ ſpm̄ ſanctũ. Nõ eñ poteſt dici ꝙ
…ũt iudei ad angelos loquaꝶ ſicut dicũt iudei: qꝛ angeli nõ
ſunt creatores hominũ neq̄ habēt vnā ymaginē
cuꝫ deo ad cuius imitationē fieret homo.propter
hoc neceſſe eſt dicere ꝙ pater loquiꝶ ad filium et
ſpm̄ ſanctũ: vel ꝙ ſit vox triũ perſonarum vt dicit
Dicit aug. beatus auguſtinꝰ ꝙ per iſtas duas dictiones plu
Regula ralitas perſonarũ deſignaꝶ. Vtitur eñ ſacra ſcri-
ptura naturali modo loquēdi nec vnq̄ vnicā per-
Ex adulati ſonā pluraliter ſignificat. Ex adulatiõe eñ ꝓceſ-
one ꝓceſſit ſit ꝙ vnā perſonā pluraliter ſignificamꝰ. Per iſta
vero duo ymaginē et ſimilitudinē vnitatis eēntia

deſignatur vnde hoc nomē ymaginē ſupponit di-
uinā eſſentiā in habitudine ad naturalia hoīs: et
hoc nomē ſimilitudinē ſimiliter in habitudine ad Illa aucto-
hoīs gratuita:⁊ hec eſt perfecta ſignificato huiꝰ ritas ſic ex-
locutionis faciamꝰ hominē ad ymaginē ⁊ ſimilitu ponitur.
dinē noſtrā. Scðm autē beatũ auguſtinũ ⁊ ſcðm Aug. ⁊ hy-
beatũ hylariũ iſte due dictiones faciamꝰ ⁊ nr̄am larius.
non ſignificant tantũ pluralitatē ꝑſonarũ:ſꝫ etiā
vnitatē eſſentie per hoc ſcꝫ ꝙ deſignant vnā ope-
rationē triũ perſonaꝝ. Similiter ꝑ iſta ymaginē
et ſimilitudinē non tñ vnitas eſſentie deſignatur
ſm beatũ hylariũ:ſed pluralitas perſonarũ. Si-
militudo eñ in diuina eſſentia non tñ modo ſe hꝫ
in habitudine ad hoīs gratuita: ſed deſignat mu-
tuā diſtinctionē ꝑſonarũ. Vnde is eſt ſenſus. Fa- Hylariꝰ ſic
ciamus hoīem ad ymaginē et ſimilitudinem no- exponit
ſtraꝫ.id eſt ad ſimilitudinē qua ſumus inuicē ſimi
les. Eodē modo dicēdũ eſt de hac dictione yma-
ginē ⁊ eſt ſenſus. Faciamꝰ hoīem ad ymaginē no-
ſtram.i.ad ymaginē qua imitamur nos adinuicē.

¶ Queſtio quinta.

Quinto queritur quomodo aſſimileꝶ ho-
mo trinitati īcreate hac trinitate crea- Auguſtinꝰ.
ta.memoria intellectiua voluntas. Di-
xit eñ auguſtinus ꝙ anima rationalis
aſſimilatur trinitati increate in memoria intelle-
ctiua et voluntate ꝓpter multas cauſas. ¶ Pria Prima cā
eſt ad remouendũ carnales cogitationes in deo. ſm augu.
Solent eñ carnales patres nõ memorari ꝓpter
nimiā ſenectuteꝫ: ⁊ ideo attribuiꝶ patri memoria
ad remouendũ talē fantaſticā cogitationē. Simi
liter ſolent filij eē inſcij:⁊ ideo attribuiꝶ filio itel
lectus. Spũs aũt q̄nq̄ ſolet eſſe nomē inflatiõis
et ideo ſpũi ſctõ attribuiꝶ benignitas ſiue volun-
tas et amor. ¶ Secũda rõ eſt:qꝛ ſicut ex pr̄e filiꝰ Secũda cā
ex pr̄e et filio ſpũſſctũs: ita eſt ex memoria intel-
lectus.ex memoria ⁊ intellectu voluntas. ¶ Sed ꝯtra hoc aꝶ
hoc videtur eſſe falſum:qꝛ memoria potius videꝶ
eſſe ex intellectu q̄ ecõuerſo.ſicut dicit beatꝰ au-
guſti.res generāt ſciētiā ſui in aīa ſiue intellectu:
et ab intellectu trāſfertur ad memoriā vt ibi reſer
uetur. Nõ eñ eſt memoria de inuiſibilibꝰ niſi priꝰ
intellectis. ſicut nõ eſt memoria de viſibilibꝰ niſi
prius viſis.⁊ ita potius videꝶ eſſe memoria ex in-
tellectu q̄ ecõuerſo. ¶ Quod qdē verũ eſt a prin Solutio
cipio:ſꝫ poſtq̄ forme rerũ ſunt in memoria.ex me
moria eſt actꝰ intelligēdi ſiue cognoſcēdi. ¶ Ter Tertia cā.
tia ratio eſt:qꝛ ſicut pr̄ et filius ⁊ ſpũſſanctus ſunt
vnum in eēntia:ſed differũt in relatione. ita me-
moria intellectꝰ et volũtas ſunt vnũ in eſſentia et
differunt relatione. Nõ ſunt aũt ita ꝓprie vnum
in eſſentia ſicut pr̄ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpũſſanctus. Sed ſuo de potētijs
modo ſunt vnũ in eſſentia:quia habent vnum ſub aīe ſm do-
iectum qᷠ diciꝶ eſſentialiter cõſtitutũ tanq̄ for- ctorem
me ſubſtātiales. vt hoc dicaꝶ de ipſis potentijs.
Differunt aũt relatione:qꝛ ad ſe inuicem relatiue
dicuntur large ſic. Memoria intellectorũ ⁊ voli-
torum memoria:intellectus memoratoruꝫ ⁊ voli-
torũ intellectus voluntas memoratorũ ⁊ intelle
ctorum volũtas. ¶ Sꝫ obiciꝶ. Dicit eñ btũs au- ꝯtra hoc aꝶ
gu. ꝙ memoria memorat ſeipſam intellectꝰ intel- ꝑ auguſti.
ligit ſeipm.igitur idē eſt memoria ꝙ memoratum

Ayuntamiento de Madrid

et intellectus dum intelligit ſe idẽ ꝙ intellectum
Non ergo differũt memoria et intellectꝰ inq̃ʒtum
ſic dicũtur relatiue memoria memorati memoria
Solatio nec iſta tria differũt ꝑʒ ꝙ dicũtur relatiue cũ vnũ
et idẽ ad ſe ſic referaꝶ. ¶ Ad hoc dicẽdũ ꝙ nullꝰ
actꝰ memorãdi memorat ſeipm̃: ſʒ ex vno actu me
morãdi memoraꝶ aliq̃s actꝰ memorãdi: ⁊ ita in ſin
gulari ſemp aliꝰ eſt actꝰ memorãdi ⁊ ipm̃ memora
tũ: et aliud eſt itellectũ ⁊ actꝰ intelligẽdi q̃ʒ ipm̃ i
tellectũ. In illo aũt actuali intellectu intellectũ
ipm̃ intelligo. maxime ꝑʒ illos q̃ dicũt ꝙ cũ diciꝶ
ariſtoteles iſte memoraꝶ falſum ſimplr̃ ſit falſus quo ad q̃dve
Quarta cã rus. ſicut dicit ariſto. Pʒ igiꝶ ꝙ illa tria cũ ad ſe-
inuicẽ dicunꝶ relatiue differt. ¶ Quarta rõ eſt ꝙ
ſicut pr̃ ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctꝰ ſunt equales: ita me-
moria intellectꝰ et volũtas ſunt equales. vñ colli
Pͥa ꝑpõ gunꝶ tres ꝑpoſitiões q̃s opʒ eſſe veras. ¶ Qua-
ꝯtra quã aꝶ rũ prima hec eſt. Quicq̃d volo vel intelligo memi
ni. ſed hec oĩno videꝶ eſſe falſa. q꞉ quod de nouo i-
telligo non reduco ad memoriã. vñ nõ q̃cq̃d volo
Solutio ali vel intelligo memini. Ad hoc dicunt mgr̃i ꝙ hoc
quorum. verbũ memini nõ poniꝶ ibi actu ſʒ habitu. Quic-
quid eñ volo vel intelligo memini: q꞉ de facili poſ
ſum illud reducere ad memoriã. Sʒ tñ videꝶ velle
augu. ꝙ intelligaꝶ de aĩa bene diſpoſita in q̃ ſcri-
Hieremias pta eſt lex dei. ſicut dicit btũs hiere. Scribã le-
gem meã in cordibꝰ eoꝝ. Nõ cõtingit ergo cogno
ſcere aliq̃d ꝑm aug. actualiter niſi prius fuerit co
gnitũ vel cogitatũ actu per memoriã vel quaſi ꝑ
formas iã expreſſas in memoria. vt itelligaꝶ illũ
cauſatũ de rebꝰ illis q̃bus ſpũalis hʒ iudicare ſi-
Paulus. cut dicit apl̃s. oĩa iudicat de oĩbus ſciẽtiã hʒ: ma
Scdã ꝑpõ. xime de eis que ꝑtinẽt ad ſalutẽ aĩe. ¶ Secũda
ꝑpoſitio eſt. quicquid volo vel memini intelligo.
tertia ꝑpõ. que ſiꝶ vera eſt in aĩa bene diſpoſita. ¶ Tertia ꝑ
poſitio eſt. quicquid memini vel intelligo volo.
ꝯtra hãc aꝶ ¶ Sʒ videꝶ hec apte falſa: q꞉ memini et intelligo
Secundo. me peccaſſe: nec tñ volo me peccaſſe. ¶ Simili-
ter intelligo iſtũ eſſe egrum: et compatior. non tñ
volo ipſum eſſe egrum: ergo anima bene diſpoſi-
ta aliquid intelligit quod non vult. ergo non quic
Ad primũ. quid memini vel intelligo volo. ¶ Ad primũ dici
mus ꝙ non valet. quicquid memini vel intelligo
volo: ſed memini me peccaſſe vel intelligo: ḡ volo
me peccaſſe. q꞉ in prima hec dictio quicq̃d nõ ſup
ponit niſi ꝓ rebus naturalibus q̃bꝰ bñ poſſumus
vti. ⁊ hoc eſt q̃ dicit aug. quicquid intelligo volo
dum vtor. i. dũ poſſum vti eo q̃ intelligo. Ipſe au
tem aſſumit pro peccato q̃ non hʒ naturale eſſe
et quo nemo bene poteſt vti ſcd̃m ꝙ vti ſtricte ac-
Ad ſecũdũ cipitur. ¶ Ad ſcd̃m dicimus ꝙ cũ video egrũ de-
beo ipſum velle egrum tunc: quia ſcio deum velle
hoc. ⁊ non valet hec argumentatio. Iſte compa-
titur iſti meritorie in hac egritudine: igitur non
vult iſtum eſſe egrum. debet enim addi vel nõ vel
let iſtum eſſe egruʒ. Paratus enim eſſe debet ad
ſimilitudinem dei velle ꝙ non ſit eger: ſcilicet vt
ceſſet peccatum: et ceſſante peccato ceſſet pena
peccati. licet tamen nunc vellet iſtuʒ egruʒ: tamẽ
vult ipm̃ non eſſe egrum in futuro. quia ſuper hoc
neſcit dei voluntatem.

¶ Sexta queſtio huius capituli.

VLtimo queritur quomõ aſſimileꝶ homo
trinitati increate in his tribꝰ: mẽs / noti-
cia / et amor. Hãc aliã aſſignat btũs gre Gregorius
go. trinitatem creatã in qua aĩa rõnalis
aſſimilatur trinitati increate. ſ. mẽtem noticiã et
amorẽ. Sicut eñ ex pr̃e eſt filius et ex pr̃e et filio
ſpiritusſctũs. ita ex mente ſiue ex ſindereſi eſt no
ticia et ex illis duobus amor. Per ſindereſim ve-
ro anima intelligens cognoſcit ſe: et per hoc ꝙ in
telligit ⁊ cognoſcit ſe diligit ſe. et ſicut pr̃ et filius
⁊ ſpiritusſanctus ſunt equales: ita iſta tria. Mẽs Quõ mens
eñ bene diſpoſita cognoſcit ſe tantã q̃ʒta eſt cum bñ diſpoſi-
cognoſcit ſe eſſe ſuper viſibilia bonitate ⁊ digni- ta cog̊ſcit ſe
tate per hoc ꝙ facta eſt ad ymaginẽ dei et cogno
ſcit ſe eſſe ſub deo et nihil boni ſe poſſe habere ni-
ſi a deo: ⁊ tantã ſe eſſe eſtimat cũ ſe amat ſup om-
nia viſibilia ⁊ minus q̃ʒ deuʒ vt ita ſit ſine tumore
ſuperbie qua hõ magis ꝓpriã excellentiã diligit
q̃ʒ deum: ⁊ ita illa tria ſunt equalia. ſicut etiã que
libet ꝑſona eſt in qualibet: ita quodlibet iſtorum
eſt in quolibet. licet non ita ꝓprie nec eodẽ modo
ſicut perſone mutuo ſunt in ſeipſis. Noticia eñ ⁊
amor ſunt in mente tanq̃ʒ effectꝰ in cauſa: ⁊ preter
ea effectꝰ eſt in mẽte tanq̃ʒ in ſubiecto ſuo. Amor
eñ et noticia ſunt in anima cognoſcente tanq̃ʒ co
gnitum in cognoſcente ꝓpter aſſimilationem co
gnoſcẽtis ad cognitũ. ſicut dicit ariſto. ꝙ anima Ariſtoteꝶ.
quodãmodo eſt oĩa. Mens eñ ⁊ noticia ſunt in
amore. i. in aĩa diligente tanq̃ʒ amatũ in amante
ita amor eſt cõiunctio diligẽtis ad dilectũ. vnde
ꝓpter illã cõiunctionẽ dicitur amatũ eſſe in amã Aug. xi. de
te. ¶ Ad maiorẽ euidentiam eorũ que dicta ſunt trinitate.
nota ꝙ btũs aug. in libro de trinitate. xi. duas tri Duplex tri-
nitates creatas diſtinguit. Prima tria cõtinet. ſ. nitas crea-
ſpeciem corporis viſi: ⁊ ſpeciẽ ſiue ymaginẽʒ que ta.
reſultat in oculo a ſpecie corporis viſi. et volũta- Prima
tem q̃ coniũgit viſum cũ re viſa vt fiat viſum actu
primũ eſt quaſi parẽs. ſcd̃m quaſi proles. tertiuʒ
vero quod nec eſt parẽs neq̃ʒ proles nec quaſi pa
rens nec q̃ſi proles: ſed cõiungens vtrũq̃ʒ. ¶ Se Scd̃a trini
cũda trinitas eſt q̃ cõplectitur ſimiliter tria. ſ. ſpe tas.
ciem que eſt i memoria q̃ trãſmiſſa eſt a ſpecie rei
viſe que eſt in ſenſu: et ſpeciem que eſt in acie itel
lectus cogitantis. ⁊ voluntatẽ que ꝯiungit vtrũq̃ʒ.
Cũ ei aliq̃s vult reminiſci aliud dirigit aciẽ intel
lectus ad aciẽ ſpeciei que eſt in memoria: ⁊ ſic fit
actualis cogitatio ſiue intelligentia. vt eñ dicit
beatus aug. in eodẽ libro. ca. viij. Sicut i corpo- Augu. eo-
ribus ſentiendi ſic in memoria eſt modus cogitan dẽ libro.
di. ⁊. ix. c. dicit. viſiones due ſunt. vna ſentientis Duplex vi-
altera cogitantis. vt autẽ poſſit eſſe viſio cogitã- ſio.
tis ideo fit in memoria ſentientis aliquid ſiꝶ quo
ſe ita conuertat in cogitando acies animi ſicut ſe
in cernendo cõuertit ad corpus acies oculorum.
Propterea duas i hoc genere trinitates volui cõ
mendare. vnã cum viſio ſentiẽtis formatur ex cor
pore. aliã cuʒ viſio cogitantis formatur ex memo
ria. mediã vero nolui: q꞉ non ibi ſolet viſio dici cũ
memorie cõmendatur forma que fit in cernẽtis ſẽ
ſu. vbiq̃ʒ tamen voluntas nõ apparet niſi copula-
trix quaſi parẽtis et ꝓlis. ⁊ ideo vndecunq̃ʒ proce
det neq̃ʒ parẽs neq̃ʒ proles dici poteſt. Hãc ḡ tri-



Ayuntamiento de Madrid

Auguſtin⁹ nitatem creatā dicit auguſtinus eſſe ymaginē tri
nitatis increate in humana aīa. Sicut em̄ ex me-
moꝛia eſt actualis cogitatio ſiue intelligentia: et
ex his duobus volūtas. ſic ex pr̄e eſt filius: et ex
Quō iſta pr̄e ⁊ filio ſpūſſctūs. Quo aūt ſenſus dicātur iſta
ſunt vnū. tria eſſe vnum poteſt videri per hoc ꝙ ip̄e dixit eo
dē libꝛo.c.iiij.in fine vbi dixit. ita qđ eſt ad coꝛpo
ris ſenſum aliqđ coꝛpus in loco. hoc eſt ad animi
aciem ſiſitudo coꝛpoꝛis in memoꝛia: ⁊ quod ē aſpi
ciētis viſio ad eam ſpeciē coꝛpoꝛis ex qua ſenſus
foꝛmatur: hoc eſt viſio cogitantis ad ymaginem
coꝛpoꝛis in memoꝛia conſtitutam ex qua foꝛmat̄
animi acies: et quod eſt intentio volūtatis ad coꝛ
pus viſum viſionem ꝗ copulādā vt fiat ibi quedā
vnitas triū ꝗuis eoꝛum ſit diuerſa natura hoc eſt
eadem voluntatis intentio ad copulandā ymagi-
nem coꝛpoꝛis que ineſt in memoꝛia: ⁊ viſionem co
gitantis.i.foꝛmā quā cepit acies animi rediēs ad
memoꝛiā vt fiat. ⁊ hic quedā vnitas ex tribus non
iam nature diuerſitate diſcretis: ſed vni⁹ eiuſdēꝗ
Opinio ali ſubſtātie q: hoc totū intus eſt et totum vnus ani-
quoꝛū ſcilꝫ mus. ¶ Quidam tamen dicunt ꝙ hec tria ſunt ꝓ
noialium. pꝛie vnum: et intelligitur hoc de ipſa potētia. Di
cunt em̄ ꝙ anima idē eſt ꝙ ſua potentia: ſed dicū-
tur tres potentie pꝛopter diuerſos actus cū non
ſit niſi vna anima et vna potētia in eſſentia. ⁊ hoc
volunt habere ex verbis beati aug. qui dicunt ꝙ
hec tria ſunt vna vita vna anima: et per hoc ꝙ ip̄e
dixit ꝙ hec tria non ſunt in anima vt in ſubiecto.
igitur non ſunt qualitates anime ſed ip̄a anima.
Solutio. ¶ Ad quod dicenduꝫ eſt ꝙ auguſtinus dixit illa
tria eſſe idem quod anima: q: complent et perfici-
Mgr̄ in ſen unt idem eſſe anime. ſicut dixit magiſter in ſentē-
tentijs. tijs. Et ideo dicit augu. ꝙ illa tria non ſunt in aīa
ſicut in ſubiecto vt coloꝛ eſt in coꝛpoꝛe. q: nō ſunt
aduēticia ipſi anime: ſꝫ cōpletiua eſſe ipſius. Qđ
autem eſt aduenticiū vt coloꝛ coꝛpoꝛi non cōplet
eſſe eius pꝛedicta vero opinio et eſt cōtra deitatē
Cōtra hāc et contra deum. ¶ Ex illa em̄ opinione ſequitur
opinioneꝫ. ꝙ anime et angelo idem eſt eſſe et poſſe. quod ſoli
deo conuenit pꝛopter ſui extremā ſimplicitatem.
licet in pꝛima materia videatur idē eſſe ꝙ poſſe ſu
Potentia ſcipere foꝛmā quālibet. Talis em̄ potentia nō eſt
materie. aliqua potentia: ſꝫ infoꝛmitas potentie pꝛecedēs
omnē potentiā ⁊ omnē foꝛmā. Sic ergo nulla res
habens eſſe non in aliā foꝛmā hꝫ que non ip̄a eſt:
ſed materia que hꝫ eſſe in alio et ante: deinde per
fectionē naturaliter nullā hꝫ foꝛmā ꝗuis deno-
minetur a nominibus foꝛmatis per aliquā ſimili-
tudinem: et ideo non ſequitur ꝙ ſi materia eſt ſua
Po[illegible] potētia ꝙ anima ſit ſua potentia. cum pꝛopꝛie nō
[illegible] nō ē aīa dicatur materia habere aliquā potētiā vel aliqđ
Scđo ꝯtra poſſe. ¶ Item eadē opinio eſt contra omnē phi-
eādē opi. loſophiā. Dixit em̄ poꝛphirius ꝙ rationale pꝛedi
catur in quale: ergo rationale eſt qualitas. ergo
Tertio ad non eſt idem ꝙ anima. ¶ Pꝛeterea ſequit̄ ex hac
idem. opinione ꝙ anima et angelus non continētur ī ali
quo genere: q: nō cōueniunt in aliquo ſubſtātiali
q: nec anima nec angelus habet aliquid ſubſtātia
le quod non ſit ipſa: et ita cum anima et angelus
ſint diuerſarum ſpecierum non cōmunicāt in ali-
quo ſubſtātiali: igitur nō cōmunicāt in aliquo ge

nere. qđ manifeſte falſum eſt. ¶ Ex hoc etiā ſeq- Quarto.
tur ꝙ intellectus hoīs ⁊ angeli ſint diuerſarū ſpe-
cierū: et pꝛobat ꝙ hoc ſit falſum cum ſint de eodē
et habeāt eādē perfectionem. ¶ Ex hoc etiā ſeq Quinto.
tur ꝙ anima non pꝛedicatur ſubſtātialiter ⁊ in qđ
de homine ⁊ alijs animalibus. Potentia em̄ ſciē-
di non eſt eadeꝫ in ſpecie in homine ⁊ alijs anima
libus: q: potentia ſciendi in homine idē eſt ꝙ ani
ma hominis. Quia vero hec pertinent ad aliā fa
cultatem ſuperſedemus.

¶ Decimi tractatus cap. 2. in quo querūtur

IN hoc ſecūdo capitulo queritur de pꝛio
ſtatu ade. ¶ Circa quod pꝛimo q̄ritur q̄
pꝛecepta dederit de⁹ homini poſtꝗ po-
ſuit eū in paradiſo. ¶ Scđo de immoꝛ-
talitate ade quā habuit in pꝛimo ſtatu. ¶ Tertio
vtrum adā potuit moꝛi ante pctm̄. ¶ Quarto de
partu eue ſi peperiſſet ante pctm̄: et de ſtatu ma-
trimonij in pꝛimo ſtatu. ¶ Ultimo de trāſlatiōe
hoīs in perſonā celeſtē ſi non peccaſſet. ¶ Circa Pꝛīa q̄ꝯq̄
pꝛimū queritur ſic. Fecit de⁹ hominē in agro da- pcepta de-
maſci ⁊ poſuit ī paradiſo vt ſciret ꝙ eſſe in paradi dit dn̄s ade
ſo nō eſt nature: ſed gr̄e. Per hoc etiā intelligim⁹ Duplex pꝛe
ꝙ nō eſt nobis naturale eē in ſpūali paradiſo. ſ. in ceptū natu
eccleſia. Poſtꝗ aūt poſitus fuit ī paradiſo dedit re qđ datuꝫ
ei dn̄s duplex pꝛeceptū ſcꝫ nature: ⁊ quoddā aliđ fuit ade
diſcipline. Nature triplex quoddā pertinens ad
ſui ſuſtentationem: vt illud de omni ligno paradi
ſi. quoddā ad multiplicationē humani generis vt
illud. Creſcite et multiplicamini. Tertiū fuit per
tinens ad dilectionē dei et pꝛoximi. ⁊ pꝛopꝛie pꝛi
mum pꝛeceptum dedit illi: q: homo habebat coꝛ-
pus animale indigens alimonia ciboꝛum vnde ſi
non comederet moꝛeretur: ergo erat moꝛtalis. i.
potens moꝛi. ¶ Secundo queritur hic de immoꝛ Scđa q̄ſtio
talitate ade in pꝛimo ſtatu. Queritur igitur vtruꝫ hui⁹ capl̄i.
fuit in eo moꝛtalitas. quod videtur: q: eadem ē po Ar̄ ꝙ ſic.
tentia currendi ⁊ non currendi: ergo eadem rōne
eadem potentia fuit in adā moꝛiendi et non moꝛi
endi. igitur eadem fuit in eo moꝛtalitas ⁊ immoꝛ-
talitas. ¶ Pꝛeterea potētia moꝛiendi in adā aut Secundo.
ſe hēbat ad oppoſita aut ad alterū tātum. Si tm̄
ad alterum ſcꝫ ad moꝛi: ergo neceſſe erat adā mo-
ri. ¶ Item ad alterum tm̄ ſicut firmamentū non Cōfirmat̄.
ſe hꝫ niſi ad alterū oppoſitoꝛū. ſ. ad moueri. q̄ rōe
firmamentuꝫ neceſſe eſt moueri: neceſſe erat adā
moꝛi. ¶ Item ſicut caloꝛ ignis de neceſſitate ſe Confirmat̄
hꝫ ad calefaciendum: eadem rōe neceſſe erat adā
moꝛi quod falſum eſt. Relinquitur igitur ꝙ illa
potentia ſe habebat ad oppoſita ſcilicet ad moꝛi
et ad non moꝛi. igitur eadem potentia erat in eo
moꝛiendi et non moꝛiendi: ⁊ ita moꝛtalitas et im-
moꝛtalitas fuit potentia in adā. ¶ Conta. poten In oppm̄.
tia ſemper viuendi et potentia ſemꝑ non viuendi
erat in adā potentia naturalis. ſed potētia moꝛiē
di fuit in eo impotētia naturalis: ergo aliud erat
in eo potētia nūꝗ moꝛiēdi ⁊ potētia moꝛiēdi. igit̄
aliud erat in eo moꝛtalitas ⁊ imoꝛtalitas. ¶ Itē Secūdo
moꝛi nihil eſt igit̄ potētia moꝛiēdi ꝓpꝛie loquēdo
nihil eſt. cū moꝛi ſit pura pꝛiuatio. Si igit̄ poten
tia nō moꝛiēdi ē aliqđ ip̄a ē potētia ſꝑ viuēdi. nō
ei p̄t dici ꝙ potētia nō moꝛiēdi ſit potētia ceſſādi

Ayuntamiento de Madrid

In adã potentia moꝛiendi erat alia potentia nõ moꝛiendi.

ab aliquo actu cũ moꝛi nõ ſit actus: ſ; pura puatio. Sed cõſtat ꝙ potẽtia viuẽdi eſt naturalis potentia. potẽtia aũt moꝛiẽdi naturalis impotẽtia igitur potẽtia nõ moꝛiẽdi eſt aliud ꝙ̃ potẽtia moriendi: ergo aliud fuit in adã moꝛtalitas ⁊ imoꝛtalitas. ¶ Qꝺ cõcedimꝰ reſpõdẽtes ad obiecta dicẽtes ꝙ nõ valet. eadẽ eſt potẽtia currẽdi ⁊ potẽtia nõ currẽdi: ergo eadẽ eſt potẽtia moꝛiẽdi ⁊ nõ moriendi. qꝛ liberũ arbitriũ ſe h; ad vtrũlibet ⁊ ideo eadem rõne eſt potentia currẽdi ⁊ potẽtia nõ currendi.

Solutio
Ad primũ.

Moꝛi nõ ẽ liberi arbitrij.

Moꝛi nõ eſt opus liberi arbitrij: immo nature coꝛrupte: ⁊ qꝺ dicitur qꝺ potẽtie quedã ſant ad vtrũlibet ⁊ ꝙ quedã ad vnũ oppoſitoꝛũ tantũ dicitur de foꝛmalibꝰ potentijs tm̃. Potentia vero moꝛiendi naturalis eſt impotentia ex qua non habet ſe niſi ad moꝛi vel per naturã vel per aliud ſc; per aliqꝺ accidẽtale adueniẽs. ſ. per peccatũ In naturalibus aũt actionibꝰ ſe h; natura ad agere ꝑ qꝺ eſt principium motꝰ cum acquiſitũ fuerit id ad quod fuerat ille motus ceſſat natura ab illo motu de neceſſitate. Patet etiã ꝙ potentie q̃ ſe habent ad duo oppoſita ſe habent ad illa vel per modum liberi arbitrij vel per modũ nature que ẽ principiũ motus ⁊ quietis. Patet ergo ꝙ nec ſic nec ſic ſe h; potentia moꝛiendi ad oppoſita.

¶ Queſtio incidens.

Arg̃ ꝙ ſic.

Item querit̃ vtrũ immoꝛtalitas que fuit in adam erit in patria. Qꝺ videtur: quia idem erit liberũ arbitriũ qꝺ modo eſt: licet modo homo per ipſum poſſit peccare et non peccare. in futuro vero nõ poterit peccare. Eadẽ rõne eadem immoꝛtalitas qua homo in primo ſtatu potuit moꝛi et potuit nõ moꝛi erit in patria: qꝛ non poterit moꝛi. ¶ Preterea imoꝛtalitas ade fuit potentia reſiſtendi oĩbus cauſis illatiuis moꝛtis. eadẽ potẽtia erit in futuro: ergo eadem immoꝛtalitas erit in futuro.

Secũdo.

Solutio

¶ Solutio. Dicimus ꝙ re vera eadem immoꝛtalitas erit in futuro que fuit in adã ſi dicatur immoꝛtalitas illa potentia reſiſtendi ſiue ſempꝛ viuendi. S; qñꝗ dicit̃ immoꝛtalitas priuatio potẽtie moꝛiendi ſcil; non poſſe moꝛi: et hec erit in futuro ⁊ nõ fuit in primo ſtatu. Unde patet ꝙ hoc ſcꝺo modo non eſt veru; ꝙ eadẽ immoꝛtalitas que fuit in adã erit in futuro nec eſt ſimile de libero arbitrio. In hoc eñ conſiſtit eẽ liberi arbitrij ꝙ homo facit eo ſine coactione quod vult. qꝺ qꝛ eſt in preſenti ⁊ in futuro. Idẽ eſt liberũ arbitriũ in preſenti ⁊ ĩ futuro. Nõ ſic ſe habet immoꝛtalitas ad moꝛi et ad non moꝛi ſicut liberũ arbitrium ad peccare et ad non peccare. tamen ſicut liberum arbitrium idẽ eſt modo et in futuro. ita et immoꝛtalitas ſm̃ primũ modum eadẽ erit in futuro que fuit in pͥo ſtatu ⁊ hec ſunt duo coꝛnua que habuit primus hõ ſc; immoꝛtalitas ⁊ liberum arbitriũ ſine ſeruitute. Iſta duo coꝛnua ſunt de quibus ꝺꝛ. Exaltabuntur coꝛnua iuſti. qñ per liberũ arbitrium non poterit homo peccare ⁊ ab immoꝛtalitate auferetur moꝛtalitas que ĩ primo ſtatu cõmunicabatur immoꝛtalitati vnde in pſal. Exaltabũtur coꝛnua iuſti que in hoc loco ſecundum aliã expoſitionẽ dicũtur virtutes.

Duplex immoꝛtalitas

Quꝺ intelligitur exaltabunt̃ coꝛnua iuſti.

¶ Alia queſtio incidens.

imago dei. vnde ſicut deus oĩa cognoſcit: ita in-
Quõ intellectus intelligit omnia.
tellectus oĩa intelligit. ſed differẽter: qꝛ deꝰ oĩa
actu: intellectus aũt poſſibꝛr. vt intelligibile et
ens cõuertũtur. Intellectus eñ quodãmodo eſt
oĩa: qꝛ ſimilitudinẽ habet cũ oĩbꝰ. Unde ſicut ve
rum ꝛ bonũ idẽ in eſſentia ſunt: ita idẽ intellectus
Nullus ſenſus eſt oĩm ſenſibiliũ.
cognoſcit ꝛ verũ ꝛ bonũ. Nõ aũt idẽ eſt ſenſus al
bi ꝛ nigri: dulcis ꝛ amari. nõ eſt eñ ſenſus aliq̄s
vna cõis potentia ad hoc: ſicut intellectꝰ ad oĩa.
quia ſenſus eſt potẽtia coartata circa aliquã ma
teriã. intellectus aũt ad oẽꝫ materiã ſe habet ra
Iterum arḡ ad idem.
tione pꝛedicta. ¶ Itẽ alia eſt potentia qua aĩa
quieſcit in bono: alia qua quieſcit in vero. eadem
rõne alia eſt potẽtia electiua boni: alia electiua
veri. Sed li. ar. eſt potẽtia electiua boni: ratio ẽ
potentia electiua veri. igitur li. ar. non eſt ratio.
Solutio.
¶ Ad hoc dicimus ꝙ eadem eſt vis q̄ quieſcit in
Eadem vis aĩe quieſcit ĩ bono ꝛ ꝟo
vero ꝛ q̄ quieſcit in bono ſcꝫ intellectus. Aĩa eñ
ſm vim ꝯcupiſcibilẽ deſiderãdo mouetur vt ip̄a
ſm vim rõnabilẽ fruaꝛ pꝛima ꝟitate quieſcendo
in eius aſpectu. qui inq̄ꝫ aſpectus eſt vita eterna.
ꝛ quieſcendo in vero quieſcit in bono vbi ẽ cogni
Iterum arḡ.
tio veritatis. ¶ Sed ſi verũ eſt qđ dictum eſt ſcꝫ
ꝙ eligere eſt conſentire in alterũ deliberatoꝝ vt
fiat: ſequiꝛ ꝙ credere nõ eſt eligere: qꝛ non eſt ibi
cõſenſus vt aliquid fiat. Ex hoc aũt ſequitur vel
ꝙ credere nõ ſit meritoꝛiũ: vel ꝙ nõ ſit pꝛimo me
ritum in fide: vel ꝙ in li. ar. nõ ſit pꝛimo meritum
Solutio.
vel demeritũ. ¶ Solutio. Conſenſus in alterũ
deliberatoꝛũ vt fiat vocatur a nobis iudiciũ dif-
finitiuũ. ꝛ hmõi iudiciũ eſt in fide. quia ibi eſt tri
Iudiciũ fidei triplex.
plex iudiciũ. ſcꝫ ꝙ hoc ſit credendum illud nõ: ꝙ
hoc credatur illud nõ: ꝛ ꝙ ita ſit ꝛ nõ aliter: ꝛ qđ
libet iſtoꝝ eſt in quolibet. quia fides q̄ eſt in ſupe
rioꝛi parte rõnis nõ habet cõſiliũ vel imperium
niſi a ſe. i. nõ ab alia ꝟtute q̄ ſit pꝛima virtutũ niſi
tantũ a deo. Et qꝛ fides eſt in ſuperioꝛi parte rõ-
nis q̄ tanto liberioꝛ quãto a ſerpente ſcꝫ ſenſuali-
tate abſtractioꝛ ꝛ remotioꝛ ꝛ minus potens ab ea
trahi. nõ aũt ſic eſt in virtutibus actiuis q̄ ſũt in
inferioꝛi parte rõnis q̄ pꝛopinquioꝛ eſt ſenſuali-
tati. ꝛ tanto in ſeruitutẽ pꝛonioꝛ quãto magis ab
ea trahi põt. ex ꝟbis damaſ. qui dicit ꝙ li. ar. li-
bere iudicat: libere appetit: libere vult: libere eli
git. ꝛ ſic de alijs actibꝰ inſinuari videtur ꝙ li. ar.
Uoluntas põt ſumi ꝓ appetitu.
ſe extendat ad oẽm vim. qꝛ actus pꝛedicti nõ ſũt
vnius ſed pluriũ virtũ. ꝛ hoc poteſt concedi. ſed
tunc opoꝛteret ampliari volũtatis nomẽ qđ acci
pitur in rõne li. ar. vt appellareꝛ volũtas appeti
tus. Similiter opoꝛteret dicere ꝙ nõ ſolũ eſt libe
rum arbitriũ id in aĩa quod ab oĩ ſeruitute coa-
Li. ar. large ſumitur.
ctionis ꝛ ſubtractionis liberꝝ eſt: ſed omne quod
ab omni coactiõe eſt immune. Siſr opoꝛteret
dicere ꝙ nõ ſolũ liberũ arbitriũ eſt id in quo pꝛi-
mo eſt meritũ vel demeritũ: ſed oẽ id in quo ſiue
pꝛimo ſiue non pꝛimo eſt meritũ aut demeritum.

¶ Sed pꝛioꝛ ſolutio nobis magis placet: cũ pꝛo
Appꝛobat magis pꝛimam ſolutionem.
pꝛie (vt dictũ eſt) libera volũtas ſit in ſola ratiõe
Unde dicit ariſtoteles in topicis. peccant q̄ po-
nunt voluntatẽ eſſe genus amicitie. qꝛ voluntas
eſt in rõnali. amicitia in concupiſcibili.

¶ Tertia queſtio pꝛincipalis huius capituli.

Dicto de liberi arbitrij eſſentia ꝛ diffini-
tione: dicendũ eſt de libertate lib. arbi.
¶ Et q̄ritur quid ſit eius libertas: vtrũ
Que ſit libertas lib. arbi.
ſit pꝛiuatio coactiõis vel flexibilitas in
vtrãlibet partẽ: vel flexibilitas in id qđ vult ha-
bens li. ar. ¶ Si dicaꝛ ꝙ ſit pꝛiuatio coactionis
Arḡ pꝛimo ꝙ nõ ſit pꝛiuatio coactionis.
ſm hoc erit magis libertas arbitrij in diabolo q̄ꝫ
in hoĩe ſctõ in via. quia eius liberũ arbitriũ non
põt flecti ad bonũ: quia obſtinatꝰ eſt. nec ad ma-
luꝫ. deus eñ nõ poteſt eũ flectere nec cogere ad
malũ: quia nõ vult. Scti autẽ in via poſſũt flecti
ad malũ. vnde clamãt. quod nolo hoc ago. Nõ ẽ
Paulus.
autẽ tanta libertas arbitrij in diabolo q̄ꝫ in ſan-
cto hoĩe: igitur libertas arbitrij nõ eſt pꝛiuatio
coactionis. ¶ Si dicatur ꝙ ſit flexibilitas in
Cõtra aliã partem arḡ.
vtrãq̄ꝫ partẽ. ſm hoc nõ erit li. ar. in ſanctis qui
ſunt in patria: nec in angelis bonis: nec in malis
qꝛ eoꝝ. li. ar. nõ põt flecti in vtrãq̄ꝫ partẽ. ¶ Si
Cõtra tertiã ſiſr arḡ.
dicatur ꝙ ſit flexibilitas in id quod vult habens
li. ar. ſm hoc iterꝝ. maioꝛ erit libertas arbitrij in
demonibꝰ q̄ꝫ in ſanctis. qꝛ libertas arbitrij in de
monibus nõ põt flecti niſi in id qđ volunt: ſcꝫ in
malũ. Sctõꝝ autẽ libertas arbitrij põt flecti ad
vtrũq̄ꝫ: ſcꝫ ad bonũ ꝛ ad malũ. vnde clamant De
Pſalmiſta.
neceſſitatibꝰ meis erue me. ꝛ Quod nolo hoc ago
igitur libertas arbitrij nõ ẽ flexibilitas in id qđ
vult habens li. ar. ¶ Ad hoc dicẽdũ ꝙ libertas
Solutio.
arbitrij eſt abilitas eligẽdi qđ ſinderesis dictat.
Triplex libertas.
Eſt autẽ triplex notanda libertas in li. ar. Gene
ralis ſcꝫ libertas neceſſitatis ſiue a neceſſitate /
Libertas a neceſſitate duplex.
a pctõ / ꝛ a miſeria Libertas a neceſſitate duplex
eſt. ſcꝫ a neceſſitate ineuitabilitatis. et hec liber
tas nõ eſt in diabolo: qꝛ ineuitabiliter peccat Et
a neceſſitate coactiõis extrinſece. et hec eſt in oĩ
habente liberũ arbitriũ. Libertas a pctõ. ꝛ hec
Libertas a pctõ.
eſt magna libertas. qꝛ qui facit pctm̄: ſeruus eſt
pcti. ꝛ alibi. Miſeros pplos facit pctm̄. Et hec
libertas tm̄modo eſt in bonis hoĩbꝰ quos deꝰ ꝑ
grãꝫ liberat. nõ vt peccare nõ poſſint: ſꝫ vt pctm̄
eis nõ dñetur. ¶ Itẽ ẽ libertas a miſeria. et hec
Libertas a miſeria.
eſt in sctis in patria. qñ creatura liberabiꝛ a ſer-
uitute coꝛruptiõis in libertatẽ adoptiõis filioꝝ
dei. Tũc eñ dicent. Laqueus ꝯtritus eſt: ꝛ nos
liberati ſumus. Patꝫ ergo q̄d ſit libertas arbitrij.
Ex quo etiã ptꝫ q̄re nõ diximus ꝙ cũ diciꝛ li. ar.
eſt facultas volũtatiſ. ꝛc̄. ꝙ facultas hmõi ſit abi
ꝙ
litas potentie q̄ eſt li. ar. ſed eſt ipſa potẽtia q̄ ſic
noĩatur ꝓpter abilitatẽ ſibi annexã. Dicimꝰ eñ
ꝙ hec facilitas ſiue abilitas potẽtie libertas pꝛe
Opinio doctoꝛis.
dicta eſt q̄ eſt ſine coactione in omni habente li-
berũ arbitrium. ¶ Sed contra. Dicit aug. ꝙ vo
An volũtaſ poſſit cogi.
luntas coacta eſt voluntas. igitur voluntas põt
cogi. igitur li. ar. põt cogi. Quod etiã ptꝫ ꝑ hoc
Secundo.
ꝙ multi in pꝛimitiua eccleſia coacti ſunt negare
Solutio.
chꝛiſtũ. ¶ Solutio. Duplex eſt coactio. ſcꝫ ſuffi
Duplex eſt coactio.
ciens: ꝛ hec nõ cadit in voluntatẽ neq̄ꝫ in liberũ

Ayuntamiento de Madrid

arbitriū. Et coactio inducens: et hec bene cadit in volūtatē ꝛ in li.ar. Et de hac dicit aug. ꝙ coacta volūtas: volūtas eſt. ¶ Cōtra hec que dctā ſūt obicit. Nā ſi libertas eſt flexibilitas ad id qđ dictat ſuperior pars rōnis: nō videt diabolus libertatē arbitrij habere. nā flexibilitatē ad bonū nō habet. Si dicas ꝙ libertatē iudicādi habet et diſcernendi. nihil eſt hoc. qꝛ iudicare. i. diſcernere nō eſt opus potentie eligēdi que eſt li.ar. imo potius eligere. ¶ Preterea. Hoc dicto ſequitur ꝙ eque li.ar. eſt in malis angelis ſicut i bonis cū hmōi iudicium equale ſit in vtriſqȝ. nā hmōi iudiciū eſt a naturali ꝑſpicacitate: quā non amiſerūt cū demones facti ſūt. Unde dicit btūs dionyſi⁹ ꝙ adhuc ſplendidiſſima habent naturalia. quod vult habere ex illo verbo dñi in euāgel. Uidebā ſathanā quaſi fulgur de celo. ꝛc̄. ¶ Et ad hoc dicendū ꝙ diabolus flexibilitatē ſiue abilitatē aut habitudinē naturalē ad bonū nō amiſit penit⁹ nā bonū naturale nō penitus corrūpitur per pctm̄. Sed re vera illa prōptitudo naturalis ſiue poteſtas adeo leſa eſt ꝛ vulnerata. adeo extincta ꝛ ſopita ꝛ ligat a vinculo pcti et ſeruituti pcti addita ꝙ licet naturaliter ſit ad bonū: non tamē pōt effectiue in aliqđ opus bonū. ſicut homo egrot⁹ pedibus greſſibilitatē qđē habet: ſed tamen in actū gradiendi nō poteſt exire. Sed ſicut dicit augu. de pctō in ſpm̄ ſctm̄ ſcilicʒ ꝙ tanta eſt labes hui⁹ pcti ꝙ exiſtens in hoc pctō non pōt ſubire penitentiā. Quod ſic eſt intelligēdū: id eſt vix poteſt. Ita diabolus non ſolum vix poteſt: immo nullo modo poteſt bonum aliquid agere.

Cōtra ſuperi⁹ dctā ar.

Secundo.

Dionyſius.

Solutio.

Diabol⁹ nō amiſit penitus libertatē ad bonū.

Labes pcti in ſpm̄ ſctm̄ quanta ſit.

¶ Quarta queſtio principalis huius capituli continens duas queſtiones.

QUarto queritur de poteſtate liberi arbitrij. Hec autē queſtio diuidit i duo mēbra. ¶ Primū eſt. vtrū lib.ar. potens ſit in opera de genere bonoꝝ per ſe ſine gratia ſuperaddita naturalib⁹ ¶ Scđʒ eſt. vtrū poſſit ex ſe ſine gr̄a in oꝑa meritoria: et vtrū potentia credendi ſit naturalis. ¶ Circa primū duplex eſt opinio. Quidā em̄ dicunt ꝙ li.ar. poteſt in oꝑa de genere bonoꝝ ſine gratia ſuꝑaddita naturalibus. ¶ Alij dicunt ꝙ nō ſine gr̄a excitante. et hoc voluit ꝓbare auctoritatibus ꝛ rōnibus. Auctoritatib⁹ primo. dicit dñs in iohāne. Sine me nihil poteſtis facere. et in iſaia. Omnia opera nr̄a operatus es in nobis dñe. ꝛ aplus. Non ꝙ ſufficientes ſimus aliqd cogitare ex nobis quaſi ex nobis. Et in trenis. Miſericordie dñi eſt ꝙ nō ſumus cōſūpti. Per hanc vltimā auctoritatē ptʒ ꝙ nec etiā decliare poſſumus a malo niſi ex gr̄a: igit multo magis nō poſſumus facere bonū in genere ſine gr̄a ¶ Rationibus idem ꝓbare voluit hoc modo. Triplex eſt bonum opus: ſcʒ bonū opus nature. bonū opus qđ eſt de genere bonorū. ꝛ bonū opus meritorium. Sed bonū opus nature habet ſuā radicē ſcʒ naturā. bonū meritorium ſuā ſcʒ gr̄am. ergo bonū op⁹ qđ eſt de gñe bonoꝝ habet ſuā radicē nō niſi gr̄am excitantē vt videt. ꝛ aliud eſt quo bonū in gñe eſt. aliud quo eſt bonū in genere. ſed natura eſt id quo eſt: ergo id quo eſt bonū eſt ſupra naturam ſed hoc eſt gr̄a. igitur li.ar. nō pōt in bonum in genere niſi ꝑ gr̄aʒ. ¶ Itē homo per pctm̄ ſpoliatus eſt gratuitis ꝛ vulneratus in naturalib⁹. ꝙ vulnerata fuerūt naturalia hois ꝛ diminuta. ſed ante pctm̄ libe. ar. nō ſe habuit in ampliorē effectum ꝙ̄ ad op⁹ de genere bonorū. ergo poſt peccatum nō poteſt ex ſe in opus de gñe bonoꝝ ſine gratia. ¶ Quo cōceſſo. Cōtra. Liberꝝ arbitriū eſt et ad bonū ꝛ etiā datū ad bonū. cū autē eſt ad malū in ſeruitutē redigit. per ſe aūt ſine aliquo ſuperaddito poteſt in malū: ergo per ſe poteſt in bonū in genere. ¶ Itē dicit aug. Nihil eſt ita in poteſtate hois ſicut voluntas. ergo velle bonum ē in poteſtate li.ar. ergo ꝛ poſſe bonū tale ē in poteſtate li.ar. ¶ Solutio. Ad preobiecta dicim⁹ ꝙ opus meritoriū ſemꝑ ē ex tribus. ſcʒ ex lib.ar. originaliter. ex gratia elicitiue et a deo principaliter mouente. Similiter opus de genere bonoꝝ qñqȝ eſt ex trib⁹: ſcʒ ex li.ar. originaliter. ex gr̄a ſcʒ aliqua ꝟtute informi elicitiue. In paucis em̄ cōtingit ꝙ nō habeāt aliquā gr̄am. i. ꝟtutē informem: ꝛ ex deo principaliter mouente. verūtamē qñqȝ opus de genere bonorū eſt ſine omi gr̄a ſuperaddita li.ar. ꝛ dicimus ꝙ li.ar. per ſe ſine gr̄a eſt potēs in bonū tale. nō tamē excluſo deo ſine quo nihil tale bonū eſt. ¶ Ad hoc qđ dicit Sine me nichil poteſtis facere. ſic dicim⁹. ſine me operante vel cooperante. Et bene dicit ſine me. non ſine gratia. Et ſic ptʒ ſolutio ad alias obiectiones. ¶ Ad hoc autē qđ dicit Miſericordie dñi eſt ꝙ nō ſumus cōſumpti. Soluimus ꝙ in vitate mie dei eſt. qꝛ li.ar. corruptū eſt vehemēter. Uñ cū homo appetat naturaliter delicias. cuʒ caret veris appetit falſas. ꝛ ita peccat ꝛ pctō cōſumeretur: niſi diuina mia ſubueniret. ¶ Ad hoc aūt quod obicitur ꝙ bonū nature habet ſuam radicē ꝛ bonū meritoriuʒ ſuā: ergo bonū in genere ſuā. cōcedimus ꝙ li.ar. eſt radix et cauſa boni in genere. ꝛ in hoc ptʒ li.ar. qꝛ li.ar. ſupra naturā habet diſcretionē de ſe. quia veſtit hmōi opus quadam circūſtantia virtutis vel quibuſdā circūſtātijs. licet non oībus poſſit. ¶ Ad hoc aūt quod obicit ꝙ bonū in genere habet quo eſt ſcʒ naturam: ergo id quo eſt bonū eſt ſupra naturā. dicimus ꝙ duplex eſt natura. ſcʒ natura aīalis ſiue beſtialis. ꝛ ſupra hanc eſt li.ar. quo opus in genere eſt bonū. ꝛ eſt natura ſupra beſtialē ſcʒ humana natura et ſupra hanc non eſt li.ar. ¶ Ad hoc aūt qđ obicit. Ante pctm̄ nō poterat li. ar. in ampliorē effectū ꝙ̄ in opus de genere bonorū: ergo cū per pctm̄ ſit diminutū modo nō poterit in tale opus. Dicimus ꝙ modo li.ar. in tale opus pōt ſed nō ita de facili ſicut ante pctm̄ propter diminutionē naturalis potentie. Dico ꝙ li.ar. poteſt in opera de genere bonorū ſine gratia: nō tamen ſine deo operāte vel cooperante. ¶ Cōtra. Demonſtrato aliquo oꝑe de genere bonoꝝ poſſū vere dicere. deus operatur vel cooperatur ad hoc vt opus hoc fiat: ergo aliqd ineſt iſti operi a deo illud aūt gratis ineſt vel datū eſt ei. quia nullus meruit ꝙ deus operetur vel cooperet ad hoc vt

Due opiniones ꝯtrarie

Probat illa auctoritate domini.

Prima rō.

Triplex bonum opus.

Scđa rō.

In oppm̄.

Scđo per auguſtinū.

Solutio.

Meritū eſt ex tribus.

Li.ar. ſine gr̄a potens eſt in bonū ex genere.

Ad tres primas aucto. ptʒ ſolutio.

Ad vltimaʒ ex trenis.

Ad primaʒ rationem.

Ad aliud.

Duplex natura.

Ad aliud.

Contra iſta arguitur.

Ayuntamiento de Madrid

eſſet: ergo cũ nullũ opus de genere bonoꝝ poſſit fieri ſine deo operãte vel cooperãte: nullũ opus de genere bonorũ poteſt fieri ſine grã. igitur li. ar. nõ eſt potens in opera de genere bonoꝝ ſine gratia.

Solutio. Grã ſumit̃ dupliciter.

¶ Solutio. Gratia ſtricte et large ſumit̃ ẜm eũ ꝙ dictũ eſt ꝙ li.ar. põt in opera de genere bonorũ ſine gratia. gratia vͦ3 ibi habitus ſupadditus naturalibus: ex quo habitu poteſt elici actus. Scd'm aũt ꝙ gratia large ſumitur ꝓ omi gratis dato a deo. bene concedimus ꝙ li. ar. non põt in opa de genere bonoꝝ ſine gratia. Et hoc vltimo modo ſumit grãm beda in quodã libello. quod fecit cõtra Iouinianũ hereticũ. in quo dicit ꝙ nichil boni facit homo ſine gratia.

Beda ↄtra iouinianũ.

¶ Secundus articulus quarte queſtionis.

Ar̃ ꝙ ſic ꝑ auguſtinũ.

Circa ſcd'3 articulũ querit̃. an li.ar. ſine gratia poſſit in opera meritoria. ¶ Qd' videtur primo ꝑ auctoritatẽ aug. Poſſe inquit credere natura eſt hoim credere vero gratia eſt fideliũ. ergo ex ſolis naturalibus poteſt li.ar. in actũ credendi formatũ. de tali eñ loquitur auctoritas. qd' apparet per hoc qd' ſubiunctũ eſt. Credere grã eſt.ꝛc.

Prima rõ.

¶ Rationib9 vͦ multipliciter determinari videtur hoc idẽ. ꝛ primo ꝑ appoſitionẽ circũſtantiarũ quibus perficitur ꝛ format̃ actus meritorius. Nã ipſe actus ẜ3 ſubſtãtiã eſt in poteſtate liberi arbitrij ꝛ oẽs circũſtantie vt videtur q̃ ad ipm faciendũ meritorium requirũtur. vt patet per ſingulas curenti. ſi eñ in aliquã põt ex ſe ꝛ in quãlibet. quia qua rõne in vnã ꝛ in oẽs.

Euaſio: cõtra quã ar̃.

¶ Si aũt dicat quis ꝙ nõ. qa hmõi opa ſupra ipm li.ar. ſunt. ſupra ſe autẽ non poteſt niſi per grã3 eleuet̃. eadẽ rõne nec in opa de genere bonorũ potens eſſet abſq3 habitu grẽ: cũ illa ſint ſup ipm.

Solutio ad iſtud.

Li.ar. non poteſt dare oẽs circunſtantias actui meritorio.

¶ Et dicimus ꝙ re vera lib. ar. nõ poteſt dare actui oẽs circũſtantias que ei neceſſe ſũt ad hoc vt ſit meritorius. nã etſi aliqs poſſet apponere: nõ tamẽ oẽs. verbi gratia. Uelle dare elemoſinam gratia cuius danda ẽ: ꝛ qñ ꝛ quomodo ꝛ quo tpe: poteſt li.ar. gratia nõ exiſtẽre. ſed nondũ eſt ibi meritũ niſi addat̃ hec circũſtantia qñtũ debet. que prout debet eſſe circũſtãtia meriti nõ ſolũ per aduerbiũ quãtitatis exprimit quãtitatẽ rei date: ſed etiã quãtitatẽ volũtatis. q̃ tanta debet eſſe in opere meritorio: quãtã nouit eã caritas menſurare. tanta eñ debet eſſe volũtas ad hoc ꝙ ei nõ adequetur aliqua voluntas reſpectu alicuius tpalis in ſe.

Ad auguſt.

¶ Ad auctoritatẽ vero aug. rñdendũ eſt ꝙ li.ar. põt in credere formatũ per naturalia: ſed nõ per ea niſi adiũcta gratia. Et ꝙ ita accipiendũ ſit aperit aug. ſuper epiſtolã ad Ro. in expoſitiõe illius .vbi apoſtoli Gentes naturaliter legẽ implent. qd' ſic exponit. naturaliter. i. per naturã adiutam gratia.

Expõ aug.

Reſolutio qñtũ ad iſtũ articulum.

¶ Ex his ergo videt̃ ꝙ li. ar. põt ꝑ naturã i opa meritoria. per naturã tamẽ adiutã per gratiam.

Contra iſta arguitur.

¶ Sed obicit̃ cõtra hoc. q2 cecus corporalis nõ põt videre. nec habens oculos erutos. nec auis ſine pẽnis volare. neq3 petrus ſuper mare materiale potuit naturaliter vel ambulare. ergo qui ẽ in mortali nec videre põt cum ſit cecus et habẽs oculos erutos: nec volare cũ ſit ſine pẽnis: neq3 ſup mare ſpirituale ambulare. ergo potẽtia vidẽdi ſpũaliter. i. potentia credẽdi nõ eſt naturalis.

Solutio. Aſſignat tres differẽtias.

¶ Rñdeo. Nõ eſt ſimile de ceco corporali ꝛ ſpirituali. q2 cecus ſpũalis habet potentiã preparatiuã ꝛ opatiuã ad videndũ: q2 poteſt facere aliquid quo facto videbit. ¶ Itẽ habet potentiam operatiuã hmõi. i. potentiã actiuã ad vidẽdum. quia cũ infunditur ei gratia eliciens actũ videndi ab ipſa potentia videndi: nõ datur ei noua potentia videndi. ¶ Itẽ q2 poſſibilitatẽ habet naturalẽ recipiendi viſum. Nullũ horũ triũ reperire eſt in ceco materiali.

Ad ſcd'm.

¶ Ad ſcd'm qd' obicit̃ ꝙ habens oculos erutos non põt videre. diſtinguẽdũ eſt ꝙ ſũt oculi ſpũales duplices: ſc3 naturales ꝛ gratuiti: ſicut ꝛ aures.

Duplex oculus ſpũalis

Ocul9 ſpũalis naturalis eſt ratio. ſicut dicit aug. in libro ſoliloqͦrum. imo ipſa ratio que introducit̃ ibi loquens. Ego (inquit) ſum in aĩa ſicut oculus in corpore. Oculi autẽ gratuiti ſunt dona grarũ. Peccatori poteſt diabolus oclos ſpũales et gratuitos eruere: quẽadmodũ ꝛ aures precidere. naturales autem non poteſt.

Ad tertium

¶ Ad tertium dicimus ꝙ auis manẽs ſine pennis volare nõ põt: ſed que pẽnis caret poteſt eas recipere ꝛ volare.

Ad quartũ.

¶ Ad vltimũ dicimus ꝙ corpus ponderoſum nõ põt per naturam ſup aquã ferri: ſed anima per pctm̃ aggrauata naturaliter eſt ad hoc vt feratur ſuper aquas ſpũales. quia dñs ſup maria fundauit eam: ꝛ ſup flumina ꝑparauit eã. Sic igitur patet ꝙ li.ar. põt in opera meritoria naturaliter: nõ tamẽ ſine grã.

Sed videt̃ poſſe probari ꝙ imo. cũ ratio ſine gratia ſe leuet nõ ſolũ ſup natura3 immo ſup diuia. ſicut ratio ſabellij qui poſuit ꝙ gignens gigneret ſe. quod eſt cõtra oẽm naturã ꝛ cõtra diuina. q2 ſicut vͦ3 aug. in libro de trinitate. Nulla res eſt naturalis aut diuina q̃ ſeipſam gignat: et ſic videtur ꝙ ſine grã omni poſſit homo per rationẽ leuare ſe ſupra ſe ꝛ extendere ſe ad opa meritoria.

Solutio.

¶ Solutio. Ad hoc ꝙ aliquis credat credulitate formata op3 ꝙ abneget ſemetipm. i. propriũ ſenſum et captiuet intellectũ in obſequiũ chriſti ad obedĩedũ deo et prime veritati ꝛ ꝙ nulli rationi innitatur: ſed ſoli auctoritati prime veritatis. Et ſi ei fiat aliqua argumẽtatio qñtũcũq3 apparens in cõtrariũ cuius etiã cauſam fantaſie nõ ſtatim prima fronte cogſcat debet eã reputare paralogiſmũ: ꝛ qui ſic ducitur mouetur ſupra ſe.

Errabat ſabellius.

Sabellius aũt licet leuaret ſe ſupra ſe ꝛ ↄtra ſe qñtũ ad creditũ nõ tñ qñtũ ad modũ credẽdi ſiue qñtũ ad ipm credere: q2 ratiocinationi ſue fantaſie innitebatur: ꝛ ẜm naturales regulas volebat regulare diuina.

Aliter ar̃ ꝙ li.ar. poſſit mereri.

¶ Alio modo põt ꝓbari ꝙ li.ar. poſſit ex ſe ꝛ ꝑ ſe in opera meritoria. ꝛ hoc ꝓpter propinquitatẽ verbi ad cor humanũ: q2 dicit moyſes in deutero. ꝓpe eſt verbũ in ore tuo ꝓpe eſt verbũ in corde tuo.

Moyſes. Exponit hic paulus.

Et apoſtolus exponẽs dicit. hoc eſt verbũ fidei qd' predicamus. Aut ergo ꝓpe eſt appropiatiõe mediata aut immediata. Si imediata: igitur immediatũ eſt ad cor. ergo cor humanũ põt illud per ſe cognoſcere. Sed cognoſcere illud verbũ ẽ credere articulos fidei: ergo cor humanũ põt per ſe

Ayuntamiento de Madrid

plene credere. Sed plene credere meritoꝛiū eſt:
ſcðo ad idē. ergo ꝑ ſe ſine grā pōt in opus meritoꝛiū. ¶ Hoc
idē videt̃ per aliā viam. nam fiat iſte ſillogiſmus.
Omne dictū a pꝛima veritate eſt verū. hoc ſcʒ fi
lium dei eſſe hoīem eſt dictum a pꝛima veritate:
igitur hoc eſt verū. Pꝛima ꝓpoſitio eſt per ſe no
ta cuilibet. Scða ſumit̃ ex auditu ſic ratiocinan=
do ſibi facit ratio plenā fidē de cōcluſione et non
niſi per mediū illius ſillogiſmi. Mediū aūt illiꝰ
ſillogiſmi eſt veritas pꝛima: ergo per pꝛimā veri=
tatē: ⁊ ꝓpter pꝛimā veritatē creditur plenarie il=
li cōcluſioni. Sed huius ratiocinationē ex ſe ⁊ ꝑ
ſe pōt facere li. ar. ergo ex ſe et per ſe pōt ī plenā
cognitionē ſiue credulitatē alicuiꝰ articuli: ⁊ in=
In contra= de vt pꝛius. ¶ Contra. Cognitio hmōi eſt cogni
rium arguit̃ tio cōcluſionis: ergo nō eſt vere fidei: q2 fides eſt
Euaſio. argumentū nō cōcluſio. ſicut dicit apl'us. ¶ Si
aūt diceret̃ ꝙ verbū fidei ꝓpe eſt coꝛdi humano
ſi non ſic ꝓpe quin aliqd pꝛopius qð eſt immedia
tum ad ipm̄ loquemur de illo imediato ⁊ habebi=
mus idē quod pꝛius. q2 cū nō contingat ꝓcedere
in infinitū tandem occurret ei aliquid imediatū.
Solutio. ¶ Solutio. Verbū fidei ꝓpe eſt coꝛdi humano
Pꝛima cā. tribus de cauſis. Pꝛima eſt teſtimoniū ſcripture
Auguſtinꝰ legis ⁊ pꝛophetarū. Sicut em̄ dicit aug. ſuꝑ ps̄.
ſuꝑ pſalmū Iudei capſarij ſiue libꝛarij nr̄i ſūt. Sūt em̄ pueri
Iudei ſūt li deferentes libꝛos poſt nos tanq̄ȝ poſt dn̄os: vt ſi
bꝛarij nr̄i. aliqua pꝛoponātur ab aduerſarijs ſtatim efferāt
⁊ explicēt vbi inuenimꝰ teſtimoniū legis ⁊ ꝓphe
tie. qbꝰ erroꝛes impugnātiū fidē catholicā elida
Scða cā. mus. Scða cauſa ē bonitas dei cuiꝰ q2 eſt optimꝰ
optia ē facere ⁊ optia adducere. Ea em̄ q̄ fides no
ſtra ꝑdicat magis incutiūt timoꝛē ⁊ inducūt amo
rem dei q̄ȝ aliqua alia. Unde ipſa ſola eſt vera: fi=
des: q2 fides vera eſt de his ſolis q̄ maxime ſunt
Tertia cā. talia. Tertia cauſa. Effectus fidei q̄ multiplex ē
Multiplex vnus eſt. ꝙ fides facit hoīes ſimiles deo. Qui ei
effectꝰ fidei credit ꝙ deus dabit ſibi vel illi tot et tanta bona
Pꝛimus. diligit ipm̄ ſuꝑ oīa. Similiter q̄ credit ꝙ oēs ſu=
mus fratres et filij dei ſtatim diligit pꝛoximū ſi=
cut ſe: ⁊ efficitur iuſtus ⁊ manſuetus ⁊ miſericoꝛs.
Similiter qui credit ꝙ coꝛpꝰ ſuū templū eſt ſpūſ.
ſancti ſtatim efficitur caſtus. Alius eſt effectꝰ ſcʒ
Secundus opera miraculoꝝ que ſolis fidelibꝰ pꝛiuilegio fi=
Alexander dei cōceſſa ſūt. Unde etiā ille alexander pꝛopter
incluſit iu= modicā fidē qua crediderat ſolū deū hebꝛeoꝛum
deos. eſſe verū deū: verbo ſuo ⁊ oꝛatiōe ſua incluſit de
Fides infoꝛ cem tribus intra caſpios mōtes. Licet ergo tot
mis qd facit modis pꝛope ſit verbū dn̄i vt credat coꝛdi huma
no. tamē dū per hos modos accedit coꝛ humanū
vt credat. non eſt illa credulitas niſi fidei infoꝛ=
mis dū adhuc teſtimonijs ⁊ miraculoꝛū argumē
tis inheret. Sed vt vere et plene credat neceſſe
habet ſoli veritati pꝛime pure et nude penitus in
herere. nullā certitudinē extrinſecā requirendo.
qð non poteſt niſi gratia fidei illuſtretur: q2 anq̄ȝ
adueniat vera fides pōt adhuc calūpniari homo
et heſitare. ſed cū ipſa aduenit oēm heſitationē ⁊
calūpniā exterminat ⁊ expellit vt nō iam crede=
rent ſamaritani teſtimonio ſamaritane, Sed di=
Ad pꝛimū. cunt iā nō pꝛopter te credimus ⁊c̄. Et ſic ptʒ ſo=
Ad ſcðm. lutio ad pꝛimū. ¶ Ad ſcðm dicimꝰ ꝙ ſic ratioci=
nando poteſt aliquis adhuc remanere in fide in=
foꝛmi: q2 ꝙ pꝛima veritas dicat hoc. i. ille qui di=
xit ſit pꝛima veritas credet foꝛſitā per aliquid ali
ud a pꝛima veritate qð vera fides non patitur: q2
licet teſtimonia ⁊ miracula potuerunt pꝛomoue=
re ad credulitatē articuli. nō tamē poſſūt eā affi=
cere: ſed tantūmodo vera fides que eſt argumen
tum ad articulos.
ALio etiā modo videt̃ poſſe pꝛobari ꝓ= Iterum ar̃
poſitū. Nam abſq̄ȝ muliere ⁊ viro natꝰ ad idem.
eſt pꝛimus homo. abſq̄ȝ muliere de vi=
ro facta eſt eua: ⁊ de viro et de muliere
ipa poſteritas. de muliere ſine viro chꝛiſtus hō.
Si liberū arbitriū pōt per naturalia ſua capere
notitiā pꝛime generationis qua natus eſt homo
virgo ſine viro et muliere. cur ⁊ quartam capere
nō poterit naturaliter cum ipſa non magis repu
gnet ei. qð ſi ſic eſt: cū hoc ſit articulus ſcʒ hoīeʒ
natū de virgine. videtur ꝙ in credere meritoꝛiuʒ
poſſit li. ar. per ſe ſolū. ¶ Pꝛeterea cū melioꝛ ſit ſcðo ad idē
hec generatio q̄ȝ altera pꝛedictarū magis videt̃
ꝙ deus qui operatoꝛ eſt optimoꝝ eā fecerit q̄ȝ ali
quā illarū: ergo ſi per ſe capax eſt ꝙ ille a deo fa=
cte ſunt. multo foꝛtius ⁊ illa. ¶ Pꝛeterea dei ꝑ= Tertio.
fecta ſūt opera. ſicut ſcriptū ē in deuterono. Sʒ Deuteronī.
hec generatio ad perfectionē operū dei require=
batur: neceſſe ergo erat hanc generationē fieri.
¶ Sed cōtra. Alius fuit noſtre liberationis mo In oppm̄.
dus deo poſſibilis. vt dicit auguſtinus. ¶ Solu Solutio.
tio. Licet capacitas liberi arbitrij ad hoc ſe ex=
tendere poſſit ꝙ credat hoīem poſſe naſci de vir=
gine. nō tamen in illud excellens poterat vt cre=
deret filiū dei de virgine natū niſi per gratiā ele
uantē ipm̄ ad tantā altitudinē capiendā. ¶ Q; ad obiectū.
obicitur ꝙ hec melioꝛ. dicimus ꝙ potuit deꝰ fa=
cere multa melioꝛa q̄ȝ fecerat. ſed omnia fecit ta=
lia qualia. pꝛimo in vniuerſo optima ſūt. ¶ Sed Iterum ar̃.
cum iſtud filiū dei eſſe hoīem ſit vtiliſſimum toti
vniuerſitati: q2 ⁊ angelis qui ipſuʒ deſiderāt pꝛo
ſpicere: ita ſcðm ꝙ homo hoībus qui pꝛocul du=
bio idē deſiderant. Videtur ꝙ neceſſe fuerit hoc
fieri: ⁊ inde vt pꝛius. ¶ Itē ſi optimi eſt optima Ad idem.
pꝛoducere: ⁊ neceſſe eſt optimū optima pꝛoduce
re. cū optimū eſſet filiū dei incarnandum: ⁊ ideo
creature rationali vtiliſſimū. Unde geñ. xv. in q̄r Geneſis.
ta generatione reuertētur filij tui de captiuitate
neceſſe ergo fuit vt filiꝰ dei incarnaret̃. ¶ Qð q̄ Opinio ali
dam cōcedunt dicētes ꝙ ex quo peccauit homo quoꝛū con=
neceſſe fuit filiū dei incarnari. ¶ Sed hoc eſt cō tra quā vi=
tra aug. qui dicit ꝙ alius fuit modus noſtre libe= detur aug.
rationis deo poſſibilis. Sed nullus noſtre miſe=
rie ſanēde cōuenientioꝛ. ¶ Solutio. Non valet
hec argumētatio. Ab optimo neceſſe eſt optimū Solutio.
pꝛoduci. Incarnatio filij dei optimū eſt: igit̃ ⁊c̄.
q2 ſicut aliquid eo ipſo ꝙ fit ex arte artificioſum
eſt ⁊ artificioſe fit. ſimiliter aliquid eo ipſo ꝙ ab
optimo fit ⁊ optimū eſt ⁊ optime fit. Et ideo non
valet hec argumentatio q2 ſi iſtud non fuiſſet fa=
ctum: aliud fuiſſet factum loco eius quod et opti
mum et optime factum eſſet.

¶ Duodecimus tractatus in quo
queruntur tria.

Ayuntamiento de Madrid

Cum dictū ſit φ liberū ar. eſt rō. ¶ Pri-mo queritur vtrū ratio peccet. et preci-pue vtrū ratio ſuperior ſiue ſinderesis peccet. ¶ Scdo vtrū peccet ſm viā ſu-periorē. ¶ Tertio vtrū illa ſola peccet. ¶ Prio igitur probatur φ ipſa peccat qm̄ ipſa eſt li. ar. in quo ē meritū ⁊ demeritū. ¶ Itē qꝛ qnq₃ errat in credendo: ſed errare in credēdo eſt mortale: ergo ratio aliqn̄ peccat mortaliter. ¶ Sed ꝯtra. dicit ariſto. φ intellectus ſemp eſt ver⁹. fantaſia qnq₃ vera qnq₃ falſa: ergo in ratione nūq₃ eſt error. er-go nec pctm̄. qꝛ non pōt eſſe pctm̄ in ratione niſi erroris. ¶ Itē ſup ezechie. vbi loquitur de qt-tuor aīalibus dicit gloſa hiero. qꝛ per hoiem vi-tulū ⁊ leonē intelligūtur vis rationalis cōcupi-ſcibilis iraſcibilis ¶ Preter hec aūt ⁊ extra hec eſt quarta vis quā greci ſinderesim vocāt: q̄ ſcint illa cōſcientie nō fuit extincta in cayn qua victi voluptatibus vel furore vel interdū ipſa ratiōis decepti ſimilitudine nos peccare ſentimus quaꝫ propꝛie aquile deputant nō ſe miſcentē cuꝫ aliis tribus: ſed ipſa errantia corrigentē. Hanc quoq₃ precipitari videm⁹ ⁊ amittere locū ſuū: vt qn̄ ho mo ſine pudore peccat ⁊ dicitur ei frons meretri cis facta eſt tibi noli. ⁊c̄. Hic ē ſpūs qui interpel lat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Nemo ei ſcit ea q̄ ſunt in hoie niſi ſpūs hois qui eſt in illo. Ex hac auctoritate habetur φ ſinderesis nō ad-miſcet ſe pctis aliorū immo corrigit: et ita videt̄ φ nō peccat. ¶ Itē ois qui peccat. peccat indi-ſcrete ⁊ irrationabiliter: igitur ois qui peccat cō tra rōnē peccat. igitur nullus ex rōne. igitur ra-tio nō peccat. ¶ Itē ſenſus nūq₃ errat: qꝛ offert aīe ſolū modo ſuā immutationē ſicut imutat̄ a re ſenſibili extrinſeca: qꝛ non attingit rem niſi ſcđm φ immutatur a re ſenſibili. Res aūt ſenſibilis nō mutat ſenſum niſi ſcđꝫ diſpoſitionem quā habet: igitur ſenſus nō accipit rē niſi talē qualis ipſa ē: ⁊ nō renūciat aīe niſi talē qualē accipit. ergo ſen ſus nō renūciat aīe niſi talē rē qualis ipſa eſt ſm veritatē. Ois ſenſus ver⁹: ergo cū eadē ratio ſit in intellectu ois intellectus erit verus: qꝛ ois in-tellectus ſicut ⁊ ſenſus mutatur a rebus. Uñ di-cit aug. φ ipſe res generant ſcientiā ſui in anima. ſi ergo intellectus nunq₃ errat nec ratio peccat. ¶ Ad hoc dicūt quidā φ ratio nūq₃ peccat: ⁊ di-ſtingunt qnq₃ potentias anie. ſ. ſenſum/ imagina-tionē/ ſenſualitatē/ rationē/ intellectū. Senſus ē potentia qua aīa ſentit ſenſibilia extra ſe preſen-te materia. Imaginatio eſt vis qua apprehendū tur ſenſibilia abſente materia. Senſualitas ē vis qua aīa moueri habet ad appetendū ea que ſunt vtilia vel delectabilia corpori. Ratio eſt vis qua habet diſcernere aīa verū ⁊ falſuꝫ: bonū ⁊ malū. Intellectus aūt eſt vis anie qua percipit res in-corporeas a ſenſibilibus abſtractas. Rōnis aūt duo ſūt oculi: ſcꝫ cognitiōis ⁊ amoris. oculū co-gnitionis nititur auferre imaginatio corrupta ꝑ errorē. oculū amoris nititur eruere per cōcupi-ſcentiā ſenſualitas. ⁊ dicunt φ ſi error eſt in hoie nō eſt ex ratiōe ſed ex imaginatiōe ſicut prauus amor non eſt in rōne ſed in ſenſualitate.

[Margin notes, left column: Ar. primo φ ſic. / Secundo. / In oppm̄. / Scđo per gloſam hie ronimi. / Tertio. / Quarto. / Nota bene dictū aug. ⁊ quod ſequit̄ / Opinio ali quorū q̄ po-nūt quinq₃ potētias anime. / Duo oculi rationis.]

¶ Contra hanc opinionem arguitur.

Ed videtur φ in ſinderesi eſt pctm̄: qꝛ in predicta auctoritate dꝛ Hanc interduꝫ precipitari videmus ⁊ nō niſi per pctm̄ igit̄ ſinderesis qnq₃ peccat. ¶ Preter-ea ibidē habetur φ eius ē corripere alias et non corrigit qn̄ neceſſe eſt. ſ. qn̄ alie errant: ergo ob-mittendo peccat. ¶ Itē donū ſapiētie quod eſt ſupremū inter dona eſt in ſuperiori parte rōnis: qꝛ per ipſum cognoſcitur deus: ⁊ ipſa ſita ē in ſin deresi: igitur meritū in ſinderesi: igit̄ ⁊ demeritū igitur ⁊ ipſa peccat. ¶ Itē fides virt⁹ eſt ⁊ in ſu-periori parte rōnis: qꝛ per ipām imediate mouet̄ in deū: igitur viciū ibidē eſt. qꝛ cū virtus ⁊ viciū ſint cōtraria idē habent ſuſceptibile. ¶ Itē hie-remias. filii mēpheos conſtupꝛauerat te vſq₃ ad verticē. Hoc dꝛ anime peccāti. ibi glo. grego. φ cōſtuprat̄ aīa vſq₃ ad verticē qn̄ corrūpitur i ea integritas fidei. Sed vertex aīe nihil aliud eſt q₃ ſuperior pars rōnis ſiue ſinderesis: ergo corru-ptio fidei eſt in ſinderesi: igitur ⁊ pctm̄. ¶ Item cuius eſt apprehendere eiuſdē eſt cognoſcere: et cuius eſt cognoſcere eius eſt iudicare: ergo cum intellectus ſolus habeat cōprehendere ⁊ cogno ſcere inſenſibilia: ſolius intellectus eſt iudicare de inſenſibili nō ergo fantaſie. igitur ſi in iudicio intelligibiliū eſt error eſt in intellectu nō in fan-taſia cū vis inferior nō attingat ad ea que ſūt vis ſuperioris ſicut dicit boetius. Senſus eñ nō eſt potens de inſenſibilibus iudicare nec de eis que ſunt in fantaſia vel imaginatione: igitur nec fan-taſia attingit intelligibilia. ergo nec eorū errorē Error igitur ille quē dixit arrius filiū eſſe mino-rem patre nō fuit in fantaſia ſed in intellectu. Et ita ratio ſiue intellectus peccat. ¶ Quorūdā eſt opinio φ ratio peccat ſed ſinderesis nō eſt rō nec pars rōnis. ſꝫ quedā natura in aīa qua aīa appe-tit bonū naturaliter ⁊ reprobat malū. non ꝑ mo-dum intellectus et volūtatis: ſed per modū natu re. ⁊ ideo in ea nō eſt meritū vel demeritū. ¶ Cō tra eos eſt quod dicit hierony. φ videm⁹ eā mul-totiens precipitari: qꝛ ipſa corrigit alias: in hoc precipue eſt meritū vel demeritū: ⁊ ſi corrigit ali as eſt dignior oībus aliis. Et ita dignior ratiōe Non ergo rationale eſt differentia ſubſtantialis hois: qm̄ non niſi a digniori debet res nominari. ¶ Preterea q̄d eſt magis meritoriū q₃ illđ quod dicit btūs hiero. Hic eſt ſpūs qui pro nobis orat gemitibus inenarrabilib⁹: ⁊ quomodo orat ſi nō intelligit vel diſcernit? Similiter quō corrigit ſi nō diſcernit vel cognoſcit. ſi autē diſcernit vl' co-gnoſcit eſt ratio vel pars rationis. Per hāc ſolu-tionē nō mutātur obiectiones q̄bus ꝓbatur φ rō nō peccat. ¶ Solutio. Nobis videt̄ ſine preiudi cio φ ſinderesis eſt ſuperior pars rōnis. ⁊ ipa ali quādo peccat. In ea eñ fuit pctm̄ arrii ⁊ ſabellii Sed notandū φ duas habet vias vnā qua inci-pit a prima forma ⁊ ſm φ in ea videt regit ſe. Cū eñ ipſa ſit vera imago dei in ſe videt deū in quo videt verā iuſticiā verā māſuetudinem: et ſic de aliis. Et ſcđm φ dono ſapientie magis fuerit il-luſtrata perſpicatius videt pctā in prima forma:

[Margin notes, right column: Primo. / Secundo. / Tertio. / Quarto. / Quinto ꝑ hieremiā. / Gloſa gre. / Sexto. / Boetius. / Error arrii / alia opinio / ꝯtra hāc aſ / Secundo. / 3. / Solutio ſi-ne ꝑiudicio / Duplex via ſinderesis.]

Ayuntamiento de Madrid

et ſic humiliat ſe et conformare ſe ei nititur. Ui=
dens eñ q̄d faciendū q̄d non faciendū quia videt
ibi oīa q̄ ſunt iuris naturalis. ſcd̄m hāc viā nūqꝫ
peccat ratio ſiue ſindereſis: ⁊ ſi hō hāc viā ſeq̄re
tur nunqꝫ peccaret. Et ideo dicitur penitētibus
Iſayas. per iſayam. Redite preuaricatores ad cor vbi po
In euāgelio teſtis videre formā ſummi boni. Et in euangelio
In deuto. dn̄s ſamaritane. voca virū tuū. et in deuterono.
Alia via ſin qd̄ recitat ap̄ls ad Ro. prope eſt verbū in corde
dereſis. tuo ꝓpe eſt in ore tuo. Habet ratio aliā viam cū
incipit diſcretionē ſuā a ſenſibilibus: ⁊ ſcd̄m hāc
viā poteſt decipi per rōnes ſenſibiliū apparētes
vt arrius volens per rōnes naturales eterna me
tiri. Sindereſis ergo q̄ꝫtū ad primā viā ſentit nos
errare vel cupiditate vel furore vel rōnis ſimili=
tudine deceptos. Cū eñ ratio inferior per errorē
decipitur ſi ſindereſis ꝯſulat primā formā ſtatim
Rō corrigit corrigit inferiorē partē rōnis Et dicimus ꝙ ratio
ſeipſam. corrigit ſeipſam q̄ꝫtum ad diuerſas vias. ¶ Ad
Ad primū. primū dicim⁹ ꝙ intellect⁹ duob⁹ modis accipit.
Intellect⁹ qñqꝫ dr̄ intellectus cognitio principiorū in vna=
capit dupl̄r quaqꝫ facultate ſm ꝙ dicit ariſto. ꝙ intellect⁹ eſt
acceptio imediate ꝓpoſitionis. ⁊ ſcd̄m hoc intel
lectus ſemꝑ eſt verus in ſpeculatiuis. Eodēmo=
Primomō do ſindereſis ſꝑ eſt vera q̄ꝫtū ad primā viā in fa=
nō poteſt er ciendis. q̄r ſicut in ſpeculatiuis ſunt quedā q̄ per
rare. ſe ſunt nota q̄ ſunt pura natura ſpeculatiōis. Ita
in agendis ſunt q̄dam principia agendi per ſe no
Aliomodo ta in quibus ius nature cōſiſtit. Qñqꝫ dr̄ intelle=
capitur. ctus potentia intelligendi vſualiter. ⁊ hui⁹ ē cō=
ferre intelligibilia: ⁊ qñqꝫ vtit apparētib⁹ rōni=
bus: qñqꝫ exiſtentibus: ⁊ ſic intellect⁹ qñqꝫ ē ve=
ariſtoteles rus. qñqꝫ eſt falſus. ſicut dicit ariſto. q̄r intellect⁹
potens eſt fingere multas cōpoſitiōes q̄ nō eue=
Fantaſia ca niunt in rerū natura. ¶ Fantaſia aūt tripliciter
pit tripl̄r. accipitur. qñqꝫ dr̄ idē ꝙ ſenſus cōis qd̄ btūs au=
Auguſtin⁹. guſtin⁹ vocat ſenſum interiorē. qñqꝫ dr̄ ip̄a ima=
Secundo. ginatio ſiue idolū impreſſum in inſtrumento ima
Tertio. ginatiōis vel memorie. Tertio modo dr̄ fantaſia
opinio q̄ acquiritur ex apparentibus rōnibus: et
Pctm̄ arrij ideo qñqꝫ vera qñqꝫ falſa. Pctm̄ arrij et ſabellij
⁊ ſabellij. fuit ex fantaſia. i. ex opiniōe falſa quā acquiſiuit
Ad ſcd̄m. ex apparētibus ratiōib⁹ male collocatis. ¶ Ad
ſcd̄o obiectū dicimus ꝙ ſindereſis eſt extra hoc
⁊ ſupra hoc q̄ꝫtū ad cōtēplationē dei vel ſcd̄ꝫ pri
mam viā ⁊ ſuꝑ ſeip̄am ſcd̄m diuerſas ſui partes:
Ad tertium nec intermiſcet ſe alijs ſcd̄ꝫ ꝓpriā viā. ¶ Ad ter
tio obiectū dicimus ꝙ nō valet. Omne pctm̄ fit
cōtra rōnē: igitur nullū pctm̄ fit a rōne. qm̄ ſcd̄ꝫ
diuerſas vias rōnis vtrūqꝫ verū eſt. nec iſta duo
ſūt cōtraria eſſe a rōne et eſſe contra rōnē ſcd̄ꝫ di
Ad vltimū. uerſas vias q̄ ſcd̄m vnā viā eſſent ꝯtraria. ¶ Ad
Duplex vis vltimo obiectū dicim⁹ ꝙ viriū apprehenſiuarꝫ
app̄hēſiua. quedā ſunt apprehenſiue tm̄ et nō op̄atiue vt ſen
ſus/imaginatio. q̄dā app̄hēſiue ⁊ operatiue vt rō
⁊ intellectus. q̄ nō tantū apprehēdūt ſed etiā cō=
ferūt. ⁊ in collatione pōt decipi aliquis licet non
ſit deceptus in apprehenſiōe. Unde licet ſenſus
nūqꝫ ſit falſus quod proprie contingit in proprio
ſenſato bene ſe habente: intellect⁹ tamen ſiue ra
tio quandoqꝫ decipitur in conferendo.

¶ Secunda queſtio huius tractatus. xij.

C Onſequēter q̄ritur an ratio ſiue lib.
ar. ſcd̄ꝫ viā ſuperiorē peccare poſſit.
¶ Qd̄ videt: q̄r vbicūqꝫ pōt eſſe col Ar̄ ꝙ ſic.
latio pōt eſſe error. Nam vbi eſt con=
ſiliatio ſeu deliberatio pōt eſſe error
Sed in illa ſuperiori via eſt collatio: igitur error
habet ibi locū: ergo pctm̄. ¶ Itē in vſu pricipio Secundo.
rum cognoſcēdi quo ad ſūptionē medij cōtingit
errare: q̄r difficile eſt mediū inuenire: igitur ⁊ in
vſu principiorū agendi cōtingit errare. Sꝫ vſus
principiorꝫ agendi bene ad ſuperiorē ꝑtinet viā:
igitur in via ſuꝑiori pōt occurrere pctm̄. ¶ Iteꝫ Tertio.
angelus viā ſuperiorē tenebat: q̄r de inferiorib⁹
nō cogitabat ⁊ tñ peccauit. ¶ Itē qui peccat in Quarto.
ſpm̄ ſctm̄ cōtra ip̄a principia bene agēdi peccat
q̄ dirigūt viā ſuperiorē. Derogat eñ diuine mīe
deſperando: ⁊ diuine iuſticie preſumendo. ⁊ inde
vt prius. Et ex hoc etiā apparet falſū eſſe qd̄ di=
cit philoſophus ꝙ intellectus principiorū ſemꝑ ꝯtra ariſto.
verus eſt. ¶ Ecōtrario videt ꝙ via ſuperior nō In oppm̄.
habeat deuiū vel errorē. dicit eñ aug. de vera reli Auguſtin⁹.
gione. Noli exire foras: ad te redi: intus. habitat
veritas. cuius ducatus cū ſit rectiſſimus ⁊ magi
ſteriū certiſſimū. nō videtur ꝙ qui ſequūtur ip̄m
vel ip̄ā peccēt niſi ab ea declinauerit. ¶ Item Secundo.
non videt ꝙ angelus per viā ſuperiorē incederet
cū peccauit. imo pulcritudinis ſue reſpectu cete
rorū angelorꝫ excellentiā videndo. nec ſe ad eq̄=
litatem cōditoris nō poſſe pertingere cōferendo
equalitatē illā appetijt. et a veritatis ſemita de=
clinauit. ¶ Solutio. Dicim⁹ ꝙ ſindereſis q̄ꝫdiu Solutio.
ſequitur ſuperiorē viā imunis eſt ab errore. Nec Sindereſis
eſt verū ꝙ vbicūqꝫ pōt eſſe diſcretio aut collatio nūqꝫ errat
poſſit eſſe error: q̄r licet in qualibet vi. ⁊c̄. nō ta= ſequēdo ſu=
men in quacūqꝫ via ⁊c̄. aut q̄cūqꝫ ducat autu q̄= periorē viā.
ciſqꝫ magiſterio. Nā dū pergit per viā illā et ſe ſe
regulatur per regulas legis prime ⁊ forme incō=
mutabili ſe conformare ſatagit et magiſtro inte=
rius conſulenti et docēti penitus acquieſcit non
precipitatur. ſed aliorū viriū errata corrigere cō
tendit. Hūc eñ mgr̄m cōſultū naturaliter orant
qui in arte alicuius interrogationis ſūt. q̄ cōſul=
tatio nihil aliud eſt q̄ꝫ q̄dā premeditatio qua vide
mus vti reſponſuros ad interrogata. ſicut dicit
aug. in libro de mgr̄o. ⁊ q̄dam philoſophus ait ꝙ Auguſtin⁹
nihil aliud eſt ſtudiū q̄ꝫ ſuperne ⁊ interne illuſtra
tionis expectatio. Per hoc ſoluitur primo queſi
tum. ¶ Ad ſcd̄m reſpondendū eſt ꝙ in vſu prin= Pꝫ ad. i.
cipiorū agendi nō ſe admiſcet error. ſi cōſideret Ad ſcd̄m.
⁊ inſpiciat ſindereſis primā legē ⁊ magiſterio ꝓ=
prij magiſtri ſe ſine difficultate ſubmittat. Unde
philoſophi veritatis prime cognitionē habētes
legi ⁊ doctrine atqꝫ magiſterio eiuſdē ſe ſubicere
recuſauerūt: q̄r cū cognouiſſēt deū ⁊c̄. imo ſicut
dicit amos Iudiciū. i. diſcretionē ſeu cognitionē Amos pro=
in abſinthiū. hoc eſt in amaritudine idolatrie cō pheta ꝯtra
uerterūt et ideo viā illā rectiſſimā deſeruerūt: et philoſo=
errores varios incurrerūt. ¶ Ad tertio obiectū phos.
dicendū eſt ſicut ꝓbatū eſt ꝙ angelus dū ad ſue Ad tertiū.
pulchritudinis ſpeculationē deſcendit et eā non
poſſe equari prime pulchritudini nō contuli per
equalitatis illi⁹ appetitū a via ſuꝑiore diuertit.

Ayuntamiento de Madrid

Ad vltimũ. ¶ Ad vltimũ reſpondendũ eſt ꝙ ille q̃ peccat in
ſpm̃ ſctm̃ temere pꝛeſumẽs de dei mĩa fantaſtica
rõcinatione ſeducit. Nã ex tẽpoꝛalitate pcti ar=
guit ſolã vltionẽ tẽpoꝛalẽ ſibi debere infligi. cuꝫ
Auguſtin⁹ dicat aug. ꝙ tpis circũſtãtia facit vt pctm̃ eter=
naliter puniat. Sed circũſtãtia tpis illius i quẽ
peccat qui cũ ſit eternus ⁊ implentibus mãdata
eterna bona ꝓmittit. trãſgreſſoꝛib⁹ vero penas
cõminat eternas. eoipſo dignũ et iuſtũ eſt vt qui
Ad aliud. in ſuo eterno eternũ iudicẽ offenderũt: in ei⁹ eter
no eternaliter cruciẽtur. ¶ Qꝫ obiectũ eſt ꝙ ex
quo circa pꝛincipia cõtingit errare nõ eſt intelle
ctus pꝛincipioꝝ ſemꝑ verus: rñdendũ eſt ꝙ intel
lectus pꝛincipioꝝ ſemꝑ verus eſt qñ purus eſt et
ſine admixtione fantaſie. Sed cũ fantaſmatibus
Intellect⁹ ſe admiſcet de facili labitur in erroꝛẽ. ſicut quidã
mixt⁹ fanta circa pꝛincipia errauerũt negãtes ipſa pꝛĩa pꝛin
ſie errat ali cipia dicentes ꝙ nõ oẽ totũ mai⁹ eſt ſua parte de
quando. cepti hac fantaſia. Nã homo totũ eſt cõſtans ex
coꝛpe et anima: nõ tamẽ eſt ſuo coꝛpe maioꝛ.

¶ Tertia queſtio huius tractatus.

Ertio videtur poſſe oſtendi ꝙ ſola ſinde
Af per au= reſis peccat ⁊ ꝙ eius eſt om̃e pctm̃. ꝙ ſi
guſtinum. ne ea nõ eſt aliqđ peccatũ. ¶ Dicit em̃
auguſtin⁹ ꝙ optimũ eſt in aĩa cui obtẽ=
perare opoꝛtet cetera. Sed conſtat ꝙ ſindereſis
optimũ eſt in aĩa: igit cetera debent ei obtẽpera
re oĩa. ⁊ hoc eſt qđ dicit ſalomon. Bñdicta terra
Gloſa. cui⁹ rex nobilis eſt vbi dicit gloſa. rex. i. ratio. Et
Auguſtin⁹ idem. ve terre cuius rex puer eſt. vnde dicit aug.
ꝙ ratio ſiue ſindereſis habet pꝛimã auctoꝛitateꝫ
mouẽdi mẽbꝛa ad oꝑa exercẽda. Si ergo penes
ſindereſim cõſiſtit totũ regimen et imperium aĩe
oĩa ſunt ei imputanda. igitur om̃e pctm̃ ei⁹ ẽ aut
Secundo. ſine ipſa nõ fit. ¶ Itẽ ea poſita ponit meritũ ea
circũſcripta nõ eſt meritũ. qꝛ ea circũſcripta nõ
eſt cognitio qua circũſcripta nõ eſt fides aut ca=
ritas in quib⁹ eſt totũ meritũ: igitur penes eã ſo
lam eſt om̃e meritũ. igit ⁊ oẽ demeritũ. ⁊ inde vt
Tertio. pꝛius. ¶ Itẽ malũ eſt auerſio a bono incõmuta
bili: ſed hmõi auerſio ẽ in ſola ſindereſi. ſicut cõ=
In oppm̃. uerſio ad incõmutabile bonũ in ea ſola eſt: ergo
malũ eſt in ea ſola. ¶ Sed ecõtrario ꝓbat ꝙ ipa
nũꝗ̃ peccat: qꝛ ſicut dicit aug. Optimũ eſt illud
ſm qđ debet viuere aĩa. Si ergo ſindereſis opti=
mum eſt in aĩa ſm eã optime viuit: igit ſcđm eaꝫ
nunꝗ̃ peccat. Si em̃ ſm eã peccare contingeret
nõ ſm eã viuẽdũ eſſet neqꝫ ſm eã optime viuere=
Scđo per tur. ¶ Itẽ dicit aug. ꝙ notio boni ꝑ ſe impꝛeſſa ẽ
auguſtinũ. in aĩabus nr̃is ⁊ cõſtat ꝙ in ſindereſi eſt hmõi im
pꝛeſſio. Ex hoc ſequit ꝙ ſindereſis ꝑ ſe cognoſcit
bonũ et ꝙ de neceſſitate cognoſcit bonũ: ergo ꝑ
ſe ⁊ de neceſſitate appetit illud ⁊ repꝛobat malũ:
igit nũꝗ̃ appetit niſi bonum: nũꝗ̃ repꝛobat niſi
malũ imo vt videt naturaliter hoc appetit ⁊ illđ
Tertio per repꝛobat. igit nunꝗ̃ peccat. ¶ Hoc idẽ videtur
dionyſium. per illud qđ dicit btũs dionyſius in tractatu de
malo vbi dicit ꝙ demones eo ꝙ ſunt ⁊ ex optimo
ſũt ⁊ bonũ ⁊ optimũ cõcupiſcunt. pꝛiuatiõe autẽ
⁊ fuga ⁊ caſu a naturalibus bonis mali ſunt. Si
ergo inꝗ̃tũ ſũt et ex bono ſunt bonũ appetũt. cũ
appetitus ille nature ſit et nõ voluntatis. quia ſi
eſſet volũtatis ſiue li. ar. pctm̃ eſſet: qꝛ oĩs mot⁹
li. ar. in eis eſt pctm̃. Sed videt ꝙ ſindereſis ſit il
le appetit⁹. ſed ipſa ſemꝑ et de neceſſitate ſic ap=
petit: qꝛ naturaliter ſcđm ꝙ ſindereſis ſiue ſm ꝙ Opinio ali
ſuperioꝛ pars rõnis. ipſa ergo nunꝗ̃ peccat. qđ quoꝛum.
cõcedũt. ¶ Ad pꝛimũ dicim⁹ ꝙ ⁊ ſi ſindereſis in Ad pꝛimũ.
regno aĩe imperare habeat nõ tñ ipſa ſola. vñde
nec ipſa ſola peccat nec ei ſoli pctã ſũt imputan=
da. ¶ Ad ſcđm dicendũ ꝙ licet ipſa pꝛeſente ſit Ad ſcđm.
meritũ. ipſa vero abſente abſit meritũ. nõ tamẽ
in ipſa ſola eſt meritũ. Sed cõcludi potuit: ergo
in ipſa ſola eſt pꝛimo meritũ qđ quidẽ verum eſt.
¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ non cõuerſio ab optimo Ad tertiũ.
nec ad ipm̃ ꝯuerſio in ſola ſindereſi eſt niſi loq̃ris
de auerſione ⁊ cõuerſione imediate q̃ ſunt pꝛimo
in ſindereſi. ¶ Ad quartũ dicendũ ꝙ ipſa optĩa Ad quartũ
eſt et in agendo ⁊ in eſſendo ſcđm ꝙ non egredit
terminos ſuperioꝛis vie. Unde ꝗ̃diu ſic ſe habet
nec ipſa peccat neqꝫ ſcđm ipam peccare ꝯtingit.
Qꝫ em̃ dicitur ſindereſis aut ratio aut ꝯcupiſci= Quõ intelli
bilis aut iraſcibilis peccare ex eo ſẽſu accipiẽdũ gitur illa lo
eſt: qꝛ aĩa ipſa ſcđm aliquã harum potentiaꝝ ſeu cutio.
viriũ pctã cõmittit. ¶ Ad quintũ et ſextũ vnica Ad quintũ
eſt reſponſio vt dicatur ꝙ ſicut intellectus pꝛin= ⁊ ſextum.
cipia ſpeculationis dupliciter ſpeculatur. ſ. ab= Intellect⁹
ſolute vel in collatione ad cõcluſiones que oꝛiũ= duplr̃ ſpecu
tur ex eis. Sic ⁊ ſindereſis pꝛincipijs operatiõis lat pꝛĩcipia
dupliciter vtitur. ⁊ ſicut ſpeculatiuus intellect⁹
ſcđm pꝛimũ modũ penitus imunis eſt ab erroꝛe.
Scđm vero alterũ de facili labitur in pctm̃ ſiue
erroꝛẽ. Sic ⁊ ſindereſis aut ratio dum circa pꝛin=
cipia agendi verſat ſcđꝫ vnũ modũ peccare põt.
ſcđm alterũ vero nõ eſt poſſibile ꝙ ipſa peccet.

¶ Tractatus. xiij. de malo in cõmuni.

¶ Capitulum pꝛimum.

Icto de li. ar. conſequens eſt dicere de
his que a li. ar. ꝓcedunt: vt de actiõib⁹
ſeu bone ſint ſeu male ⁊ pꝛimo de malis
que ab ipſo immediate ꝓcedunt. Sꝫ pꝛi
mo determinandũ ẽ de malo in vniuerſali vt poſt
modũ ad ſpecialia mala de quibus ſigillatim tra
ctandũ eſt facilioꝛ et cõpetentioꝛ ſit deſcenſus.
Circa malũ in vniuerſali certificandũ eſt an ſit.
quid ſit ⁊ vnde ſit malũ: ⁊ de eius natura in gene
re. ¶ Qꝫ autẽ ſit malum multiplex eſt oſtenſio. Quinqꝫ me
tum per eius oꝛdinationẽ. tum per eius nocumẽ dijs pꝛobat
tum. tum per eius intentionem. tum per ei⁹ effe= malum eſſe.
ctũ. tum per eius cõtrarietatẽ ſiue ei⁹ oppoſitio
nem. ¶ Pꝛimo ꝓbat ꝙ malũ ẽ per ei⁹ oꝛdinatio= Pꝛimũ pꝛo
nem. qꝛ ſicut dicit aug. in libꝛo de oꝛdine ꝙ bona bat ꝑ aug.
et mala in oꝛdine ſũt. Sed q̃cquid habet oꝛdinẽ ẽ
igitur malũ eſt. ¶ Itẽ aug. in euche. Malũ be= Idẽ augu.
ne oꝛdinatũ ⁊ ſuo loco poſitũ eminentius cõmẽ=
dat bona vt magis placeant bona ⁊ laudabilioꝛa
ſint dũ cõparãtur malis. Cũ ergo malũ habeat
pꝛopꝛium locum ⁊ pꝛopꝛiũ oꝛdinem: ergo ẽ ens.
¶ Pꝛeterea malũ eſt bene oꝛdinatum: igitur nõ In oppm̃.
eſt pꝛiuatiuũ oꝛdinis. ¶ Queritur etiam cui in=
ſit oꝛdo iſte quo malum eſt bene oꝛdinatum. Si
em̃ ineſt malo. igitur malũ eſt aliquid. Si autem
non ineſt malo: ergo nullus oꝛdo ineſt malo: er=
go malum non eſt bene oꝛdinatum. Nec poteſt



Ayuntamiento de Madrid

dici ꝙ malũ ſit ordinatũ per bonũ: q̃a ſi hoc eſſet
nichil diceret aug. dicẽs mala ordinari ad cõmẽ-
Secundo. dationẽ bonoꝝ. ¶ Itẽ ſi malũ ſit ordinatũ queri
tur per quid eſt ordinatũ. aut per maliciã qđ eſſe
nõ põt cũ malicia pura priuatio ſit ⁊ nihil ſit. Aut
per actionẽ et hoc iterũ eſſe nõ põt: q̄r ſic ꝑ bonũ
ordinaret̃. actio enĩ bona eſt: igit̃ malũ vt videt̃
Tertio non eſt ordinatũ. ¶ Itẽ dicit orige. ſup numeri.
ꝑ origenẽ. Hoĩes teterrime vite bene ordinati ſunt ad vilia
officia vt purgent vicos ⁊ cumulos ciuitatꝫ vt de
lectabilis ſit bonis habitatio in ea: igit̃ mali be-
ne ordinati ſũt in vili loco: ergo malũ bene ordi-
natũ eſt in vili loco. igitur inordinati ſũt in emi-
nentiori loco ſiue male ordinati. Dicit enĩ eccľa
ſticus. x. eſt malũ qđ vidi ſub ſole ſtultũ poſitum
Solutio. in dignitate ſublimi ¶ Solutio Sicut dicũt ſcti
Malũ nõ ē dicimus ꝙ malicia nihil eſt: q̄r pura priuatio ni-
chil eſt. ſicut etiã dicũt philoſophi. Dicũt enĩ ꝙ
malũ eſt priuatio perfectionis. malũ tamẽ bene
Auguſtin⁹. ordinatũ eſt ſicut aug. dicit in libro de natura bo
ni. Ut enĩ deus in quibuſdã locis tenebras facit
⁊ ita decenter vt deus. ⁊ ſicut nos in cantãdo ſi-
lentiũ interponimus. ita deus oĩꝫ rerũ artifex in
ter bona mala ordinat. Eſt ergo malũ bene ordi-
natũ ⁊ nõ ſequitur. eſt bene ordinatum: ergo eſt.
Inſtãtia. Silẽtiũ eſt bene ordinatũ inter acutũ
Ad primũ. et graue: igitur ſilentiũ eſt. ¶ De hoc qđ querit
cui inſit ordo dicendũ eſt ꝙ ordinatio ineſt malo
ratione loci in quo ordinatur in pena. ſicut tene-
bris ineſt ordinatio ratione loci in quo ordinant̃
Ad aliud. ⁊ ſicut ſilentio rõne temporis. ¶ Ad hoc autẽ ꝙ
querit per quid eſt malũ ordinatũ. dico ꝙ ordina
tum eſt ſed nõ ex natura tm̃. neq̃ ex natura actio
nis ſiue ſubiecti tm̃: ſed ex natura mixti. Malum
enĩ quoddã mixtũ eſt ex ente et nõ ente ſicut di-
Dionyſius. cit dionyſius. Unde ⁊ bene ordinatur in pena ſe-
Ad aliud. cundũ exigentiã meriti. ¶ Ad hoc autẽ qđ poſt
obicitur dicimus ꝙ hoc argumentum nõ valet.
Mali bene ordinati ſunt in vili loco: igitur male
ordinati ſũt in ſublimiori loco. Dicim⁹ enĩ ꝙ eſt
quedã ordinatio mali manifeſta: vt cũ ordinatur
malũ in pena eterna. Unde mali demergũtur in
profundũ lacus ⁊ in pena tẽporali. vnde humiliã
tur peccatores vſq̃ ad terrã. Et ē ordinatio ma-
li occulta vt cum dñs multis de cauſis facit ypo
critã regnare que cauſe nobis oculte ſũt. Sꝫ hoc
facit quãdoq̃ propter peccata populi. qui meri-
tis peccatoꝝ exigentibus malũ rectorẽ ſuſcipit:
quia bono indignũ ſe reddidit vt quales ſunt ha-
bitatores ciuitatis talis ſit rector eoꝝ. ſicut dñs
Oſee. dicit in oſee. Dedi eis regẽ in furore meo. quãdo
q̃ autẽ dat eis dñs in ira ſua ⁊ in furore ſuo tyrã-
Quare de⁹ num quaſi virgã aut flagellũ: imo quaſi ſecurim
flagellat ho et malleũ vt oppreſſi et flagellati per flagella re
mines. dire cogãtur a viis ſuis peſſimis: q̄r pena aperit
oculos quos culpa claudit. Ut etiã boni erudiã-
tur ⁊ purificẽtur. ⁊ vtralibet ordinatio mali com
petens eſt ⁊ debita. Sed prima manifeſtã et eui-
dentẽ habet cauſam. ſecunda latentẽ propter qđ
Sapiens. ſignificant dicit ſapiens. Uidi malũ ſub ſole qua
ſi per errorẽ egrediens a principe. Nõ enĩ eſt er-
ror: quia ſapientia eterna in ordinatione rerũ nõ
fallitur. Sed tñ quaſi error reputat̃ dũ ordinatio
nis vtilitas ignorat̃. ¶ Itẽ dicit aug. in libro de Auguſtin⁹
vera religione. Malũ bene ordinatũ non detur- cõtra dictũ
pat vniuerſuꝫ. ¶ Cõtra. Mulier eo ꝙ maculam auguſti. ar̃.
nõ habet pulchrior eſt. vñ eo laudatur ſponſa in
canticis ꝙ maculam nõ habet. cũ dicitur. Tota
pulchra es amica mea ⁊ macula nõ eſt in te. ergo
bonũ ſi maculã mali nõ haberet pulchrius eſſet.
igitur malũ deturpat bonũ. quod eſt cõtra aug.
¶ Itẽ albius eſt qđ nigro impermixtius eſt. Sꝫ Secundo.
ſi malũ nõ eſſet bonũ impermixtius eēt malo q̃
modo ſit: igitur eſſet meli⁹: ergo pulchrius. Naꝫ
in bonitate rei relucet ei⁹ pulchritudo. qđ ptꝫ ꝑ
aug. dicentẽ ꝙ vbi ſpecies numerus ⁊ ordo mini Per augu.
ma bona minime bonũ. vbi mediocria bona me-
diocre bonũ: vbi maxima bona maxie bonũ. Pe-
nes autẽ hec tria eſt rei pulchritudo penes q̄ di- Solutio.
cit aug. cõſiſtere bonitatẽ rei. ¶ Solutio verbũ
aug. verũ eſt ẜm ꝙ ipſe intelligit. Et ſi enĩ maluꝫ
ẜm ſe deturpat bonũ: tñ ipꝫ malũ ordinatũ bene
nõ deturpat: ⁊ hoc duabus de cauſis. Prima: q̄r Prima cã.
ex eo ꝙ malũ ordinat̃ in pena magis apparet dei
iuſticia ſiue ordinatio iuſticie dei cui iuſtus con-
gratulatur. ſicut dicit in pſal. Letabit̃ iuſtus cũ Pſalmiſta.
ſit habilis ad vtrūq̄ȝ. Secunda differētia eſt: quia Scđa dr̄ia
cecus ⁊ auis corporalis nō hn̄t potentiam forma
lem ad videndū ⁊ volandū ante inſtrumēta viden
di et volandi: licet potentiā habeāt materialē an
te. ſed cecus et auis ſpūalis āteq̄ȝ habeāt oculos
ſpirituales et pēnas aptas habent potētiā forma
lem ad vidēdū et volandū. Et hoc ideo ꝯtingit qr
potentia bn̄ agēdi inter ſe ⁊ ſuū actū habet habi-
tum mediū Sȝ potentia formalis naturalis inter
ſe et ſuū actū nullū hȝ habitū mediū qm̄ ipſa ē ha
bitus naturalis ¶ Ad ſcđm dicim⁹ ꝙ dn̄s potuit Ad ſcđm.
facere ꝙ petrus ambularet ſupra mare ſine noua
potentia. vel potuit ⁊ dare nouam potentiā. Ad-
huc tn̄ non eſt ſimile de naturalibus ad ea q̄ ſunt Aliter dr̄.
li.ar. vt dictū eſt de ceco et aue ¶ Ad terciū dici Ad tertiū.
mus ꝙ hec argumentatio non valet. duo extrema
ſunt gratuita igit̃ primū: qm̄ potentia p̄cedit gra
tiam et motū gratie et qr precedit non eſt mirū ſi
ipſa ſola naturalis eſt. tn̄ qn̄q̄ȝ virtus dicitur potē
tia ſiue poteſtas vt fides ibi. Dedit eis poteſtatē
filios dei fieri. Et ſcđm hoc poteſt dici ꝙ potētia
bene agendi eſt gratuita.

¶ Scđa queſtio ꝓpter dictum auguſtini.

I Tem dr̄ in euāgelio ꝙ facilius eſt came
lum intrare ꝑ foramen acus q̄ȝ diuitē in
trare in regnū celoꝝ. Et dicit ibi Aug.
quod impoſſibile eſt hoib⁹: poſſibile eſt
deo. ¶ Sed ꝯtra. Aut ipē intelligit auctoritateȝ Ar̄ primo.
euangelij ꝯiūcti aut diuiſim. Si ꝯiūctim: vtrūq̄ȝ
eſt impoſſibile deo qm̄ deus nō pōt facere ꝙ ama
tor diuitiarum manēs talis intret in regnum celo
rum. Et ita in hoc caſu non eſt verū quod impoſſi
bile eſt hominibus eſt poſſibile deo. Si diuiſim
vtrumq̄ȝ eſt poſſibile: et hoibus et deo. ⁊ ita vtro-
q̄ȝ modo videtur ꝙ nō habeat locum qđ dr̄ Aug.
¶ Solutio. Illa auctoritas quattuor modis ex- Solutio.
ponitur. ſed ſufficiunt duo. Primo ſic. Facili⁹ .i. Illa aucto-
minus impoſſibile vt vtrūq̄ȝ coniunctim accipia- ritas expo-
tur. Primum enim eſt impoſſibile nature. Secun nit̃ q̄ttuor
dum eſt impoſſile nature ⁊ deo. De⁹ eni qui clau- modis.
ſis ianuis intrauit ad diſcipulos poteſt facere ꝙ
camelus intret per foramen acus ad litteram: ſed
nō poteſt facere ꝙ diues manēs talis itret in pa-
diſū. qm̄ hoc eēt contra iuſticiā ſuā. Scđo modo Ac⁹ qđ eſt.

Ayuntamiento de Madrid

ſic vt acꝰ intelligat eē qdā ꝑua porta in hierlꝫ ad
Notādū cō
quā cū cameli venirēt onerati oportebat eos exo
tra diuites.
nerari ad hoc ꝙ intrarēt ꝑ illā. Ita diuites gib-
boſos ⁊ oneroſos pōdere pctōꝝ et diuitiarū opꝫ
exonerari ad hoc ꝙ intrent per artā viā in celeſtē
hierlm. ⁊ ſm hoc intelligit auctoritas diuiſim: et
vtrūqꝫ illorū eſt poſſibile. Diues eñ licet manēs
diues pōt intrare in re.ce. ſed nō eſt facile. quoni
am preſſus eſt mala ꝯſuetudine: ⁊ ideo dicit dñs
ꝙ facilius eſt ⁊c̄. Licet poſſibile ſit diuitē intra-
re in re.ce. diuiſim: tñ hoc eſt impoſſibile homi-
ni. qm̄ homo nō poſſet facere ꝙ intraret. licet poſ
Exemplū a ſimili.
ſet facere aliqd quo facto intraret. Sicut impoſſi
bile eſt homini ꝙ hec domꝰ illuminet qm̄ nō pōt
facere hoc. tñ hec domꝰ poteſt illuminari. Ita di
uiti impoſſibile ē ꝙ intret in regnū celoꝝ. Diues
tamē pōt intrare in regnū celorū Ideo dicit aug.
qđ impoſſibile eſt hoibus poſſibile eſt apud deū
Auguſtinꝰ.
qđ ſic eſt intelligendū ſm iſtā ſcđam expoſitionē
qua itelligit diuiſim auctoritas. Ideo dicit aug.
ꝙ maius eſt facere de impio piū: ꝙ̄ꝫ creare celū ⁊
terrā. Sed homo nō pōt creare celū ⁊ terrā: igit
Cōtra vnū dictū ar̄.
nō pōt facere de impio piū quod maius eſt: ergo
nō pōt ſe iuſtificare. ¶ Cōtra. Ipe pōt credere:
ſcđo ad idē
et per fidē iuſtificatur hō: ergo hō pōt ſe iuſtifica
re. ¶ Preterea pōt penitere: ⁊ per penitentiā iu
Solutio.
ſtificat hō. ꝗ homo pōt ſe iuſtificare. ¶ Solutio
Per hec ad primum.
Dicimꝰ ꝙ nullus homo pōt ſe iuſtificare. i. facere
de iniuſto iuſtū. hoc eñ facit ſolus deus. ¶ Nec
valet hec argumētatio. hō pōt credere: ⁊ per fidē
iuſtificat. homo ꝗ ⁊c̄. Deberet eñ dicere: ⁊ ꝑ cre
dere iuſtificat homo qđ falſū eſt. qm̄ nō ꝑ crede-
Ad ſecūdū.
re iuſtificat hō: ſed per fidē. ⁊ qm̄ nō pōt dare ſibi
fidē. ideo nō pōt iuſtificare ſe. ¶ Ad ſcđm dici-
mus ꝙ hec ꝓpriē eſt falſa. ꝑ penitentiā iuſtificat
homo: ſed etiā per penitentiā magis iuſtificatur
Iterum ar̄.
homo. ſicut đr in apoca. Iuſtū eſt vt qui iuſtꝰ eſt
iuſtificet adhuc. ¶ Itē qui eſt in mortali mortuꝰ
eſt morte ſpūali. Sed nullus mortuꝰ pōt ſe reſu-
ſcitare: igit qui eſt in mortali nō pōt reſuſcitare ſe
ipſum a morte ſpūali ꝗ nō habet potentiā ſe reſu-
In oppm̄.
ſcitandi. ꝗ nō habet potentiā reſurgendi. igit nō
Secundo.
pōt reſurgere. ¶ Cōtra. Iſte ſtatim reſurget. ſit
ita: ergo pōt reſurgere. ¶ Preterea pōt mutare
Solutio.
volūtatē ſuā in melius per pniam: ꝗ pōt reſurge-
Iſta eſt duplex.
re. ¶ Solutio. Hec eſt duplex. iſte qui eſt in mor
tali habet potētiā reſuſcitādi. ſi gerūdiuū deſcen
dit a verbo actiuo falſa eſt. ſi a paſſiuo vera ē: qm̄
habet potētiā vt ſuſcitet a deo. Patet ꝗ ꝙ hec ar
gumētatio nō valet. Iſte nō habet potentiā reſu
ſcitādi: ꝗ nec reſurgēdi. qm̄ in prima ſm ꝙ eſt ꝟba
ſignificat potentia formalis: in cōcluſiōe poten-
tia materialis. vñ hec eſt vera. Iſte pōt reſurge-
re qm̄ pōt recipere fidē/ſpē/caritatē. qđ eſt reſur-
Silr̄ iſta eſt duplex.
gere. Silr̄ hec eſt duplex. Iſte nō habet potētiā
qua reſurgat qm̄ ſi iſte ablatiuꝰ qua ſignificet cau
ſam efficientē ita ꝙ hoc nomē potentiā ſupponat
potentiā formalē vera ē illa negatiua. ſi ablatiuꝰ
qua ſignificet cauſam materialē ⁊ hoc nomē potē
tiā ſupponat potentiā materialē falſa eſt. vñ ptꝫ
Hec argumētatio nō
ꝙ hec argumētatio nō valet. Iſte nō habet potē
tiā qua reſurgat: ꝗ nō habet potentiā reſuſcitādi

valet.
qm̄ prima ꝓpoſitio eſt vera in prima ſignificatio-
ne. Ipe aūt cōcludit in ſcđa. Uera eſt igit hec ꝓ-
poſitio. Iſte pōt reſurgere: ſed nō per ſe. qm̄ hō ē
ſpūs vadens ⁊ nō rediens. Et ſic ſignatur poten-
tia naturalis ⁊ nō formalis ſicut hic. iſte pōt eſſe
Iterum ar̄.
iuſtus. ¶ Itē de iudeis đr in euāgelio iohannis
ꝙ ipi nō poterāt credere: ꝗ potentia credēdi nō ē
materialis cum iudei haberent omnia naturalia.
Solutio.
¶ Solutio. Negatiua particula adiūcta cū hoc
verbo poteſt nō ſemꝑ remouet purā potentiā: ſꝫ
facilitatē. ſicut cū đr Iſte nō pōt ambulare q ha-
bet pedes ligatos. Iudei eñ indurati erāt ꝓpter
pctm̄ ſuū: ⁊ ideo nō de facili poterāt credere nec
Iteꝝ ar̄ de dicto aug.
cōuerti ad dñm vt crederent in eū. ¶ Itē aug. di
cit ꝙ in noſtra poteſtate eſt mutare voluntatē in
melius. ſed hec potētia nulla eſt niſi detur a deo.
Sed hoc videtur eſſe falſū. qm̄ priuſqꝫ aliqua det
Solutio.
homini a deo habet homo poteſtatē illā. ſ. mutā-
di voluntatē ſuā in melius. ¶ Solutio. Ita intel
ligendū eſt qđ dicit aug. hec potētia nulla ē niſi
q̄o incidens
det a deo. i. effectꝰ huiꝰ potētie nullus eſt niſi de-
Ar̄ ꝙ non.
tur a deo. ¶ Itē querit vtrū per li.ar. ſine gratia
pōt homo credere fide informi videt ꝙ nō. qm̄ cre
dere fide informi nō eſt naturale: ꝗ eſt gratuitū.
In oppm̄.
igit nō pōt eſſe ex li.ar. puro ſine gratia. ¶ Con
tra. Illi qui audiebāt predicationē aploꝝ tene-
bantur credere verbis eoꝝ: qꝛ videbāt miracula.
q̄ miracula erāt in eis ſufficiens ꝓbatio eoꝝ q̄ di-
cebātur ab apoſtolis. ergo per huius argumēta
poterāt ipi venire in noticiā articulorū fidei ſine
omni grā. qm̄ miracula erant ſupra naturā: ergo
ſufficiebāt ad ꝓbandū ea q̄ ſunt ſupra naturam. ⁊
ideo homo ita poterat habere fidem informē ſine
Scđo ar̄ ꝑ parte ante oppoſitum.
omni grā. ¶ Cōtra. Liberū arbitriū non pōt ſu-
pra ſe: ſed credere articulos fidei ſiue motu forma
to ſiue informi ē ſupra naturā: igit liberꝝ arbitriū
Solutio.
nō pōt in hoc. ¶ Solutio. Cōcedimꝰ ꝙ nullus ꝑ
ſolū liberū arbitriū pōt ſibi acquirere fidē articu
Per miracula nō habetur vera fides.
lorū formatā vel informē. Per miracula tamē po
teſt venire in fidē informē/tanqꝫ per argumēta ſu
pra naturā pōt venire in credulitatē eorū que ſūt
ſupra naturā: ⁊ qm̄ talis fides nō innititur prime
veritati: ſed argumētis nō eſt vera fides. Eſt ta-
men aliqua illuminatio preambula ad verā fidem
vt per illā illuminationē faciat homo qđ in ſe eſt:
Pſalmiſta. Apocalipſ
ideo đr in pſal. Illuxerūt choruſcatiōes tue. ⁊c̄.
Et in apoca. miracula dicūtur fulgura. vt in illa
auctoritate. de throno procedebant fulgura ⁊ vo
ces et tonitrua.

¶ Capi.3. vtrum mala opera ſint ſolum a li-
bero arbi. et non a deo.

Ex predictis patet ꝙ bona oꝑa ſūt a tri
Concluſio ex ꝑdictis.
bus. ſ. a libero arbitrio originaliter. ⁊
a grā effectiue: ⁊ a deo pricipalit ope-
Bona oꝑa ſūt a tribus
rante. Sūt eñ a libero arbitrio prin-
cipaliter. principalius a gratia: principaliſſime a
Oꝑa bona ex gñe tātū
deo. Oꝑa autē de genere bonoꝝ qñqꝫ ſūt a duo-
bus tm̄. ſ. a deo et a lib.ar. vt qñ homo nō habet
niſi naturalia: qualis fuit adā in prio ſtatu. Qñqꝫ
ſūt a tribus vt qñ homo habet aliquā grām licet
nō gratū facientē vt fidē informē vel timorē ſerui
lem: tūc oꝑa de gñe bonoꝝ ſūt a tribus. ſ. a libero

Ayuntamiento de Madrid

arbitrio a gr̄a a deo. Opera vero mala a libero ar
bitrio ſūt. hoc certū eſt. Certū eſt etiā ꝙ nō ſūt a
Dubium. gratia. ¶ Sed dubiū ē vtrū ſint a deo. ⁊ ſuꝑ hoc
Due opi- due ſūt opiniones. Quidā eñ dicūt ꝙ quicq̄d eſt
niones. inq̄ztū eſt bonū eſt ⁊ etiā a deo ē ſiue ſit actio ſiue
aliud. Iſti dicūt ꝙ malitia nihil eſt. q̄ñ nō poſſēt
alia opinio dicere ꝙ eſſet a deo. ¶ Alij dicūt ꝙ nō quicq̄d ē
eſt a deo: dicūt eñ ꝙ male actiones ſicut nō ſunt
Cōtra hāc male a deo: ita nō ſunt a deo. Primo ergo vidēdū
ſecundam. quō poteſt ſuſtineri hec vltima opinio. Multipli
Arꝫ primo. citer eñ obicit̄ cōtra eā. primo ſic. ¶ Ponatur ꝙ
iſte det elemoſinā cauſa inanis glorie. Hec actio
eſt de gn̄e bonoꝝ: q̄ñ dare elemoſinā eſt bonū in
genere. Sed q̄cq̄d eſt de gn̄e bonorū eſt bonū na
turaliter: ⁊ quicq̄d eſt naturaliter bonū eſt bonū
Secundo. a deo: ğ hec actio ē a deo. ¶ Preterea hec actio
potuit referri ad bonū finē. q̄ñ nō eſt ſubſtātiale
ei vt referatur ad inanē gloriā. Si eñ referret̄ ad
deū nō mutaſſet ſubſtantiā: ſed eſſet eadem actio
numero. q̄ñ eſſet eiuſdē et in eodē tēpore: ⁊ de eo
dem ⁊ ad eundē finē eſſentialē. igit̄ hec actio nu-
mero potuit eſſe bona. igitur naturaliter bonum.
Tertio. igitur ē a deo. ¶ Itē comeſtio qua adā comedit
pomū mala fuit: ideo tantū q̄r prohibita. Sꝫ po-
tuit non eſſe prohibita: igit̄ potuit eſſe bona: igit̄
erat naturaliter bona ⁊ ita a deo: ⁊ ita mala actio
Quarto. erat a deo. ¶ Itē bonū ⁊ malū cōtraria ſūt: ğ q̄c
quid eſt ſuſceptibile vnius eſt ſuſceptibile alteriꝰ
niſi alterū inſit per naturā. Sed cōſtat ꝙ malum
non ineſt huic actioni per naturā: ergo alterū po
teſt ineſſe huic: igit̄ pōt eē bona. igit̄ naturaliter
Quinto. eſt bona. ğ a deo: ¶ Itē ſola aīa eſt ſuſceptibilis
ꝟtutꝫ: ğ ⁊ malitie. ğ oē aliud q̄d dr̄ malū. dr̄ malū
per accidens ergo oīs actio mala ꝑ accidens di-
cit̄ mala: ergo nulla actio naturaliter ē mala. Sꝫ
oīs eſt naturaliter bona vel mala: ergo oīs actio
Sexto. eſt naturaliter bona: ergo a deo. ¶ Item genus
actio aut eſt a deo aut a diabolo aut ab hoīe. Nō
pōt dici ꝙ ſit a diabolo. q̄ñ genera ſiue principia
rerū nō ſūt a diabolo. Nec ſūt ab hoīe ſimilit̄. q̄ñ
nō oīs actio eſt ab hoīe. Reſtat ergo ꝙ hoc genꝰ
actio ē a deo: ergo oīs actio inq̄ztū actio ē a deo.
ergo actio mala inq̄ztum actio eſt a deo: ergo ma
Septimo. la actio eſt a deo ¶ Item ponatur ꝙ aliquis det
elemoſinam cauſa inanis gl̄ie. alius det elemoſi-
nam ꝓpter deū. iſte due actiones ſunt eiuſdē ſpe
ciei ſpecialiſſime: ğ ſūt eiuſdē nature. Sed natu-
ra vnius eſt bona: ğ natura alterius eſt bona. Sꝫ
Solutio. oīs natura bona ē a deo: ğ vtraqꝫ natura ē a deo.
ergo mala actio eſt a deo. ¶ Solutio. Ad intelli
Auguſtinꝰ. gentiā ꝓdictorū notandū ſm̄ hanc opinionē ꝙ il-
lud q̄d dicit Aug. ꝙ q̄cq̄d eſt inq̄ztū eſt bonū eſt ⁊
Quare pōt a deo eſt. Intelligendū eſt tm̄ de ſubſtātijs ⁊ na-
hō ꝑ ſe i ma turis. ſicut ⁊ ipe Aug. dicit. Alligauit eñ ita do-
lum et nō in minus ſibi potētias vt nullo modo poſſint moue-
bonum. ri ad bonū niſi deꝰ eas moueat. Ad malū autem
Ad quattu- poſſūt moueri ꝑ ſe. q̄ñ vnus eſt fons oīm bonoꝝ:
or prima ar ſed nō vnus fons maloꝝ. ¶ Ad quattuor ğ preob
gumenta. iecta dicendū ꝙ hec eſt duplex. q̄cq̄d eſt naturali
ter bonū eſt a deo: q̄ñ ſi aſſeritur bonitas nature
vera eſt. ſi bonitas potētie falſa eſt. q̄ñ idē eſt ac
ſi diceretur: q̄cq̄d eſt potentialiter bonū ē a deo.

⁊ hoc falſū ē. Sed q̄cq̄d ē actu bonū ē a deo bonū
et q̄cq̄d eſt potētialiter bonū a deo eſt potētialit̄
⁊ ſic ſoluunt̄ q̄tuor prie obiectiones. ¶ Ad q̄nto Ad quintū.
obiectū dicimꝰ ꝙ aliter dr̄ actio bona: aliter aīa Bonū alit̄
bona vl̄ mala. Aīa dr̄ mala ꝓpter malū actū aut dr̄ de aīa et
ꝓpter maculā q̄ eſt in aīa. Actio aūt dr̄ mala ꝓ- de eiꝰ actio-
pter relationē ad indebitū finē. ⁊ ideo non ſequit̄ ne.
ꝙ malitia q̄ per ſe dr̄ de aīa ꝑ accidēs dicatur de
actiōe. ¶ Ad ſextū dicimꝰ ꝙ hec argumētatio nō Ad ſextum.
valet. Iſte due actiones ſūt eiuſdē nature. natu-
ra vniꝰ eſt bona: igit̄ ⁊ alterius. q̄ñ ille due actio
nes ſūt eiuſdem nature. ſpecie nō numero. ⁊ ē ibi
fallatia vniuocatiōis. ſicut cū dr̄ Sortes ⁊ plato fallatia vni
ſūt vnus homo in ſpecie: ⁊ ſortes eſt hō albꝰ: igit̄ uocationis
plato eſt homo albꝰ. ¶ Ad aliud dicimus ꝙ hoc ad ſeptimū
genus actio nō eſt a deo ſimpliciter nec ab hoīe
ſimplr̄. Sed ſm̄ quedā ꝯtenta ſui eſt a deo ⁊ ſcd̄ꝫ Uniuerſale
alia eſt ab hoīe vel a diabolo. Dicimꝰ eñ ſicut di nō ē preter
cit Ariſto. ꝙ vniuerſale nō eſt vnū preter multa. ſingularia.
Actio igit̄ inq̄ztum eſt actio eſt a deo vel ab hoīe
vel a diabolo. Sed nulla pars diſiūctionis cōce
denda eſt per ſe. ſicut aīal inq̄ztū aīal eſt rationa-
le vel irrationale. tñ neutra pars cōcedēda eſt ꝑ
ſe. ¶ Itē ſi potētia qua iſte vult dare elemoſinā Itē arꝫ cō-
potuit per ſe elicere actū illū ſcꝫ dare elemoſinā tra ꝓdicta.
ad imperiū appetitus inanis gl̄ie: ğ ⁊ ad imperiū
alterius rei eadē ratiōe potuit elicere per ſe talē
motū. ⁊ ita per ſe potuit elicere bonū motum. Et
ita ſicut motus malus nō eſt a deo: ita aliquis bo
nus motus nō eſt a deo. ¶ Propter hoc dicūt q̄ Opinio ali
dam ꝙ nulla actio nullus q̄r motus eſt a deo: ſed quorum.
ſubſtātie ⁊ earū nature ſūt a deo. Subſtātie vero
per potentias ſibi datas agūt ⁊ mouētur q̄ actio
nes ⁊ motus ſunt ab ipſis ſubſtantijs non a deo.
¶ Sed huic opinioni obuiat Iſayas apte dicēs Cōtra opi.
Oīa opa noſtra operatꝰ es in nobis dn̄e. ¶ Itē arꝫ ꝑ iſayā.
dn̄s in euāgelio. Sine me nihil poteſtis facere. Secundo.
⁊ iterū. Nō vos eſtis q̄ loquimini ⁊c̄. Et illud. pa Tertio.
ter in me manens ipſe facit opa. ¶ Preterea ſi Quarto.
hoc eſt: generatio ſegetū nō ē a deo: ⁊ ita nō ſunt
dona dei. q̄d eſſet hereticū dicere. ¶ Itē actꝰ co Quinto.
gnoſcēdi deū quo philoſophi cognouerūt deum
nō fuit a deo ergo nō peccauerūt attribuēdo ſibi
illā cognitionē actualē. Quō igit̄ dicit apl̄s. qui
cū deū cognouiſſent nō ſicut ⁊c̄. ¶ Itē cōſtat ꝙ Sexto.
gr̄a debet̄ deo de oībus operibus bonis. ſicut dr̄
in euāgelio. Sic luceant opa veſtra bona vt glo-
rificet̄ pater veſter. ⁊c̄. Propter hoc eñ redargu
it gentiles dn̄s per apoſtolū ꝙ nō glorificauerūt
deū. Sed ſcd̄m illos cū bona opera nō ſint a deo
nec deus eſt cauſa eoꝝ. quare debeat glorificari
ab illis pro illis? Si dicit̄ ꝙ ideo: q̄r dedit poten-
tiā faciendi illa. Eodē modo dedit potentiā faci- Euaſio con
endi opera q̄ mala ſūt: ergo pro illis debet vitupe tra quam arꝫ
rari ſicut pro illis laudari. ¶ Forte dicet ꝙ ꝓ bo Alia euaſio
nis debet laudari: q̄r nō tantū dedit potentiā fa-
ciendi illa opera bona. ſed etiā precepit vt fierēt
illa. ¶ Sed nō videt̄ ꝙ ideo debeat eſſe eius glo Cōtra hoc
ria: q̄ñ ſi quis faceret yconiā pulcherrimā de au- arguitur.
ro rege imperāte et dante ei aurū ⁊ oīa inſtrumē
ta ad hoc valentia. tamen potius eſſet laus eiꝰ q̄
faceret q̄ eius qui preciperet et facultatē daret.

Ayuntamiento de Madrid

Septimo ꝑ auguſtinū.

¶ Itē dicit Aug. Omne bonū aut eſt ipſe aut ab ipſo. ¶ Itē cū vnicꝰ ſit fons oīm bonoꝝ nō pōt

Octauo.

eſſe aliqđ bonū qđ non ſit ab ipſo. Sicut ſi vnicꝰ

Opinio doctoris.

eſſet fons aque tm̄ nō eſſet aqua q̄ nō eſſet ab illo fonte. ¶ Propter hoc dicimus ſcđm hāc opinio=

Ad primū.

nem ꝙ oīs actio bona eſt a deo principaliter cum ipſe ſit fons vnicꝰ oīs boni. Dicimus ergo ꝙ hec argumētatio nō valet. Liberū arbitriū per ſe ſufficit ad eliciendū hūc actū ſcȝ dare elemoſinā ad imperiū inanis glorie. ꝗ eadē ratione vel multo fortius per ſe ſufficit ad eliciendū eūdē actum ad imperiū dilectionis dei. qm̄ vnū eſt principium boni nō vnū mali. Nec liberū arbitriū habet aū

Ꝯtra hoc arꝭ

ſe fontē mali ſicut fontē boni. ¶ Sed obicitur Si vnicus eſſet fons aque nō eſſet aqua q̄ nō eſſet ab illo fonte ſed vnicus eſt fons eſſendi: ergo nullum eſt eſſe qđ non ſit ab illo. igiꝭ q̄cq̄d eſt ab illo eſt.

Secundo.

¶ Itē vbi habet locū hec regula: q̄cq̄d eſt cauſa cauſe eſt cauſa cauſati: niſi vbi tertiū fluit a ſcđo ſcđm illud ſcđm qđ ſcđm fluit a primo? Sed actꝰ ſcđȝ ꝙ actus eſt a potentia ſcđȝ ꝙ eſt potētia qm̄ potentia ſcđm ꝙ potētia eſt ad hoc vt ex ea exeat actus. Potentia autē ſecundum ꝙ potentia eſt a deo: ergo actus eſt a potētia ſcđm illud ſcđm qđ potentia eſt a deo. ergo ibi ē directꝰ fluxus. ergo in hoc caſu tenet illa regula aut nuſq̄. ergo actꝰ ſcđm ꝙ actꝰ eſt a deo. ergo omnis actꝰ eſt a deo.

Tertio.

¶ Itē mala actio ſecūdū ꝙ eſt actio eſt a poten=tia ſcđm ꝙ eſt potentia. Sed potētia ſcđm ꝙ po=tentia eſt bonū: ergo mala actio eſt a bono ſcđȝ ꝙ bonū. ergo malū eſt a bono ſcđm ꝙ bonū. qđ vi=deꝭ eſſe falſū: qꝛ nullū cōtrariū generat ſuū ꝯtra=riū ſcđm ſe: ꝑ accidens aūt poſſet hoc eſſe.

Opinio aliquorum.

¶ Ad hoc dicūt quidā ꝙ hec eſt falſa. Mala actio eſt a potentia ſcđm ꝙ potentia. imo eſt a potentia ſe=cundū ꝙ eſt deficiens.

Cōtra opi=nionē hanc arguitur.

¶ Sed cōtra. Oīs actio eſt a potentia naturaliter: nec pōt naturaliter eē actus qui nō ſit a potentia: ergo oīs actus ſcđȝ ꝙ eſt actus eſt a potentia ſecūdū ꝙ potētia. ergo a bono ſcđm ꝙ bonū.

Ad primū.

¶ Ad primū dicimꝰ ꝙ hec argumentatio nō valet. Si vnicꝰ eſſet fōs aque nō eſſet aqua q̄ nō eſſet ab illo: ergo cū vnicꝰ ſit fons eſſendi nō eſt eſſe qđ nō ſit ab illo: ⁊ hoc ideo contingit qm̄ fluxus naturalis nō eſt ſimilis fluxui liberi arbitrij. Fluxus eīm qui ꝓcedit a fonte nō poteſt deriuare ex ſe aquā niſi eā quā accipit a fonte Sed li. ar. ꝓducit aliq̄d ex ſe qđ nō habet a fonte eſſendi ſcȝ malā actionē. qm̄ liberū arbitriū ē fle=xibile ad duo ⁊ pōt elicere ex ſe nouū quid. aliter nō eſſet liberū ad bonū ⁊ malū. Sed fluxus natu=ralis nō ſe habet niſi ad vnū vt ſcđm ꝙ ex fonte ē ex ſe deriuet.

Ad ſecūdū.

¶ Ad ſcđȝ dicimꝰ ꝙ illa regula te=net vbi eſt directus fluxus cauſaꝝ in ſuos effectꝰ.

Hec argu=mētatio nō valet.

Hec tamē argumētatio nō valet. ¶ Tertiū fluit a ſecundo ſcđm illud ſcđm qđ ſecūdū fluit a pꝛīo: ergo tertiū fluit a primo. Debet eīm dici ſcđȝ illđ ⁊ ad illud qđ falſū eſt. qm̄ ſcđm fluit a primo tātū ad bonū finē. qm̄ deus dedit liberꝝ arbitriū tm̄ ad bonū finē. licet dederit tale qđ flecti pōt ad malū. ⁊ ideo nō eſt directus fluxus qm̄ licet ſcđm idē ſit fluxus: nō tamen ad idē.

Ad tertium

¶ Ad tertiū dicimus ꝙ malū ſiue mala actio ē a bono ꝭm ꝙ bonū inq̄ꝝtū actio. ſicut caſus cōtingit qn̄q̄ ex fortitudine ꝭm ꝙ fortitudo: ſed nō per ſe niſi ex accn̄ti.

Exemplum

Mala actō non habet cauſam ꝑ ſe

Mala eīm actio nō habet aliquā cauſaȝ q̄ per ſe ſit cauſa eiꝰ qm̄ nō habet niſi cauſam volūtariā vt ſupra oſtē=ſum eſt. vnde malū inq̄ꝝtū malū nō eſt a bono ꝭm ꝙ bonū. qm̄ nō ē a potētia ꝭm ꝙ potētia: ſed a potentia ꝭm ꝙ eſt deficiēs vt ſupra dictū eſt. Eſt igitur verum ꝙ a bono ꝭm ꝙ bonū per ſe non eſt niſi bonum: ſed per accidens eſt ab eo malum.

¶ Iterum arguitur contra dictū auguſtini.

ITem đr Aug. ꝙ poſſe peccare nō ē poſſe aliq̄d ſed potius nō poſſe ¶ Sed hoc videꝭ eſſe falſum ꝭm hanc opinionē. qm̄ pctm̄ in eo ꝙ pctm̄ ē aliquid. ergo poſſe peccare ꝓprie ē poſſe aliq̄d. Qđ ſi eſt: videꝭ ꝙ deus nō eſt omp̄s: qm̄ nō pōt oīa: cū nō pōt pec=care.

Secundo.

¶ Preterea. Si peccare nō eſt ꝓprie poſſe aliquid: ꝗ potētia peccādi nō eſt ꝓprie potentia ſed potius impotētia. Cōtra. Aug. dicit ꝙ male agere eſt incōmutabili bono ſpreto: rebus muta=bilibus adherere. qđ facimus li. volūtatis arbi. ergo li. ar. eſt potentia male agendi. ergo ⁊ potē=tia peccandi.

Solutio ſecundū hāc opinionem

¶ Ad hoc dicendū eſt ꝭm hāc opi=nionem ꝙ re vera poſſe peccare eſt poſſe aliquid: ſed ideo dicit Aug. ꝙ poſſe peccare non eſt poſſe aliquid: qꝛ poſſe peccare nō eſt aliquid poſſe: qđ poſſe ſit pure potētie.

Poſſe pure potentie.

Cū eīm đr potentia peccā=di. per hūc terminū nō ſignificaꝭ pura potentia: ſed potētia cū defectu. Et ideo đr deus omp̄s nō qꝛ poſſit gn̄aliter oīa: ſed quia pōt oīa que poſſe eſt pure potentie.

Iterum arꝭ.

¶ Item hec actio demōſtrata actione qua aliquis dat elemoſinā cauſa inanis glorie eſt mala. illa malicia nō eſt ei ſubſtātialis. qđ pȝ per hoc qꝛ ē eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime cū bona datiōe remoueaꝭ malicia ab ea nulla muta=tione facta. Inde ſic. Hec actio eſt. ergo bona vꝭ mala. Nō mala. qm̄ malicia remota eſt. igitur eſt bona: igitur a deo. et nulla alia mutatio facta eſt ergo prius erat a deo qn̄ erat mala.

Solutio.

Quō actio ꝓcedit a li. ar. tripſr.

¶ Solutio. Poſitio eſt impoſſibilis. Oīs eīm actio ꝓcedit a li. ar. ꝑ modū gr̄e / vel nature / vel vicij. Si ꝓcedit per modū gratie vel nature: ſemꝑ retorqueꝭ ad aliquē bonū finē. ⁊ ideo bona eſt. Si per modū vicij: retorqueꝭ ad aliquē malū finē et eſt mala. vn̄ ſi remoueꝭ malicia: ſequiꝭ ꝙ ibi ſit bonitas. ⁊ ideo poſitio eſt impoſſibilis.

Solutio aliquorum.

¶ Tamē quidaȝ dicūt ꝙ remota malicia actio remanet in eē naturali. Un̄ ſicut prima materia nec ſimpliciter eſt nec ſimpliciter nō eſt: ita illa actio nec ſimpliciter ē nec ſimpliciter nō eſt.

Improbaꝭ hec ſolutio per auguſt.

¶ Sed hec ſolutio ꝓbatur eē nulla ꝑ hoc qđ dicit Aug. ꝙ voluntas eūdi ad feneſtras cauſa vidēdi tranſeūtes duos habet fines.

Analogia.

primus eſt ſubſtantialis: ſcȝ ire ad feneſtras. aliꝰ accidētalis ſcȝ videre trāſeūtes. vltimus eīm imponiꝭ ei a rōne ⁊ quaſi per accidens ſiue extrinſecus. Eadē rōne voluntas qua aliq̄s vult dare elemoſinā cauſa ianis gl̄ie duos habet fines. primū ſubſtātialē: ſcđm accidentalē. Primꝰ igiꝭ ſtatuit eam quaſi in ſpecie ſubſtātiali. ergo remoto ſcđo fine remanebit in ſuo eſſe ſubſtātiali. ſed remoto fine remoueꝭ malicia: ꝗ remota malicia remanebit in ſuo eſſe ſpeciali vel ſubſtātiali: ꝗ remanebit

Ayuntamiento de Madrid

in ſuo eſſe materiali. quod concedimus.
¶ Iterum contra dicta arguitur.
Item Oia per ipſuʒ facta ſūt: ⁊ ſine ipo
factū eſt nihil. nihil. i. pctm̄. Sup hunc
locū dt Aug. ꝙ oīs foꝛma: oīs cōpago:
oīs modus a deo eſt Sed mala actio eſt
In oppm̄. Secundo. aliqua foꝛma: igit̄ eſt a deo. Sed dicit Aug. ꝙ no-
men mali ꝯſiſtit in pura priuatiōe. Dicit etiā ꝙ ſi
videris aliqd qd nō habeat modū/oꝛdinē/⁊ ſpēm:
dicere potes ꝙ nihil eſt. Sed illa volūtas qua ali
quis diligit nūmū ſup oīa non habet modū/oꝛdi-
nem/⁊ ſpeciē. cōſtat eñ ꝙ nō habet modū: i. men
ſuram. qm̄ per ipam plus debito diligit̄ creatura
Eodēmodo de aliis. nec diligit̄ creatura in ſuo oꝛdine. ergo illa volūtas
nō habet illa tria. ergo poſſumus dicere ꝙ nichil eſt.
Tertio. Eadē ratiōe oīs mala actio nihil eſt ¶ Itē pctm̄
eſt cōtra naturā. qm̄ coꝛrūpit naturā. ergo nō eſt
alicuius nature: ergo nō eſt alicuiꝰ ſpeciei: ergo nec
alicuius generis. ergo nō eſt actio vel alia res predi
Solutio. camētalis. ¶ Solutio. Scdʒ hāc opinionē pec-
Prima cā. catū dicitur nichil eſſe duplici de cauſa. Prima ē
quia facit recedere a vero eſſe coꝛrūpēdo bonum
Secunda. naturale. ⁊ ſic facit accedere ad nō eſſe. Secūda
Quō pctm̄ dr eē nihil. cauſa eſt. qm̄ pctm̄ ſiue mala actio nō ē pfectiuū
alicuius ſpeciei. qm̄ ſicut homo qui habet curta-
tos pedes eſt hō inperfectꝰ: ita oīs actio mala vel
volūtas mala habet eſſe imperfectū. pars eñ eē
cuiuſlibet rei eſt ꝙ ſit via ad deū. qd auferr̄ male
actioni per hoc ꝙ retoꝛquet̄ ad indebitū finē. Eſt
ergo res alicuius ſpeciei: ſed imperfecte. ſicut hō
Nota iſta. curtatus pedibus. Qd ergo dr pctm̄ nihil eſt. vi
detur eſſe cōtra hāc opinionē. ſed qd dicitur fctm̄
Ad primū. eſt. videt̄ eſſe pro hac opinione. ¶ Qd aūt dicit
Aug. ꝙ oīs foꝛma: oīs cōpago. ⁊c̄. a deo eſt. intel
ligendū eſt de foꝛma naturali que vel a natura ē:
vel directe natura eſt. i. a foꝛma ſubſtātiali etiam
mediate vel immediate. tñ mala actio poſſet dici
res naturalis large. qm̄ eſt a natura quocūq mo
Ad aliud. do. ¶ Ad ſcdʒ dicimꝰ ꝙ priuatio duobus modis
accipitur. qñq priuatio alicuiꝰ rei pōt dici abſen
tia illius rei: et ſm hoc malū ſiue pctm̄ nō eſt pri-
uatio. priuatio autē pōt dici id qd priuat vel coꝛ-
Priuatio capit̄ duplr rūpit aliquā rem: ⁊ ſm hoc malū ſiue pctm̄ pōt di
Ad aliud. ci priuatio. ¶ Ad aliud dicimus qd dicit Aug. ꝙ
illud qd nō habet modū ſpeciē ⁊ oꝛdinē nihil eſt.
ſic eſt intelligendum. i. nō habet perfectum eſſe.
Ad vltimū. ¶ Ultima obiectio ſoluēda eſt per equiuocatio-
nem huiꝰ nōis natura ſicut patet ex predictis.
¶ Iterum arguitur ꝙ peccatum ſit a deo.
Item actio qua aliquis dat elemoſinam
ppter deū: eſt a deo ⁊ a libero arbitrio.
Deus aūt magis ē cauſa illius q̄ liberū
arbitriū. deus eñ eſt cauſa cauſaliſſima
cuiuſcūq eſt cauſa. qm̄ alie cauſe habent ab ipſo
ꝙ ſint cauſe. ⁊ nō ecōuerſo. qm̄ ppt qd vnūqdq ē
tale: illud eſt magis tale. Sed hec actio nunq po
tuit eſſe quin eſſet a libero arbitrio: ergo nūq potuit
eſſe quin eſſet ab eo. ergo multo foꝛtius nūq po-
tuit eſſe quin eſſet a deo qui eſt magis cauſa ipiꝰ
Solutio. Hec argumētatio nō valet. ¶ Dicimus ꝙ hec argumentatio nō valet. qm̄ li
cet deus ſit magis cauſa actionis illius li. ar. ta-
men liberū arbitriū eſt magis ppꝛie cauſa illius.
qm̄ deus eſt gnālis cauſa illius. et nō eſt addictꝰ
ita ſpeciali effectui ſicut liberū arbitriū vel ſpecia
Itez arḡ ad idē p gloſaʒ li nature. ¶ Itē ſup illū locū iſaye. Ego deꝰ cre-
ans tenebras ⁊ faciēs malū. dicit gloſa. Nō ma-
lum in eo ꝙ malū: ſed malum in eo qd iuſtū. Hoc
autē intelligit̄ de malo pene aut de malo culpe.
Nō pōt dici de malo pene: qm̄ pena inq̄ntū pena ⁊
afflictio a deo eſt. reſtat ergo ꝙ intelligat̄ de ma-
lo culpe. ergo maluʒ culpe eſt a deo. igitur mala
Solutio. actio eſt a deo. ¶ Solutio. Illud intelligitur de
Malū pene ē a deo iuite malo pene. qm̄ licet malū pene ſit a deo: eſt tñ ab
ipſo quaſi inuito. nec eſt ab ipſo miſericoꝛdi: ſʒ ab
ipſo iuſto. qm̄ nō eſt ex ppꝛio eius coꝛde. i. ex eiꝰ
mia. Unde in trenis Hiere. Non eñ ex coꝛde ſuo
Pena quō eſt a deo. humiliauit ⁊ abiecit filios hoim. Propter hoc di
ctū eſt ꝙ malū pene nō eſt a deo inq̄ntū malū: ſed
inq̄ntū iuſtū. ſicut iudex dicit latroni Ego non ſu-
Itez arḡ ad idē p iſayā. ſpendo te: ſed pctā tua ſuſpēdūt te. ¶ Itē iſayas
Nūquid eleuabit̄ ſecuris aduerſus eū qui ſecat i
ea? Ibi dr ſennacherib virga/ſerra/baculus dei.
⁊ tamen ibi dicit̄ ꝙ ipſe ſupbiebat in exequēdo vo
luntatē dei. Cōſtat ergo ꝙ eius actio erat mala:
⁊ tñ ipſe erat inſtrumentū dei in actione illa. Sʒ
cōſtat ꝙ actio ppꝛie eſt illius qui vtitur inſtrumē
Ad idē gloſa ibidem. to: ergo mala actio illius fuit a deo. ¶ Ibi etiam
dicit gloſa ꝙ ſicut hmōi inſtrumēta p ſe nihil ſūt
agentia/ſed per eos qui ſecant p ea: ita ſennache
Solutio. rib per ſe nihil operatus eſt. ¶ Dicimꝰ ꝙ ſenna-
Quō malꝰ ē inſtrumētum dei. cherib dicit̄ inſtrumentū dei nō ppter actionem:
ſed ppter paſſionē quā ex ſua actione ſennache-
rib nō potuiſſet elicere: niſi dñs dediſſet ei ptātē
flagellandi malos. gloſa. ppter ptātē flagellan-
di quā dedit ei deus: ⁊ ppter flagellationē paſſio
nem quā deus volebat fieri fecit: dr ſennacherib
Iterum arḡ ad idem. ſecuris/ſerra/baculus dñi. ¶ Itē in illa die ſibi-
labit dñs muſce que ē in extremo fluminū egipti.
i. egiptiis imbellibꝰ ⁊ imūdis. Sed dñs nichil in
ſpirauit eis niſi volūtatē deſtruēdi iudeos: ergo illa
Solutio. volūtas fuit a deo iſpirāte: ⁊ tñ erat mala. ¶ So
lutio. Dñs inſpirauit volūtatē deſtruēdi iudeos
dando eis aliqd ſignū deſtructiōis: qꝛ dereliqne
rant legē ſibi datā. ⁊ volūtas eoꝝ in principio fu
it bona q̄diu ſecuti ſūt dei inſpirationē. ſed poſt-
ea ſupbiebāt ⁊ ſibi attribuebāt: cū dñs daret eis
Itez arḡ de prophetia cayphe. poteſtatē ſine qua nihil facere poterant. ¶ Itez
ſolet obiici de pphetia caiphe. Sed de ea dictū
eſt ſatis in tractatu pphetie. ¶ Itē in iſaia ſuper
Iterū arḡ p aliud iſaye. locū illū Reuerſus eſt rapſaces. ⁊c̄. dño pmittē-
te venit: ⁊ dño p̄cipiēte receſſit. Sed videt̄ ꝙ hec
diſtinctio ſit incōpetens. qm̄ eiꝰ aduentꝰ ⁊ receſ-
ſus fuit moꝛtale pctm̄. qm̄ in aduentu ⁊ receſſu in
tendebat ipe facere volūtatē dñi ſui regis aſſyꝛio
rum quē diligebat vel timebat. igit̄ nō ex permiſ
ſione dei fuit aduentus ⁊ receſſus ex p̄ceptione.
Ad idem de iudeis. ¶ Itē iudei ex p̄cepto dei ſpoliauerūt egiptios.
⁊ dicit gloſa ꝙ factū fuit in p̄cepto: ⁊ modus in p
miſſione. Et ita videt̄ ꝙ factū fuit a deo precipiē-
te: ſed modus a diabolo. Sed cōſtat ꝙ factū quo
rūdā fuit pctm̄: ſcʒ illoꝝ qui aſpoꝛtauerūt ex cupi
Ad primuʒ ſm aliquos ditate. ergo illud fuit a deo. ¶ Ad primū dicunt
quidā ꝙ ibi ponit̄ antecedens pro cōſequenti: cū
dicit̄ ꝙ ipſe receſſit deo precipiēte. qm̄ deus non

Ayuntamiento de Madrid

pꝛecepit eius receſſum qꝛ fuit moꝛtale pctm̃ :ſꝫ p̄=
cipiebat ciuitatē nō obſideri ab eo . ſicut dicit̃ ꝙ
diaboluꝰ exiuit de obſeſſis coꝛpibꝰ ex p̄cepto dei:
qm̃ ex pꝛecepto dei fuit cōſequēs ad exitũ ſcꝫ ceſ=
Hec ſolutio nulla. ſare a leſiōibꝰ. ❡ Sed ꝙ hec ſolutio nulla ſit pꝛo=
batur per hoc qꝛ ſicut cōſequēs ad receſſũ rapſa=
cis fuit bonũ ⁊ placuit deo:ita ꝯñs ad eius aduē=
tum.qꝛ per eius aduentũ humiliauit ipſe iudeos
incutiendo eis timoꝛē . qđ multũ placuit deo. et
ita qua ratione dꝛ receſſus fuit in p̄cepto ⁊ aduē=
Opinio doctoꝛis. tus: ❡ Nobis videt̃ ꝙ receſſus in gñe fuit in pꝛe=
cepto:qm̃ ꝑ cōſequēs ad receſſũ eius voluit dñs
cōſolari ppl̃m ſuũ.qđ eſt actus mĩe dei qui ꝓpꝛiꝰ
eſt bonitatis dei ⁊ ex coꝛde dei:ſed terrere:puni=
re : nō eſt ex coꝛde dei ſiue ex bonitate ſicut dicit
Hieremi.ĩ trenis. Hiere.in trenis . Nō eñ ex coꝛde ſuo humiliauit
⁊ abiecit filios hoiꝫ.Et ideo dictũ eſt ꝙ receſſus
Pꝛecepit factũ ſed non modum. fuit in pꝛecepto:ſed aduentus fuit in permiſſione
Eodē modo dicimus ꝙ dñs pꝛecepit ꝙ diabolus
exiret:ſed nō ꝙ ſic exiret ſcꝫ ex odio et ira . ſm qđ
Similiter de iudeis. dicitur ꝙ eiꝰ exitus fuit peccatũ.Siſr̃ dicimꝰ
ꝙ dñs pꝛecepit iudeis ꝙ aſpoꝛtarent vaſa.ſꝫ non
Per hec ſoluunt̃ argu=menta. ſic.Et ideo dicit̃ ꝙ factũ fuit in pꝛecepto : ſed nō
modus. quia factũ fuit in genere in pꝛecepto: ſed
nō in ſingulari pꝛout veſtitũ erat circũſtātijs de
Opinio aliquoꝝ. pꝛauātibus ip̄m. ❡ Alia eſt opinio q̄ dicit ꝙ oīs
actio eſt a deo. Cōtra quā obicit̃ multipliciter .
ꝯtra quā ar=pꝛio aucto=ritatibus. Auctoꝛitatibꝰ pꝛimo ſic.Fulgentius dr̃.Illiꝰ rei
deus eſt vltoꝛ:cuiꝰ non eſt actoꝛ. Cum ergo male
actiōis ſit vltoꝛ:nō eſt actoꝛ eiꝰ. ❡ Itē dr̃ Aug.
Secũdo ꝑ auguſtinũ. Materiā idoli fecit deus:foꝛmam aũt adinuenit
malicia hoim.ꝫ foꝛma idoli nō eſt a deo.ꝫ nō qc=
Tertio rōe quid eſt:eſt a deo. ❡ Itē rōibus ſic obicitur.cuꝫ
oīs actio ſit a deo:querit̃ vnde dicitur actio ma=
la? Si dicitur ꝙ ideo dꝛ mala:qꝛ refert̃ ad malum
finē. Sed iterũ relatio qua refertur ad malũ finē
eſt a deo:ergo cũ ideo ſit mala qꝛ refert̃ ad maluꝫ
finē:erit mala a deo.qđ eſt abſurdũ. Si dicitur ꝙ
Ambꝛoſius eſt mala:qꝛ pꝛiuat̃ bono fine . ſed Ambꝛoſius di=
cit ꝙ q̄dā ſũt que nō poſſũt fieri aliquo bono fine
aliqua bona intētiōe.ergo tales actiōes ſcilicet
adulterari:furari:nō poſſũt pꝛiuari bono fine cũ
nō poſſint fieri debito fine. ⁊ tamē ſunt. non ergo
ſunt male qꝛ pꝛiuātur debito fine. Si dicit̃ ꝙ pꝛi=
uari debito fine ē nō habere debitũ finē.ſic actio
nes indifferētes eſſent male. ❡ Foꝛte dicet ꝙ ma
Euaſio. la actio ideo dicitur pꝛiuari fine debito: qꝛ per id
qđ fit cōtra legē ꝓhibet̃ referri ad debitũ finem.
❡ Sed obicitur de illis q̄ ꝓhibentur ideo qꝛ ſunt
ꝯtra hoc ar. mala. quedā eñ ſũt mala qꝛ ꝓhibita:vt comeſtio
pomi ade.quedā ſunt ꝓhibita qꝛ mala : vt furari/
foꝛnicari/⁊ ſiſa. Iſta igitur naturaliter pꝛius ſũt
mala q̄ꝫ pꝛohibita:ergo per hoc ꝙ fiũt cōtra legē
dei nō pꝛohibent̃ referri ad bonũ finē.ſed ecōuer
Secundo. ſo. ❡ Iteꝫ mala actio eſt a deo.igit̃ vel eſt a deo
operante ⁊ mouēte: vel non. Si eſt a deo nō ope=
rante:relinquitur ꝙ nō ſit ab eo niſi qꝛ dedit po=
tentiā ad illā. ſed idē eſt verũ ſm aliā opinionē :
ergo hec opinio nō differt ab illa . Sed ſi dicit̃ ꝙ
mala actio eſt a deo mouente ⁊ operante:ſed con
ſtat ꝙ nō ſcđario imo pꝛincipaliter operante.qm̃
quicq̃d facit pꝛincipaliter facit.igitur ſicut in bo
na actione deus eſt actoꝛ pꝛincipalis: ⁊ homo mi
niſter.ita in mala.ergo male actionis deꝰ ē actoꝛ
pꝛincipalis.ſed actoꝛi potius imputatur actio q̄ꝫ
miniſtro:ergo mala actio potius imputāda ē deo
q̄ꝫ hoi. ❡ Itē comeſtio qua adā comedit pomum Tertio.
fuit a deo.ꝫ deus fuit actoꝛ illius actiōis.ꝫ deus
voluit illā actionē:⁊ voluit etiā exercitiũ ⁊ inhe=
rentiā illius actionis . ꝫ voluit ꝙ adā comederet
pomũ. ❡ Cōtra.ꝓhibuit illud:ergo non voluit. Contra.
aliter eñ eſſet duplex ⁊ ſibi cōtrarius. Itē iſte eſt Iterum.
malus:illa malicia nō eſt a deo:et q̃cq̃d eſt a deo
eſt.ꝫ illa malicia nihil eſt. Eodē modo.oīs mali= Eodēmodo
cia nihil eſt: ergo nulla malicia maioꝛ ē alia.ergo
nullus eſt magis malus alio.

❡ Iterum arguitur continuando.

ITem querit̃ quid dicat̃ malicia.⁊ cōſtat
ꝙ malicia(ſm eos)pꝛiuatio boni eſt. ꝫ ē
pꝛiuatio boni gratuiti vel naturalis. Si
gratuiti. Sed cōſtat ꝙ deus pꝛiuat ho=
minē bono gratuito.qꝛ ſubtrahit ei gr̃aꝫ. vt dicit
Ambꝛo.ſcꝫ ꝙ deus indurat hoiem nō impartien Ambꝛoſius
do maliciā:ſed ſubtrahēdo gr̃am.⁊ ita deꝰ pꝛiuat
hoiem bono gratuito . ſed pꝛiuatio boni gratuiti
eſt malicia:ergo homo a deo eſt malus . Si boni
naturalis.cōtra. Pctm̃ pꝛiuat hoiem bono natu
rali.ꝫ vel inq̄ꝫtũ eſt actio:vel inq̄ꝫtũ eſt pctm̃ Sꝫ
nō inq̄ꝫtũ eſt actio.qm̃ inq̄ꝫtũ eſt actio:eſt bonum
quid.⁊ bonũ inq̄ꝫtũ eſt bonũ:nō coꝛrũpit bonum
Reſtat ergo ꝙ pctm̃ inq̄ꝫtũ pctm̃ pꝛiuat hoieꝫ bo
no naturali.igitur inq̄ꝫtũ pctm̃ coꝛrũpit bonũ na
turale. ❡ Cōtra.inq̄ꝫtũ pctm̃ nihil eſt: igitur in= In oppm̃.
q̄ꝫtũ pctm̃ nihil agit:ergo inq̄ꝫtũ pctm̃ nichil coꝛ
rũpit.igit̃ inq̄ꝫtũ pctm̃ nō coꝛrũpit bonũ natura
le. ❡ Non pōt aũt dici ꝙ pctm̃ ideo coꝛrũpit bo=
num naturale:qꝛ pꝛopter ip̄m coꝛrũpit̃ a deo. ſic
eñ opoꝛteret dicere ꝙ malicia eſſet a deo : cũ ſcꝫ Euaſio cō=
pꝛiuatio boni naturalis ſit a deo:cũ ab ip̄o coꝛrũ tra quā ar.
peret̃ bonũ naturale. ❡ Itē bene concedit̃ hec. Ad idem.
Iſte vult foꝛnicari.nō qꝛ velit defoꝛmitatē q̄ im=
poꝛtatur per hoc verbũ foꝛnicari:ſed actionē que
ſignificat̃ ꝑ idē verbũ.Eadē rōne hec debet con Eodēmodo
cedi.deus fecit homicidiũ. qꝛ fecit actionē q̄ ſup
ponitur per hũc terminũ homicidiũ:nō tamē fe=
cit defoꝛmitatē.ꝫ eadē rōne deus fecit pctm̃.ſiſr̃=
ter hec eſt concedenda:pctm̃ eſt a deo. ❡ Solu= Solutio ad
tio.Ad pꝛimā auctoꝛitatē dicimus ꝙ ſic eſt intel auctoꝛitatē
ligenda. Illius rei.⁊c̄.i.nō eiuſdē rei ⁊ ſm idē deꝰ
eſt vltoꝛ et actoꝛ.qm̃ male actiōis eſt actoꝛ ſm ꝙ
actio:vltoꝛ aũt ſm ꝙ mala. ❡ Ad ſcđm dicimus Ad ſcđam
ſꝫ Aug.ꝙ idolũ eſt ſtatua digna adoꝛatiōe ſicut auctoꝛitatē
falſo diffiniebāt gētiles.talis aũt dignitas nihil
eſt quā fingebant gentiles circa idolũ. qꝛ erat ſꝫ
eos foꝛma idoli.⁊ de tali foꝛma intelligit̃ auctoꝛi
tas Aug. ❡ Ad pꝛimā rōnē dicimus ꝙ actio di= Ad pꝛimaꝫ
citur mala qꝛ ſiſtit in re mutabili nō pꝛopter deũ. rationem.
ſi hoc faceret ꝓpter deũ nō eſſet mala:ſed qꝛ non quare actio
ꝓpter deũ ideo mala. hoc eñ eſt facere de via fi= dicit̃ mala.
nem.et talis actio dicit̃ pꝛiuari debito fine : qꝛ ſi
talis actio eſt ſemꝑ eſt mala niſi referat̃ ad deuꝫ.
talis ergo nō relatio ad deũ in tali actione eſt ma
licia actionis. Nec eſt ſiſr̃ de actione indifferenti
qm̃ actio indifferens vt dare elemoſinā ex natura

Ayuntamiento de Madrid

li pietate ex naturali amore dei est. vñ finaliter ē ad deū quē diligit quicq̄d pōt diligere siue sciens siue nesciēs sicut dicit Aug. ¶ Qḋ aūt dt Aug. ꝙ quedā sūt que nō possunt fieri sine bono: vt furari ⁊ similia: ⁊ ideo nō priuātur debito fine. Dicimus ꝙ ille actiōes ꝗ̄tū in se est naturaliter sūt referibiles ad bonū finē. vt patet in asportatione q̄ iudei asportauerūt vasa egiptiorꝝ ab egipto. q2 ex p̄cepto dei fuit: nō fuit furtum: qḋ alias eēt furtū Adulterari tñ ⁊ furari inq̄tū talia sūt nō possunt fieri debito fine: cū iā habeant in se prauū finem. sicut patet in actiōe nabuchodonosor vel sennacherib. q̄ dñs flagellauit iudeos ad correctionē inq̄tū cū illa actio erat a deo ad finē correctiōis bona erat: sed inq̄tū erat a libero arbitrio nabuchodonosor vel sennacherib ad gloriandū in sua potestate vel in acquisitione dñij. i. ad delectandum in hoc nō ꝓpter deū mala erat. hoc enī ē cōtempto summo bono: cōmutabili bono adherere.

*Augustin9.* *Ad aliud.* *Exempla biblie.*

*Ad secūdā rationem.* Ad scḋam rōnem dicimus ꝙ mala actio est a deo mouente ⁊ operante principaliter. nec inde sequitur ꝙ agens malā actionem sit minister dei in illa actiōe: sicut bonū agens in bona. q2 bene agens nō tm̄ agit qḋ deus agit: sed ad id ad qḋ de9 agit. qḋ nō pōt dicere de male agente: vt p3 in sennacherib ⁊ nabugodonosor quorꝝ actio erat ad delectandū in victoria vel in acquisitiōe dñij tp̄alis. vnde erat cōuersio ad creaturā ⁊ auersio a deo in q̄tū erat op9 hoīs sicut li. ar. ſm aūt ꝙ erat a deo: erat ex dei intentione ad exercitiū ⁊ correctionē iudeorꝝ: vñ Aug. dicit ꝙ dñs malas voluntates hoīm vertit ad bonū.

*Augustin9.*

*Ad tertiam rationem.* ¶ Ad tertiā rōnē dicim9 ꝙ deus fuit actor illi9 actiōis qua adā comedit pomum.

*Opinio aliquorum.* ¶ Sed quidā dicūt ꝙ hec argumētatio nō valet. deus voluit comestionē ade: igitur voluit adā comedere pomū. q2 prius significabat actio in suo esse ſm ꝙ est a deo. in cōclusiōe significat in exercitio respectu ade. vñ sic significat deformitas vt dicūt.

*Cōtra hāc solutionem* ¶ Sed hec solutio nō valet. qm̄ ante dei prohibitionē: hec oratio adā comedere pomū: nō significabat deformitatem. ḡ nec post.

*Opinio doctoris.* ¶ Nos dicim9 ꝙ sicut vtraqꝫ istarū est vera. deo placuit hec actio: deo displicuit hec actio. placuit enī ſm suū esse: displicuit ſm deformitatem. ita vtraqꝫ istarꝝ ē vera. de9 voluit adā comedere pomū deo displicuit ꝙ adā comederet pomū

*Hec argumētatio nō v3.* ¶ Nec valet hec argumentatio. deus ꝓhibuit hoc: ergo nō voluit hoc. q2 ꝓhibuit ꝓpter deformitatē: voluit ꝓpter essentiā.

*Similiter nec ista.* Sicut nec valet ista. deo placet hec actio: nō ḡ displicet deo hec actio.

*Ad quartā rationem.* ¶ Ad quartā rōnē dicimus ꝙ hec argumentatio nō valet. malicia nihil est: ergo nulla maior est alia. qm̄ malicia nō dr̄ esse maior ſm suū esse: sed ſm id qḋ priuat. Non enī maior malicia dr̄ maior mali priuatio: sed maioris boni priuatio. sicut maior vmbra que maius lumē priuat respectu eiusdē susceptibilis.

*Quare vna malicia est maior alia.*

*Ad quintā rationem.* ¶ Ad quintā rōnē dicimus ꝙ ꝓprie malicia est priuatio boni naturalis: per accidēs aūt priuatio boni gratuiti. qm̄ priuat ip3 si inueniat. si nō: nō ⁊ ideo ꝑ accidēs priuat ⁊ quodāmodo tm̄ priuat. q2 per se cōtrariatur ei. ¶ Ad hoc qḋ obicitur vtrū pctm̄ corrūpit bonū naturale inq̄tū peccatū vel inq̄tū actio vel inq̄tū aliquod bonū.

*Opinio aliquorum.* Dicunt quidā ꝙ inq̄tū bonū. sicut ignis corrūpit ligna inq̄tū ignis ⁊ inq̄tū aliqḋ bonū. ⁊ tamen intentio ignis nō est vt destruat aliquomodo nec vt auferat: sed magis vt det qḋ suū est. sed ex cōtrarietate accidit ꝙ destruat. Sic ex bono per accidens est malū: sicut ex largitate q̄ principaliter intendit ablatio. sicut q̄libet res intēdit dare quod suū est: sed per accidens aufert sc3 ꝑ ꝯtrarietatē.

*Exēplū in naturalib9.*

*Ꝯtra hāc ar.* ¶ Sed cōtra hāc opinionē obicit. qm̄ si pctm̄ inq̄tū bonū corrūpit bonū naturale. corrūpit igit imaginē dei i aīa. Illa aūt corruptio actio a deo est. sicut et corruptio passio. ergo de9 corrūpit imaginē suā in hoīe qn̄ hō peccat. quare ergo imputat homini qḋ ipse facit?

*Secundo.* ¶ Preterea. si ipse corrūpit bonū naturale in hoīe: ergo priuat hoiem bono naturali. ergo priuatio boni naturalis ē bona ⁊ a deo. ⁊ ita malicia est a deo.

*Tertio.* ¶ Ite3 ex hoc sequitur ꝙ mala actio inq̄tū ē bona: est mala. qḋ patet q2 inq̄tū est bona corrūpit bonū naturale: sed inq̄tū est bona est a deo. ergo inq̄tū mala est a deo.

*Opinio doctoris.* ¶ Propter has ⁊ cōsimiles rōnes dicim9 ꝙ volūtas mala est sicut nubes posita inter aīam humanā ⁊ verū solē. cū enī volūtas refert ad deum ⁊ fit bona illuminat aīa3: cū aūt cōstituit finē in re tp̄ali obtenebrat eā ꝑ modum deficiendi. sicut nubes sua interpositione facit deficere lumen in aere supposito. q2 nō ꝑmittit solē accedere. ꝑ hoc enī ꝙ mala volūtas priuata est debito fine: facit ꝙ vera lux siue vera bonitas nō fluit sup animam sicut prius. vt intelligat hic tantū negatio esse causa negatiōis. Et sicut nube interposita deficit lumē in aere supposito: deficit inq̄ in seipso ꝓpter hoc ꝙ cessat causa influēs ⁊ magis deficit ſm ꝙ densa est nubes. eodē modo interposita nube pcti deficit bonū naturale aīe in seipo: ⁊ magꝭ deficit quanto maius est pctm̄.

*Voluntas mala ē sicut nubes posita iter aīam ⁊ verū solē.*

*Conclusio ex dictis.* ¶ Per hoc p3 ꝙ pctm̄ inq̄tū pctm̄ licet nichil sit inq̄tū pctm̄ corrūpit bonū naturale: nō per modū efficiēdi sed ꝑ modū deficiendi. Pctm̄ aūt est maius quāto magis aīal rōnale cōuertit ad creaturā ei adherēdo aliquomodo inherēdi. ex hoc ꝙ ꝓhibet ꝑ talē cōuersionē in aīa rōnali: ne intret lux siue bonitas diuina. si enī nō ꝓhiberet lucē diuinā. i. si nō faceret eam irradiare aīam rationalē nō esset mala: sicut nec in brutis aīalibus. Et ideo patet ꝙ conuersionem esse malam nichil est.

¶ Prima questio incidens.

Item querit vtrū mala volūtas sit peccatū inq̄tū est auersio a bono incōmutabili: vel inq̄tum est ꝯuersio ad cōmutabile bonū.

*Arguit Anselmus.* ¶ Dicit Anselm9 cantuariensis ꝙ inq̄tū est auersio. qḋ etiā videt per hoc ꝙ inq̄tū est ꝯuersio: est aliquid. inq̄tū aūt pctm̄: nichil est. igitur nec inq̄tum conuersio est pctm̄.

*In oppm̄ ꝑ augustinum.* ¶ Sed ꝯtra. Aug. dicit ꝙ aīa est media inter deum ⁊ creaturas. quādo coniūgitur deo per amorē illuminat ⁊ melioratur: qn̄ creature obtenebratur et peiorat. ergo ex eo ꝙ aīa ꝯuertit ad creaturam corrūpitur. igitur ꝯuersio ad creaturā inq̄tū cōuersio est corruptio aīe. sed pctm̄ inq̄tū pctm̄ est talis corruptio aīe. ergo conuersio ſm ꝙ ꝯuersio

Ayuntamiento de Madrid

Solutio. eſt pctm̄ aïe. nō igit̄ ſm ꝙ auerſio. ¶ Dicimus ꝙ
Pctm̄ cōſi= mala volūtas ſʒ ꝙ eſt auerſio eſt pctm̄. ⁊ ſi ſuma
ſtit in auer= tur hoc nomē cōuerſio ſʒ ꝙ nullā importat nega
ſione. tionē dicimus ꝙ hec eſt falſa. mala volūtas ē pec
catū ſm ꝙ eſt conuerſio. qm̄ ſi aliquis ꝯuertit̄ ad
creaturam ⁊ ibi nō ſiſtat nō erit pctm̄ ſi referatur
ad deū. Si autē hoc nomē cōuerſio importet ne=
gationē ſiue priuationē vt ſit ſenſus. anima ꝯuer=
titur ad creaturā ita ꝙ nō ad deū. tūc poteſt dici
ꝙ mala voluntas ſm ꝙ eſt cōuerſio eſt pctm̄. Si
militer hec diſtiguitur duplex. Anima inq̄ꝫtū cō
uertitur ad creaturam corrūpitur.

¶ Secunda queſtio incidens.

Af ꝙ ſic. ITem querit̄ vtrū hec ſit ꝯcedēda. Pec=
catū eſt a deo. quod ꝓbat̄. qm̄ oīs mala
actio eſt a deo: ſed omne pctm̄ actuale ē
Secundo. mala actio: ergo om̄e pctm̄ actuale eſt a
deo. ¶ Itē iſte vult fornicari. ⁊ hoc ꝟbū vult re=
ſpicit hoc verbū fornicari rōne ſubſtātie: nō rōne
deformitatis. Eadē rōne hec eſt vera. deus vult
fornicationē: q̄r vult actionē que eſt fornicatio. ꝗ
a deo actore fornicatio eſt. q̄r idem eſt deo actore
ꝙ deo volēte. ⁊ ecōuerſo. igitur deꝰ eſt actor for=
nicationis: igitur eſt actor pcti. ꝗ pctm̄ eſt a deo.
Tertio. ¶ Itē pctm̄ eſt: ꝗ pctm̄ habet eſſe. ſed eiꝰ eſſe nō
ē niſi a deo. igitur pctm̄ habet eſſe a deo: ꝗ pctm̄
Solutio. eſt a deo. ¶ Solutio. Prima argumētatio nō va
Ad primuꝫ let. Inſtātia. Om̄e es eſt naturale: oīs ſtatua eſt
es. igitur. ⁊c̄. qm̄ ſicut ſtatua eſt opꝰ artificis: ita
fornicatio ſignificat opus liberi arbitrij nō natu
re vel dei. Et dicimus ꝙ hec eſt falſa ꝓprie loquē
do. iſte vult fornicari. ſicut iſta. ille vult peccare.
quoniā proprie reſpicit̄ actus infinitiui cū defor=
Ad ſcðm. mitate. ¶ Ad aliud dicimꝰ ꝙ hec eſt vera pctm̄ ē
⁊ hoc pctm̄ habet eē. q̄r hec eſt vera: pctm̄ ē actio
ſicut hec: ſtatua eſt es. qm̄ in talibꝰ ꝓpoſitionibꝰ
vbi ponitur eſſentia: ſcꝫ vbi hoc verbū eſt p̄dicat
eſſentiale eſſe pure reſpicit̄ hoc nomē fornicatio
pro ſua ſubſtātia. ſiľr hoc nomē pctm̄. In alijs
Nota iſta autē ꝓpoſitionibꝰ reſpicit̄ ſm vltimā pfectionē.
diligenter. qm̄ ſignificat ꝓpriū opus liberi arbitrij: ⁊ marie
vbi fit predicatio originis. Et ideo non valet ar=
gumētatio. Pctm̄ hꝫ eē a deo: ergo pctm̄ ē a deo
ſicut nec illa. Forma habet eē a natura: ꝗ eſt a na
tura. niſi demōſtret̄ ꝙ in cōcluſiōe hoc ꝟbum eſt
ſignificat eſſentiā ⁊ nō eſt tertiū adiacēs. ſicut cū
d̄r. ſortes ē in hac domo. hoc ꝟbū eſt p̄dicat eēn=
Aliter po= tiā: ⁊ per determinationē cōpredicat̄ res de pre=
teſt dici. dicamēto vbi. Si quis vellet ſic dicere oporteret
eū cōcedere ꝙ pctm̄ eſt a deo. Sed ſm illos ꝗ di=
cunt ꝙ hoc ꝟbū eſt. eſt tertiū adiacēs cū dicitur
ſortes eſt in hac domo: nec p̄dicatur niſi vbi. dicē
Fallatia eq̄ dum eſt ꝙ falſa eſt hec. pctm̄ eſt a deo. ſicut hec.
uocationis ſtatua eſt a natura. qm̄ ſm hoc nō predicatur niſi
origo. et ſic nō valet illa argumentatio. qm̄ in pri
ma fit predicatio eſſentie in cōcluſione originis.

¶ Tertia queſtio incedens.

Af ꝙ ſic ꝑ VLtimo querit̄ de pronitate peccādi a ꝗ
auguſti. ſit. Probat̄ ꝙ a deo. qm̄ dicit Aug. quia
homo noluit vitare peccatuꝫ qñ potuit:
Scð oper ideo inflictū eſt ei non poſſe cum velit.
eundem. ¶ Itē dicit q̄r homo nō obediuit ſuo ſuꝑiori infli
ctum eſt ei vt ei nō obediat ſuū inferius. ꝗ proni=
tas peccādi inflicta eſt a deo ⁊ iuſte. qm̄ nullꝰ po=
terat eū punire iniuſte. ſed q̄cq̄d iuſte infligitur a
deo infligitur. ergo pronitas peccādi inflicta eſt
a deo. ergo deus facit hoīem pronū ad peccādū.
¶ Scðm illos qui dicūt ꝙ nō quicq̄d eſt a deo ē. Prima opi=
⁊ diſtinguūt duplicē penā. Eſt eñ pena ꝯtracta: nio.
⁊ pena inflicta. Cōtracta nō eſt a deo ſed a pctō: Pena infli=
que contrahit̄ per gñationē. Sed pena iuſte infli cta ⁊ contra
cta ē a deo. Q̄d ergo dicit Aug. q̄r homo noluit. cta.
⁊c̄. dicūt inflictū: ponit̄ improprie. qm̄ d̄r inflictū Ad primū.
per permiſſionē: q̄r ꝯtractū a dei permiſſione. ſi=
cut dicit apl̄us ꝙ deꝰ tradidit hoīes in paſſiones Paulus ſic
ignominie ⁊ in reprobū ſenſū. Et ita ſʒ illos pro exponitur.
nitas peccādi nō eſt a deo: ſed a corruptiōe origi
nali que eſt a pctō primi parētis. ¶ Sed ſm opi= alia opinio
nionē illoꝝ qui dicūt ꝙ oīs actio eſt a deo. dicūt q̄ iterum eſt
quidā ꝙ ꝓnitas peccādi nihil eſt niſi defectꝰ q̄dā duplex.
per quē homo cadit de facili i pctm̄. ſicut defectꝰ
qui eſt in pede equi facit vt de facili ceſpitet equꝰ
¶ Sed ꝯtra. Ille defectus eſt boni gratuiti aut ꝯtra hoc af
naturalis. Si boni gratuiti: ille fuit in adā: ꝗ pro=
nitas peccādi fuit in adā. q̄d falſū eſt. Si natura=
lis: ergo eſt corruptio boni naturalis: ergo ē pec
catū. ergo nō eſt pena inflicta a deo. q̄d eſt cōtra
p̄dictam auctoritatē Aug. ¶ Itē ex frequēti be= Secundo.
ne agere innaſcitur habitus ad bene agēdū: ergo
eadē rōne ex frequenti male agere innaſcitur ha=
bitus ad male agendū. igit̄ habitus ad male agē
dum eſt aliq̄d. nō niſi pronitas. ergo pronitas ad
peccādum eſt aliq̄d q̄d pōt videri in fornicatore Exemplū.
qui eſt ꝓniſſimus ad peccandū in fornicādo: quia
frequēter fornicatus eſt. ⁊ ſic pronitas peccādi ē
aliq̄d. ⁊ ita a deo. ¶ Cōtra. Habitus bene agēdi Iterū af ꝓ
⁊ habitus male agēdi ſūt ꝯtraria. ſed habitus be opinione.
ne agendi eſt bonitas ſiue virtus. ꝗ habitus male
agendi eſt malicia ꝑ regulā ariſtotelis iſtā ſcꝫ Si
duo cōtraria ſūt: ⁊ vnū cōtinet̄ ſub vno: reliquuꝫ
ſub eodē. ¶ Itē habitus bene agēdi eſt pulchri= Secundo.
tudo anime: q̄r eſt virtus. ergo habitus male agē
di eſt turpitudo aïe: ⁊ ita deformitas aïe. ergo eſt
pctm̄. ꝗ nō eſt a deo. ¶ Itē per habitū male agē Tertio.
di nō pōt homo bene agere: ergo habitus ad ma=
le agēdū nō eſt ad bonū. ergo nō eſt bonꝰ. q̄r quic
quid preter deū eſt bonū: ideo eſt bonū q̄r eſt ad
bonū verū. ⁊ ſi ille habitus nō eſt bonus nō eſt a
deo. ¶ Si ꝯceditur ꝙ habitus male agēdi ſit ali= Sed cōtra
quid: ſequitur vt patet ex predictis ꝙ talis habi= hoc arguit̄,
tus ſit viciū ſiue malicia. Sed cōtra. ponat̄ ꝙ ali
quis tranſeat de ꝓdigalitate ad auariciā nō me=
diante caritate. ꝯſtat ꝙ auaricia adueniēs exclu=
dit ꝓdigalitatē. ergo in tali caſu diluit̄ prodigali
tas. i. talis habitus ad male agendū. ſed talis ha
bitus eſt pctm̄: ergo in hoc caſu diluit̄ pctm̄ ergo
pctm̄ diluit̄ ſine gratia. ¶ Ad hoc dicimus ſcðm Solutio.
opinionē eoꝝ qui dicunt ꝙ quicq̄d eſt a deo eſt. ꝙ
ꝓnitas peccādi eſt aliquid: ⁊ ſiľr habitꝰ ad ma
le agendū eſt aliq̄d ⁊ eſt pctm̄ ⁊ macula aïe ſiue Patet ſolu=
turpitudo: ⁊ de eo iudicādū ē ſicut de mala actio tio aliqua
ne. ⁊ dicimus ꝙ ille habitus nō eſt ad bene age= tacta.
re et tamē eſt ad bonū natura. ſcꝫ ad actionē que
eſt bona naturaliter. ſicut eñ ex actiōe naturali=

ter bona eſt: ita ex eo exit actio naturaliter bona Et ſic Ariſto. dt. qualis eſt actus: talis eſt habitus.

Ad vltimū. Quō pctm̄ deletur ſine gratia.

¶ Ad vltimū dicimꝰ ꝙ pctm̄ qñqꝫ delet̄ aliq̄ modo ſine gratia ſed nō ex toto. qm̄ tranſit aliqd̄ pctm̄ actu ⁊ remanet reatu. ſed per ſolam grāʒ ex toto deſtruitur peccatum.

¶ Arguit contra id quod pꝛius dixit peccatū coꝛrumpere bona naturalia.

Dictū eſt ꝙ pctm̄ coꝛrūpit bona naturalia. ſicut dicitur in euāge. Homo quidā deſcēdebat ab hierl'z in hierico ⁊ incidit in latrones. ⁊c̄. ergo cū pctm̄ ſit coꝛruptio boni naturalis: per aliquantū pctm̄ diminuit̄ aliquātū ⁊ p aliud tm̄: ⁊ nō ſūt infinita tāta. ğ p multitudinē pctōꝝ poſſūt naturalia aīe ex toto deſtrui ğ aīa ex toto pōt deſtrui. igitur non ē īmoꝛtalis.

Secundo. ¶ Pꝛeterea. Poꝛphiriꝰ dicit ꝙ eſſe vniuſcuiuſqꝫ rei nō recipit magis ⁊ minꝰ. ğ naturalia aīe nō ſuſcipiūt magis ⁊ minus: igitur nō poſſūt augeri et minui.

Tertio. ¶ Itē peccatū coꝛrūpit bona naturalia: ergo inq̄ꝫtū pctm̄ habet aliquā potētiā. igit̄ inq̄ꝫtum ē pctm̄ eſt aliquid.

Solutio aliquoꝛum. ¶ Ad pꝛimū dicūt quidā ꝙ per pꝛimū pctm̄ pōt demi tm̄ de naturali bono anime. ſed per ſcd̄m pctm̄ nō pōt demi in quātitate tm̄: ſed tm̄ in ꝓpoꝛtione reſpectu reſidui. Sʒ ſi pꝛimū peccatū deſtruit milleſimā partē boni naturalis. ſcd̄m pctm̄ deſtruit milleſimam reſidui q̄ minoꝛ eſt q̄ꝫ milleſima totius. ⁊ ſic nūqꝫ erit ex toto deſtructū bonū naturale.

Cōtra hāc opinonē ar̄. ¶ Sed contra hanc opinionē obicit̄. q2 ſcd̄m peccatū inuenit aīaʒ debilioꝛē q̄ꝫ pꝛimū: ergo magis ſuſceptibilē leſiōis: ergo magis ledit eā: cū ſit tantū q̄ꝫtū pꝛimū. non ergo ledit eā minus ſicut dicūt.

alia opinio ꝓ hec patet ad pꝛimum. Anīa abundat in eſſe. ¶ Aliter poteſt dici ⁊ melius ꝙ anīa cū ſit inter creaturas ſimillima deo abūdat in eſſe: cū ſit affinis ſummo eſſe. ⁊ ſi infinita tanta demātur: nō tamē ex toto deſtruetur. ſūt em̄ infinita tanta ⁊ pluſqꝫ infinita. ſicut in angulo recto ſūt infiniti anguli ꝯtingētie.

Ad ſcd̄m. Quō eē aīe diminuitur ¶ Ad ſcd̄m dicimus ꝙ eſſe aīe nō diminuit̄ per peccatū nec eius potentie: ſed eius habitus naturales. q2 aīa nō tantū fuit creata in potentia ratiocinandi vel intelligendi: ſed in habitu ſub facilitate ratiocinādi ⁊ intelligendi. ⁊ tales habitus licet ſint naturales nō ſunt de eſſe anime.

Ad tertium ¶ Ad tertiū dicimus ꝙ hec argumētatio nō valet. pctm̄ inq̄ꝫtum peccatū habet potentiā coꝛrūpendi naturalia: ğ inq̄ꝫtū pctm̄ habet aliquā potentiā. qm̄ potentia coꝛrūpendi nō eſt potentia. ſicut facere ꝙ nō illuminet̄ aīa a ꝟo lumine nō eſt aliqd̄ facere.

Iteꝝ cōtra dicta pꝛius arguitur. ¶ Itē peccatū coꝛrūpit naturalia. ergo vel ſm̄ ꝙ ē malicia: vel ſm̄ ꝙ actio. nō ſʒ ꝙ malicia: qm̄ malicia nichil eſt. igitur ſm̄ ꝙ eſt actio. ſed cum actio ſit bona: quō diminuit bonū?

Secundo. ¶ Pꝛeterea. Actio ē effectus potentie: ſed nullꝰ effectus deſtruit ſuaʒ cauſam. ergo actio non deſtruit ſuā potentiā vel aliquid adiūctū ſue potentie. qm̄ ſi hoc eſſet: aliquid deſtrueret ſeipm̄.

Solutio. ¶ Hec obiectio difficilioꝛ eſt ad ſoluendū ſm̄ eos qui dicūt ꝙ oīs actio eſt a deo. ſed ſoluitur per hoc ꝙ re vera cū ipſa potētia elicit a ſe malā volūtatē. excludit a ſeipſa veram lucē opponēdo ſibi nubē. ſicut dt Hiero.

Hieronimꝰ Et qd̄ dictū eſt ꝙ nullus effectus deſtruit ſuā cauſā intelligendū eſt per modū efficiendi: ſed hoc pōt eſſe per modū repellendi a ſe verā lucē. Et ita p accidens aīa coꝛrūpit ſeipāʒ: quia ipſa nō agit in ſe vt coꝛrūpatur: ſed per malā voluntatē impedit ne illuminetur a vera luce vt pꝛiꝰ. et ſic deficit bonum naturale in ipſa deficiente cauſa vt dictū eſt

Quō anīa coꝛrūpit ſe ipſam.

Iterum ar̄ cōtra dicta ¶ Itē per pctm̄ coꝛrūpunt̄ et obfuſcantur bona naturalia. igit̄ homo efficitur minꝰ potens intelligere per peccatū: ⁊ minus potens ratiocinari. qd̄ falſum eſt. quia per moderatū coitū efficitur homo melioꝛis ingenij vt dicūt phiſici: licet ille coitus ſit peccatū.

Solutio. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ bona naturalia diminuūtur per pctm̄ q̄ꝫtū ad ſpūalia cōtemplanda vel pꝛeguſtāda: licet q̄ꝫtū ad naturalia et viſibilia pꝛomptioꝛ fiat homo.

Opinio aliquoꝛum. ¶ Dicūt tamen quidā ꝙ coꝛruptio illa nichil aliud eſt q̄ꝫ obfuſcatio bonoꝝ naturaliū per pctm̄ vel fumū peccati. vel elongatio a deo. ⁊ ꝙ per pctm̄ nō minuit̄ de bono naturali.

Cōtra hoc ar̄ ꝑ augu. ¶ Sed contra hoc eſt qd̄ dicit Aug. Si non nocet nō eſt malū: ⁊ ſi nō adimit aliquod bonū nō nocet. igitur a pꝛimo: ſi nō adimit aliqd̄ bonū nō eſt malū. igitur oē malū adimit ali quod bonū.

Secundo. ¶ Pꝛeterea. ſm̄ hoc adā habuit tm̄ de bonitate poſt q̄ꝫ ante: ergo eque bonꝰ fuit poſt ⁊ ante pctm̄.

Tertio. ¶ Itē bonū in moꝛibus ⁊ malū ſunt cōtraria: ⁊ vnū vni cōtrariū. ergo malū in moꝛibus nō eſt cōtrariū bono nature. ergo ſeſe cōpatiūtur nec vnum diminuit de alio.

Quarto ꝑ auguſti. ¶ Pꝛeterea. Aug. videt̄ mentiri dicens ꝙ ibi fallit regula dialeticoꝝ hec ſcʒ Cōtraria ſūt q̄ nō cōpatiūtur ſe in ſubiecto eodē. quia bonū naturale ⁊ malum in moꝛibus ſimul ſūt. qm̄ nō ſunt cōtraria vt pꝛobatum eſt ſupꝛa.

Solutio. ¶ Dicimꝰ ꝙ malū in moꝛibus non eſt contrariū bono nature: q2 ſeſe cōpatiūtur. ſed ideo dicit Aug. ꝙ ſunt ꝯtraria ⁊ ꝙ ibi fallit regula dialeticoꝝ: q2 oppoſitiſſimos fines habēt. qm̄ natura eūdeʒ finē habet cū grā.

Auguſt. ſic intelligitur

Cur pctm̄ totaliter expellit bonū moꝛale ⁊ nō bonum naturale. Et q2 oppoſitos fines habent malū culpe ⁊ bonū nature: ideo repugnant inter ſe ⁊ vnū diminuit reliquū. licet nō poſſit eſſe ſine illo. quia malū culpe nō pōt eē niſi in bono nature. ſed q2 malū culpe ex toto opponitur bono moꝛali ſiue bono grē: ideo expellit ipſū ex toto. qm̄ malū culpe tendit ad defectū eſſendi bonū aūt gratie ad plenā perfectionē eſſendi.

¶ Cap̄. 4. de ſpoliatione gratuitoꝛum.

Peccatū facit triplex malum. Dicto de vulneratiōe naturaliū: dicēdū eſt de ſpoliatiōe gratuitoꝛū. Unde notandū ꝙ triplex incōmodū ſequit̄ pctm̄ ſcʒ ſubtractio grē: coꝛruptio naturaliū: pena maloꝝ. Duo pꝛima ſtatim infligūtur: quare nō tertiū. q2 pius pater nos expectat ad pn̄iam.

Utrum homo debeat velle ſpoliari ğtuitis ꝑpter pctm̄. Ar̄ ꝙ ſic. ¶ Item ſubtractio gratie eſt pena et oīs pena a deo: ergo vult penā iſtā infligi iſti: igitur vult gratiam ſubtrahi iſti. ⁊ iſte tenet̄ cōfoꝛmare volūtatem ſuā voluntati diuine: et ſcit ꝙ deus vult ſibi grām ſubtrahi: ergo tenet̄ velle grām ſibi ſubtrahi.

In oppm̄. ¶ Contra. Tenet̄ velle habere grāʒ: ergo tenetur ad duo oppoſita.

Secundo. ¶ Item par pena debet̄ paribus pctīs: eſto ꝙ iſte cadat a gratia ꝑ moꝛtale pctm̄. ¶ Itē exñs in moꝛtali facit pctm̄ equale pꝛimo. pena que eſt ſubtractio gratie infertur huic pꝛo pꝛimo: ⁊ nō pꝛo ſcd̄o: oībus alijs paribꝰ

Ayuntamiento de Madrid

Solutio. ergo paria pctã nõ puniūtur pari pena. ¶ Solu
tio. Eſt pena ⁊ eſt dãnū. vñ ſimĩter eſt in ſecūdo
pctõ illud dãnū: ſed nõ denoĩatur ſubtractio ſicut
Quid gr̃am ſubtrahere in primo pctõ. Eſt eñ ſubtrahere gr̃am idẽ ꝙ in-
cipere nõ apponere gr̃am. qm̃ nõ proprie ſubtra-
hit deus gr̃am ſiue aufert homini: ſed ipſe homo
in ſe deſtruit gr̃am per pctm̃ ſuũ. Hoc eñ eſt qđ
deus maxie vult et petit a nobis ꝙ habeam⁹ ei⁹
Ad argumentum. ſimilitudinẽ. ¶ Et per hoc pꝫ ſolutio ad illã ob-
iectionẽ. qꝛ nõ appoſitio gr̃e eſt dãnū cõmune
Solutio ad aliud patuit ſupra. omni pctõ mortali: nõ tãtūmodo primo. ¶ Quõ
aũt rñdendū ſit ad illã obiectionẽ Iſte debet vel
le ſibi ſubtrahi gr̃am. dictū eſt in q̃ſtione de volū
Concluſio ex dictis. tate dei. ¶ Ex predictiſ patet q̄d ſit peccatū. qm̃
peccare eſt ſpreto incõmutabili bono: rebus mu-
tabilibus adherere. ¶ Uñ patet quare comeſtio
pomi in primo hoĩe fuit pctm̃. qm̃ dicit̃ in geneſi.
Quare peccauit eua. Uidit mulier lignū ꝙ eſſet pulchrū viſu et ſuaue
ad veſcendū. ⁊ ita voluit delectari in re mutabili:
ſpreto incõmutabili bono. hoc eñ eſt libido qđ ẽ
primū peccatū ⁊ principiū omniũ mali. vtrū aũt
hoc ſit in omni peccato diſcutietur: cum de ſingu
gulis agemus.

¶ Tractatus.27. de peccato originali et con-
tinet ſex capitula. Cap̃.1.

PEccatorū aliud originale: aliud actua-
le. Primo videndū vtrū pctm̃ originale
ſit aliquid. Scđo quid ſit: ⁊ quõ deletur
in baptiſmo. Tertio vtrū vnū originale
ſit maius alio. Quarto qua iuſticia aĩa que nullū
fecit pctm̃ ꝯtrahat pctm̃ originale. Quinto vtrū
originale ſit pctm̃ mortale ante baptiſmū. Sexto
Prima q̃o vtrū pctm̃ mortale ſit aliquid. vtrū ſint plura originalia. ¶ Multipliciter põt
probari ꝙ nichil ſit pctm̃ originale. primo indire
cte ſic. Oẽs peccauimus in adã. vt dĩt aplus. ſed
deus eſt pronior ad miſerandū q̃ʒ ad cõdẽnandū.
Arĩ ꝙ non. ſed per iuſticiã dei oẽs peccauimus in adã peccã
te: ergo multo fortius ſatiſfecimus in adã ſatiſfa-
ciente. ⁊ ſi hoc eſt: nullū contrahim⁹ pctm̃ ex ipõ.
Secundo. ⁊ ita peccatum originale nichil eſt. ¶ Preterea.
Ideo peccauimus in adã: quia eram⁹ in lūbis ei⁹
qñ peccauit. ergo eadẽ rõne ſatiſfecimus in adã:
Tertio. quia eram⁹ in lūbis eius qñ ſatiſfecit. ¶ Item ſi
peccauim⁹ in adã prio peccante: eadẽ rõne pec-
cauim⁹ in adã ſcđo peccãte. qm̃ ſimĩter tũc eram⁹
in lūbis eius. ⁊ eadẽ rõne peccauimus in ipõ pec
cante tertio. eadẽ rõne peccauimus in oĩbus pa-
tribus noſtris: qꝛ eram⁹ in illis qñ peccabãt. Et ſi
hoc: infinita originalia contrahit quilibet quãdo
Solutio. naſcit̃. ¶ Solutio. Ad primū dicimus ꝙ prĩa ar
Ad primū. gumentatio nõ valet. quoniã peccatū eſt ex natu
Pctm̃ originale ẽ ex li. ar. naturali ralĩ libero arbitrio ⁊ naturaliter corrūpit naturã
⁊ ideo poteſt cõtrahi naturaliter. ſed gr̃a qua ho
mo ſatiſfacit a ſolo deo eſt et nõ a naturali libero
Ad ſcđm. arbitrio: ⁊ ideo nõ põt cõtrahi per naturã. ¶ Ad
ſcđm dicim⁹ ꝙ hec eſt falſa: ideo peccauimus in
Quare ꝯtrahim⁹ pctm̃ originale. adam qꝛ eram⁹ in lūbis ei⁹ quãdo peccauit. Hec
eñi non eſt ſufficiens et preciſa cauſa: ſed illa duo
ſunt ſufficiens ⁊ preciſa cauſa qꝛ fuimus in eo quã
do natura fuit corrupta ⁊ naſcimur ab eo per con
Quare xp̃s nõ peccauit cupiſcentiam carnis. ¶ Ex hoc patet qꝛ chriſt⁹
non peccauit in ipſo: ſicut non fuit decimatus in
abraham: ⁊ hoc ideo qꝛ nõ deſcẽdit per concupi- in adam.
ſcentiã carnalẽ. ¶ Ad tertium dicimus ꝙ hec ar Ad tertium
gumentatio nõ valet: peccauimus in adã primo Cur naturale adã fuit potius per primū pctm̃ corrupta q̃ʒ p ſecundū.
peccante: ergo ſcđo. quia humana natura ꝑ pri-
mum pctm̃ ade corrupta fuit. nõ per ſcđm duab⁹
de cauſis. Prima eſt ꝓpter naturã corruptionis.
ſicut pannus madeſcẽs ex toto nõ eſt ſuſceptibi-
lis alterius madefactiõis: ⁊ aqua calefacta ex to-
to nõ eſt ſuſceptibilis alterius calefactiõis. Se-
cunda cauſa eſt nouitas humane nature propter
quã tunc erat valde ſuſceptibilis corruptionis et
firmius. Unde Q̃đ noua teſta capit: inueterata
ſapit Sicut etiã patet in ſpeculo qđ quãdo eſt no Exemplum in ſpeculo nouo.
uum inficitur ex viſu mulieris menſtruate: ſi aũt
vetus eſſet non inficeretur.

¶ Alia via arguitur ꝙ anima nõ cõtrahit ori-
ginale: vel ꝙ contrahit a deo.

ITem cõſtat ꝙ aĩa nõ cõtrahit peccatū
originale ex ſui creatione: ſed ex cõiun-
ctione cū carne corrupta. In carne aũt
non eſt aliqđ peccatū: qꝛ caro non eſt ſu
ſceptibilis virtutis originis nec vicij ſiue peccati. er-
go corruptio illa q̃ eſt ex carne nõ eſt peccatū ſed
tantū pena. Oĩs aũt pena cum ſit iuſte inflicta a
deo ꝓpter pctm̃: a deo ẽ. ergo illa corruptio car-
nis a deo eſt. ſed ex illa corruptiõe immediate et
directe eſt peccatū originale: ergo pctm̃ origina
le eſt a deo Nec poſt poni inſtãtia in li. ar. ex quo
eſt malū. qꝛ li. ar. directe eſt ad bonū: ⁊ quãdo ex
eo eſt malū diuertit a recto. Illa autẽ corruptio
nõ ſe habet ad duo. ad vnū directe ⁊ aliđ oblique
quoniã nõ ſe habet ad aĩam niſi vt cauſa corrum-
pens et inficiens. ¶ Itẽ illa corruptio eſt tantuꝫ Itẽ ad idẽ.
pena: ⁊ immediate agit in aĩam: ergo nõ introdu-
cit in aĩam niſi penã. qm̃ nõ poteſt dare niſi quod
habet immediate. ſicut ignis cū agit in aliud cor
pus oportet ꝙ calefaciat primo illud. quia cum il
la corruptio non ſit niſi pena ⁊ bonum: quomodo
introducit malū immediate et per ſe. ¶ Itẽ con- Tertio.
ſtat ꝙ aĩa quãdo infundit̃ nõ habet aliquã mali-
ciam ex ſui creatiõe: ſed ex corruptiõe carnis tra
hit maliciã vel maculã: que corruptio ẽ ex culpa.
ergo ſi culpa potuit introducere in carnẽ corru-
ptionẽ talẽ ſiue feditatẽ carnis (cū gr̃a ſit poten-
tior qualibet culpa) potens fuit remouere eãdeꝫ
feditatẽ: quãdo data fuit ade penitẽti. ꝗ illa fedi-
tas nõ remãſit in adã: ꝗ nec in filijs ei⁹: ꝗ nec pec
catū originale eſt traductū ab eo. ¶ Itẽ intelle- Quarto.
ct⁹ eſt ĩpermixt⁹ carni. qm̃ nec ei⁹ eẽ nec ei⁹ opa-
tio depẽdet a carne. ꝗ nõ trahit aliquã maculã ex
ꝯmixtione carnis. Aĩa eñ ligat̃ carni ꝑ ſenſum/
imaginationẽ/ ⁊ ceteras vires brutales. nõ ꝑ itel
lectū. ergo intellect⁹ ĩ cõmixtiõe ad carnẽ nõ tra
hit maculã: eadẽ rõne nec vis ꝯcupiſcibilis hūa-
na nec vis rõnalis hūana. quaꝝ opatiões ſũt ab
ſtracte a ſenſibus. ꝗ in cõmixtiõe aĩe ad carnẽ nõ
maculat̃ aĩa ſm̃ vires hūanas: ergo nõ trahit ali
qđ pctm̃ in aliq̃ vi hūana ex cõmixtiõe. igit̃ ſim-
pliciter nullū. qꝛ aĩa nõ ẽ ſuſceptibilis ꝟtutiſ niſi
ſꝫ vires hūanas. ꝗ nec vicij. ¶ Itẽ igr̃ãtia inui- Quinto.
cibilis excuſat a toto: ⁊ ſimĩter oĩmoda impoſſibi-
litas. ſꝫ aĩa pueri nullo modo põt vitare maculã



Ayuntamiento de Madrid

illam qua maculaꝛ a carne. ğ nō eſt ei peccatum.

Solutio. Duplex coꝛruptio.

¶ Solutio. Duplex eſt coꝛruptio. Eſt eñ q̄dam coꝛruptio paſſibilitatis: eſt alia vicij. Coꝛruptio paſſibilitatis eſt qua paſſibilis eſt aīa a nimio fri goꝛe/caloꝛe/fame/ſiti/laboꝛe/moꝛbo/moꝛte q̄ ſūt ſagitte infixe a dño ꝓpter pꝛimū pctm̄ pꝛimi pa= rentis. hec coꝛruptio eſt a deo: nec ex hac ē pctm̄ oꝛiginale.

Coꝛruptio vicij.

¶ Itē eſt alia coꝛruptio vicij ſiue fedi tatis carnis que cōtrahitur ab adam: ⁊ hec eſt ex pctō ade tantū. nō a deo. ſm̄ illos qui dicūt ꝙ nō oīs actio a deo. ⁊ ex hac coꝛruptiōe ſiue feditate naſcitur pctm̄ in aīabus paruuloꝝ.

Ad pꝛimū.

¶ Soluimꝰ ergo ad pꝛimo obiectū per interēptionem huius Dīs pena eſt a deo. qꝛ pena ꝯtracta nō eſt a deo ſed inflicta.

Ad ſcd̄m. Falſum eſt nullū poſſe dare quod nō habet.

¶ Ad ſcd̄m dicimus ꝙ licet in carne nōn ſit coꝛruptio niſi pene: tamē coꝛrūpit animā coꝛruptione pcti. Et nō eſt gn̄aliter verū hoc nullus pōt dare qđ nō habet. Duobus eñ modis aliq̄d introducit ꝓpꝛietatē eiꝰ ſpeciei ſcꝫ per foꝛmā quā hꝫ: vel ꝑ hoc qđ mediate introducit vt vinuꝫ ebꝛietatē: vel ꝑ hoc ꝙ agit in ſubiectū alteriꝰ modi ſiue alteriꝰ ſpēi: vt coloꝛatū agēs in aera nō in

Exemplum ad ꝓpoſitū

troducit coloꝛā ſed imaginē coloꝛis qm̄ nō eſt tm̄ ī agēte ꝙ ītroducat aliquē effectū: ſꝫ etiā in patiē te. ⁊ ideo caro coꝛrupta tantū coꝛruptione pene poteſt coꝛrūpere aīam coꝛruptiōne pcti. qꝛ ğ illa coꝛruptio q̄ eſt in carne tātū pena ē ex culpa pꝛe= cedente introducit culpā in aīam.

Ad tertium

¶ Ad tertium dicimꝰ ꝙ hec argumētatio nō valet: culpa potuit introducere coꝛruptioneꝫ vicij in carne: ergo qñ gratia aduenit potuit eum remouere: cum ſit po= tentioꝛ q̄ꝫ culpa. quoniā nō eſt tm̄ in agēte: ſed in patiente effectus agentis. quoniā culpa quando inuenit naturā nouā inuenit eā facile coꝛruptibi= lem ⁊ ei coꝛrupte tenaciſſime ⁊ inſeparabiliter ad heſit coꝛruptio. ⁊ ideo gratia aduenīēs poſtea nō potuit eā amouere: licet eſſet foꝛtioꝛ.

Ad quartū

¶ Ad q̄rtū dicimus ꝙ intellectꝰ nō eſt permixtus carni: ita vt eiꝰ eſſe vel eiꝰ opatio depēdeat a carne. nec ꝑ talē ꝑmixtionē cōtrahit maculā: ſed per cōcomi= tantiā ⁊ coherētiā cū ſenſu ⁊ imaginatiōe. qm̄ vi= res hūane per vires bꝛutales operātur in ſenſibꝰ et patiūtur ab eis. Vñ dicitꝛ ꝙ colerici iracūdio= res ſūt in eſtate q̄ꝫ in hyeme quia feruoꝛ eſtatis ac

Colerici.

cendit colerā. colera accenſa: accendit vim cōcu piſcibilē bꝛutalē. q̄ accenſa trahit vim cōcupiſci bilē humanā: licet nō ex neceſſitate tñ ꝓpter con iunctionē.

Ad quintū.

¶ Ad aliud dicimꝰ ꝙ ignoꝛantia inui cibilis excuſat a toto. ſimiliter omnimoda impo= tentia ſed cum potentia ſit ad agere impotentia

Quō ignorantia excuſat.

nō excuſat niſi ab omiſſiōe actus. ⁊ ideo nō excu ſat oꝛiginale pctm̄: qꝛ nō eſt ex omiſſiōe actus: ſꝫ ex naturali infectione.

Iterum arꝰ ꝯtra ꝑdicta

¶ Itē aīa pueri ex cōmix tione ad carnē trahit maliciā. ergo volūtarie: vel violenter: vel naturaliter. Cōſtat ꝙ nō volūtarie qꝛ puer tūc nō habet vſū li. ar. Si dꝛ ꝙ violenter ⁊ ex toto violenter: qꝛ nō pōt dici ꝙ partim volū= tarie partim violenter. igiꝛ nō eſt ei imputandū. qꝛ qđ pꝛoꝛſus eſt violētū nō ē ei imputandū. Si dicitur ꝙ naturaliter. Sed ꝓpter naturalia non eſt homo vituperabilis neq̄ꝫ laudabilis: igitur ꝓ pter peccatū oꝛiginale nō eſt vituperabilis. ğ nō eſt ei imputandū: ergo nec pctm̄. nec ꝓpter illud damnādus eſt.

Solutio. Aīa pueri naturaliter ꝯtrahit peccatum oꝛiginale.

¶ Dicimus ꝙ naturaliter genera tur pctm̄ in aīa pueri. non de natura ſm̄ pꝛimā in ſtitutionē: ſꝫ de naturali. i. de coꝛruptiōe q̄ inoleuit pꝛo natura. Et bene ſequitur eſt naturale: er= go nō eſt vituperabile ei pꝛimo: nec eſt ei imputā dum pꝛimo. nec etiā imputandū ad penā ſenſiti= uam: ſed repꝛobatur quia facit indignum pꝛeſen= tari conſpectui dei.

## ¶ Cap. 2. quid ſit peccatū oꝛiginale et quomodo in baptiſmo deletur.

Viſo quomodo poteſt ſuſtineri ſm̄ fidē ꝙ peccatū oꝛiginale ſit aliquid. ſcd̄o capitulo vidēdū eſt q̄d ſit oꝛiginale pctm̄: ⁊ quō deletur in baptiſmo. Sup hoc du= plex eſt opinio.

Duplex opinio. Pꝛima.

¶ Quidā dicūt ꝙ pctm̄ oꝛigina= le eſt fomes ſiue pꝛonitas ꝯcupiſcēdi rē ſenſitiuā illicite.

alia opinio Pꝛoꝛ ꝑ ſecūda opinione.

¶ Alij dicūt ꝙ pctm̄ oꝛiginale nō eſt fo= mes ſed macula aīe. et hoc volūt pꝛobare multi= pliciter. quia fomes non deletur in baptiſmo ſiue pꝛonitas peccandi ſed pctm̄ oꝛiginale deleꝛ in ba ptiſmo: ergo nō ē fomes.

Secundo.

¶ Itē accidentale ē fo= miti ꝙ ſit pctm̄ oꝛiginale: q̄a poſt baptiſmū eſt et nō eſt pctm̄. Illud autē accidens quo fomes eſt pctm̄ deleꝛ in baptiſmo ꝑ grām ⁊ non fomes: igiꝛ illud accidens eſt magis cōtrariū grē q̄ꝫ fomes. ſed illud qđ maxime eſt cōtrariū in paruulo grē eſt pctm̄ oꝛiginale: igitur illud accidens eſt pctm̄ oꝛiginale in paruulo ⁊ nō fomes.

Tertio.

¶ Itē ante ba= ptiſmū etiā fomes imputaꝛ ad penā eternā. ergo per ſe vel per aliud. Si per ſe: ğ ⁊ poſt baptiſmuꝫ ſicut ante. Si per aliud: ergo illud aliud obligat ad penā eternā: ergo illud eſt potius pctm̄ oꝛigi= nale q̄ꝫ fomes. qđ multi cōcedunt his rationibꝰ.

In oppm̄ ꝑ auguſti.

¶ Sed cōtra. dicit Aug. ꝙ pctm̄ oꝛiginale tran= ſit reatu et remanet actu. Sed macula ex toto in baptiſmo deleꝛ nec remanet aliq̄d de ea nec actꝰ nec reatꝰ: ergo macula nō ē pctm̄ oꝛigiale

Secundo ꝑ eundem.

¶ Itē dicit Aug. ꝙ pctm̄ oꝛiginale eſt ꝯcupiſcētia que paruulū facit cōcupiſcibilē: adultū cōcupiſcētē. ⁊ ita pctm̄ oꝛiginale ē fomes: qꝛ fomes nihil aliđ eſt q̄ꝫ cōcupiſcētia.

Tertio per apoſtolum. Quarto.

¶ Itē apls. Nō regnet pctm̄ in vrō moꝛtali coꝛpe. i. fomes pcti. ¶ Itē grā eſt habitus ad bene agendū. ſed nihil ita eſt ꝯtrariū habitui ad bene agendum: ſicut habitus ad ma= le agendū. ſed in paruulo eſt habitꝰ ad male agē= dum ſcꝫ fomes: nec eſt in eo alius habitꝰ ad male agēdū. ergo qđ maxime repugnat grē in puero ē fomes. ſed qđ maxime repugnat grē in paruulo ē pctm̄ oꝛiginale: ergo fomes eſt pctm̄ oꝛiginale.

Quinto.

¶ Itē habitus ad bene agendū eſt decoꝛ aīe: er= go habitꝰ ad male agendū eſt turpitudo aīe. igiꝛ cū fomes ſit habitus ad male agendū in paruulo eſt turpitudo aīe paruuli. ⁊ ita eſt macula. q̄a idē eſt turpitudo ꝙ macula. Si ergo turpitudo q̄ ē in aīa paruuli ē pctm̄ oꝛiginale: fomes eſt pctm̄ oꝛi ginale.

Opinio doctoꝛis ſine pꝛeiudicio. Fomes deletur in baptiſmo

¶ Ad hoc dicimus ſine pꝛeiudicio melio ris ſententie qꝛ fomes eſt pctm̄ oꝛiginale: ⁊ dici= mus ꝙ fomes deletur in baptiſmo nō inq̄ꝫtū ē fo= mes ſed inq̄ꝫtū eſt pctm̄. Sicut ſi diceretur. Iſte amittit fidem per pctm̄ moꝛtale: qꝛ amittit fidem foꝛmataꝫ: licet eadem fides remaneat in eſſentia

Ayuntamiento de Madrid

nõ incõtum formes ſed incõtū pctm̄.

ſm illos qui dicūt ꝙ naturalia fiunt gratuita. ⁊ ſicut fides formata facit dignū vita eterna in intẽſione in qua formata eſt. ſed adueniente peccato mortali non facit dignū vita eterna licet eadẽ remaneat: q̄ꝛ nõ remanet in eadẽ intenſione. Ita fomes pcti ante baptiſmū facit dignū morte eterna ſed q̄ꝛ in baptiſmo debilitatur et remittitur: ideo poſt baptiſmū nõ facit dignū morte eterna nec ẽ pctm̄. ſicut fides informis nõ eſt vera virtus: ⁊ eſt macula ante baptiſmū. poſt baptiſmū autẽ eſt ſignū ꝙ ſumꝰ filij ade ⁊ quodãmodo macula in aĩa inſeparabilis.

Per hoc pꝫ ad primum. Ad ſcõm.

¶ Ad ſcõm dicimꝰ ꝙ hec argumẽtatio nõ valet. Illud quo fomes eſt pctm̄ deletur in baptiſmo ⁊ fomes nõ delet̄ eſſentialiter a gr̄a: ergo illud magis repugnat gr̄e q̄ꝫ fomes. quoniã ſicut per pctm̄ mortale delet̄ intenſio fidei et non fides in eſſentia: ⁊ tamẽ intẽſio fidei nõ repugnat pctõ mortali ſed potius fides ſic intenſa: q̄ꝛ ex ea efficiuntur motus cõtrarij actui pcti.

Ad tertium

¶ Ad tertium dicimus ꝙ nõ valet Fomiti debet̄ pena eterna ante baptiſmū ⁊ nõ poſt: igit̄ ꝓpter aliud: igit̄ illi alij potius debet̄ pena eterna q̄ꝫ fomiti. ſicut ꝙ hoc nomẽ curſus ſit nomẽ habet a modo ſignificandi non eſt nomẽ. Et ſil̄r fortitudo ꝙ parit victoriam habet ab intenſione: et tamen intenſio fortitudinis non parit victoriam: ſed fortitudo ſic intenſa.

Intenſio fomitis: et fomes intenſꝰ

Ita fomes intẽſus ante baptiſmum ꝙ repugnet gratie habet a ſui intenſione: tamen eius intenſio nõ repugnat ꝓprie gr̄e: ſed fomes ſic intenſus.

Hec argumẽtatio nõ valet.

¶ Itẽ hec argumẽtatio nõ valet. Eadeꝫ cauſa efficiens ⁊ ſufficiens eſt ante ⁊ poſt: ḡ idem affectꝰ q̄m añ baptiſmū corruptio carnis erat cauſa efficiens ⁊ ſufficiẽs peccati ade: poſt baptiſmū aūt nõ lꝫ tūc ſit. et hoc ideo q̄ꝛ inuenit ip̄m patiẽs ſcꝫ aĩam in alio ſtatu. q̄m prius inuenit eã in ſtatu nature ⁊ nouitatꝫ. ſed poſt baptiſmū in ſtatu gr̄e quando nõ eſt ita paſſibilis.

¶ Cap̄.3. An vnū pctm̄ originale ſit alio maiꝰ.

¶ Tertia queſtio tractatus. Ca.iij.

Tertio capitulo q̄rit̄: vtrū vnū peccatū originale ſit maius alio. Qꝺ ꝓbat̄ multipliciter.

Arḡ ꝙ ſic.

¶ Primo ſic. primū pctm̄ ade inq̄ꝫtū peccatū corrupit naturã carnis: ergo ſcõm pctm̄ inq̄ꝫtū pctm̄ corrūpit eadẽ naturã alia corruptiõe vel augmẽtat primã. ſicut peccatū corrūpit naturalia aĩe: ⁊ quanto ſunt plura pctã tanto magis corrūpit̄ aĩa. ḡ eadẽ rõne ſi ꝓpter pctm̄ inq̄ꝫtū pctm̄ corrūpit̄ natura carnis. ⁊ quanto plura ſūt pctã: tanto plus corrūpitur. magis eſt corrupta caro nunc q̄ꝫ fuit antiquitus. ſed corruptio carnis ẽ preciſa cauſa pcti originalis: ergo maiꝰ eſt pctm̄ originale modo q̄ꝫ priꝰ.

Secundo.

¶ Itẽ pctm̄ originale cõtrahit̄ ex libidine ſiue ex cõcupiſcẽtia carnali: ſed aliq̄s generat̄ in maiori pctõ cõcupiſcẽtie alio: ergo maius cõtrahit pctm̄ originale. q̄m vbi maior eſt cauſa: ibi maior eſt effectus Qꝫ aũt prima ſit vera ꝓbatur per hoc quod dicit Aug. Nõ ꝓpagatione: ſed libidine trãſmittitur pctm̄ originale ad poſteros.

Auguſtinꝰ.

Tertio.

¶ Itẽ aliquis pronior eſt ad malū alio: ſed pronitas ad malum que eſt fomes eſt pctm̄ originale: igitur vnū pctm̄ originale ẽ maiꝰ alio.

Ad primū.

¶ Ad primū dicimꝰ ꝙ hec argumentatio nõ valet. primū pctm̄ inq̄ꝫtū pctm̄ corrūpit naturã. et ſcõm pctm̄. ⁊c̄. ⁊ hoc ideo q̄a nõ eſt in ſolo agente vt introducat aliquẽ effectū ſed in patiente. ⁊ hoc ideo q̄a pctm̄ inuenit naturam nouã ⁊ facile corruptibilẽ corrūpit ip̄aꝫ. ſed ſm pctm̄ inuenit ip̄am iam corruptam tali corruptione q̄ nõ fuit ſuſceptibilis alterius corruptionis: nec potuit augmentari. ſicut aqua calefacta nõ põt calefieri: ⁊ pãnus madidus. ⁊c̄. Nec eſt ſimile de corruptiõe aĩe. q̄m eius corruptio eſt naturaliū diminutio. vnde põt magis ⁊ magis corrūpi. q̄m naturalia poſſūt magis ⁊ magꝫ diminui ſed corruptio carnis talis ẽ qualis eſt noui vaſis q̄ ſupra ſe nõ recipit aliquam corruptionẽ aliam.

Cur primū pctm̄ magꝫ corrumpat naturã q̄ꝫ ſecundum.

Ad ſcõm.

¶ Ad ſcõm dicimꝰ ꝙ hec eſt falſa: pctm̄ originale eſt ex feruore cõcupiſcẽtie. imo ex feditate carnis vt dictum eſt. Nec ideo nõ cõtraxit chriſtus pctm̄ orignale q̄ꝛ nõ fuit natus per concupiſcentiam: ſed ideo quia ſanguis ille de quo formatum fuit corpus xp̄i operatiõe ſp̄ūſſancti fuit deputatus a corruptione vicij: ſed remanſit in eo corruptio paſſibilitatis.

Uñ cauſat̄ originale.

Aſſerit cãꝫ q̄re xp̄s non contraxit originale.

Ad auguſt.

Quod igit̄ dicit Aug. Nõ propagatio ſed libido: ita intelligendū eſt. libido .i. cauſa libidinis ſcꝫ corruptio vicij q̄ eſt in carne.

Ad tertium

¶ Ad tertiū dicimus ꝙ q̄ꝫtū eſt de ip̄a pronitate nullus eſt magis pronus ad malū alio: q̄ꝛ oẽs tales pronitates ſūt equales. naturaliter tamẽ dicitur ꝙ aliquis eſt magis pronus ad malū alio ꝓpter adiuuãtia: vt ſanguineus cuiꝰ ꝯplexio iuuat ꝓnitatẽ ad coeūdum. ſicut aliquis dicitur potentior alio ad aliq̄d faciendū: q̄ꝛ hꝫ plures coadiutores q̄ꝫ alius. licet q̄ꝫtū in ſe nõ ſit magis potens.

¶ Cap̄.4. vtrū anima iuſte cõtrahat originale.

Item circa quartū capitulū ſic obicitur Cū aĩa ex ſui creatiõe nullã habeat immundiciã neq̄ꝫ ex ꝓpria volūtate: videt̄ ꝙ iuſte põt cõqueri de deo qui eã infundit vaſi corrupto. poſſet eñ dicere. Cur me incarceras: quid meruit? Uñ dixerunt quidã vt in ezechiele habet̄. Nõ eſt equa via dñi. patres noſtri comederūt vuã acerbã: ⁊ dentes filioꝝ obſtupeſcunt. quaſi dicat patres peccauerūt: ⁊ filij puniuntur. Punitur eñ q̄ñq̄ꝫ filiꝰ ꝓpter pctm̄ patris.

Arḡ ꝙ nõ ꝑ ezechielem

Uñ aug. Dū ſumus in lūbis punimur pro peccato primi parentis: ſed cuꝫ ſumus ſeparati a lūbis tūc habet locū. Aĩa q̄ peccauerit morietur. filius. ⁊c̄.

Auguſtinꝰ

Secundo.

¶ Itẽ ſi aliquis infūderet vinū bonū vaſi corrupto: cū equa facilitate poſſet infundere illꝺ bono vaſi: nõne inſipienter ageret? Ita facit dñs.

Solutio.

¶ Solutio. Dñs infundit aĩam vaſi corrupto q̄a noluit mutare ſuã ꝯſtitutionẽ qua cõſtituit ꝙ ex hoĩe generet̄ homo naturaliter. Hoc etiam fecit ad hũilitatẽ: vt homo hũiliatus qui per ſupbiam cecidit: ſemꝑ habeat ſecū cauſam humilitatis .ſ. fragilitatẽ ſuã. Nec iniuſte agit cū aĩa ſic eã infūdendo: quoniam ſic eſſe melius eſt ei q̄ꝫ non eſſe ſicut dicit Aug. quoniam ip̄m eſſe in quo conuenit cum primo eſſe: eſt ei delectabile nec facit deus iniuriã anime: ſi non dat eiuitam eternã.

Quare deꝰ ita facit.

Ad auguſt.

¶ Per hoc pꝫ ſolutio eiꝰ qꝺ dicit Aug. ꝙ filij ante ſeparationẽ puniūtur ꝓpter pctã parẽtū .i. incurrūt dãnationẽ ꝓ pctis eoꝝ. ſed poſtq̄ꝫ ſūt ſeparati nū

n.ij.

Ayuntamiento de Madrid

Cōtra hoc arguitur.

puniūtur niſi propter ſua peccata. ¶ Sed cōtra videꝛ eſſe qđ dicit dñs in exodo. Ego ſū deus ꝫelotes vindicās pctā patrū in filios vſqꝫ ad tertiā ⁊ quartā gñationē. ergo videꝛ ꝙ poſtqꝫ ſeparati ſunt a lūbis puniūtur ꝓpter pctā parētū.

Solutio. Quomodo puniūtur filij propter peccata parentum.

¶ Sꝫ ſolutio huiꝰ ſequiꝛ ſtatim in exodo. In his q oderūt me. qm̄ nō punit dñs filios ꝓpter pctā patrū: niſi filij imitētur nequitiā eoꝝ: ſed tūc punit eos qñqꝫ citius ꝓpter pctā patrū: nūqꝫ tamē pure ꝓpter pctā patrū punit eos.

Ad aliud.

¶ Ad vltimū dicimꝰ ꝙ hec eſt falſa. Si aliquis infunderet bonū vinū. ⁊c̄. quoniā poſſet hoc facere aliqua rōnabili cauſa: ſcꝫ vt vinū illud fieret acetū: vel alia rōnabili cauſa. Ita dñs infundēs aīam vaſi corrupto hoc facit rōnabili cauſa. ⁊ ideo nō inſipienter agit.

¶ Cap̄. 5. vtrum peccatum originale ante baptiſmum ſit mortale.

¶ Quinta queſtio huius tractatus. Ca. 5.

QUinto capitulo q̄riꝛ vtrū pctm̄ originale ante baptiſmū ſit pctm̄ mortale: poſt baptiſmū veniale.

Arꝛ ꝙ ſic.

¶ Quod videꝛ. qm̄ ante baptiſmū debetur pena eterna ſcꝫ carentia viſionis dei. poſt baptiſmū nō debeꝛ ei niſi pena tēporalis. ſ. mors corꝑalis.

Solutio.

¶ Solutio Proprie peccatū mortale nō dr̄ niſi illud cui debetur mors eterna ⁊ etiā tp̄alis. poſt baptiſmum nulla debeꝛ ei pena: qm̄ penitus eſt dimiſſum. vn̄ ſi ſtatim moreretur euolaret.

q̄s incidēs. Arguiꝛ ꝙ nō debent.

¶ Sed queriꝛ cum pctm̄ originale ſit dimiſſum: quare moriūtur homines baptiꝫati? videꝛ ꝙ oīs pena debet remoueri cū pctm̄ ſit dimiſſuꝫ. vn̄ igiꝛ tot miſerie: morbi: fames: ⁊ hmōi?

Solutio.

¶ Ad hoc dicimꝰ ꝙ nō ad puniendū aliqđ pctm̄ remāſerūt: ſꝫ ꝓpter alias cauſas. quarū prima eſt.

Prima cā.

q2 ſi baptiꝫati nō morerenꝛ morte corporali: peterent potius baptiꝫari ꝓ vita tp̄ali ⁊ obliuiſcerenꝛ vite eterne.

Scđa cā.

Scđa cauſa eſt. vt iſta miſera vita ſemꝑ cogat nos ad cogitādum de vita eterna.

Tertia cā.

Tertia. vt homo afflictꝰ his miſerijs ⁊ humiliatus ꝑ hūilitatē redeat ad vitā eternā a q̄ cecidit ꝑ ſupbiā.

Auguſt. ſic exponitur.

¶ Qđ aūt dr̄ Aug. Quicqđ ſuſtinemꝰ pctā nr̄a meruerūt. intelligēdum eſt ſic. ſ. niſi eſſent pctā nr̄a nō ſuſtineremus

ꝯtra augu.

Itē dicit Aug. ꝙ carētia eterne viſionis dei ē minima pena. ¶ Sed ꝯtra. Auctoritas dicit ꝙ carentia viſionis dei ē maxima penaꝝ.

Solutio.

¶ Solutio. Maxima dāno: minima acerbitate.

¶ Ca. 6. vtrū in eodē hoīe ſint plura originalia.

SExto capitulo q̄ritur: vtrū plura originalia ſint ī hoīe.

Arꝛ ꝙ ſic ꝑ gloſam.

¶ Qđ videꝛ. qm̄ dauid dr̄ in pſal. Ecce eñ in iniquitatibꝰ conceptus ſum. ⁊c̄. ⁊ dr̄ gloſa. i. in pctis originalibꝰ.

Secundo.

¶ Preterea. ſicut vis iraſcibilis eſt corrupta per pctm̄: ita vis cōcupiſcibilis ⁊ rōnalis. ⁊ ſicut pronitas peccandi eſt in vna: ita ⁊ in alia. igiꝛ ſicut ſm̄ vnā eſt pctm̄ originale: ſic ſm̄ aliā. ⁊ ſic ſūt plura pctā originalia.

Tertio per aliā gloſam

¶ Itē q̄dā gloſa ſuper Nūerū dicit ꝙ ſeptē ſūt fomites. vbi loquiꝛ de ſeptē carnalibus vicijs ad q̄ ꝓnꝰ eſt hō ab adoleſcētia. ſicut diciꝛ in libro ſapiētie. Proni ſūt ſenſus hoīs in malū ab adoleſcētia ſua.

Solutio.

¶ Solutio. Quidā dicūt ꝙ vnicū eſt pctm̄ originale. nec eſt pctm̄ originale niſi ſm̄ cōpiſcibilē que infecta et leſa eſt ꝑ pctm̄ primi parētis. Alie aūt vires ſunt tantū leſe.

Cōtra hāc ſolutionem arguitur.

¶ Sed hec ſolutio nulla videꝛ eſſe cū oē pctm̄ ſit malicia aīe: nō tm̄ pctm̄ luxurie. et in qualibet vi eſt pronitas ad peccandū. Non videꝛ ratio quare potius vna dr̄ infecta qꝫ alia.

Opinio doctoris.

¶ Propter hoc dicimus plura eſſe pctā originalia in eodem hoīe: q2 plures ſūt ꝓnitates ad peccādū. tñ poſſūt dici vnū pctm̄ ꝓpter vnā obligationē. qm̄ vnica pena debeꝛ ei. ſ. carentia viſionis dei. q̄ tñ carētia diuerſificaꝛ ſm̄ diuerſas vires ſi quis ſubtiliter inſpiciat.

Quare plura pctā originalia dicunꝛ vnum.

Arguiꝛ ſic.

¶ Itē ſūma delectatio ⁊ ſūmū p̄miū eſt videre deū? igiꝛ ſumma triſticia ⁊ ſumma pena eſt carere viſione dei.

Solutio. Delectatio q̄ eſt ex viſiōe dei nō hꝫ ꝯtrariū.

¶ Dicimꝰ ꝙ nō valet qm̄ delectatio q̄ eſt ex viſione dei nō habet cōtrariū. qm̄ deus nō habet cōtrariū: cū nihil ſit ſūme malum. ⁊ ideo delectatio q̄ eſt in ipō nō habet cōtrariū. qm̄ ſicut dicit Ariſto. delectatiōi q̄ eſt cōſiderare qm̄ diameter eſt aſſimeter nichil eſt contrariū qm̄ diameter eſſe aſſimeter coſte nō habet cōtrariū cū fetecco nihil ſit cōtrariū. Et ſimiliter delectatio q̄ eſt ſcđm carnalē actū nō habet contrariū: quia cauſa eius contrariū nō habet. Et ſicut delectatio q̄ eſt ex dulci eſt cōtraria triſticie q̄ eſt ex amaro: et nō illi triſticie q̄ eſt ex carentia dulcis. Ita delectationi q̄ eſt in deo cōtraria eēt triſticia q̄ eſt ex ſumme malo ſi aliqđ eſſet tale et nō eſt contraria illa q̄ eſt ex carentia viſionis dei quā habēt etiā illi qui ſunt in inferno q̄ triſtantur de carentia viſionis dei. q2 multotiens cogitauerūt de bonitate dei.

Quare paruuli dānati nō triſtanꝛ.

Paruuli autē nō cōtriſtātur ex hoc. q2 nūqꝫ cogitauerūt de hoc cogitatiōe voluntaria. Patet ergo ꝙ predicta argumētatio nō valet nec eſt ibi locus a ꝯtrarijs.

Iterum arꝛ.

¶ Itē originale habuit ortū a pctō primi parētis quo comedit pomū vetitū: ⁊ quia ſcđm vim cōcupiſcibilē peccauit: illo pctō corrupta fuit vis illa. Sed illa vis plures habet partes. vnā que eſt ad comedendū aliā que eſt ad coeūdū: ꝗ potiꝰ fuit infecta ſꝫ illā q̄ eſt ad comedēduꝫ qꝫ ſm̄ illā q̄ eſt ad coeundū: ꝗ potiꝰ debēt eſſe pctā primi motꝰ ad comedēdū qꝫ primi motꝰ ad coeūdum.

Solutio aliquorum.

¶ Solutio. Quidā dicūt ꝙ de iuſticia dei nō de natura pcti magis eſt corrupta vis cōcupiſcibilis ſcđm partē que ē ad coeūdū qꝫ ſm̄ illā que eſt ad comedēdū. qm̄ ſcđm dei iuſticiā debebat pena pcti trāſire ad poſteros ⁊ ſm̄ ꝑtē illā fit ꝓpagatio. ⁊ poſt pctm̄ ſenſit adā mēbra illa in obediētia primo.

Cōtra hāc ſolutio. arꝛ.

¶ Sed videtur ꝙ hec ſolutio nō poſſit ſuſtineri. qm̄ ſcđm iſtā opinionē ſeq̄tur ꝙ corruptio boni ſit a deo: ⁊ ita malicia ſiue pctm̄ eſſet a deo.

Opinio doctoris.

¶ Nos dicimꝰ ꝙ illa pars q̄ ē ad comedēdū magis vel eque fuit corrupta ſicut illa q̄ ē ad coeūdū. Sed q2 maior eſt delectatio in illa q̄ ē ad coeūdū. ideo magis ꝑ corruptionē ſuā trahiꝛ ad pctm̄. Illa eī q̄ ē ad comedēdū trahiꝛ ad neceſſitatē magꝭ qꝫ ad delectationē Sꝫ q̄ ē ad coeūdū magꝭ ad delectationē. ⁊ iō potiꝰ primi motꝰ ad coeūdū ſūt pctā qꝫ primi motꝰ ad comedēdū. ſ. potiꝰ ſurgūt primi motꝰ ex illa q̄ ē ad coeūdū qꝫ ex vi q̄ ē ad comedendū.

Primꝰ motus ad libidinem ⁊ primus ad gulam dr̄ſit.

Iterum arꝛ.

¶ Itē dr̄ Aug. ꝙ oē pctm̄ adeo ē volūtariū ꝙ ſi nō ſit volūtariū nō ē pctm̄: ꝗ pctm̄ origiale ē volūtariū.

Solutio.

Ad hoc ſoluit Aug. dicēs ꝙ pctm̄ originale ē voluta

Ayuntamiento de Madrid

riū voluntate remota: nō ꝓpinqua.ſ. volūtate parentū:non voluntate paruulorum.

¶ Tractatus viceſimuſoctauus. De peccato veniali. Capi.i.

Pꝛimo de veniali.
Pꝛima q̄o vtrū pꝛimi motus ſint peccata.

SEquit̄ de pctō actuali. Actualiū aliud veniale aliud mortale. Pꝛimo dicē dum eſt de veniali. ꝛ pꝛimo de pꝛimis motib⁹ hoc ordine. Pꝛimo vtꝝ pꝛimi motus ſint peccatū. Scđo q̄ ſit cauſa ꝙ pꝛimi motus ſunt peccatū. Tertio q̄ ſit cauſa ꝙ peccatū veniale ſit veniale ꝛ q̄ ſit differētia inter veniale ꝛ mortale. ¶ Qꝫ pꝛimi mot⁹ ſint pctm̄. ꝓbatur ſic.

Arḡ ꝙ ſic ꝑ paulum ꝛ ꝑ auguſtinū.

Apl's dicit qđ nolo hoc ago. Illuc non pōt intelligi de pctō mortali. qđ cōſtat eſſe volūtariū. Reſtat ergo ꝙ intelligitur de pꝛimo motu ſicut dicit btūs Aug.

Scđo per eūdē paulū

¶ Itē dicit apſus. qđ odi malū illud facio. Cū aūt nihil ſit odiēdū niſi peccatū. ꝛ apſus dicit pꝛimū motū: ḡ pꝛim⁹ mot⁹ eſt pctm̄.

Tertio.

¶ Preterea apl's dicit ꝙ pꝛim⁹ motus eſt malū: igit̄ malū culpe vel malū pene. Si pene. illud eſt a deo maxime ſcđm quoſdā. ꝛ ſi hoc: apſus nō debet illud habere odio cū ſciat deū velle illđ eſſe. Reſtat igit̄ ꝙ pꝛimus mot⁹ ſit malū culpe: et ita eſt pctm̄.

Quarto.

¶ Itē pꝛim⁹ motus eſt ad illicitum igit̄ eſt illicitū: igit̄ ē pctm̄.

In oppm̄ ꝑ auguſti.

¶ Cōtra. Sup locū illū Iraſcimini ꝛ nolite peccare. đt Aug. Si ſurgat pꝛim⁹ mot⁹ q̄ nō eſt in nr̄a ꝑtāte ḡ nō poſſum⁹ vitare pꝛimū motū.

Auguſtin⁹

Sed Aug. dicit. ꝙ nemo peccat in eo qđ nō pōt vitare: ḡ nullus peccat in pꝛimo motu. ḡ pꝛim⁹ mot⁹ nō eſt pctm̄.

Secundo.

¶ Itē pꝛimi motus nō ſūt volūtarij: q: nō ſūt in nr̄a ꝑtāte: et nihil eſt ita in nr̄a ꝑtāte ſicut volūtas vel volūtariū: ḡ pꝛimi mot⁹ nō ſunt volūtarij. Sꝫ oē pctm̄ adeo eſt voluntariū ꝛc̄. ḡ pꝛimi mot⁹ nō ſūt pctā

Tertio.

¶ Itē pꝛim⁹ motus eſt naturalis: q: eſt cōis nobis cū brutis. Sed nullū naturale eſt vituperabile vel laudabile: igit̄ pꝛim⁹ mot⁹ eſt nō vituperabilis. igit̄ nō eſt pctm̄.

Quarto.

¶ Itē Senſualitas eſt cōmunis nobis cū brutis: ḡ in ea nō eſt virt⁹ nec viciū: igit̄ nec pctm̄.

Solutio.

¶ Dicim⁹ ꝙ pꝛim⁹ mot⁹ ē peccatū. qm̄ pꝛim⁹ mot⁹ đr ille quo hō mouet̄ voluntarie ad illicitū ante iudiciū ſiue deliberationem rōnis.

Ad pꝛimū.
Nō ē in nr̄a ꝑtāte vitare oēs motus pꝛimos.

¶ Ad pꝛimū đr ꝙ pꝛimi mot⁹ ſūt in nr̄a poteſtate in ſingulari ꝛ nō in vniuerſali. qm̄ de quolibet pꝛio motu pōt aliqͣs vitare vt nō veniat. Sꝫ null⁹ pōt vitare q̄n aliqͣs pꝛim⁹ mot⁹ aliq̄n veniat qm̄ illū pꝛimū motū quo aliqͣs cōcupiſcit mulierem potuit ipſe vitare ante ſi cogitaſſet de deo et penituiſſet de pctis ſuis. Sed nō pōt eē diu aliqͣs qui ſurgat aliqͣs pꝛim⁹ mot⁹. ſicut ille nauta pōt vitare ꝙ aq̄ nō intret ꝑ illđ foramē tñ nō pōt vitare q̄n itret ꝑ aliud.

Exemplum naute.

Ad ſecūdū

¶ Ad ſcđꝫ dicim⁹ ꝙ pꝛimi motus ſūt volūtarij. Sꝫ diſtinguēdū inter motū vis ꝯcupiſcibilis brutalis ꝛ motū vis ꝯcupiſcibilis hūane.

Mot⁹ brutalis ꝛ humān⁹ drſit.

Mot⁹ vis ꝯcupiſcibilis brutalis nō ē volūtari⁹: ſed naturalis. ꝛ ideo nō eſt pctm̄ ad min⁹ pꝛio. Sed cōcupiſcibilis hūane ē volūtarius. et pctm̄ etiā q̄n mouet̄ āte iudiciū rōnis ad delectādum in re ſenſibili.

Ad tertium

¶ Ex hoc pꝫ ſolutio ad tertiū obiectū: q: pꝛim⁹ motus nō eſt naturalis ſed volūtarius.

Ad quartū

¶ Ex hoc etiā pꝫ ſolutio ad q̄rto obiectū. qm̄ pꝛim⁹ motus nō ē in ſenſualitate brutali. Sed potius đr eſſe in ſenſualitate large ſūpto nomine ſenſualitatis vt dicatur ſenſualitas quelibꝫ potentia qua pōt aliqͣs delectari in re ſenſibili.

Cap̄.2. vñ habeat pꝛimus motus ꝙ ſit pctm̄.

SEcūdo capitulo q̄rit̄ q̄ ſit cauſa q̄re pꝛim⁹. motus ſit pctm̄. An hoc habeat ab origine an a fine. ſi ab origine

Arḡ ꝙ non a origine.

¶ Cōtra. Fomes nō ē peccatū poſt baptiſmū: maxie ſcđm eos qui dicūt ꝙ fomes eſt pena illata a deo. qm̄ ſi fomes eſt bon⁹ igit̄ nō ꝓpter fomitē pure erit pꝛim⁹ motus peccatū.

Secundo.

¶ Preterea ſi fomes nō eſt peccatū igitur nō ex eo ꝙ aliquid eſt a fomite eſt peccatū ſicut ē in li. ar. qm̄ nichil ex coꝛꝑe ꝙ ſit in li. arb. eſt peccatū.

Arḡ etiam ꝙ a fine.

¶ Si a fine: q: eſt ad illicitū. ſm hoc ꝓbat̄ ꝙ pꝛimus motus in vxore nō eſt pctm̄. qm̄ eo non mouet̄ homo ad illicitū. ¶ Cōtra. In pꝛimo motu nō eſt aliqua diſcretio q: tunc nō diſcernit homo vxorē a nō vxore vel ecōuerſo ḡ non eſt maior cōtemptus in non vxorē q̄ꝫ in vxorē: ḡ ſi motus in vxorē nō eſt peccatū: nec mot⁹ in nō ſuā.

Ad idem.

¶ Preterea. motus quo aliquis mouet̄ ad cognoſcēdū vxorem ſuā ſpe pꝛolis tantū eſt meritorius: et ille eſt a fomite. qm̄ illa actio nō eſt tantū a naturali potētia coeundi: ſed etiaꝫ a pꝛonitate coeūdi. nō igitur ex eo ꝙ aliqͩ eſt a fomite eſt peccatū. non igitur pꝛimus motus eſt peccatū ex eo ꝙ eſt a fomite. quoniā nō eſt a fomite niſi inq̄ꝫtū pulſat potentiā coeūdi, Sic eñ motus meritorius eſt a fomite.

Solutio.
Quare pꝛimus motus eſt peccatū

¶ Dicimus ꝙ pꝛimus motus ideo eſt peccatū: quia eſt ad illicitū. Mouet enim animā humanā ad delectandū in re ſenſibili. ꝛ hoc facit ꝓpter fomitē. Fomes ergo eſt origo vt ſic peccatū: quia ſolus operatur e mouet ad illicitū: ergo ſi velimus aſſignare cauſam efficientē quare pꝛimus motus eſt peccatū dicemus: q: fomes mouet voluntatē humanā ad illicitū ſcꝫ ad delectādū in re ſenſibili. q: cum homo debeat totū cor ſuū deo ſicut pꝛeceptū ē. Diliges dn̄ꝫ deū tuū ex toto corde ꝛc̄. nō licet ei dare aliquā partem creature vt aliquo modo delectetur in illa. Hec eſt pꝛīa cauſa

Pꝛima cā.
Scđa cā.

¶ Alia cauſa eſt cū aīa humana coniungitur creature per delectationē obūbꝛatur ab ea ꝛ peioꝛatur. ſicut q̄n coniungitur deo illuminatur et melioꝛatur. Talis eñ volūtas impꝛoba dicitur libido q̄n aliqͣs vult delectari in creatura: et eſt pꝛimū peccatū et pꝛincipiū omnis peccati. ſicut dicit Aug.

Auguſtin⁹.
In oppm̄.
Solutio.

ergo ſi queritur cauſa vnde habet pꝛimus motus ꝙ ſit peccatū dicendū eſt ꝙ a fomite qui eſt coꝛruptio ꝓueniens ex peccato pꝛimi parentis. Sic enim fit queſtio de cauſa originali. qm̄ fomes q̄n per ſe op̄atur nec trahitur ad bonū finem imperio rationis: nec mouet niſi ad malum per ſe.

Cauſa formalis.

Cauſa aūt formalis q̄ dignoſcit ex fine q̄re peccatū originale ſit peccatū eſt: q: ad illicitum.

Pꝛim⁹ motus in pꝛopꝛiā vxorē eſt peccatū

¶ Ex pꝛedictis patet ꝙ pꝛimus motus in pꝛopꝛiam vxorē eſt peccatū. tamē aliquis poteſt cognoſcere pꝛopꝛiā vxorem ſine omni peccato. vt ſi ſecundū animā humanā diſpliceat ei omnibus modis carnalis delectatio. vel ſi nullo modo placeat ei vt non conglutinetur vel cōtaminetur dei imago cum re ſenſibili per delectationem.

¶ Pꝛima queſtio incidens.

Arḡ ꝙ ſic.

Item querit̄ vtrū primꝰ motus ad comedendū ſit pctm̄. qḋ videt̄ in illo q̄ ſtatim appetit comedere cū tenet̄ tm̄ ieiunare vſqꝫ ad horā nonā. Iſte motus eſt ad illicitū: igitur eſt peccatū. eadē rōne qua et primus motus ad coeūdū.

In oppm̄.

¶ Cōtra. Ille motus nō ſubiacet lib. ar. qm̄ velit nolit appetit ille comedere: igit̄ nō eſt pctm̄.

Solutio.

Hec argumētatio nō valet.

Qn̄ primꝰ motꝰ ad comedendum eſt peccatū.

¶ Solutio. Appetitꝰ ad comedendū qui eſt in vi brutali nō eſt pctm̄. nec valet hec argumētatio. Iſte motus eſt ad illicitū: igit̄ eſt pctm̄. qm̄ nō eſt ad illicitū potētie brutali: ſed eſt ad illud qḋ eſt illicitū li. ar. ſiue volūtati hūane. Sed ſi motus ille eſt a li. ar. tūc eſt peccatū. vt pꝫ in lecatore ſaturo qui dolet q2 nō pōt comedere bonū morſellū: in eo mouet̄ volūtas. hūana ⁊ nō brutalis appetitus.

Silr̄ de primo motu ad coeundum.

Siliter dicēdū ē de primo motu ad coeūdū. qm̄ ſi mouet̄ tantū ꝯcupiſcētia brutali nō eſt pctm̄. qm̄ nō ē actuale pctm̄ ſine voluntate hūana. vn̄ Aug.

Auguſtinꝰ.

Cōcupiſcētia ad comedendū ⁊ coeūdū drn̄t.

Si cōcupiſcētia q̄ preter legē volūtatis mouet̄ ſine pctō ē in corpe dormiētis q̄to magꝭ in corpe nō ꝯſentiētis. Aliḋ tn̄ eſt de cōcupiſcētia ad comedēdū: ⁊ aliḋ eſt de cōcupiſcētia ad coeūdū. qm̄ concupiſcētia ad comedendū mouet̄ ſine oī apprehenſiōe. ⁊ ideo nullo modo ſubiacet li. ar. Sed ꝯcupiſcētia ad coeūdum mouet̄ ꝑ apprehenſionen: ⁊ ideo aliq̄ modo ſubiacet li. ar. Et ideo nō pōt ratio refrenare motū ad comedēdū. tn̄ pōt refrenare motū ad coeūdum: qm̄ vis nutritiua q̄ ē ſuſtētiua indiuidui magis eſt naturalis q̄ꝫ vis gn̄atiua q̄ eſt cōſeruatiua ſpeciei.

Hec argumētatio nō valet.

hec aūt argumētatio nō vꝫ. Iſte motꝰ ad coeūdū aliquo modo ſubiacet li. ar. g̊ ē volūtariꝰ qm̄ nō ſubiacet ſm ſe: ſed ꝓpter p̄cedentē apprehenſionē. Qn̄ em̄ carnale delectabile cadit in apprehenſionē ⁊ in eſtimationē de neceſſitate mouetur cōcupiſcētia brutalis velit nolit li. ar.

¶ Secunda queſtio incidens.

Arḡ ꝙ ſic.

Item q̄rit̄ vtrū primꝰ motū ad coeundū ſit aliqn̄ pctm̄ mortale. videt̄ ꝙ ſic in eo q̄ ꝓuocat primos motus ꝑ electuaria vt ꝑ diaſataron. qm̄ tales primi motꝰ ſūt ex tali ꝓuocatiōe q̄ ē mortale pctm̄: igit̄ ⁊ primꝰ motꝰ eſt mortale pctm̄. qm̄ ſi aliqua volūtas eſt ab aliqua voluntate mortali ip̄a eſt mortalis. Si ꝓpter hoc dicimꝰ ꝙ primus motꝰ in tali caſu ē mortale pctm̄.

In oppm̄.

Primꝰ motus nūq̄ꝫ eſt mortalis.

¶ Contra. Per talē p̄parationē liberat̄ vis ꝯcupiſcibilis ab impedimēto. ſicut vis greſſibilis ꝑ aliquā medicinā liberat̄ ab aliquo impedimēto. vl̄ vis appetitiua ad comedēdū tn̄ nō diceret̄ tūc ꝙ appetitꝰ ad comedendū vel motus gradiēdi eſſet a natura a medicina. Eadē ratione primꝰ motus in p̄dicto caſu nō eſt ab illa p̄paratiōe: igit̄ ꝓpter illā nō ē mortale pctm̄ nec ꝓpt aliḋ. g̊ nō eſt ſic mortale pctm̄ qḋ ꝯcedimꝰ hac rōne.

Solutio.

qm̄ et ſi medicina ſit potēs ad introducendū motū brutalē: nō tn̄ potēs ē ad introducendū motū voluntariū.

Prio primi ſcḋo primi differunt.

qm̄ primo primi motus ad coeūduꝫ non ſūt peccata. Sed ſecūdo primi ſunt peccata: quia ſunt voluntarij.

¶ Tertia queſtio incidens.

Arḡ ꝙ ſic ꝑ auguſtinū.

Item q̄rit̄ vtrū primi motꝰ ſint in ꝓhibitiōe qḋ ꝓbat̄: q2 pctm̄ ita diffinit̄ ab Aug. Pctm̄ eſt dictū vel factū vel cōcupitum cōtra legē dei: igit̄ qḋlibet pctm̄ eſt ꝯtra legē dei. ſꝫ primi motꝰ ſūt pctā: igit̄ ſūt ꝯtra legē dei: g̊ ſūt in ꝓhibitiōe.

Secundo.

¶ Preterea vn̄ eſſēt pctā niſi eſſēt ꝯtra legē dei?

Tertio.

¶ Preterea aplſ dr̄. Cōcupiſcētiā neſciebā niſi lex diceret nō ꝯcupiſces. hoc nō pōt intelligi de pctō mortali. qm̄ aplus diſcretiſſimꝰ bn̄ ſciebat ⁊ de cōſenſu ⁊ de ope ꝙ eſſet pctm̄ mortale: igit̄ loquit̄ de primis motibꝰ. igit̄ cū dr̄. nō ꝯcupiſces. ſic ꝓhibent̄ primi motꝰ: igit̄ primi motus ſūt in ꝓhibitiōe.

Quarto.

¶ Itē fere oēs dicūt ꝙ adā non potuit peccare venialit̄. prio g̊ primi motꝰ fuiſſent in eo mortalia: g̊ erāt in ꝓhibitiōe legis naturalis. qm̄ tūc nō ſubiacebat ipſe niſi legi naturali. Sed lex naturalis eſt immobilis: g̊ adhuc ſūt in ꝓhibitione.

Quinto ꝑ auguſtinū.

¶ Itē Aug. dicit ꝙ q̄dā p̄cepta nō poſſūt implēri in via vt hoc. Diliges dn̄ꝫ ⁊c̄. ⁊ hoc p̄ceptū Non cōcupiſces gn̄aliter intellectū de q̄tidianis venialibꝰ ⁊ mortalibꝰ erat p̄ceptū qḋ nō poterit cōpleri in via: ſed īplebit̄ in p̄ria. igit̄ in hoc p̄cepto ꝓhibētur primi motꝰ. ⁊ ita primi motꝰ ſūt ī ꝓhibitiōe.

Solutio.

Prohibitio ⁊ cohibitio.

¶ Dicimꝰ ꝙ nō ſūt in ꝓhibitiōe: ſed in cohibitiōe ⁊ cū dr̄ pctm̄ ē dictū vel factū ⁊c̄. Diffinitio eſt pctī actualis mortalis tm̄ qḋ oīmoda ꝯtrarietate ē cōtrariū legi dei. tn̄ ſi dr̄ eſſe diffinitio pctī gn̄alit̄ actualis ſiue venialis ſiue mortalis.

Per hec pꝫ

tūc dicēdū ē ꝙ hec dictio ꝯtra nō notat oīmodā ꝯtrarietatē in illa diffinitiōe: ſꝫ q̄lēcūqꝫ repugnātiā de q̄ dr̄ aplſ. Sentio legē in mēbris meis repu. legi mētis mee.

Paulus.

Ad aliud.

¶ Ad aliud dicimꝰ ꝙ primi motꝰ lꝫ nō ſint in ꝓhibitiōe: tn̄ ſūt pctā: q2 ducūt ad illicitū ⁊ ad illḋ qḋ ē cōtra legē dei. ⁊ ꝓpt hoc dicūtur repugnare legi mētꝭ ſiue legi dei.

Ad tertiū

¶ Ad tertiū dicimꝰ ꝙ cū dr̄ Nō ꝯcupiſces: is eſt ſenſus Poſt ꝯcupiſcētias tuas ſiue poſt motꝰ ꝯcupiſcētie tue nō eas ꝑ ꝯſenſū vl̄ ꝑ opatiōnē. ⁊ cōſtat ꝙ ſic nō ꝓhibet̄ ꝑ legem niſi ꝯſenſus ⁊ opatio.

Quid ꝓprie ꝓhibetur.

Sed oblique oñdit̄ primꝰ motꝰ eſſe malꝰ ꝑ legem. ſicut ſi aliq̄s diceret filio ſuo. Noli ire poſt iſtū hoīem innuit ꝙ iſte hō ſit malꝰ. da ergo ꝑ legē cognoſcit̄ primꝰ motꝰ eſſe malus. ⁊ ideo dr̄ apo. Cōcupiſcētiā neſciebā. ⁊c̄.

Paulꝰ exponitur ꝑ aliḋ

Qꝫ aūt illḋ p̄ceptū non cōcupiſces ſit p̄dicto modo intelligēdū pꝫ ꝑ illḋ qḋ dr̄ ī ecclīa. Fili poſt ꝯcupiſcētias tuas nō eas.

Ad quartū

¶ Ad q̄rtū ſm nos pꝫ ſolutio. qm̄ diximꝰ ſupra ꝙ adā in prio ſtatu bene potuit peccare venialit̄.

Ad vltimū.

P̄ceptū affirmatiuū ⁊ negatiuum differunt.

¶ Ad vltimū dicimꝰ ꝙ licet aliqḋ p̄ceptū affirmatiuū ſit qḋ nō pōt in via īpleri. tn̄ nullū negatiuū ē tale: ⁊ ideo ꝯtingit ꝙ preceptū affirmatiuū nō obligat ad ſemꝑ. ſed negatiuū obligat ad ſemper.

¶ Quarta queſtio incidens.

Arḡ ꝙ non.

Item querit̄ vtrū primi motꝰ ſint in rōne videt̄ ꝙ nō: q2 primꝰ motꝰ eſt q̄ preoccupat iudiciū rōnis. Sꝫ nullꝰ motꝰ eſt in rōne q̄ ſit pctm̄ ⁊ preoccupet iudiciū rōnis: g̊ nullus primꝰ motꝰ ē in rōne.

Secundo.

¶ Preterea ſi aliq̄s motꝰ primꝰ ē ī rōne ille ē erroris. qm̄ de aliquo alio motu rōnis nō videt̄ hoc poſſe dici. Sꝫ oīs error aut ē in articulis fidei aut extra articulos fidei. Si ī articulis fidei ē pctm̄ mortale ⁊ nō eſt primꝰ motꝰ: cū oīs primꝰ motꝰ ſit pctm̄ veniale. Si extra articulos nullo modo ē pctm̄: ⁊ ita nō ē primꝰ motꝰ. Reſtat ergo ꝙ nullus error eſt primꝰ motꝰ: ergo nullū iudiciū

Ayuntamiento de Madrid

erroneū eſt primꝰ motꝰ nec aliq̄d aliđ qđ ſit in ra
In oppm̄. tione eſt primꝰ motus:ergo nullꝰ primꝰ motꝰ ē in
ratione. ¶ Cōtra. Sicut vis cōcupiſcipibilis et
iraſcibilis ſūt corrupte:ita vis rōnalis eſt corru=
Secundo. pta. igitur ſicut in illis ſurgūt primi motus:ita i
iſta. ¶ Preterea ſicut ille prone ſūt ad malū ſic ⁊
iſta:ergo ſicut in illis eſt primꝰ motus ſic in iſta.
Tertio. qm̄ in illis nō ſurgūt primi motus niſi ex ꝓnitate
ad malū. ¶ Itē ſicut vis cōcupiſcibilis delecta=
ri habet in ſūma bonitate. ita rōnalis in ſūma ve=
ritate. igitur ſicut vis cōcupiſcipilis peccat dele
ctādo in bonitate creata:qn̄q̄ venialiter quando
q̄ mortaliter. ita vis rōnalis ſiue ratio peccat qn̄
delectat in ꝟitate creata qn̄q̄ venialiter quādoq̄
mortaliter. ⁊ ita primus motꝰ venialis erit in rō=
Solutio. ne. ¶ Dicimꝰ ꝙ primꝰ motꝰ pōt eſſe in rōne duo=
Dupl̄r mo= bus modis. Primo modo cū aliq̄s mouet̄ ſubito ꝑ
tus ē in rōe corruptionē rōnis leuiter motu erroris in cōtra=
rium articulo fidei ſine deliberatiōe rōnis p̄cedē
te et qr eſt ſine deliberatione p̄cedente: ⁊ in illici=
tum ex ſola corruptiōe primꝰ motus ē ⁊ venialis.
Primꝰ mo= Si aūt eſſet ex deliberatione p̄cedēte pctm̄ eſſet
tus quid eſt mortale. Talis aūt error qui eſt primꝰ motꝰ ē ali=
qua dubitatio ſubitanea ſiue aliquis cōſenſus le
uis ⁊ ſubitꝰ in cōtrariū articuli ex ſola corruptio=
ne procedens. qm̄ dubitare ē vtriq̄ pti contradi=
ctiōis equaliter cōſentire. Scđo modo ē pctm̄ in
rōne cū ſubito ⁊ ex corruptiōe ſola delectat̄ ratio
in aliā ꝟitatē q̄ in primā. qm̄ ſi hoc eēt ex delibe=
ratione et delectaretur magis in ꝟitate creata q̄
increata peccatū eſſe mortale. Si minꝰ peccatū
eſſet veniale:ſicut dr̄ de dilectione creature.

¶ Cap. 4. de differētia pctī venialis ⁊ mortalis

Iſtud cap. cōtinet tres q̄ſtiōes. SEquit̄ de pctō veniali. primo de differē
tia venialis ad mortale. ſcđo vtrū venia
le pōt fieri mortale. tertio q̄ pena debet̄
veniali. ¶ Primo ſic obicit̄. dn̄s dicit in
Arḡ ꝙ nō dif euāg. De oī ꝟbo ocioſo reddituri ſūt hoīes rōnē
fert ab indif ꝑ hoc videt̄ ꝙ verbū ocioſum ſit pctm̄ veniale ad
ferenti. minꝰ. Ocioſū aūt dr̄ qđ nō ē vtile ad vitā eternā:
igitur cū oꝑa indifferētia nō ſint vtilia ad vitam
eternā erūt pctā venialia. ¶ Preterea q̄rit̄ qua=
Secūdo in= re potius dr̄ de oī verbo ocioſo ⁊c̄. q̄ de oī opere
quiſitiue. ocioſo. ¶ Itē dr̄ ꝙ ebrietas ſi nō ducit̄ in cōſue=
Tertio. tudinē eſt veniale pctm̄. ſi ducit̄ in cōſuetudinem
In oppm̄. eſt mortale. ¶ Contra Scđa fornicatio nō eſt in
infinitū maior prima:nec tertia q̄ ſcđa. oībꝰ aliis
circūſtantiis paribꝰ. ⁊ ſic vſq̄ centeſimā vel mil=
leſimā:igit̄ nec ebrietas ſcđa ē maior in infinitū
q̄ prima:⁊ ſic deinceps igit̄ ſi ſcđa ē veniale pec=
catū ⁊ tertia nō erit mortale pctm̄. qm̄ oē morta=
le pctm̄ ē in infinitū maiꝰ q̄ veniale. Silr̄ de cēte
ſima vel milleſima pōt ꝓbari ꝙ nō erit mortale:
ergo ebrietas ſiue ducat̄ in ꝯſuetudinē ſiue non:
Euaſio. nō erit pctm̄ mortale. ¶ Forte dicet ꝙ ebrietas
nō eſt mortale pctm̄: ſed ꝯſuetudo inebriandi ſe.
Cōtra quā ¶ Cōtra Cōſuetudo inebriādi aut dicet̄ iteratio
arguitur. inebriādi aut habitus inebriādi. Si primū. ꝓbat̄
ꝙ cōſuetudo illa nō eſt pctm̄. qm̄ iteratio inebria
tionis nō eſt actꝰ:ſed diſpoſitio actꝰ nō eſt pctm̄:
ſed potiꝰ ipē actꝰ. Si habitus. ꝓbat̄ ꝙ nō ē pctm̄
Ariſtoteles mortale. qm̄ ſicut dicit Ariſto. quales p̄ceſſerūt
actus talis eſt habitus qui eſt ex actibꝰ. ¶ Solu Solutio.
tio. Difficile ē diffinire q̄d ſit pctm̄ veniale ⁊ aſſi=
gnare drām gn̄alē venialis ad mortale. vn̄ in mul
tis locis qn̄ Aug. vult diffinire veniale peccatū Auguſtinꝰ
ponit exēplū de ſpālibꝰ pctis venialibꝰ. Sꝫ in li=
bro de li. ar. dat doctrinā ꝑ quā pōt intelligi drā Auguſtinꝰ
venialis ad mortale. vbi dr̄ ꝙ libido eſt cauſa oīs de li. arbi.
pcti. Eſt aūt libido improba volūtas qua mouet̄
aīa rōnalis ad hoc ꝙ delectet̄ in creatura: ⁊ ſi illa
volūtate diligit creaturā pluſq̄ deū pctm̄ ē mor= In q̄ drūt
tale. ſi minꝰ pctm̄ veniale. Uñ dicit ꝙ minꝰ amor veniale et
vxoris ⁊ filioꝝ ē pctm̄ veniale ſi nō p̄ponit̄ amori mortale.
dei. Ex hoc patꝫ drā venialis ad mortale. ¶ Ad Ad primū.
primū dicimꝰ ꝙ ꝟbū ocioſū eſt qđ ꝓcedit ex im=
proba volūtate ſicut eſt mēdaciū iocoſū ⁊ ē pctm̄
veniale. ⁊ dr̄ ocioſū qr ſm̄ ſe ē inutile ad vitā eter
nam ⁊ īpedimentū. qđ nō eſt verū de indifferen=
tibus q̄ naturalit̄ ſūt bona: ⁊ ideo vtilia q̄dāmodo
Sed pctm̄ veniale cū repugnet legi dei vt dictū
eſt oībus modis inutile eſt ad btitudinem. ¶ Ad Ad ſcđm.
aliud dicimꝰ ꝙ ꝑ hoc qđ dr̄ de oī verbo. ⁊c̄. ſatis
dat̄ intelligi ꝑ locū a minori ꝙ de oꝑe ocioſo. ⁊c̄.
¶ Ad aliud dicimꝰ ꝙ ebrietas qua delectat̄ hō i Ad tertiū.
vino nō p̄ponēdo illā delectationē delectatiōi q̄
eſt in deo eſt pctm̄ veniale. Si aūt p̄ponat ē mor=
tale:igit̄ ſiue ſit decima ſiue viceſima ē pctm̄ ve=
bilis eſt pena tēpoꝛalis: ergo pro pctō pōt ei de⁹
infligere furiam incurabilē penā. ponat̄. Iſte nō
poteſt penitere de pctō ſuo. hoc eſt magna pena
In oppm̄. inflicta a deo. ergo iſte meruit hanc penā. ¶ Cō
tra. Hoc pctm̄ eſt remiſſibile de natura ſui: igitur
eo non meret̄ quis vt nunq̄ꝫ poſſit penitere de illo
quoniā ſi hoc eſſet: eſſet cauſa impotētie peniten=
di: ergo non eſſet remiſſibile de ſui natura Reſtat
ergo ꝙ iniuſte agit̄ cum eo: ſi pro hoc peccato in=
Euaſio. ferat ei deus furoꝛē incurabilem. Foꝛte dicet ꝙ
deus non poteſt ei inferre talē penā pro peccato
ꝯtra hāc ar̄ quoniā hoc eſſet cōtra miam dei. Cōtra. Hec pe
na eſt vtilis iſti qm̄ ſi eēt ſine furoꝛe magis pecca
ret. ḡ non eſt contra miam dei ꝙ talis pena infert̄
Solutio. ei: cum ſit vtilis ei. ¶ Qđ concedim⁹ hac ratiōe.
Hec argu= Nec valet hec argumētatio. Iſte meruit hāc pe=
mētatio nō nam hoc pctō ꝙ nunq̄ꝫ poſſit penitere: ergo hoc
valet. pctm̄ non eſt remiſſibile. Uel hec. Hoc pctm̄ eſt
remiſſibile: ergo eo nūq̄ꝫ meretur q̄s vt nūq̄ꝫ peni
teat. quia deus non infligit quālibet penaꝫ quam
poſſet iuſte infligere: tamen peccato moꝛtali non
meretur homo determinate niſi penā eternā: ſed
tp̄aleꝫ meretur nō determinate ꝛ abſolute. tm̄ ꝓ
eo infert deus q̄nq̄ꝫ penam tēpoꝛalem ſcilꝫ ꝓpter
coꝛrectionem vel aliā cauſam. et quātācunq̄ꝫ infe
rat iuſte infert: quia maioꝛē meruit.

¶ Cap̄. 2. De omiſſione.

SEquitur de omiſſione. ꝛ primo vtrum
omiſſio ſit pctm̄ actuale vel nō. Scđo
vtrum teneamur ad impoſſibile. Ter= Hic querit
tio vtrū doꝛmiēs peccet ommittendo quattuoꝛ.
Quarto vtrū omiſſio finis ſit peccatū
¶ Circa primū ſic. Oīs iuſticia eſt facere bonuꝫ Ar̄ ꝙ ſic.
vel declinare a malo. et ſūmatur hoc verbū decli
nare non ꝓut ſignificat pure priuationē: ſed ꝓut
ſignificat actum ergo per locū a ꝯtrarijs: Oīs in
iuſticia eſt facere malū vel declinare a bono. ꝛ ſu
matur hoc verbū declinare poſitiue ſicut pri⁹. ſed
omne facere malū vel declinare a bono eſt pctm̄
actuale: ḡ oīs iniuſticia eſt pctm̄ actuale. ſed oīs
omiſſio eſt iniuſticia: qm̄ ſicut iuſticia ꝯprehendit
oēm virtutē. ſic eñ accipiebat̄ prius hoc nomen
iuſticia. ita iniuſticia compꝛehendit oē viciū. er=
go omnis omiſſio eſt pctm̄ actuale. ¶ Iteꝫ deus Secundo.
eſt proniꝛ ad miſerendū q̄ꝫ ad condēnandum: ſed
nullū hoiem remunerat deus ꝓ declinare a ma=
lo: niſi mot⁹ liberi arbitrij ſit ibi. ḡ per locū a ma=
ioꝛi deus nullū hoiem condēnat pro declinare a
bono: niſi motus liberi ar. ſit ibi. ergo qn̄ condem
nat hoiem pro omiſſione: opꝫ ꝙ in omiſſionē fue=
rit motus li. ar. et ita omiſſio eſt pctm̄ actuale. et
ita oē pctm̄ erit actuale. ¶ Cōtra. Facere qđ lex In oppm̄.
dei prohibet eſt pctm̄: ergo non facere qđ lex dei
iubet eſt pctm̄. ſed hec eſt pura priuatio. ḡ pura
priuatio eſt pctm̄: igitur nō omne pctm̄ eſt actua
le. ¶ Item nulū preceptum eſt ꝓhibitio vel ecō Secundo.
uerſo: ergo nullū facere bonū eſt declinare a ma=
lo. ergo ꝑ contrariū nullum facere malū eſt decli
nare a bono. ſed declinare a bono eſt omittere: ḡ
omittere nō eſt facere malū. ſed oī pctō actuali fa
cit homo malum: ergo omittere non eſt peccatuꝫ
actuale: ¶ Itē de⁹ ꝑcepit iſti vt det hodie elemo Ad idem.
ſinā. ſit ita. ꝛ iſte tota die fecit opa idifferentia. in
de ſic. Deus precepit iſti. ꝛc̄. et non dedit: ḡ omi=
ſit. et ex hoc eſt culpabilis: hoc cōſtat ḡ. illa omiſ
ſio eſt pctm̄. ſed nō eſt act⁹: qm̄ nullū actum fecit
hodie niſi indifferentē: ḡ illa omiſſio non eſt pctm̄
actuale. ¶ Solutio. Dicim⁹ ꝙ hec argumētatio Solutio.
non valet. Oīs iuſticia eſt opatio boni vel decli=
natio a malo: ḡ oīs iniuſticia eſt apatio mali vel
declinatio a bono: ſm̄ ꝙ declinatio īpoꝛtat actuꝫ
et ſumit̄ vniformiter. ꝛ hoc ideo ꝯtingit: qꝛ plura
exiguntur ad opus virtutis q̄ꝫ ad opus vicij. quo=
niam ad opus virtutis nō tm̄ exigitur gen⁹ opis:
ſed oēs circunſtātie bone. ſꝫ ad eē vicij ſufficit ge
nus pcti vel omiſſio alicui⁹ circūſtātie. ꝓpt̄ qđ dt
Ari. ꝙ difficile eſt iuenire mediū: facile aūt diuer ariſtoteles
ti a ſigno ſiue a cētro. Propter hoc priuatio q̄ eſt Pura omiſ
ſine motu li. ar. nō eſt meritoꝛia neq̄ꝫ op⁹ v̄tutis. ſio ē pctm̄.
ſed alia priuatio ſine omni motu eſt demeritoꝛia. Ad ſcđm.
¶ Ad ſcđo obiectū ſiliter pꝫ ſolutio. qm̄ re v̄a de
us eſt ꝓnioꝛ ad remūerādum q̄ꝫ ad ꝯdēnandū: qꝛ
eſt pronioꝛ ad remunerādū opa virtutis q̄ꝫ ad cō=
dēnandū opa vicij. Et ideo licet nō remuneret ꝓ
pter priuationē: tamen condēnat ꝓpter priuatio
nem. qm̄ aliqua priuatio eſt pctm̄: ſed nulla priua
tio eſt virtus vel opus virtutis.

¶ Scđa queſtio huius capituli. vtrū.
aliquis obligat̄ ad impoſſibile.

Ayuntamiento de Madrid

Arᷓ ꝙ non. Circa ſcđm capitulū primo ꝓbaᷓ ꝙ nullꝰ ad ipoſſibile obligaᷓ ſic. ¶ Oē volūtariū ſubeſt libero arbi. ſed oē meritoriū vel demeritorium eſt voluntarium: ergo omne meritoriuꝫ vel demeritorium ſubeſt libero
Secundo. arbi. ¶ Item omne meritorium vel demeritoriū ſubeſt li. ar. ſed oē qđ eſt in precepto vel prohibitione eſt meritoriū vel demeritorium: ergo omne quod eſt in precepto vel prohibitiōe ſubeſt li. ar. ergo nullum impoſſibile eſt in precepto vel prohibitione. ſed omne qđ ſub tentione cadit eſt in precepto vel ꝓhibitione: nullū impoſſibile eſt in precepto vel prohibitione: ergo nullū impoſſibile cadit ſub tentione. ergo ad nullum impoſſibile tene-
Quid volū tarium. mur. Primā propoſitionem ꝯſtat eſſe veram per diffinitionem eius qđ eſt volūtariū: quoniā volūtarium eſt quod ſubeſt libere volūtatis arbitrio ⁊ ita omne voluntariū ſubeſt libere voluntatis arbitrio. Aſſumptio primi ſillogiſmi ꝓbatur multipliciter. conſtat enim ꝙ omne meritū eſt voluntariū quia omne meritū primo ⁊ principaliter conſiſtit
Auguſtinꝰ penes voluntatē. qm̄ ſicut dicit btūs. Aug: Omne pctm̄ adeo eſt volūtariū ꝙ ſi non eſt volūtariū
ſcđo ad idē. non eſt pctm̄. ¶ Preterea. Virtꝰ et viciū ſunt cōtraria: ergo habent idē ſuſceptibile. Sed oīs virtus eſt in volūtario: qm̄ nō eſt in ſenſibili ſm ꝙ ſenſibile: qm̄ ſic eſſet in brutis. ergo omne pctm̄ eſt volū
Tertio per auguſtinū. tariū: et ita oē demeritoriū eſt volūtariū. ¶ Iteꝫ ſumatur opari prout gnāle eſt ad operor ⁊ nō operor (ſicut dt Aug.) ⁊ opatio ſiliter. Inde ſic. Oīs operatio hoīs aut eſt violenta / aut naturalis / aut voluntaria: ergo omnis operatio pcti eſt violēta vel naturalis vel volūtaria. ſed nulla actio peccati eſt violēta vel naturalis igitur omnis operatio peccati eſt volūtaria. ſed oē demeritorium eſt operatio pcti: ergo oē demeritoriū eſt volūtariū Qꝫ autē hec ſit vera Omne qđ eſt in precepto vel prohibitione eſt meritoriū vel demeritoriū ꝯſtat qm̄ ad hoc precipiᷓ aliqđ vt eo qs mereaᷓ. ad hoc prohibetur aliquid: ne eo quis demereaᷓ. ¶ Itē
Quarto. ad idem. Adam in primo ſtatu nō potuit peccare venialiter: ſꝫ in ſcđo ſtatu potuit peccare venialiᷓ per primos motus. Illi ergo motus fuerūt veniales in ſcđo ſtatu: qui erāt mortales ſm primū ſtatum. cuius cauſa eſt ſola infirmitas. ergo ſola infirmitas ſoluit adam a tentione primoꝝ motuum. qm̄ cum prius teneretᷓ vitare illos: modo nō teneᷓ vitare. qr nullus tenetur vitare veniale pctm̄. ergo ſi ſola infirmitas ſoluit tentionē vel obligationē: ex qua infirmitate naſciᷓ difficultas reſiſtēdi primo motui nō ipoſſibilitas. ergo multo fortius vbi eſt impoſſibilitas ſolut tētio ¶ Forte dicet ꝙ ipoſſi
Euaſio. bilitas illa ideo nō ſoluit tētionē: qr ex culpa ſua ſe ingeſſit in illā ipoſſibiliatē. Cōtra. Infirmitas
ꝯtra quā arᷓ ade licet ex culpa ſua ſe ingeſſerit in eā ſoluit tentioneꝫ illius ad qđ primo tenebaᷓ: ergo multo fortius impoſſibilitas ſoluit tētionē in hoc caſu: licꝫ ex culpa ſua ſe ingeſſerit i talē neceſſitatē. ¶ Itē
ſcđo ad idē ebrietas precedens excuſat adulteriū ſequēs. nō niſi inqꝫtum ligat rōnem. igitur cum ex hoc pure excuſet ꝙ ligat rōnem: quāto magis ligat rōnē tāto magis excuſat. ergo ſi ex toto ligat ex toto excuſat. ergo ſi ex toto impotēs eſt ratio vti actu ſuo ſoluta eſt ab oī tentione: vt in furioſo q ex culpa ſua cecidit in furorem: vel in ebrio. ergo ſi in talibꝰ vbi prorſus ligata eſt ratio impoſſibilitas ſoluit tentionem: eadē rōne vbi eſt impoſſibilitas ſoluet ten
tionem. ¶ Itē lex dei eſt benigniſſima: ergo qꝫtū in ſe eſt neminē ligat ad impoſſibile. ¶ Preterea Tertio ad idem.
eadem lex poſita eſt bonis ⁊ malis: ergo ſm ſe ad idem prorſus ligat bonos et malos. ſed bonos nō ligat ſm ſe niſi ad poſſibile: ergo nec malos ergo nec diuina qꝫtum in ſe eſt non ligat niſi ad poſſibile. cōſtat aūt ꝙ ipa ligat ſm ſe ad vitādū mortalē motū libidinis. ſed ſi vitaᷓ mortalis motꝰ libidinis: aut vitatur qn̄ eſt mortalis aut non. igitur lex diuina ligat qꝫtū in ſe eſt ad hoc ꝙ videᷓ motus libidinis mortalis qn̄ ē mortalis aut nō. ergo ligat ad hoc diſiunctum qꝫtū in ſe eſt. ſed vna pars illiꝰ diſiuncti eſt impoſſibilis: et lex diuina qꝫtum in ſe eſt nō ligat niſi ad poſſibile. ergo non ligat qꝫtū in ſe eſt niſi ad alterā partē diſiuncti: ergo qꝫtū in ſe eſt ligat ad hoc ꝙ vitetur motus libidinis mortalis anteqꝫ ſit mortalis: ergo ligat ad hoc ꝙ vitetur qn̄ eſt venialis Qui ergo ꝑmiſit motum libidinis procedere donec eſſet mortalis: omiſit ſiue contraxit maculam omiſſionis ex eo ꝙ non vitauit motū libidinis dū erat venialis. Sꝫ illā maculā non cōtraxit ante. A. Sit a. inſtans in quo prio motus ille fuit mortalis: qm̄ in nullo inſtāti an̄. a. poſſet dici ipm̄ contraxiſſe maculam omiſſiōis. qr adhuc poterat vitare ne fieret mortalis in. a. Igitur cōtraxit maculam omiſſionis ex eo ꝙ nō vitauit ante. a. illum motum: dum erat venialis. ergo non cōtraxit maculam omiſſionis ex eo ꝙ nō vitabat tunc motū illum: ſed ex eo ꝙ ante. a. nō vitauerat. ergo non tenebatur vitare motū illum in. a. ſed ante. a. et ita nō
tenebaᷓ ad ipoſſibile. ¶ Cōtra. ponaᷓ ꝙ aliq̄ vo In oppm̄.
uerit ꝟginitatē ⁊ poſtea fornicaᷓ. inde ſic. Iſta vouit virginitatē ⁊ non eſt abſoluta a voto. qm̄ pctm̄ ſuū non abſoluit eā: qm̄ ſic de pctō ſuo reportaret lucrum. ergo adhuc tenetur ad votū ꝟginitatis. ſed impoſſibile eſt iſtā eſſe virginē: igitur tenetur ad
impoſſibile. ¶ Itē iſte tenetur reprimere motuꝫ Secundo.
libidinis āteqꝫ ſit mortalis vel poſtqꝫ eſt mortalis Non pōt dici ꝙ teneatur reprimere motū libidis anteqꝫ ſit mortalis. qm̄ inde ſequeretur ꝙ declinare teneretur a pctō veniali. ⁊ ita pctm̄ veniale eēt in prohibitione. quod falſū eſt. Reſtat ergo ꝙ iſte tenetur reprimere motū libidinis poſtqꝫ eſt mortalis. Simus ergo in. a. et. a. ſit inſtans in quo primo motus ille eſt mortalis. inde ſic. Iſte teneᷓ reprimere motū iſtū: ſed motū in. a. impoſſibile eſt ꝙ reprimat ipſe in. a. cū. a. ſit. ergo teneᷓ ad impoſſi
bile. ¶ Item quilibet teneᷓ conteri de pctīs ſuis Tertio.
qm̄ hoc eſt preceptum: ⁊ illud preceptū poteſt aliquis omittere hoc nō eſt dubiū. ponaᷓ ꝙ omittat illđ preceptū in. a. Inde ſic. Ille omittit in. a. ex hoc ꝙ non conteriᷓ. Aut tenetur cōteri in. a. Aut non. Si nō: ergo non omittit in. a. ex hoc ꝙ nō cōteritur in. a. Si dicit ꝙ tenetur conteri in. a. Sed hoc eſt impoſſibile: cū. a. ſit. ergo tenetur ad impoſſi
bile. ¶ Itē ponatur ꝙ iſte forniceᷓ. ide ſic. Iſte Quarto.
tenetur nūqꝫ peccare mortaliter: ergo teneᷓ abſtine

Ayuntamiento de Madrid

re ſemꝑ a pctō mortali:ꝗ tenetur obſtinere i. a.a pctō mortali. Sit.a.inſtans in quo fornicatᷓ Sed impoſſibile eſt ꝙ abſtineat a pctō mortali i.a. qm̄ fornicatᷓ in.a.ꝗ tenetᷓ ad impoſſibile.

Quinto.

¶ Itē quilʒ tenetur credere.aliquis pōt omittere ex hoc ꝙ nō credit.ponatur.Iſte omittit in hoc inſtāti ex hoc ꝙ nō credit in hoc inſtāti:ꝗ tenetur credere i hoc inſtanti.Eodē modo tenetur/ſperare/ diligere/et conteri de pctīs ſuis in hoc inſtāti:ꝗ tenetur moueri iſtis q̄ttuor motibꝰ in hoc inſtāti.ſed hoc ē impoſſibile per ſe ergo aliq̇s tenetur ad impoſſibile per ſe Quod oēs negant.licʒ dicāt ꝙ multi teneātur ad impoſſibile ꝑ accidēs:tm̄ dicūt ꝙ nullus tenetur ad ipoſſibile ꝑ ſe.

Solutio aliquorum.

¶ Solutio.Quidā dicūt ꝙ tenemur ad ipoſſibile ꝑ accidēs.tm̄ dicūt ꝙ nullus tenetᷓ ad impoſſibile ꝑ ſe.

Opinio doctorꝫ ꝙ nullꝰ tenetᷓ ad impoſſibile

Sed qꝛ nobis videtᷓ ꝙ ad obiectiones q̄ facte ſunt nō poſſet ſufficiēter rn̄deri:nobis videtᷓ ꝙ nullus tenetᷓ ad impoſſibile ſiue per ſe ſiue ꝑ accidēs.

Ad primū.

¶ Ad primo obiectum contra hoc dicimꝰ qm̄ illa que fregit votū virginitatis nō eſt abſoluta a voto:tm̄ non tenetᷓ ad virginitatē ſʒ tenetᷓ ad ɔtinentiā oīmodā ſicut priꝰ.vn̄ patet ꝙ ip̄a non reportat lucrum de pctō ſuo. licʒ non teneatur ad virginitateʒ vt prius:qm̄ ad hoc obſoluit eā impoſſibilitas

Ad ſcd̄m.

¶ Ad ſecundū dicimꝰ ꝙ quilibet tenetᷓ primere motū libidinis ātequā ſit mortalis: ⁊ tenetᷓ reprimere ip̄m dū eſt venialis : vt ſic declinet a mortali non vt declinet a veniali: qm̄ per repreſſionem venialis declinat hō a mortali

Ridiculoſa opinio.

Ridiculoſa aūt eſt opinio eoꝝ q̇ dicūt ꝙ tenemur reprimere motū libidinis dum eſt mortalis. Idē em̄ eſt acſi diceret ꝙ aliquis tenetᷓ vitare tūc tm̄ ne cadat in foueā:qui iam cecidit in eā.

Hec argumentatio non valet.

Sʒ nō valet hec argumētatio. Iſte tenetᷓ reprimere motū libidinis anq̄ꝫ ſit mortalis nō ē reprimit:ergo omittit antequā ſit mortalis. ꝺm ꝙ hoc v̄bū omittit importat deformitatē ⁊ pricipaliter ſignificat carentiā actus debiti.dicimꝰ em̄ ꝙ carētia actus debiti et deformitas q̄ inde prouenit nunq̄ꝫ ſunt ſimul.Un̄ dicimꝰ ꝙ ipoſſibile ē aliquē omittere ꝺm hanc ſignificationē.

Qn̄ tenemur reprimere motū libidinis.

Sʒ ſi omittere ſignificet tm̄ deformitatē omiſſiōis:tūc dicendū eſt ꝙ ille q̇ nō reprimit motū libidis omittit in illo inſtāti i quo ille motus omiſſiōis incipit eſſe mortalis:⁊ omittens deformitatē omiſſionis cōtrahit.Nō ex hoc ꝙ non facit in hoc inſtāti quod tenetᷓ facere in hoc inſtanti.ſʒ ex hoc ꝙ non facit in hoc inſtanti quod prius tenebatᷓ facere in hoc inſtāti vel āte.Sicut ſi preceptū eēt alicuiᷓ ꝙ cogitaret de deo ante terminū huiꝰ diei.

Qn̄ aliq̇s dr̄ omittere.

Si nō cogitat nō ē culpabilis an̄ terminū huiꝰdiei. Non pōt dici ꝙ ɔtrahat maculam omiſſionis ante terminuʒ huius diei ita ꝙ in aliquo inſtanti ante.qm̄ inter illudʒ terminū diei eſt aliqd̄ tp̄s totum in quo pōt cogitare de deo et iplere illud preceptū.Ptʒ ꝗ ꝙ talis argumētatio non valet. Iſte tenebatᷓ cogitare de deo ante terminū huius diei et nō cogitauit:ꝗ omiſit ante terminū huiꝰ diei.Debet em̄ addi. vel ɔtraxit maculam omiſſiōis in termio huius diei. qd̄ veruʒ eſt: quia tūc primo fuit culpabilis.Et ꝑ hoc ſic patʒ ſolutio ad ſcd̄o obiectū.

Ad tertiū.

¶ Ad tertio obiectū dicimꝰ ꝙ aliq̇s pōt omittere ex hoc ꝙ non cōteritur in hoc inſtāti.non tm̄ dicimꝰ ꝙ iſte tenetᷓ cōteri in hoc inſtāti:qꝛ hoc impoſſibile:⁊ impoſſibilitas eū abſoluit.ſed tūc omittit.i. maculā omiſſiōis ɔtrahit:qꝛ non ɔteritur in hoc inſtāti:nec eſt ɔtritꝰ cū prius cōtinue teneretᷓ cōteri in hoc inſtāti vel ante.

¶ Cū em̄ homo peccauit nō ſtatim omittit ex hoc ꝙ non ɔteritur.qm̄ impoſſibile eſſet ꝙ ſtatim contereretur.qm̄ ad hoc ꝙ aliq̇s cōteratur oportet ꝙ prius deliberet cogitando de pctō ſuo/ et pena eterna/⁊ iuſticia dei ⁊ hmōi. vn̄ danᷓ ei indutie a deo:ſcʒ tp̄s deliberatiōis. qm̄ ſi a iudice ſeculari dātur indutie:multo fortius a iudice ſp̄uali. quia benignus eſt

Qd requirit ad ɔtritōeʒ

Sed q̄ꝫtū tp̄s preciſe detur ei nemo ſcit.Tenetur ergo ɔteri in tp̄e induciaꝝ vel in termino illius tp̄is.⁊ ſi non ɔteritᷓ in tp̄e illo vl̄ in termino tp̄is omittet in termio tp̄is.i.ɔtrahit maculam omiſſiōis.

Qꝫ hō iducias ad ɔterēdum.

Tūc em̄ primo eſt vituperabilis ⁊ omittit ex hoc ꝙ tunc nō cōteritur:cū non fuerit prius cōtritus et tenebatur prius conteri in hoc inſtāti vl̄ an̄. Si tm̄ fiat vis in hoc ꝙ ɔtritio exigit tp̄s.qm̄ ad hoc ꝙ aliq̇s cōteratᷓ opʒ multa precedere vt dictū eſt Scd̄m hoc dicendū eſt ꝙ iſte nō omittit in termio tp̄is induciaꝝ:ſʒ in inſtāti i quo primo efficitur impotēs ɔteri in tp̄e induciarum.

Doctrina gn̄alis.

Eſt em̄ gn̄alis doctrina ꝙ ſi aliq̇s tenetᷓ ad aliquā actionē i hac die:ſi illa actio nō exigat tp̄s ad ſui impletionē ſed pōt impleri i inſtāti tūc trahitur omiſſio in termio nō citra Si aūt illa actio exigit tp̄s ad ſui ipletionē:tūc ɔtrahitᷓ omiſſio nō i tmīo ſed citra in inſtāte i quo primo efficitᷓ ipotēs iplere actionē illā in hac die.

Ad quartū

¶ Ad aliud dicimꝰ ꝙ cū dr̄ Iſte tenetᷓ nunq̄ꝫ peccare mortalitᷓ. hoc v̄bum peccare tenetᷓ ibi pro futuro tm̄ nō pro p̄ñti:q̇a id quod eſt in p̄ñti ſiue affirmatio ſiue negatio iā nō ſubeſt libero arbitrio.Sicut nullus tenetᷓ nō peccaſſe:qm̄ nō ſubeſt libero arbitrio. eodē modo nullus tenetur nō peccare in hoc inſtanti:qm̄ nō peccare in hoc inſtanti non ſubeſt libero arbitrio iā.

¶ Queſtio incidens.

Item cū quilibet teneatᷓ credere : queritᷓ qm̄ omittit aliq̇s ex hoc ꝙ non credit Et obicitᷓ de paruulo nō baptizato: vtrū in inſtāti in quo incipit eſſe adultus omittat credere.

Af ꝙ ſic.

Probatᷓ ꝙ ſic. quoniā ſi decederet dānaretᷓ in inferno ſicut adultus. ergo proptᷓ aliqd̄ pctm̄ mortale.non niſi propter pctm̄ omiſſiōis:qm̄ pctm̄ actuale nō fuit i eo Sed nullum pecccatū omiſſionis fuit in eo niſi illud quo omiſit credere. nulla enim omiſſione potuit vituperari potiꝰ q̄ꝫ ea qua omiſit credere.quoniā credere eſt primus bonus actꝰ ad quē quis tenetur.ergo reſtat ꝙ in illo inſtāti omiſit credere.

In oppm̄.

¶ Cōtra. Omiſit credere:ꝗ tūc tenebatᷓ credere vel prius.ſed non prius : qm̄ non erat tūc in ſtatu in quo poſſet poſſet vti li.ar.ergo in illo inſtanti tenebatᷓ credere.ſʒ hoc impoſſibile erat ꝙ crederet tunc:igitᷓ tunc tenebatᷓ ad ipoſſibile.

Solutio.

¶ Solutio. Dicimꝰꝙ non omiſit in ſtatu in quo prio fuit adultus.quoniā ad hoc vt teneatᷓ: exigitᷓ tempus deliberationis. oportet enim conſiderare creaturas q̄ ſunt via ad credendū deū. Ideo dn̄s dat puero iducias qm̄ venit ad adultā etatē:vt ɔſideret creaturas ⁊ cōferat ad creatorē Nemo autē ſcit q̄ꝫtuʒ

Nō ē certū

q̄ꝫtū tēpus tp̄s deliberatiōis dat pꝛeciſe tali incipiēti eſſe in
dat deꝰ ad adulta etate ſed bn̄ ſcimꝰ ꝙ dat ei aliq̄ꝫtū tp̄s deli
deliberāde beratiōis:in quo tp̄e ſi nō credit ꝯtrahit omiſſio=
nem in termio illiꝰtp̄is. ſicut dictū eſt de ꝯtritio=
ne. Omittit em̄ credere in termio illiꝰ tp̄is: quia
Iſta via eſt non credit in illo cū pꝛiꝰ tenet credere ī illo vl̄ an
dulcis. te non pꝛiꝰ credidiſſet. qm̄ hoc ē omittere ſm hāc
opinonē ſm quā dicimꝰ ꝙ nullꝰ tenet ad impoſſi=
bile. et ſi moꝛeretur iſte hō ante terminū illius tē
poꝛis iudicaretur ſicut paruulꝰ nō ſicut adultus:
licet in veritate ſit adultus. qm̄ nōdum habuit tē
pus in quo poſſet facere ꝯpetentur ea q̄ ſunt adul
Scd̄ʒ alios ti. Sed ſm opinioneʒ illoꝛū qui dicunt ꝙ aliquis
tenetur ad impoſſibile. omittere eſt aliquid nō fa
cere incontinenti in quo tenetur aliquid facere.
Et notādum ꝙ aliq̄s exiſtēs in moꝛtali tenet cre=
dere: ſperare: diligere: conteri. ſed ſi eſt omiſſoꝛ
verum eſt omiſſionē fidei eſſe pꝛimā in eo: qm̄ mo=
tus fidei naturaliter eſt pꝛioꝛ in iuſtificatiōe. Sʒ
poſtq̄ꝫ credidit: pōt omittere/ſperare/diligere vel
conteri: ſi negligēs fuerit ad exercendū actus il=
Nēo ſimul los. vt patebit in ſeq̄nti q̄ſtiōe. ⁋ Ex hoc patʒ ꝙ
tenetur ad nullꝰ tenet moueri ſil̄ iſtis q̄ttuoꝛ motibꝰ: ſcʒ mo=
iſta q̄ttuoꝛ. tu fidei/ſpei/caritatis/et ꝯtritionis. qm̄ hoc ē im=
poſſibile per ſe. Impoſſibile em̄ eſt aliquē moue=
ri ſimul iſtis q̄ttuoꝛ motibus. qm̄ ſic moueret aīa
et ſimul et ſimel ad diuerſa ex eadē parte. i. ex ea=
dem vi. cum oīs motus cōtritiōis ſit in aliqua vi
aīe: opoꝛteret ꝙ eēt ī eadē cuʒ motu fidei/ vl̄ ſpei/
vel caritatis. ⁊ ita ſi ſimul moueret iſtis quattuoꝛ
motibꝰ: ſeq̄retur ꝙ moueret ex eadē vi ad diuerſa
Opinio ali ⁋ Tn̄ quidā dicūt ꝙ ſimul pōt aliq̄s moueri mo=
quoꝛum. tu fidei/ſpei/⁊ caritatꝫ: vt ex diuerſis potētijs di=
uerſis motibꝰ moueatur ſil̄. qd̄ nō eſt incōueniēs
ſm coſ: et bn̄ pōt dici ita. Silr̄ poſſibile eſt ꝙ
aliquis ex diuerſis potentijs moueat ſimul motu
contritionis ⁊ motu fidei: vt in iuſtificatione ipij
In qua aūt vi ſita ſit ꝯtritio de pctīs inferius pa=
Concluſio tebit. ⁋ Ex p̄dictis videt ꝙ quicūq̄ꝫ peccat pctō
ex dictis. actuali: peccat pctō omiſſiōis. vt ille qui foꝛnicat
Pctm̄ ꝯmiſ peccat pctō actuali: et peccat pctō omiſſionis ex
ſiōis nō ē ſi eo ꝙ pꝛiꝰ tenebat vitare motū moꝛtalē libidinis ⁊
ne peccato non cauit. Qd̄ cōcedimus ſimpliciter. ad hoc em̄
omiſſionis. data eſt hoī pꝛudētia et tēperātia: vt per tales vir
ꝯtra hoc ar tutes caueat motꝰ illicitos moꝛtales. ⁋ Sed ſm
hoc videt ꝙ aliq̄s habeat infinitas omiſſiones ſi=
mul ⁊ ſemel. qm̄ illa omiſſio eſt pctm̄ moꝛtale. igit
tenet vitare illā ⁊ nō vitat: ergo ex hoc omittit. ⁊
ita ſi ſm hoc ꝯtrahit omiſſionē: eadē rōne ꝯtrahit
tertiā ⁊ q̄rtā ex eo ꝙ non vitat. et ſic in infinituʒ. ⁊
ita ſimul et ſemel ꝯtrahit infinitas omiſſiōes. qd̄
Solutio. ptʒ eſſe falſū ⁋ Dicimꝰ ꝙ nullꝰ omittit ex eo ꝙ nō
vitat p ſe eā omiſſionē. qm̄ omiſſio nō debet vita=
ri ſm ſe ſed per aliud. In hoc eī vitat omiſſio ꝙ vi=
tatur motus illicitꝰ qm̄ ex hoc incurrit omiſſio: ꝙ
incurritur motꝰ illicitꝰ quē debebat hō cauere. et
ideo cauetur omiſſio qñ vitatur motus illicitus.

⁋ Tertia q̄ſtio vtrū doꝛmiēs peccet omittēdo.

Circa tertiū capitulū q̄rit: vtrum doꝛmi
ens pōt omittere. ⁋ Qd̄ videt. Ponat
Arꝰ ꝙ ſic. ꝙ abbas p̄cipiat monacho ꝙ ſurgat ad
matutinas. ille autē inebꝛiat ſe et obdoꝛ
mit: nec audit cāpanas: nec ſurgit ad matutinas.
Iſte tenebatur ſurgere ⁊ nō ſurrexit: ergo omiſſit
Queritur ꝫ qñ omiſit. Si qñ doꝛmiebat. Cōtra. In oppm̄.
Tunc non erat in ſtatu in quo poſſet vti libero ar
bitrio: igit tunc nullo modo peccabat. ſicut puer
non peccat qꝛ nō eſt in ſtatu in quo poſſit vti libe=
ro arbitrio. Si dicit ꝙ omiſit qñ inebꝛiauit ſe. Cō Euaſio.
tra. Poterat cōteri de ebꝛietate añ matutinas et Cōtra quā.
ſurgere tp̄e debito: igitur adhuc non omittebat.
Pꝛeterea. Nondū tenebat ſurgere qñ vigilabat: Secundo.
ergo nōdū erat inobediēs: igitur nōdū erat omiſ=
ſoꝛ pꝛecepti: ꝫ non omiſit qñ vigilabat nec qñ doꝛ
miebat. ergo ſimpliciter nō omiſit. ⁋ Ad hoc di= Opinio ali
cunt quidā ꝙ omiſit vigilando ex eo ꝙ non poſuit quoꝛum.
in coꝛde ſuo ſollicitudinem ſurgēdi ad matutinas
anteq̄ꝫ doꝛmiret Illa em̄ ſollicitudo euigilaſſʒ eū
ſicut ſollicitudo iuuenis qui ſollicitꝰ eſt paſcere
accipitrē ſuum mane euigilat: eū mane. et magi=
ſtrū ſilr̄ qui ſollicitus eſt ſurgere mane ad legē
dum. Cū igit abbas pꝛecipit monacho ꝙ ſurgere
ad metutinas: intelligit ei duo p̄cepiſſe: ſcʒ ipſuʒ
ſurgere et ipſā ſollicitudinē ad ſurgere. ⁋ Sʒ cō= ꝯtra hāc ar
tra hoc eſt. qm̄ ſine illa ſollicitudīe pōt audire cā=
panas et ſurgere ad matutinas: ꝫ non tenebat ad
illam ſollicitudinē. Ad hoc dicimus ꝙ cum pꝛeci Solutio.
pit abbas monacho. ⁊c̄. intelligit pīa cōditio: ſcʒ
ſi audierit cāpanas. ⁋ Tn̄ dicimus ꝙ nūq̄ꝫ aliq̄s Nullꝰ omit
omittit doꝛmiēdo: tn̄ ſi ꝯſciētia dictat mōacho ꝙ tit doꝛmien
ſine ſollicitudīe nō ſit auditurꝰ cāpanas: vl̄ dictat do.
ei ꝙ tali hoꝛa ſolet pulſari ad matutinas et ꝙ ſine
ſollicitudine ſurgere nō poſſet. tūc ex hoc ꝙ tene
tur ad opa circūſpectōis tenet ponere talē ſollici
tudinē in coꝛde ſuo anteq̄ꝫ doꝛmiat Si aūt poſuit Nota dili
talem ſollicitudinē in coꝛde ſuo āteq̄ꝫ doꝛmiat: et genter.
tamen doꝛmit nec audit cāpanā nec ſurgit ad ma Ad argu
tutinas: dicimus ꝙ nō omittit. Et non valet hec mentum.
argumētatio Pꝛeceptū erat ei ꝙ ſurgere ad matu
tinas et nō ſurrexit hoꝛa debita: ꝫ omiſit. Et hoc
ideo qꝛ nō tenebatur ſurgere abſolute: ſʒ ſub hac
conditione ſi audiret cāpanas. Et dicimus ꝙ qñ p̄ceptū agꝰ
inebꝛiauit ſe nō omiſit: tn̄ ebꝛietas fuit maiꝰ pec= grauat ebꝛi
catū q̄ꝫ ſi nichil pꝛeceptū eſſet ei. ex eo em̄ ꝙ erat etatem.
ei pꝛeceptū ꝙ ſurgat ad matutinas magis debuit
cauere ſe ab impedimētis: et ita ab ebꝛietate.

⁋ Quarta queſtio. Utrū omiſſio finis ſit pctm̄.

Circa quartū capitulū q̄rit: vtruʒ mo= q̄ſtio quarꝰ
dus ſit in p̄cepto. i. vtrū q̄cq̄d tenet fa ti capituli.
cere: teneat facere ex caritate. ⁋ Ui= Arꝰ ꝙ non.
det ꝙ non. qm̄ aliq̄s pōt honoꝛare pa
rētes ex naturali pietate ſine pctō: qꝛ
natura non habet viciū. ergo aliq̄s pōt honoꝛare
parentes ſine pctō ⁊ nō ex caritate nō ꝫ tenemur
honoꝛare parentes ex caritate. nō ꝫ quicq̄d tene=
mur facere: tenemur facere ex caritate. ⁋ Item Secūdo p
Aug. dt̄ ꝙ declinare a malo ſemp vitat penā: ſed auguſtinū.
non ſemp meret palmā. ꝫ fit aliqñ ſine caritate ⁊
tamē eſt bonū: qꝛ vitat penā. ꝫ poſſumꝰ declinare
a malo non ex caritate ſine pctō: ⁊ ita nō tenemur
declinare a malo ex caritate. non ergo quicq̄d te=
nemur. ⁊c̄. ⁋ Itē dt̄ btūs Greg. Interi fac boni Tertio per
quicquid potes: vt deus illuſtret coꝛ tuū ad peni= gregoꝛiū.
tentiā. Et hoc ptʒ ꝙ ille qui ē in moꝛtali peccato

Ayuntamiento de Madrid

pōt facere aliqđ bonū ſine pctō nō ex caritate: vt
Solutio. dare elemoſinā. et hmōi. ꝗ qcqd. ⁊c̄. ¶ Ad hoc di
cimus ꝙ tenemur ad opa virtutū ſiue ad opa me
ritoꝛia nō in ſpecie ſed in gn̄e. qm̄ ſufficit aliquem
moueri qcūqȝ motu meritoꝛio: ſiue ille motꝰ ſit fi=
dei / ſiue ſpei / ſiue caritatis ſiue cuiuſcūqȝ alterius
Probatio opionis. virtutis. ⁊ hoc ꝓbaꝭ ſic. Iſte teneꝭ moueri motu
caritatis aliquo inſtāti. demonſtreꝭ illud. Iſte te
neꝭ moueri motu caritatꝭ in hoc inſtāti. Contra.
Ille pōt moueri motu fidei vel ſpei ſine pctō i illo
inſtāti: ꝗ nō teneꝭ moueri motu caritatꝭ illo. Hoc
modo pōt ꝓbari ꝙ ad nullū motū ſpecialē alicu=
Ꝯtra opinionem aſ. iusvirtutis teneꝭ aliqs. quod ipſi aſſerunt. ¶ Sȝ
contra. Non tenetur ad o pa virtutū niſi quia ſunt
in precepto. ſed opera virtutū ſpecialia ⁊ i ſpecia
li ſunt in precepto. ꝗ tenemur ad opa ſpecialia vir
Secundo. tutū. ¶ Item iſte prelatus videt ꝙ ſi fidem predi
cet multi ꝯuertētur: ſi nō predicet multi ſubuertē
tur. Cōſtat ꝙ in hoc caſu tenetur iſte p̄dicare fidē
ergo teneꝭ moueri motu fidei: et ita teneꝭ moueri
Tertio. motu ſpecialis ꝟtutis. ¶ Itē qn̄ aliqs tentaꝭ de
luxuria teneꝭ reſiſtere tali tētatiōi et non pōt niſi
motu tēperātie: ⁊ ita teneꝭ moueri motu ſpecialis
Ꝑ hoc pȝ improbatio opinionis. ꝟtutis. ¶ Proptꝭ has et hmōi obiectiones tradi
mus predictā opinionē nullam eſſe. Alij dicūt ꝙ
non tenemur ad opa virtutuȝ ſiue ad opa merito=
Alia opio. ria. qm̄ ſicut ꝟtutes nō ſunt in ptāte li. ar. ita nec
opa ꝟtutū. ſed ſufficit ſi facimꝰ qđ i nobis ē. ſicut
Hec opio ꝓbatur. dicit btūs Greg. Interi fac. ⁊c̄. Et ꝙ ſit verꝝ ꝓba
tur. qm̄ aliqs pōt diligere deū naturali dilectiōe
ſine pctō: igiꝭ nō tenemur diligere deū ex carita=
te. ergo multo fortiꝰ nichil aliud tenemur facere
Secundo. ex ea ¶ Itē indirecte ſi aliqs teneꝭ moueri motu
caritatis in aliquo inſtāti. queriꝭ i quo? Si dicat
ꝙ in quo inſtāti cogitat de bn̄ficijs dei. Sȝ in eo=
dē inſtāti poterat moueri motu dilectiōis natura
lis ad diligēdū deū ſine pctō igitur tunc nō tene=
batur diligere deū ex caritate. Si dicat ꝙ in illo
inſtāti tenetur diligere deū ex caritate in quo co=
gitat dei bonitate dei. Cōtra. In illo inſtāti pōt
ipſe moueri motu fidei vel ſpei. non igiꝭ tenebaꝭ
moueri motu caritatis in illo. ¶ Itē nō tenemur
Tertio. ad virtutes: qꝛ non ſunt in nr̄a poteſtate: ergo ea=
dem rōne non tenemur ad motus formatos: qꝛ nō
Cōtra hāc opionē aſ. ſūt in nr̄a ptāte. ¶ Cōtra. Deformatio operꝝ ē in
prohibiōe: ꝗ informatio eſt in p̄cepto. igitur tene
Secūdo. mur ad faciēdū precepta ex caritate. ¶ Itē p̄ce=
pta nō ſunt data niſi ad hoc vt ꝑ eorū impletionē
acquiramꝰ vitā eternā. qm̄ proptꝭ hoc lex dei dici
tur teſtamētū: qꝛ ſunt littere hereditatis: vt ꝑ eas
habeatur hereditas eterna. ergo precepta legis
dei data ſunt principaliter vt eis acqramꝰ ſiue me
reamur vitā eternā: ergo tenemur ad mereri vitā
eternā. ſed mereri vitā eternā eſt moueri motu for
mato ad habēdā illā: ⁊ ita tenemur ad motꝰ forma
Tertio. tos. ¶ Item indirecte Si per legem dei nō tene
mur niſi ad motus informes ⁊ per li. ar. poteſt qui
libet moueri motu iformi ſine caritate. ergo per
li. ar. ſine caritate poteſt aliquis ſeruare totam le
gem dei. ſed ſi aliquis ſeruat totam legē dei ſalua
bitur: igitur aliqs pōt ſine caritate ſaluari. et ita
ſi non tenemur ad motus formatos: falſum eſt qđ

dicit apl's: Finis p̄cepti ē caritas. ¶ Itē moyſes Ꝯtra paulū
dicit in Deutero. Iuſte qđ iuſtū eſt exeq̄ris. ꝗ ali Quarto ꝑ
quis modus eſt in p̄cepto. ¶ Itē cū dr. Diliges moyſen.
dn̄m deū tuū. ⁊c̄. hoc eſt preceptū ⁊ modꝰ prece= Quinto.
pti. Sed hoc potius eſt preceptū qn̄tū ad moduȝ
qȝ qn̄tum ad actū. qm̄ actum pōt habere quilibet
ſtultus: ſed motū meritoꝛiuȝ facit modus ꝗ potiꝰ
tenemur ad modū qȝ ad actum. ¶ Item btūs Ia Sexto per
cobus dr Qui offendit in vno factus eſt oīm reus iacobum.
Et dr ibi glo. Qui offēderit in vno mādato carita Gloſa.
tis: oīm eſt reus. igitur tenemur ad implendū mā
datū caritatis: ꝗ tenemur ad motū caritatꝭ. nō ꝗ
tenemur ad motꝰ informes. ¶ Quod concedimꝰ Solutio.
his rationibus dicētes vniuerſaliter ꝙ quicquid Nota.
tenemur facere: tenemur facere ex caritate ¶ Ad Ad primū.
primo obiectū dicimꝰ ꝙ hec argumētatio nō va=
let. Iſte pōt honoꝛare patrē. ⁊c̄. ⁊ non ex caritate
nō ergo tenemur eos honoꝛare ex caritate. Silr= Hec etiam
ter non valet hec argumētatio. Iſte pōt diligere nō valet.
deum naturali dilectiōe ſine pctō ⁊ nō ex caritate
igitur non teneꝭ diligere deū ex caritate. qꝛ licet
aliquis teneaꝭ diligere deū ex caritate: tn̄ nō tene
tur ad diligendū ſemper eū ex caritate. vn̄ qn̄ ali
quis diligit deū naturali dilectōe non teneꝭ tunc
diligere eum ex caritate. qm̄ eſt in apprehēſione A q̄ cauſaꝭ
que ē tm̄ gn̄atiua naturalis dilectiōis. Qn̄ ei ali= naturalis
quis apprehēdit bn̄ficia dei ſiue deū vt bn̄ficuȝ et dilectio.
hoc tm̄ apphendit de deo: talis apphēſio nō eſt
gn̄atiua niſi naturalis dilectiōis: ⁊ ideo nō omit=
tit tunc ſi nō diligit eū ex caritate. Eodē modo li=
cet aliqs teneaꝭ honoꝛare parētes ex caritate: tn̄
nō teneꝭ ad hoc vt qn̄cunqȝ honoꝛat eos honoꝛet
ex caritate. ſicut nō teneꝭ aliqs ad hoc vt qn̄cūqȝ Ad quattuoꝛ prima
diligit deū diligat eū ex caritate. ¶ Ex hoc patȝ
ſolutio ad quattuoꝛ prima obiecta. tunc tm̄ teneꝭ
homo diligere deū ex caritate qn̄ habet caritatē
et eſt in apphenſione que eſt naturaliter gn̄atiua
motus caritatꝭ. Qn̄ eīm aliqs habens caritatem
cogitat ꝙ deꝰ eſt ſumme ſuauis in quo ſūt oēs de=
licie: tūc teneꝭ moueri motu caritatis in ipſū. ⁊ ſi
tūc nō moueretur motu caritatis: omitteret. Nec Qn̄ teneꝭ
tunc poſſȝ moueri motu naturalis dilectiōis: qm̄ hō diligere
non eēt tūc i eo apprehēſio gn̄atiua naturalis di= deū ex caritate.
lectionis tm̄: neqȝ tunc poſſet moueri motu alteri
us ꝟtutis. qm̄ ex quo apprehēſio gn̄atiua carita=
tis erat in eo: nō poterat tūc eē in eo apprehēſio Ad primū.
gn̄atiua alterius ꝟtutis. ¶ Ex hoc ptȝ ſolutio ad Auguſtinꝰ
quito obiectū. et ꝙ ita ſit patet: qꝛ dr btūs Aug. Actꝰ fidei
ꝙ fide / ſpe / ⁊ caritate coliꝭ deꝰ. cū ergo teneamur ſpei et carita
colere deū: tenemur colere ipm̄ motu fidei / ſpei / ⁊ tatꝭ a q̄ co=
caritatis. Sed motꝰ fidei habet ſuā apphenſionē gnitiōe ſiūt
precedenteȝ q̄ eſt gn̄atiua ꝓprie eius: illā ſcȝ qua
apprehēdit deū vt primā veritatē cui ſup omnia
eſt credendū. et hmōi. Silr̄ apprehenſio ꝓprie
gn̄atiua motus ſpei eſt qua apprehēditur deus vt
ſumma largitas qua ſeruiētes ſuos liberaliſſime
remūerat bonis eternis. Apphenſio auteȝ ꝓprie
gn̄atiua motꝰ caritatis eſt qua apprehēditur de=
us vt ſūma bonitas in qua ſunt oēs dilicie. Eodē
modo cuiuſlibet virtutis motꝰ habet ſuā apprehē
ſionem precedentem: neqȝ tenetur hō moueri mo
tu alicuius virtutis niſi qn̄ habet virtutē et qn̄ eſt



Ayuntamiento de Madrid

ꝯtra iſta arḡ. in eo appꝛ̄henſio gn̄atiua motꝰ illiꝰ ꝟtutis. ¶ Sꝫ contra. Jn q̄lꝫ inſtāti poterat iſte moueri motu fidei: ſꝫ ſi in aliquo iſtāti poterat iſte moueri motu fidei non tenebatur moueri motu caritatis in illo inſtanti: maxime ſm̄ illos qui dicūt ꝙ non poſſumus ſimul et ſemel moueri motibus plurium virtutum. ergo in nullo inſtanti tenebat̄ iſte moueri motu caritatis. Qꝫ autē media ſit vera pꝛobatur. qm̄ ſi aliquis pōt moueri hoc inſtanti motu fidei: non tenet̄ moueri motu caritatis in eodē inſtāti. qm̄ ſi aliq̄s implet aliq̄d mādatū in aliquo inſtāti non tenet̄ adimplere aliud in eodeꝫ inſtanti. cum ambo ſimul iplere nō poſſit. ⁊ ita media ꝓpoſitio

Solutio.

eſt vera. ¶ Solutio. Dicimꝰ ꝙ media eſt falſa: ſiue hec determiatio in aliq̄ inſtāti. determiet hoc ꝟbū poterat. ſiue hoc ꝟbū moueri. ſꝫ ſi ad vtrūqꝫ

Sēſus ꝯpoſitꝰ ⁊ diuiſꝰ.

verbū ponat̄ determiatio: vera eſt ꝓpoſitio Hec em̄ eſt vera: ſi in aliq̄ inſtanti poterat iſte moueri motu fidei: tunc non tenebat̄ moueri motu caritatis in eodē inſtāti. Hec tn̄ etiā vera eſt cū vna determiatiōe. ſi aliq̄s pōt moueri motu fidei in hoc inſtāti: non tenet̄ moueri motu caritatis in eodē. qm̄ verba nō poſſunt modo pertinere niſi ad vnū inſtās. ſed ſi ponat̄ hoc verbū poterat. ibi cū vna determiatiōe: ꝟba poſſunt ꝑtinere ad diuerſa inſtātia

Ad aliud.

¶ Ad aliud dicimꝰ ꝙ nō tenemur ad ꝟtutes ideo qꝛ ꝟtus nō eſt opꝰ liberi arbitrij. ſed opa virtutū ſunt opa liberi arbitrij: ⁊ ideo licet nō teneamur ad ꝟtutes: tn̄ tenemur ad opa ꝟtutū. et ideo quia tentio reſpicit omiſſionē: omiſſio vero actū.

Omiſſio

Eſt em̄ omiſſio pꝛiuatio boni actus non habitus.

Hec argumētatio nō valet.

¶ Ex pꝛedictis ptꝫ ꝙ hec argumētatio nō valet. Jſte tenet̄ diligere deū ex caritate ⁊ nō diligit eū ex caritate: ḡ omittit. qꝛ ſicut dictmu eſt: non quotiēſcūqꝫ aliquis diligit: tenet̄ ipm̄ diligere ex caritate. qm̄ aliq̄d bonū eſt diligere ipm̄ naturali dilectione.

Hec ſilr̄ nō valet.

¶ Eodē mō non valet hec argumentatio Jſte tenet̄ honoꝛare pr̄eꝫ. ⁊c̄. ex caritate: ⁊ honorat eos no ex caritate: igit̄ omittit. qm̄ nullꝰ omittit ex omiſſiōe tali diligēdo deū: niſi cū habēs caritate habet apꝛehēſionē ꝓpꝛie generatiuā caritatis: ⁊ ex dilectiōe dei collatiue videt q̄d debeat pꝛoximo. in tali caſu tenet̄ moueri i ꝓximū ex caritatē motu alteriꝰ ꝟtutis: ſicut tūc dādo elemoſinā nō ex caritate omittit: tn̄ datio elemoſine nō eſt pctm̄. ſed omiſſio motus caritatꝭ eſt pctm̄: cuꝫ non moueat̄ illo motu quo tenet̄ moueri Jlle aūt qui nō habet caritatē in tali ſtatu non tenet̄ facere aliq̄d ex caritate: cū nō habeat vn̄ poſſit. ſꝫ ſm̄ conſiliū bt̄i Greg. tenet̄ ſe ꝑparare ad ſuſcipiēdū gratiā. et ideo non omittit niſi qn̄ eſt in moꝛa: vel quando cogitat de deo et de pctis ſuis collatiue: tunc em̄ tenetur dolere de pctis ſuis.

## ¶ Cap. 3. De negligentia.

Dicto de omiſſione: dicendum eſt de negligentia que videt̄ eſſe quedā omiſſio.

Hieremias.

Hieremias dicit. Maledictꝰ q̄ opꝰ dei negligenter facit

Gregoꝛius in iob.

¶ Jtē bt̄ūs Greg. dicit ſup locum illū Job. Verebar oīa opera mea. duo in bonis ſunt timenda. deſidia ⁊ fraus. Deſidiam facit minoꝛ amoꝛ dei. Fraudeꝫ facit nimius amoꝛ ſui: dū pꝛo bn̄ actis tacita hūani coꝛdis gr̄a vel fauoꝛis aura aut quelꝫ res exterioꝛ deſiderat̄

Sic hꝫ alia tranſlatio.

De iſta fraude dicit Hiere. Maledictus homo q̄ opꝰ dei facit negligēter vel fraudulenter. De qua dicetur poſtea qn̄ agetur de fine actionū. Hic autem dicēdū eſt de negligētia ſiue deſidia

Queſtio huius capituli q̄d eſt negligētia.

¶ Queritur ḡ q̄d ſit negligētia ſiue deſidia Si dicat̄ ꝙ negligētia idē eſt ꝙ indeuotio. ḡ quicūqꝫ facit opus dei ſine deuotiōe incurrit illā maledictionē. ergo

Arḡ ꝙ nō ſit indeuotio.

ſi quis dat elemoſinā non apponens coꝛ incurrit maledictionē: licet pꝛius habuit bonā voluntatē. Cōtra. Jlla datio proceſſit a bona volūtate: ergo non eſt pctm̄. igitur per illā nō incurret̄ illa maledictio.

Secundo.

¶ Jtē illa auctoꝛitas. Maledictꝰ hō qui opus dei negligenter facit. Aut intelligit̄ de opibus pꝛiuilegiatis tm̄: vt de cōſecratione euchariſtie et baptiſmo: aut de oibus opibꝰ ⁊ ſolis factis ex caritate: aut de oibus bonis gn̄aliter q̄ ſunt in ꝑcepto. Si de pꝛiuilegiatis tm̄. Sꝫ dicere hoꝛas

Dicere horas in pctō

canonicas nō eſt tale opꝰ pꝛiuilegiatū. qm̄ aliq̄s pōt dicere hoꝛas canonicas ſine pctō: habens tn̄ cōſcientiā moꝛtalis pcti. ḡ quātūcunqꝫ negligent̄ dicat hic nō incurrit illā maledictionē. q̄d aperte falſuꝫ eſt. Si de ſolis opibꝰ factis ex caritate: tūc ipoſſibile ē ꝙ aliq̄s incurrat illā maledictionē q̄a omnis qui tale opus facit: meretur vitā eternaꝫ. ⁊ ſic maledictionē nō incurrit. Si gn̄aliter de oibꝰ opibus in ꝑcepto legis dei. ḡ quicūqꝫ dat elemoſinā ſine deuotiōe ſiue ſine diligētia: incurrit illam maledictionē. q̄d ptꝫ eſſe falſū

Tertio.

¶ Jtē negligēter et diligēter ſunt ꝯtraria: meritoꝛie ⁊ demeritoꝛie ſunt cōtraria. ſꝫ quicūqꝫ facit opus dei negligent̄ facit illud demeritoꝛie: ḡ q̄cūqꝫ facit opꝰ dei diligēter facit meritoꝛie illud. Contra. Aliquis exn̄s in moꝛtali pctō facit opꝰ dei diligēter: nō tn̄ meritoꝛie.

Solutio aliquoꝛum.

¶ Ad hoc dicēdū ꝙ illa auctoꝛitas intelligitur in pluribus caſibus. vel qn̄ aliq̄s omittit ex toto opus dei: vel qn̄ facit opus dei cum accidia ſiue cū murmuratione: vel qn̄ aliquis dicit hoꝛas canonicas ſine deuotiōe ex ꝯſuetudine.

Contra expoſitionē arḡ.

¶ Sꝫ ꝓbat̄ ꝙ nullo iſtoꝝ caſuū dꝫ itelligi illa auctoꝛitas Pꝛimo obicitur contra pꝛimuꝫ caſum ſic. Qui ex toto omittit opus dei nō facit opus dei: ⁊ q̄ nō facit opus dei/ negligēter non facit opus dei: et ita non incurrit illam maledictioneꝫ.

Secundo.

¶ Pꝛeterea. Negligentia et diligētia ſunt diſpoſitiōes actiōis: ḡ neqꝫ negligētia neqꝫ diligētia eſt vbi ex toto omittitur actio. Et ſic illa pꝛopoſitio nō eſt intelligenda in pꝛimo caſu.

Ad idem.

Qꝫ neqꝫ in ſecūdo ſit intelligenda pꝛobat̄. qꝛ aliq̄s ſeruꝰ facit opus ſibi iniunctū diligenter: et tn̄ cum accidia ⁊ murmure. ergo negligēter facere nō eſt facere cū accidia ⁊ murmure.

Ad idem.

Qꝫ nō in tertio caſu ſit intelligēda pꝛobat̄. qm̄ qn̄ aliquis dicit pꝛimo hoꝛas canonicas indeuote: non peccat moꝛtaliter. eadē ratione nec ſcd̄o nec tertio. ⁊ ſic de alijs. qꝛ indeuotio nō eſt maioꝛ ſecundo vel tertio ꝙ̄ pꝛimo. Sit ita poſitū et ſint eedē oēs alie circūſtātie. ergo cōſuetudo illa non eſt pctm̄ moꝛtale: ḡ per illam nō incurritur maledictio.

Solutio ſꝫ doctoꝛem.

¶ Solutio. Dicimus ꝙ duplex eſt negligētia. Eſt em̄ negligētia qua homo eſt negligēs.

Duplex negligentia.

et ſm̄ hoc negligētia eſt omiſſio tēpoꝛis. de qua pꝛius dictum eſt. Eſt etiā negligētia qua aliquid

Ayuntamiento de Madrid

dicitur facere negligẽter. ⁊ ſm hoc negligẽtia eſt omiſſio alicuius circũſtantie debite ineſſe actiõi quam tenet facere. vt omiſſio tp̃is vel modi. Tẽporis: vt cũ aliquis tenet facere aliquid et tarde facit illud.

Conſilium Salomonis.

Cõtra illud qđ dr̃ ſalomõ in ꝓuerbijs. Noli dicere amico tuo cras reuertere: cuꝫ ſtatim poſſis dare.

Omiſſio modi.

Omiſſio modi eſt qñ aliquis omittit informare actionem ſuam caritate quando debet eam informare. ſicut dictũ eſt prius. et talis negligentia eſt diſpoſitio actionis: ſicut diligẽtia qua aliquis aliqđ facit diligenter. Hanc ſcđam negligentiã copulat hoc verbũ negligẽter in predicta auctoritate.

Ad oĩa argumẽta predicta excepto vno.

℄ Per hoc patꝫ ſolutio ad oẽs precedentes obiectiones excepta illa de cõtrarietate. ad quã reſpondemꝰ ſic. Negligẽter ⁊ diligẽter ſũt contraria: meritorie ⁊ demeritorie ſunt cõtraria. ſed omne opus bonũ qđ fit diligẽter fit meritorie ⁊c̃. patet ꝙ nõ valet: qꝛ plus exigitur ad meritũ q̃ʒ ad demeritum. Uñ in talibꝰ cõtrarijs potiꝰ tenet conſequẽtia in contrario q̃ʒ conſequentia in ipſo. vñ potiꝰ deberet inferre ſic ergo oẽ opus quod fit meritorie fit diligẽter. Qđ verũ eſt quia quod fit meritorie fit debito tp̃e. debito mõ. qđ eſt cõtrarium negligentie ſm ꝙ eſt pctm̃ mortale. qm̃ nulla negligentia in hac ſcđa ſignificatione eſt pctm̃ veniale: ſicut nulla omiſſio eſt pctm̃ veniale. quia ſm hoc non eſt negligẽtia niſi omiſſio circũſtãtie ad quaꝫ tenebatur homo. ⁊ ideo hmõi omiſſio eſt pctm̃ mortale.

Sicut nulla omiſſiõe ꝓprie ẽ venialis ita nec vlla negligentia.

Si autẽ ad illã circunſtãtiam non tenetur eius omiſſio non eſt peccatũ. tamẽ poſſet diſtingui negligẽtia que eſſet indifferens.: vt ſi aliquis differat opera dei ad q̃ tenetur: tñ non intm̃ differt ꝙ omittendo peccet mortaliter. ſed ſi citiꝰ operaretur diligentior eſſet ⁊ magis ſtrenuus in operãdo. et ideo dicit negligenter opari: qm̃ non multum diligẽter aut multũ ſtrenue opatur. licet aliquãtulũ diligent opetur qꝛ nõ omittit aliquid ad qđ teneamur ſcꝫ vel tp̃s vel modũ.

ꝯtra hoc arguitur.

℄ Sꝫ obicitur. ponatur ꝙ ille iuſtificet. Iſte mouet motu fidei ⁊ motu ꝯtritiõis: ergo facit opꝰ dei ⁊ ſubito: qꝛ in primo inſtanti ſue iuſtificationis. ergo facit opus dei nulla adhibita diligẽtia: ergo non facit opus dei diligẽter. et ꝯſtat ꝙ illđ facit meritorie. Non ergo quicqđ fit meritorie fit diligẽter. qđ priꝰ negatum eſt. quia ſi ita eẽt in p̄dictis cõtrarijs non eſſet ꝯñtia in cõtrario nec in ipſo. quod eſt contra artem Ariſtotelis.

Solutio.

℄ Dicimꝰ ergo ꝙ hec argumẽtatio nõ valet. Iſte facit hoc ſubito: ergo nulla diligentia adhibita facit hoc. ſm ꝙ diligẽtia eſt oppoſita negligentie. de qua dr̃ Maledictus homo qui facit opus dei negligenter. Tñ quandoq; dr̃ diligentia magna p̄deliberatio ad aliqđ opꝰ faciẽdũ. Et ſcđm hoc neceſſaria eſt p̄dicta argumentatio

Queſtio incidẽs.

℄ Itẽ querit vtrũ ille q̃ dicit horas canonicas ſine deuotione: teneat eas repetere vel reiterare.

Solutio.

℄ Ad quod dicimꝰ ꝙ ſi dubitat vtrũ dixerit eas an nõ: tenet reiterare. ſed nõ eſt ibi negligẽtia niſi ſit ibi omiſſio tp̃is: vt ſi dicat vltra tp̃s debitũ ſicut illi qui dicũt matutinas in hora meridiana: vel

Nota diligenter.

niſi ſit ibi omiſſio finis vt qñ tenet referre ad deũ ⁊ non refert: quod aliqñ cõtingit licet difficillimũ ſit determinare quando hoc contingat.

℄ Secunda pars huius tractatus continens ſex capitula. Cap̃.i.

Dicto de delicto: dicẽdũ eſt de ꝯmiſſo. i. de pctõ actuali. Primo de eiꝰ diffinitiõe. Scđo vtrũ oẽ pctm̃ ſit volũtariũ. Tertio de fine actiõis: ſcꝫ qđ finis informet. Quarto vtrũ pctm̃ actuale menſuretur ſm intentionẽ. Quinto vtrũ euẽtus ſeq̃ns aggrauet pctm̃. Sexto. vtrũ voluntas ⁊ opus ſint idẽ peccatum.

Qđ pctm̃ ſꝫ auguſtinũ.

℄ Btũs Aug. ſic diffinit pctm̃ actuale. Pctm̃ ẽ dictũ vel factũ vel ꝯcupitũ ꝯtra legẽ dei. vt ꝯcupiſcẽtia dicat queliꝫ volũtas q̃ eſt pctm̃ interiꝰ. ⁊ eſt ſenſus. Pctm̃ ẽ actꝰ ꝯtrariꝰ legi dei: ſiue exterior ſiue interior.

Diffinitio ſic itelligit.

Sed ſm eos qui dicũt ꝙ pctm̃ in q̃ʒtum pctm̃ nihil ẽ. dicẽdũ ꝙ ꝯtrarietas qua pctm̃ eſt ꝯtrariũ legi dei nihil ẽ. ſicut oppoſitio qua negatio ẽ oppoſita affirmationi nihil eſt ſed opponitur ei ꝑ modum nõ eſſendi: nõ ꝑ modũ eſſendi. ita pctm̃ ſm ꝙ pctm̃ eſt ꝯtrariũ legi dei ꝑ modũ non eſſendi.

Pctm̃ ſupponit ꝓ q̃tuor.

Et notãdũ ꝙ pctm̃ dr̃ quodliꝫ illoꝝ quattuor: mala voluntas: mala actio: macula aie: ⁊ deformitas. vt dicatur deformitas priuatio naturalis boni q̃ deformat aĩam: eo modo quo priuatio alicuiꝰ partis naſi deformat hoĩem exteriꝰ.

Qđ proprie peccatum.

Propriſſime aũt malũ culpe dr̃ priuatio bõi. qm̃ hoc ſolũ ĩ nobis eſt culpabile ꝑ qđ ĩ nobis imago dei obſcurat ⁊ deſtruitur. Nec actio nec volũtas dicitur mala: niſi qꝛ diminuerit imaginẽ dei in nobis

Qđ macula. Opinio aliquorum.

℄ De macula aũt querit quid ipa ſit. ⁊ dicũt multi ꝙ idẽ eſt macula aie ꝙ deformitas ſiue priuatio boni naturalis: et idẽ eſt ꝙ malicia qua hõ dr̃ malus. ⁊ hoc maxie dicũnt illi q̃ dicũt ꝙ q̃cquid eſt a deo eſt. illi ſolẽt dicere ꝙ ꝓnitas ad male agẽdũ: nihil eſt.

ꝯtra hãc arguitur.

℄ Cõtra. Ex frequẽti bene agere relinquitur ĩ aĩa habitꝰ ad bene agẽdũ: ergo eadẽ rõne ex frequenti male agere: relinq̃tur habitus in aĩa ad male agendũ.

Secundo.

℄ Preterea. Uidemꝰ aliquos q̃ non poſſũt abſtinere a fornicatiõe. ſimiliter fures qui non poſſũt abſtinere a furto. hoc nõ niſi ꝓpter ꝓnitatẽ illã quã habẽt ad male agendũ. ergo habitꝰ ad male agendum eſt aliquid. Si ꝯcedatur.

In oppoſitum.

℄ Contra. Habitus ad bene agendũ eſt virtꝰ: ergo habitus ad male agendũ eſt pctm̃. ſed conſtat ꝙ habitꝰ ad male agẽdũ nõ eſt mala volũtas: nec mala actio vel deformitas. relinq̃tur ergo ꝙ habitꝰ ad male agẽdum ſit macula.

Secundo.

℄ Quod etiã ꝓbari põt per locũ a cõtrarijs ſic. Habitꝰ ad bene agẽdũ eſt pulchritudo aie qꝛ eſt virtꝰ: ergo habitus ad male agenduꝫ ẽ turpitudo aie ſiue macula. ergo macula nõ eſt priuatio boni

Tertio.

℄ Preterea. Si habitus ad male agẽdũ ſit aliquid: ſeq̃tur ꝙ opa demeritoria habent qualitates ſibi ſubſtractas ſicut opa meritoria. Inde etiam ſequitur ꝙ qꝛ aliq̃s eſt malus male agit: ſicut quia aliquis eſt bonꝰ bene agit. ſicut eñ ex habitu bono ſequũtur bõa opa ſic ex habitu malo ſequũtur mala opa.

Solutio ſꝫ doctorem.

℄ Nos dicimꝰ ſm oẽm opiõnẽ ꝙ habitꝰ ad male agẽdũ eſt aliqđ ⁊ eſt macula aie ſicut habitꝰ ad bene agẽdũ eſt virtus ⁊ decor aie. Tamen nõ eſt gñaliter verũ ꝙ qꝛ homo eſt malus male agit: ſed generaliter verũ quia bonus eſt bene agit. qm̃ in primo male agere non quia eſt malus male agit: ſꝫ econuerſa quia male agit malus



Ayuntamiento de Madrid

Ois actus bonꝰ inclu= dit aliḋ po= ſitiuum.

eſt. ¶ Ex hoc ptʒ ꝙ nō ē gnalit veꝝ ꝙ male actio
nes habeāt ſibi qualitates ſubſtractas: ſʒ gnali=
ter eſt verū ꝙ bone actiones habeāt q̄litates ſibi
ſubſtractas. Et ideo potius ḋr de bonis actiōibꝰ
ꝙ habeāt qualitates ſubſtractas q̄ȝ de malis.
¶ Scḋa queſtio vtrū volūtas ſit circa pctm̄.
Um aūt pctm̄ ſit motus interioꝛ vel exte
rioꝛ ꝯtrariꝰ legi dei: interioꝛ cauſa eſt ex
terioꝛis. qm̄ mala volūtas ſiue ꝯcupiſcē
tia eſt cauſa male actiōis. Et ex hoc ptʒ
ꝙ ꝯcupiſcentia ſiue cupiditas eſt radix oim malo
rum. ¶ Sed ꝯtra. Supbia eſt iniciū ois pcti ſicut
dicit Aug. ergo ſupbia eſt radix oim maloꝛū: non
ergo cupiditas. ¶ Itē īfidelitas ē radix oim ma=
loꝛū. pbatio. Fides eſt pꝛīcipium oim bonoꝝ. ḋt
etiā Aug. qꝛ infidelitas eſt pctm̄: quo retēto oia
retinent: quo dimiſſo oia dimittūtur. ḡ ſi infideli
tas eſt radix oim maloꝝ: non ḡ cupiditas. ¶ Itē
ſuper illū locū epiſtole Joh. Quicq̄d ē in mūdo:
aut eſt cōcupiſcentia carnis/aut ꝯcupiſcētia ocu
loꝛū/aut ſupbia vite. dicit Aug. ꝙ oēs amatoꝛes
mūdi non habent niſi hec tria in q̄bus oia vicioꝛū
generat ꝯtinent. Aut igit Aug. appellat ibi gn̄a
materiam: aut gn̄a q̄ſi oꝛigīes. Nō pōt dici ꝙ ma
teriam: qm̄ nō oē pctm̄ ꝯtinetur ſub vno illoꝝ triū
vt homicidiū et ſilia. ḡ vocat gn̄a id eſt oꝛigines.
ergo tres ſunt oꝛigīes oim maloꝝ. nō ergo cupidi
tas ē radix oim maloꝝ. ¶ Itē ſeptē ſūt vicia capi
talia: ḡ ſeptē ſunt vicia q̄ ſūt radices oim maloꝛū.
non ḡ ſola cupiditas. ¶ Item ſup illū locum ps.
Tollite poꝛtas pꝛīcipes vr̄as. ḋt Aug. Due ſunt
poꝛte moꝛtis. amoꝛ mūdanus: ⁊ timoꝛ mūdanus.
Et ſup illū locū. ps. Incēſa igit ⁊ ſuffoſſa. dicit ꝙ
omnia pctā aut naſcūtur ex cupiditate male inflā
mante aut timoꝛe male hūiliante. ḡ cupiditas ⁊ ti
moꝛ ſunt due radices oim maloꝝ: nō ergo ſola cu
piditas. ¶ Sʒ ꝯtra. Septē dona ſpūſſancti non
ſunt pꝛīcipia oim bonoꝝ. imo fides/ſpes/caritas:
ergo ſeptē vicia ſeptē donis cōtraria nō ſunt radi
ces capi. oim maloꝝ. quare ḡ dn̄r capitalia cū nō
ſūt capita oim maloꝝ ¶ Solutio. Ad pꝛimū dici
mus ꝙ cōcupiſcentia ſiue mala volūtas eſt radix
oim actualiū pctōꝝ. qm̄ ē cā efficiēs oim malaꝝ
actionū ⁊ ī gn̄e ⁊ in nūero. Sʒ cupiditas .i. amoꝛ
mundanus eſt radix oim maloꝛū. Ideo ſcʒ ꝙ non
eſt aliqḋ genꝰ pcti qḋ nō naſcat ex cupiditate ali
quādo. Nec valet hec argumentatio. Supbia eſt
radix oim maloꝝ: nō ergo cupiditas Et hoc ideo:
quia cū ḋr ſupbia eſt radix oim maloꝝ vl' cupidi=
tas eſt radix oim maloꝝ: ſic cōpꝛehenduntur gn̄a
ſingulorū non ſingula geneꝝ. Sed ſi ꝯpꝛehendū
tur ſingula geneꝝ tūc neceſſaria eēt agumētatio
qm̄ illa diuerſa in ſpecie nō ꝓpꝛie eſſe poſſunt ⁊ in
codē gn̄e cauſa eoꝛūdē nūero ſʒ bn̄ poſſunt eē cā
eoꝛūdē in gn̄e diuerſoꝝ in nūcro. ¶ Similiter di
cimus ꝙ hec argumētatio nō valet. Infidelitas ē
radix oim maloꝝ: nō ergo cupiditas. vtrūqȝ ei eſt
radix ſuo modo. Cōcupiſcētia ꝑ modū cauſe effi=
cientis vt dictū eſt. Infidelitas ꝑ modū deficien
tis ſm ꝙ infidelitas eſt carētia fidei. ſicut defectꝰ
alicuius mēbꝛi vel alicuiꝰ potētie eſt claudicatio
nis cauſa in equo. Si aūt īfidelitas ē falſa opinio

Marginal notes (left column): Ar ꝙ non. — Secundo. — Cōfirmat ꝑ auguſtinū. — Tertio per Jo. I cano. — Auguſtinꝰ — Quarto. — Quinto. — In oppm̄. — Solutio. Ad pꝛimū. Quō cupi= ditas ſit ra= dix oim ma loꝛum. — Ad aliud. Quō infide litas ⁊ cupi ditas ſunt cā maloꝛuʒ

de deo. tūc ptʒ ꝙ īfidelitas ē cā efficiēs ois pcti ī
gn̄e. nichilominꝰ tn̄ cupitas. ſicut ḋr de ſupbia et
cupiditate Et ideo ḋt Aug. ꝙ pctō infidelitatis re
tento oia retinētur: ⁊ eo dimiſſo remittuntur oia.
qḋ ſit ꝑ fidē foꝛmatā. ¶ Ad tertiū dicimꝰ ꝙ ꝯcu=
piſcētia carnis ⁊ concupiſcētia oculoꝝ et ſupbia
vite ſunt tria gn̄a vicioꝝ. i. tres oꝛigines. Nec va
let hec argumētatio. Tres ſūt radices oim vicio=
rū: non ḡ vnica radix. qm̄ ille tres ad vnā reducū=
tur tanq̄ȝ ad ſuā cauſā Silr ſeptē ſunt capitalia vi
cia. et ita ſeptē oꝛigines vicioꝝ. ⁊ tn̄ vna eſt oꝛigo
quia oēs alie reducūtur ad vnā. ſ. ad ſupbiam vel
auariciā. Ex vtraqȝ em̄ naſcuntur oia alia pctā in
gn̄e. ¶ Silr reſpōdemus ad ſeq̄ns obiectum. qm̄
amoꝛ mūdanꝰ ⁊ timoꝛ mūdanꝰ ſunt due poꝛte moꝛ
tis. tn̄ vna eſt poꝛta: qꝛ vna reducit ad aliā. Quod
em̄ ſit timoꝛe amittēdi tꝑalia: ſit cupiditate tꝑali
um. ſilr qḋ ſit timoꝛe moꝛtis ſit cupiditate huiꝰ vi
te. Cupiditas autē eſt cauſa timoꝛis mundani.
¶ Cap. 2. vtrū omne pctm̄ ſit volūtariū.
Irca ſm capitulū querit vtruʒ oē pctm̄ ſit
voluntariuʒ. ¶ Pꝛobat ꝙ ſic. qm̄ oē pctm̄
eſt ex ꝯcupiſcētia vt dictū eſt. et ꝯcupiſcentia idē
eſt ꝙ pꝛaua volūtas: ergo om̄e pctm̄ eſt ex pꝛaua
voluntate: ergo oē pctm̄ eſt volūtariuʒ. ¶ Item
Aug. dicit. Oē pctm̄ adeo eſt voluntariū ꝙ ſi nō
eſt voluntariū nō eſt pctm̄. ¶ Itē ois motꝰ eſt na
turalis vel violentus vel volūtarius: ſed nullum
pctm̄ eſt motus violentus vel naturalis. ergo oē
pctm̄ cū ſit motus erit motus voluntariꝰ: ergo oē
pctm̄ eſt voluntariū. ¶ Itē Ariſt. dicit ꝙ virtus
eſt habitus volūtarius: ergo ois virtus eſt in vo=
luntate: ergo oē viciū eſt in volūtate: qꝛ cōtraria
ſunt nata in eadē vi ⁊ circa idē: ergo oē pctm̄ ē vo
luntariū. ¶ Itē rōne ꝓbatur ſic. volūtate hois
manēte in ſua bonitate ſine coꝛruptiōe malitie ni
chil eſt pctm̄. qḋ ꝓbatur ꝑ hoc ꝙ in terra pax hoī
bꝰ bōe volūtatis. ⁊ habita pace habētur oēs virtu
tes. et habita oī virtute nullum pctm̄ eſt in hoīe:
ergo voluntate hois exiſtēte bona nullū pctm̄ eſt
in hoīe. ergo omne pctm̄ aut eſt in volūtate aut ē
ex voluntate: ḡ oē pctm̄ eſt volūtariū. ¶ Cōtra.
Obicitur de illo q̇ coactus peccat. iſte coactꝰ fa=
cit hoc: ḡ inuitꝰ igit nō volūtarie facit hoc ⁊ pec=
cat. igit nō oē pctm̄ eſt volūtariū. ¶ Preterea: iſte
coactꝰ facit hoc et volūtas cogi nō pōt ergo facit
hoc nō volūtariꝰ: ergo pctm̄ eiꝰ nō eſt volūtariū.
¶ Itē demōſtret aliq̇s q̇ ignoꝛāter ꝯmittit ſymo
Ad rõnem. recte. ⁊ illud q̃d copulat: copulat in futuro reſpe
ctu preteriti. ¶ Nec valet hec argumẽtatio cum
dr. Filius dei eſt predeſtinatus. copulatur crea-
tum quid filio dei. ⁊ nullũ creatũ ineſt vel infuit fi
lio dei: ergo hec eſt falſa. Filiꝰ dei eſt predeſtina-
tus. Et eſt ibi fallacia vniuacatiõis ad mag; am-
plã copulationẽ tanq̃ eſſet minꝰ ampla. Unde in
media debuit aſſumere. ⁊ nullũ creatum ineſt vel
infuit vel inerit filio dei. Hec eñ dictio predeſti-
natus ꝓpter duo participia que includit in ſe vnũ
preteriti. aliud futuri. ad omne tẽpus ꝑtinet. Uñ
põt dici de ſanctis futuris. vñ hec eſt vera. Iſte
homo eſt predeſtinatus. demõſtrato aliquo ſctõ
Ad ſcdm. q̃ nunc nõ eſt: ſed erit. ¶ Ad ſcd; dicimꝰ ꝙ hec ar
gumentatio nõ valet. Quicũq; eſt predeſtinatus
habebit gloriã creatã in futuro: ſed filiꝰ dei eſt ꝑ-
deſtinatus: ergo ⁊c̃. Et ẽ ibi fallacia vniuocatio-
nis theorice. Cu; eñ iſte terminus filius dei ha-
beat quaſi duplicẽ ſuppoſitionẽ. primã ſubſtãtia
lem: ⁊ ſcdam accidentalẽ vt ſupra dictũ eſt. in me
dia ꝓpoſitione tenet pro ſuppoſitione accidenta
li. ponitur eñ cũ ſuppletiõe preteriti. In cõclu-
ſione vero oportet ꝙ tñ teneat ꝓ ſuplletiuo ſub-
ſtãtiali vt patet ex ꝑdictis. Si vera. concluderet
ecliptice ſic. Filius dei eſt predeſtinatꝰ: ergo ha-
bebit gliã; in futuro. vel ſic: ꝙ ipſe habebit gliam
Solutio ſ; doctorem. creatã in futuro. Neceſſaria eẽt argumẽtatio. q̃a
idem ſuppoſitũ ſic intelligitur in cõcluſiõe: quod
prius intelligebatur in aſſũptiõe. ergo meliꝰ dici
mus ꝙ hec argumẽtatio non valet. ſ. filius dei eſt
predeſtinatus. ergo habebit gliam fu. Sed filius
dei eſt predeſtinatus: ergo habebit gliam creatã
in futuro. Si vero cõcluderet ecliptice vel cũ re-
gula: neceſſaria eſſet argumentatio. ⁊ eſt prorſus
Cõtra aliud dictum ar. eadem ratio que prius. ¶ Itẽ dictũ eſt ꝙ hec eſt
falſa. Filius dei eſt predeſtinatus eſſe hõ. Cõtra.
Ex gratia dei eſt ꝙ filius dei eſt homo. q̃m hõ nõ
eſt a natura. ⁊ nõ eſt hoc ex grã niſi ex grã prede-
ſtinatiõis ſiue ex gratia predeſtinata: ergo filius
dei ex gratia predeſtinatiõis eſt homo. ergo filiꝰ
dei ex predeſtinatione eſt homo ergo filius dei ꝑ-

deſtinatus eſt eſſe homo. ¶ Ad hoc dicunt q̃da; Solutio ſ; aliquos.
ꝙ hec eſt duplex. Ex grã filius dei eſt hõ. ſi intel-
ligatur ꝓpoſitio cõiunctim vera eſt ſi diſiunctim
falſa eſt. ¶ Sed contra. Filius dei eſt hõ ergo ex ꝯtra hãc ar.
gratia vel ex natura eſt hõ. non eñ alia cauſa põt
aſſignari: ⁊ intelligatur ꝓpoſitio diuiſa. Sed con
ſtat ꝙ filius dei non ex natura eſt homo: ergo fi-
lius dei ex grã eſt homo. ¶ Ad cõcedimus. quo Solutio ſ; doctorem.
cũq; modo intelligatur ꝓpoſitio ſiue cõiunctim
ſiue diuiſim. ⁊ eſt vera propoſitio illa duabus de
cauſis. Prima eſt. quia filius dei ex grã. i. ex deo Prima cã.
gratia operante eſt homo. Scda cauſa eſt, quia Scda cã.
filius dei ex gratia. i. ex vnione gratuita ẽ homo.
¶ Nec valet hec argumẽtatio filius dei ex ꝑde- Ad rõnem.
ſtinatione ſiue ex gratia predeſtinata eſt hõ ergo
filius dei predeſtinatꝰ ẽ eſſe hõ. q̃m in prima nota
tur ꝙ eſſe hoiem ex gratia cõueniat filio dei: ſ; in
cõcluſione notat ꝙ eſſe hoiem ſit ex grã. ⁊ idẽ eſt
ac ſi diceret filius deus ex gratia eſt homo: ergo
eſſe hoiem eſt a grã. Si tñ diceremꝰ ꝙ hec dictio
predeſtinatus notaret illud q̃d ſequit eſſe ex grã:
⁊ nõ eſſe grãm vera eſſet concluſio. ¶ Itẽ querit q̃o incidẽs.
vtrũ hec ſit vera. filius dei ẽ predeſtinatus vt ſit
filius dei. ¶ Probatio. Iſte homo predeſtinatꝰ Ar ꝙ ſic.
ẽ eſſe filius dei ſed quicq̃d cõuenit iſti hoi conue
nit filio dei: ⁊ ecõuerſo. ergo filius dei predeſtina
tus ẽ eſſe filiꝰ dei. ¶ Cõtra. Hec dictio predeſti- In oppõm arguitur.
natus notat anteceſſionẽ cauſalẽ ergo aliã cauſa
anteceſſit qua filius dei eſt filius dei. ¶ Ad hoc Solutio ſ; aliquos.
dicũt quidã ꝙ hec ẽ duplex. Iſte hõ ꝑdeſtinatus
eſt eſſe filius dei. Si intelligatur cõiũcta vera ẽ
ſi diuiſa: falſa. Uñ dicunt ꝙ nõ valet prima argu
mẽtatio: q; ibi eſt fallacia diuiſionis: q̃a prĩa ſcd;
ꝙ eſt vera intelligit ꝯiunctim ⁊ ipſe ꝓcedit quaſi
intelligeretur diuiſim. ¶ Cõtra. Hec nõ eſt du- ꝯtra hãc ar.
plex. Iſta hõ ẽ mortalis. licet predicatũ cõueni-
at ſcdm vnã naturã: nõ ſcdam aliã. ſed tñ vera eſt:
ergo eadẽ rõne hec nõ erit duplex. Iſte hõ ꝑde-
ſtinatꝰ ẽ eſſe filius dei: ſed vera tñ. ¶ Itẽ cum hec Secundo.
per ſe ſit vera. Iſte hõ ẽ mortalis ꝓpter hominẽ:
ideo hec ẽ vera per accidens. Filius dei ẽ morta-
lis: quia ſuppoſito illo hoie ſupponit filius dei: ꝙ
eadem rõne cũ hec per ſe ſit vera. Iſte homo pre
deſtinatus ẽ eſſe filius dei. hec erit vera per acci
dens. filiꝰ dei predeſtinatꝰ ẽ eſſe filiꝰ dei. ¶ Itẽ Tertio.
hec ẽ vera ꝑ ſe. Iſte homo per grãm habet vt ſit
filius dei: ergo hec ẽ vera per accidens. Filiꝰ dei
per grãm ẽ filius dei. q̃d negatur a ſcris. ¶ So-
lutio. Eſt predicatio ſimplex: ⁊ ẽ predicatio deter Solutio ſ; doctorem.
minata. Ubi ẽ ꝑdicatio ſimplex locũ habet prece Duplex predicatio.
dens doctrina. Ubi aũt ẽ predicatio determina-
ta nõ ſemꝑ habet locũ: vt quãdo notatur in locu-
tione determinatio tẽporalis vel cauſalis. tem-
poralis vt ſi dicatur. Ille ẽ predeſtinatꝰ eſſe filiꝰ
dei. nõ ſequitur ex hac tanq̃ per accidens. Filius
dei predeſtinatus ẽ eſſe filiꝰ dei. ⁊ hoc ideo ꝯtin-
git q; anteceſſio q̃ notat ꝑ hãc prepoſitionẽ pre.
reſpicit illud q̃d ẽ expreſſe ſignificatũ in locutiõe
ſicut apertius pt; in caſuali determinatiõe. Be-
ne eñ ſequit ꝙ ſi aliquid eſt coloratũ eſt ipſu; cor
pus: ſed nõ ſequit. Si aliq̃d coloratũ eſt colore ꝙ
ſit corpus colore coloratũ. eodẽ modo ꝓpt cauſa

Ayuntamiento de Madrid

lem determinationē nõ ſequit. Iſte homo ꝑ gratiam eſt filius dei: ergo filius dei per grām eſt filius dei. Et eſt in talib⁹ argumētatiõib⁹ fallacia ſcdm accidens. Eſt ergo hec falſa. Filius dei per grām eſt filius dei: qꝛ hec determinatio cauſalis per grām nõ inuenit aliqd expꝛeſſũ in locutione reſpectu cui⁹ vere notet cauſalitatē. Siſr hec eſt falſa. Filius dei pꝛedeſtinatus eſt eſſe fili⁹ dei quia hec dictio prepoſita in cõpoſitiõe vult notare anteceſſionē reſpectu alicui⁹ expꝛeſſe ſignificatiui.

*Cõtra arg⁹ ambroſium*

Sed cõtra. Btũs Ambꝛo. iſta ꝟba apli. Qui predeſtinat⁹ eſt filius dei in ꝟtute: exponit de perſona ſub hoc ſenſu qui filius dei pꝛedeſtinatus eſt eſſe. i. manifeſtari filius dei. Sed hec ē vera Filius dei pꝛedeſtinatus eſt manifeſtari: quia modo aliquid eſt expꝛeſſũ reſpectu cui⁹ vere põt notari anteceſſio: ergo hec eſt vera. Filius dei pꝛedeſtinatus eſt eſſe filius dei. cũ ſm expoſitionem Ambꝛoſij ſit vera.

*Opinio doctoris.*

Q꞉ ꝺ̃ cõcedim⁹: qꝛ btũs Ambꝛoſius ſubintelligit eſſe. i. manifeſtari. Secũdũ aũt ꝙ ſubintelligitur eſſe ꝓpꝛie falſa ē. Alio etiã modo exponitur illa auctoꝛitas apoſtoli. Exponitur eñi de hũana natura ſic. qui. i. cuius natura pꝛedeſtinata eſt eſſe filius dei. i. vniri filio dei. qꝛ pꝛeſtita eſt natura humana vt exaltaretur ineſtimabiliter in vnione ad filium dei.

## Tertium capitulum.

*Queſtio vt membris. Et ꝙ ſit ꝑ paulum.*

Dicto de pꝛedeſtinatiõe filij dei. Dicendum eſt vtrũ chꝛiſtus fuit decimatus in lũbis abꝛahe: ⁊ vtrũ eius ſacerdotiũ ſit dignius leuitico ſacerdotio. quod ꝓbat aplus in epiſtola ad Hebꝛe. ſic leui decimat⁹ fuit in lũbis abꝛahe. Sicut eñi oẽs peccauerũt ĩ adã. qꝛ oẽs fuerũt in lũbis ade qñ peccauit. ita leui decimat⁹ fuit in lũbis abꝛahe. quãdo decimat⁹ fuit abꝛahã: qñ. ſ. abꝛaham dedit decimas melchiſedech. ſed ſicut dicit apl's. Dignioꝛ eſt qui accipit decimas q̃ꝫ qui dat decimas: ergo melchiſedech fuit dignioꝛ q̃ꝫ leui.

*Secundo.*

Preterea. Dignioꝛ eſt qui benedicit q̃ꝫ qui benedicit. Sed melchiſedech benedixit abꝛahã: ergo fuit dignioꝛ eo. ergo melchiſedech fuit dignioꝛ tota poſteritate abꝛahe: ergo fuit dignioꝛ leui. ergo ſacerdotiũ melchi. fuit dignius ſacerdotio leui. Sed ſacerdotiũ melchiſedech fuit expꝛeſſa figura ſacerdotij xp̄i: ergo cuꝫ veritas ſit dignioꝛ q̃ꝫ figura: ſacerdotiũ xp̄i fuit dignius ſacerdotio leui. Sacerdotiũ aũt melchiſedech fuit expꝛeſſa figura ſacerdotij chꝛiſti: qꝛ melchiſedech obtulit panē ⁊ vinũ ad ſimilitudinē ſacerdotij xp̄i.

*Pꝛobatio minoꝛis.*

Et iterũ melchiſedech non legit habuiſſe patrē neq̃ꝫ matrē. ſicut chꝛiſtus ſine matre eſt in deitate: ſine patre in humanitate.

*Contra dictũ pauli arg⁹.*

Sed ꝓbatur ꝙ pꝛedicta ꝓbatio apoſtoli nõ valet: quia ſi dñs papa erat in lũbis patris ſui quando pater ſuus dedit decimas alicui ſimplici ſacerdoti. nõ ex hoc ſequitur ꝙ papa ſit indignioꝛ illo ſimplici ſacerdote. Eadē ratione nõ ſequitur ꝙ leui ſit indignioꝛ melchiſe. licet leui fuerit in lũbis abꝛahe qñ abꝛahã dedit decimas melchiſedech.

*Solutio. Exponitur dictũ pauli*

Solutio. Dicimus ꝙ ꝓbatio apli ſimpliciter intellecta nõ valet. tñ eſt neceſſaria cũ hac cõſtantia ꝙ abꝛaham dignioꝛ ſit omni poſteritate ſua. pꝛimã ergo pꝛopoſitionē hãc ſcꝫ abꝛahã fuit indignioꝛ melchiſedech pꝛobat apl's. Et per hoc ꝙ abꝛahã dedit ei decimas. ⁊ per hoc ꝙ bñdictus eſt ab eo.

*Sacerdotium melchiſedech fuit dignius ſacerdotio leui.*

Hanc aũt ꝓpoſitionē. leui fuit indignioꝛ q̃ꝫ abꝛaham ſubintelligit apoſtolus ⁊ ſupponit tanq̃ꝫ pꝛo conſtanti ſillogiſans ex talibus qualia dedit ei reſpondens: qꝛ cõmunis erat opinio oĩm iudeoꝛum ꝙ abꝛahã erat dignioꝛ inter oẽs iudeos qui tunc erant vel vnq̃ꝫ fuerũt. Unde in euãgelio iactãt ſe dicentes. Nos filij abꝛahe ſumus ⁊ nemini ſeruiuimus vnq̃ꝫ. Ex illis aũt duabus ꝓpoſitiõib⁹ ſequitur ꝙ leui ſit indignioꝛ melchiſedech. ⁊ ꝙ ſacerdotiũ melchiſedech ſit dignius ſacerdotio leui. ⁊ ita ſacerdotiũ chꝛiſti. ⁊c. ſicut ſi pater pape eſſet indignioꝛ aliquo ſimplici ſacerdote et papa eſſet indignioꝛ patre ſuo: ex illis duobus ſequeretur ꝙ papa eſſet indignioꝛ illo ſimplici ſacerdote.

*Exemplum a ſimili.*

*Chꝛiſt⁹ non fuit decimatus in lũbis abꝛahe.*

Item aplus dicit ꝙ leui decimatus fuit in lũbis abꝛahe. ⁊ q̃uis decimat⁹ fuerit in lũbis abꝛahe: chꝛiſtus tñ nõ fuit decimat⁹ in lũbis ei⁹.

*Cõtra aliud dictũ pauli arguitur.*

Sed contra. Q꞉ oẽs fuimus in lũbis ade quando peccauit: ideo peccauim⁹ oẽs in lũbis ade. ergo eodem modo oẽs leuite fuerũt in lũbis abꝛahe quãdo decimat⁹ eſt. Ideo oẽs leuite fuerũt decimati in lũbis abꝛahe. ergo eadē rõne chꝛiſtus fuit decimat⁹ in lũbis abꝛahe cũ tunc eſſet in lumbis ei⁹.

*Solutio ſꝫ auguſtinuꝫ*

Solutio. Ad hoc notandũ quod Auguſtinus dicit ꝙ maſſa humani generis ⁊ vulnus habuit et medicinã vulneris. Uulnus habuit: qꝛ tota coꝛrupta fuit per pctm̃ pꝛimi parẽtis. medicinã vulneris per ipſam carnē chꝛiſti quã habuit in ſe materialiter. Dicit g'oſa. ꝙ illud decimabatur quod curabat: nõ vnde curabat: qꝛ caro chꝛiſti eſt medicina qua curatur nõ que curatur.

*Decimari ē eſt curari.*

*Ad rõnem. Leui dupl'r fuit in abꝛaham xp̄us ꝟo vno modõ.*

Ad illam ergo obiectionē dicendũ eſt ꝙ leui duob⁹ modis fuit in abꝛahã: ſcꝫ materialiter ⁊ foꝛmaliter. Materialiter: qꝛ deſcẽdit ab eo a quo deriuata eſt materia coꝛpoꝛis ſui. foꝛmaliter: quia per actũ cõcupiſcentie ab ipſo deſcendit: ⁊ ideo pctm̃ oꝛiginale cõtraxit pꝛopter qꝺ indigebat curatiõe a pctõ oꝛiginali que curatio fiebat per circũciſionē. per decimationē. per hoſtias ⁊ hmõi. Chꝛiſtus vero nõ fuit in lũbis abꝛahe niſi pꝛimo modo. Non eñi deſcendit ab eo per actũ cõcupiſcẽtie: ſed opatione ſolius ſpũs ſancti: per quē ſine omni pctõ fuit ⁊ ideo curatio in eo locũ nõ habuit: ⁊ ideo nõ fuit decimatus quia nõ fuit curatus.

*Q꞉uõ xp̄us fuit in lumbis abꝛahe.*

### Contra dicta arguitur.

Sed obicit. Chꝛiſtus fuit circũciſus ⁊ in tẽplo oblatus. quare ſimiliter nõ dicit decimatus fuiſſe. licet nõ indigeret decimatiõe. ſicut nec circũſione.

*Solutio.*

Solutio. Apoſtol⁹ dicit ꝙ xp̄s non fuit decimat⁹ in lũbis abꝛahe pꝛopter hoc tantũ: qꝛ abꝛahã non dedit decimas ꝓ eo effectiue. qm̃ nihil valeret xp̄o qui nichil penit⁹ habuit de pctõ. Circũciſus aũt fuit. nõ pꝛo ſe: ſed pꝛo alijs. Hec ergo pꝛopoſitio. leui decimatus fuit in lũbis abꝛahe: qꝛ erat in eo quãdo decimabatur. falſa eſt. ſi hoc quod dicitur eſſe in eo intelligatur gñaliter.

*Cõtra pꝛi⁹ dicta arg⁹.*

Sꝫ cõtra. Pꝛobat ꝙ xp̄us duob⁹ modis fuit in lũbis abꝛahe. qꝛ btã ꝟgo que fuit ei⁹ caro fuit duob⁹ modis in lũ=

Ayuntamiento de Madrid

bis abrahe. Per actũ em̃ cõcupiſcẽtie nõ de ſpũ
ſctõ cõcepta fuit. ⁊ ideo ↄtraxit pctm̃ originale. ⁊
ideo mauricius ep̃s pariſieñ. ꝓhibuit ne feſtũ cõ
ceptiõis ei⁹ celebraret̃ in eccl̃ia pariſieñ. Si ḡ to
ta caro bt̃e ṽginis duob⁹ modis fuit i lũbis abra
Secundo. he: ḡ ⁊ caro xp̃i duob⁹ modis fuit in lũbis abrahe
¶ Itẽ tota caro bt̃e ṽginis fuit in lũbis abrahe
decimata: ḡ quel ei⁹ pars fuit decimata. q̀a non
poſſet dici quare potius vna q̃ alia. Sed caro xp̃i
fuit ei⁹ pars: ergo caro xp̃i fuit decimata in lũbis
Tertio. abrahe. ergo xp̃s fuit decimat⁹ in lũbis abrahe.
¶ Itez tota maſſa humani gñis fuit corrupta in
adã. Sed caro xp̃i fuit de maſſa hũani gñis: ergo
caro xp̃i fuit i adã corrupta. ergo caro xp̃i fuit cu
rabilis: ergo decimabilis: ergo xp̃s ſimiliter fuit
decimabilis: ergo xp̃s fuit decimatus cũ aliis de
Quarto. cimatis in lũbis abrahe. ¶ Itẽ cũ dico caro leui
fuit in lum. abra. vel leui fuit in lũb. abra. Utraq̃
iſtarꝫ ꝓpoſitionũ ꝓprie loquẽdo ſimpliciter falſa
eſt: qꝛ caro xp̃i ſcd̃m eſſentiã ſuã nõ fuit ibi: ſꝫ tm̃
ſcd̃m materiã. Ideo ergo dꝛ ea caro leui fuiſſe in
lũbis abra. qꝛ materia ei⁹ fuit ibi. Sꝫ materia ei⁹
fuit ibi duobus modis: ⁊ ideo decimata. ergo ca-
ro xp̃i fuit ibi duob⁹ modis: et decimata ſub eodẽ
tropo loq̃ndi. ſ. tantũ ꝓpter materiã: ſicut ⁊ caro
Solutio. leui dicitur ibi fuiſſe decimata. ¶ Solutio. Dici
mus q̃ hec ꝓpoſitio caro xp̃i fuit decimata in lũ-
bis abrahe. vera eſt per accidẽs ſub illo tropo lo
quendi quod aliquid attribuit̃ materiato ꝓ mate
ria ſua. Sed per ſe loq̃ndo falſa eſt. Nõ enim caro
chriſti fuit decimata in lũ. abra. inq̃tũ caro xp̃i:
nec etiã materia carnis xp̃i inq̃tum materia car-
Hec ratio nis: qꝛ nunq̃ indigebat curatione. Scd̃m hoc nõ
non valet. valet hec argumentatio. Om̃is caro deſcendẽs ab
abraham fuit decimata in lũ. abra. Sed caro xp̃i
fuit deſcẽdens ab abrahã: ergo caro xp̃i fuit deci
mata in lũbis abra. ſicut hec argumẽtatio nõ va-
let. Om̃is triangulus habet tres angulos equales
A ſimili. duobus rectꝪ: ſed iſocheles eſt talis. ergo iſoch.
habet tres angulos equales duobus rectis. licꝫ
Patet ſolu- cõcluſio ſit vera per accidens. loquẽdo. ꝓ ea que
tio ad duo. dicta ſũt pꝫ ſolutio ad duo prima obiecta. ¶ Ad
Ad tertiũ. tertiũ obiectũ dicim⁹ q̃ duplex eſt corruptio. cor
Duplex cor ruptio vitii ⁊ corruptio paſſibilitatis. Corruptio
ruptio vitii vitii eſt feditas carnis ex qua eſt pctm̃ in aĩa pue
ſcꝫ ⁊ paſſibi ri nõ baptiſati. Talis aũt corruptio nunq̃ fuit in
litatis. carne xp̃i. qꝛ caro xp̃i anteq̃ eſſet caro xp̃i mũda-
ta fuit ab om̃i inquinamẽto ſiue feditate pcti per
opationẽ ſpũſſcti. Corruptionẽ aũt paſſibilitatꝪ
habuit caro xp̃i. paſſa em̃ fuit caro chriſti a frigo
ribus ⁊ caumatibus. Pro tali aũt corruptiõe tol
lenda nõ fit decimatio vel circũciſio vel hmõi cu
ratio ſiue expiatio q̃ fieri ſolet ꝓ pctis. vnde pꝫ
q̃ hec argumẽtatio nõ valet. Caro xp̃i fuit cura-
bilis: ergo fuit decimabilis. ⁊ eſt ibi fallacia ſcd̃ꝫ
Falſa ↄñtis ↄñs a ſuperiori ad inferius affirmando. qm̃ caro
chriſti fuit curabilis a corruptiõe paſſibilitatꝪ. ſꝫ
non fuit curabilis a corruptione vitii: ergo ꝓpt̃
vtrãq̃ corruptionẽ dꝛ caro hũana curabilis. Sꝫ
Iterum ar̃. decimabilis nõ dꝛ niſi ꝓpter primã corruptionẽ
ſcꝫ propter corruptionẽ vitii. ¶ Itẽ Aug. dicit
Decimabatur quod curabat̃: ſed nullus fuit cura
tus in abra. qm̃ ipe abra. ⁊ tota poſteritas ei⁹ vſq̃
ad xp̃m deſcẽdebant ad inferos. Inde ſic. Deci-
mabatur qd̃ curabatur: ſed nullus curabatur in
abrahe. ergo null⁹ decimabat̃ in abrahã. ¶ So- Solutio.
lutio. auctoritas auguſtini ſic eſt intelligenda.
Decimabatur. id eſt ad reddẽdum decimam obli
gabatur quod curabatur. i. quicũq̃ indigebat cu
rationem / ſoluendo igitur decimam ſignificauit
abrahã q̃ quicunq̃ indigeret curatione obligat⁹
eſſet ad reddendũ decimam. Criſtus autem non
indigebat curatione tali qua purgaretur a pecca
to: et ideo non fuit obligatus ad reddendũ deci-
mã: quia ipſe natus eſt ſolus inter mortuos liber
Omnes autem filii abrahe obligati ſunt ab abra
ham ad reddendum decimam niſi eſſet ſpeciali le
ge ſolutus. ſicut aarõ ⁊ ſucceſſores eius quibus
dñs p̃cepit dari decimas nõ ſoluere. ſicut modo
eccl̃ia nõ dat decimã. ¶ Sed hoc videt̃ eſſe fſm̃. Ↄtra illd̃ ar̃
Pater em̃ nõ põt obligare filiũ ſuũ ad aliquã reli
gionẽ q̃tumcũq̃ ſit ſancta religio: ergo nec abra
ham poterat obligare poſteros ſuos ad ſoluẽdũ
decimas. ¶ Solutio. Illi qui ſuſtinẽt primã opi Solutio.
nionẽ dicũt q̃ abrahã obligauit poſteros ſuos ad Quomodo
ſoluendũ decimas, nõ ſimpliciter: ſed ſub condi- abrahã obli
tione: ſ. ſi vellẽt habere eternã hereditatẽ. Abra gauit ſuam
he em̃ dicit dñs. dabo tibi terrã lacte ⁊ melle ma poſteritatẽ
nentẽ. i. patriã celeſtẽ. ⁊ ſemini tuo. i. imitatorib⁹
tuis qui te imitabũtur in ſoluẽdo decimas ⁊ aliis
in quibus placuiſti mihi. Alii dicũt q̃ hec aucto alia ſolutio
ritas decimabat̃ quod curabatur. intelligenda ẽ
in ſua ꝓpria ſignificatione ⁊ hec eſt falſa. Nullus
fuit curatus in abraham: imo multi fuerũt curati
in abrã. Sed nullus fuit plene curat⁹ niſi in xp̃o.
qm̃ patriarche ⁊ ꝓphete pro ſe et pro ſuis ſolue-
bant decimas. ⁊ q̃tũ magis ſoluebãt tantũ ma-
gis debilitabatur pctm̃ originale et accedebant
ad plenã curationẽ que fuit facta per xp̃ꝫ. ſicut di
cũt q̃ exorciſmo debilitatur virt⁹ diaboli. in pue-
ro etiã ante baptiſmũ debilitatur etiam pctm̃ ori
ginale. Et ſi decederet ante baptiſmum minores
pateret̃ tenebras ſiue minorẽ carentiam viſionis
dei. Per ſolum aũt baptiſma curatur ex toto pec
catum originale ⁊ fugatur.

¶ Quartũ capitulũ de dignitate chriſti inq̃tũ
eſt caput eccl̃ie. Et continet octo queſtiones.

Dicto de illa dignitate p̃deſtinatiõis fi-
lii dei propter quã nõ fuit decimatus in Querit de
lũbis abrahe. Dicendũ eſt de dignitate octo.
ſcd̃m quã ipe eſt caput eccl̃ie. Et primo
querit̃ quare eccl̃ia dꝛ incepiſſe a mẽbro illo qd̃
eſt abel. Secũdo quõ ⁊ ſcd̃m quã naturã xp̃us ſit
caput eccleſie. Tertio quõ xp̃us fuit caput abel.
Quarto quare potius dꝛ xp̃s caput eccl̃ie q̃ cor.
Quinto q̃ mẽbra habuit xp̃s in ſui cõſtitutiõe et
que nõ. Sexto vtrũ xp̃s ſit mẽbrũ eccl̃ie. Septi-
mo quõ xp̃s dꝛ habere delicias i hoib⁹. Octauo
et vltimo de vnitate corporis capitis.

¶ Prima queſtio.

Primo ergo querit̃. cũ adã vir ſctũs fue Ar̃ a ſimili
rit poſt penitentiã quã elegit de pecca- inquiſitiue.
to ſuo quare eccleſia nõ dꝛ incepiſſe ab
adã ſicut ab abel. ¶ Itẽ eccl̃ia incepit Secundo.

Ayuntamiento de Madrid

ab abel. ⁊ eccleſia erat quādo abel erat: ergo cō-
Solutio. gregatio fideliū tūc erat. qđ falſū eſt. cū ſolū tūc
Prima rō. abel eſſet de eccleſia. ¶ Solutio. Ideo dicitur ꝙ
nō incepit ab adā. quia adā incidit in pctm̄ mor-
tale poſt ſanctitatē quā prius habebat ⁊ ita ſi ec-
cleſia diceret̄ incepiſſe ab adā eccłia deſijſſet eē.
⁊ hoc eſſet incōueniens ꝙ eccleſia deſijſſet poti⁹
Secunda. q̄ȝ incepiſſet. ¶ Alia rō ē. qꝛ abel fuit ille qui pri-
mus geſſit expreſſe typū eccłie ꝑpter virginitatē
⁊ innocentiā ſuā q̄ ſignificat ꝟginitatē ſpūalē et
innocentiā eccłie. ¶ Nec valet hec argumenta-
Exemplum tio. Eccleſia incepit ab abel: ergo eccleſia fuit qñ
abel fuit. Preterea. hec dom⁹ incipit hic: ergo hec
domus eſt hic tamen cōcluſio videt̄ eſſe vera. qm̄
dꝛ ꝙ adā et eua fuerūt iuſti qñ abel erat. ⁊ ita tūc
eccleſia erat. i. congratio fidelium.

¶ Secunda queſtio huius capituli.

Secundo querit̄ ſcđꝫ quā naturā xp̄us
dꝛ eſſe caput eccłie. Notādū ꝙ hoc no
Caput capi men caput multipliciter accipit̄. ſicut
tur mlt̄ipl̄r. habet̄ in apl̄o vbi dicit. Caput mulie-
ris vir. caput viri xp̄s. caput xp̄i deus
Uir aūt dꝛ caput mulieris ⁊ debet eā regere ſicut
caput regit totū corpus. Deus aūt eſt caput xp̄i
ſcđm ꝙ xp̄s per gñationē capit a deo patre q̄cq̄d
habet. Xp̄s vero eſt caput viri. i. oim̄ ſctōꝝ ſcđm
vtrāq̄ȝ naturā. Dicitur eñ xp̄s ſcđm ꝙ deus ca-
put ſctōꝝ: qꝛ eos viuificat ⁊ ſenſificat ſctō ſpū. ali
tur ⁊ vtitur eis ad libitū ſuū ſicut mēbris ſuis. et
Trinitas ē ſcđm hoc tota trinitas eſt vnū caput eccłie. ⁊ hꝫ
vnū caput. mēbra ip̄os ſctos. ſicut patet per illā auctoritatē
Malachie. Malach. Si configit homo deū ſuū. qꝛ vos cōfi-
gitis me dicit dñs. et ita dꝛ deus pati in mēbris
Xp̄s dꝛ ca- ſuis. Scđm aūt ꝙ xp̄us eſt homo dꝛ caput eccłie
put eccleſie metaphorice. qm̄ caput viuificat corpus totū et
ſenſificat. ita a chriſto tanq̄ȝ a capite procedunt
ſenſus ⁊ motus ſpūales in eccleſia tanq̄ȝ in corp⁹
quod de plenitudine eius nos oēs accepimus: et
ꝑpter conformitatem nature quam debet habe-
re caput ad totū corpus. Scđꝫ hanc ſignificatio
nem xp̄s nō eſt caput angeloꝝ: qꝛ cū eis nō ē cō-
formis nature: ſed tm̄ cū eccleſia. ſed inq̄ȝtū deus
ꝯtra dctāar̄ eſt caput coꝝ ſicut ⁊ hominū. Sed videt̄ ꝙ nō ſit
caput eccleſie ſm̄ ꝙ homo qꝛ homo ſcđꝫ ꝙ hō nō
viuificat vel ſenſificat ſpūaliter eccłiam. Hoc eñ
ſolius dei eſt: ergo ſm̄ ꝙ hō nō eſt caput eccleſie.
Secundo. ¶ Itē caput naturale dꝛ caput a virtute influen-
te ſenſū ⁊ motū alijs mēbris: ergo cū xp̄us dicat̄
caput metaphorice ſcđm ꝙ hō dꝛ caput a virtute
influente ſenſū ⁊ motū ſpūalē. ſed talis virtus in-
Tertio. fluendi nō eſt niſi deitas. ergo xp̄s nō ſcđm ꝙ hō
ſed ſcđm ꝙ deus eſt caput eccłie. ¶ Itē ſi fil⁹ dei
ſm̄ ꝙ hō eſt caput eccleſie: ſed nō fuit homo ante
incarnationē: ergo nō fuit caput ante incarnatio
nem. Sed eccleſia tūc erat: ergo eccłia tūc erat
Solutio. ſine capite. ǧ acephala erat tūc eccleſia. ¶ So-
Ad primū. lutio. Ad primo obiectū dicim⁹ ꝙ a xp̄o hoīe ſm̄
A xpo ſꝫ ꝙ ꝙ hō fluxerūt ſenſus gr̄e in eccłiaꝫ tribus modis
hō gr̄a tri- per modū meriti: qꝛ meruit nobis oīa cariſmata.
pl̄r fluit. per modū doctrine: qꝛ xp̄s ꝑprie ore docuit nos:
⁊ adhuc per ſuos p̄dicatores nos docet ⁊ ꝑ modū
fidei. qm̄ per fidē qua credimus in ip̄ꝫ volumus ei

aſſimilari ⁊ aſſimilamur. Nō aūt a xp̄o hoīe ſcđm
ꝙ homo defluxerūt cariſmata per modū auctori-
tatis: ſed a ſola deitate. Et eſt in xp̄o duplex vir- Duplex ꝟt⁹
tus influendi cariſmata. vna increata. ſ. deitas a influendi.
qua fluunt per modū auctoritatꝫ cariſmata. Alia
creata. ſ. plenitudo gr̄aꝝ q̄ eſt in xp̄o a quo fluūt
cariſmata per modū fidei: qꝛ per fidē volum⁹ aſſi
milari ei qui eſt expreſſiſſime ſimilis deo propter
plenitudinē gr̄aꝝ. ¶ Ex hoc patet ſolutio ad oīa Ad oīa pre-
obiecta preterq̄ȝ ad vltimū. Ad qđ dicim⁹ ꝙ eccle ter vltimū.
ſia nūq̄ȝ fuit acephala. ſicut patebit poſtea. Ad vltimū.

¶ Tertia queſtio vtrū xp̄s fuit caput abel.

Sic obicitur. Abel fuit mēbrū xp̄i ergo aut An primo
quādo xp̄s fuit homo aut qñ xp̄s nō fuit hō ꝙ non.
ſi primo modo. Cōtra. Tūc abel non erat qñ fili⁹
dei factus eſt hō: ergo tunc nō erat eius membrū
Si ſcđo modo ſcꝫ qñ xp̄s nō erat hō vt i tp̄e abel.
¶ Cōtra. Tūc xp̄s nō erat hō: ergo tūc xp̄s non
erat abel caput ſcđm ꝙ hō ergo tūc nō erat abel
membrū xp̄i ¶ Itē iſte terminus caput aut ſigni
Secundo. ficat creatū q̄d aut pure increatū Si creatū: ergo
hec ꝑpoſitio filius dei eſt caput abel fuit falſa in
tp̄e abel. qm̄ nullū creatū inerat filio dei. Si pu-
re increatū: ergo hec ē vera. Xp̄s fuit caput abel
ab eterno: ergo ab eterno fuit abel membrū xp̄i.
Probat̄. Chriſtus dꝛ caput eccłie ꝑpter cōformi
tatē nature ſed filius dei nō fuit cōformis in na-
tura eccleſie ante incarnationē: ǧ xp̄s nō fuit ca-
put eccłie ante incarnationē. ergo nō fuit caput
abel qñ fuit abel. nec poſtea qñ abel nō fuit. ergo Euaſio.
xp̄s nūq̄ȝ fuit caput abel Nec pōt dici ꝙ abel fuit
membrū xp̄i anteq̄ȝ xp̄s fuit caput abel qꝛ mēbra
ſm̄ hoc ⁊ caput dicūtur relatiue. ¶ In oppm̄ ſi-
cut dicit Aug. Eadē fuit fides incarnatiōis futu In oppm̄.
re que eſt modo preterite: ergo eadē virtus de in
carnatiōe futura que modo eſt de preterita. Sed
fides de incarnatiōe preterita fecit hoīem mēbrū
xp̄i: ergo fides de incarnatiōe futura fecit hoīem
membrū xp̄i: ergo abel per fidē ſuā erat membruꝫ
xp̄i qñ erat. ¶ Solutio. Dicim⁹ ꝙ per hoc nomē
caput ſupponitur filius dei in humanitate non in Solutio.
hūanitate ſimpl̄r: ſed in hūanitate creata. Unde
cōcedim⁹ ꝙ xp̄s fuit caput abel qñ abel erat ⁊ ſꝫ
humanitatē nō que tunc erat ſimpl̄r: ſed q̄ erat in
fide abel. Fides eñ ſupra tp̄s eſt. vñ humanitaꝫ Fides eſt ſu
que ſignificatur in fide nō ſignificat̄ in aliquo tē- pra temp⁹.
pore determinato. vnde nō valet hec argumētatio
Filius dei ſcđm hūanitatē fuit caput abel in tp̄e
abel: ergo tūc fuit hō. Et eſt ibi fallacia ſm̄ q̄d et Ad primū.
ſimpliciter. ſicut hic. Chimera eſt opinabilis. er-
go chimera eſt. Et hoc pꝫ ꝙ eccłia nunq̄ȝ fuit ace Exemplum
phala. ⁊ ſic pꝫ ſolutio ad primo obiectū. Patet Eccłia nū-
eñ ꝙ fili⁹ dei tūc erat hō qñ ip̄e erat caput abel: q̄ȝ fuit ace
⁊ abel membrū ipi⁹. tñ ſꝫ humanitatē erat caput phala.
ipius tūc. ¶ Et ex hoc pꝫ ſolutio ad ſequētia ob Ad alia.
iecta qꝛ pꝫ ꝙ nō valet hec argumētatio. Hoc no-
men caput ſignificat creatū q̄d: ergo hec ꝑpoſi-
tio. Filius dei eſt caput abel fuit falſa ante incar
nationē. qꝛ nullū creatū inerat filio dei: q̄a illud
creatū nō ſignificabat̄ ſimpl̄r ſed vt in fide. Silr̄
ꝯformitas nature ſignificatur in xp̄o nō ſimpl̄r:
ſed vt in fide. Ex hac ergo Fili⁹ dei ē caput abel.

Ayuntamiento de Madrid

exigitur ꝙ aliquid creatū inſit p̄ſitialiter abel ſed
Exemplum a ſimili. nō exigitur ꝙ aliqd creatū inſit p̄ſ̄tialit̄ filio dei
ſicut in hac Ceſar laudatur ab illo. nō exigitur ꝙ
aliquid inſit ceſari p̄ſ̄tialiter. Hoc aūt ideo con=
tingit: qꝛ fides ſupꝛa tēpꝰ eſt. ⁊ de p̄teritis p̄ſ̄tibꝰ
⁊ futuris. Unde p fidē credidit abel xp̄m foꝛe ple=
num cariſmatibus. ⁊ foꝛe ſimilimū deo ⁊ voluit ei
aſſimilari ⁊ aſſimilatus eſt ⁊ ita per fidē in ip̄m flu
xit aliquid de plenitudine xp̄i ſicut in nos p fidē.
⁊ etiā per meritū chꝛiſti fluxerūt in nos. Adhuc
quia minoꝛ ablutio exigitur in nobis q̄ʒ ſi eſſemus
ſine fide chꝛiſti. pꝛoꝛſus ⁊ per doctrinā: qꝛ ea que
docuit oꝛe ꝓpꝛio modo illumināt totū mūdum.

Quarta q̄o Arḡ ꝙ potiꝰ dʒ dici coꝛ.

¶ Quare potiꝰ dꝛ xp̄us caput eccleſie q̄ʒ coꝛ.
Sic obicitur. Chꝛiſtus metaphoꝛice dꝛ
caput. quoniā ſicut a capite fluūt motꝰ
⁊ ſenſus ad membꝛa. ita a chꝛiſto fluūt
motus ⁊ ſenſus eccleſie. Sed ſenſus mo
tus vitales ſūt pꝛincipaliter in coꝛde. qđ ptʒ: qꝛ
moꝛtificatis illis membꝛis adhuc remanet vita i
coꝛde: ergo ſi per hanc metaphoꝛam dicitur xp̄s
Solutio. caput eccleſie. potius debet dici coꝛ. ¶ Solutio
Triplices ſunt motus hominis. Quidā motus ſūt pure naturales. vt motus epa=
tis humoꝛes ad alia membꝛa deriuantis. Quidā
vero ſunt partim voluntarij partim naturales. vt
motus qui ſunt in coꝛde. Aliquo eñ modo ſubia=
cent rationi. non vt deriuentur ſed vt potius inde
Quare dꝛ capite potius q̄ʒ coꝛ. fiant. Motus aūt pure voluntarij ſunt in capite
motus autem gratiarum qui fluūt pure a chꝛiſto
ſunt pure voluntarij. et inde potius dicitur chꝛi=
ſtus caput q̄ʒ coꝛ eccleſie.

¶ Duplex coꝛpus chꝛiſti.

Notandū ꝙ coꝛpus chꝛiſti duobus mo=
dis intelligitur vno modo dicitur coꝛpꝰ
chꝛiſti naturale quod traxit de virgine.
Quare eccleſia dicit̄ coꝛpus xp̄i. Alio modo dicitur coꝛpus chꝛiſti miſti
cum ⁊ gratuitum q̄ eſt ipſa eccleſia. Et dicitur ec
cleſia coꝛpus chꝛiſti metaphoꝛice: quia ſicut om=
nia membꝛa vnius hominis viuificantur ab vna
anima que habet ſedem in capite: ita omnes fide
les viuificantur ab vna anima. i. a ſpirituſſancto
qui pꝛincipaliter habet ſedem in capite chꝛiſti
⁊ ſicut naturale coꝛpus chꝛiſti conſtat ex puriſſi=
mis membꝛis. ita coꝛpus chꝛiſti miſticum. qđ eſt
eccleſia conſtat ex puriſſimis fidelibus. et ideo
coꝛpus chꝛiſti naturale eſt ſacramentum coꝛpoꝝ
Arḡ ꝙ ſoli electi ſunt mēbꝛa xp̄i. miſtici. Sed de coꝛpoꝛe chꝛiſti naturalis nō ſunt
mēbꝛa niſi gloꝛificanda ergo ſimiliter de coꝛpo=
re chꝛiſti miſticici non ſunt niſi membꝛa gloꝛificā
In oppm̄. da. ergo nullus repꝛobus eſt membꝛū chꝛiſti. Cō
tra. Aliquis repꝛobus habet fidem/ ſpem/ et cari
tatem. ergo eſt membꝛū chꝛiſti: quia viuit de ſpi=
Solutio. Ad rōnem. rituſſancto. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ pꝛima argu
mentatio nō valet. quia ſimilitudo naturalis coꝛ
poꝛis chꝛiſti ad coꝛpus miſticum nō reſpicit niſi
pꝛeſens. ſ. quia ſicut coꝛpus chꝛiſti naturale con
ſtat in pꝛeſenti ex membꝛis puriſſimis: ita coꝛpꝰ
chꝛiſti miſticum non reſpicit niſi pꝛeſens ſcilicet
quia ſicut coꝛpus chꝛiſti conſtat ex fidelibus pu=
riſſimis.

¶ Sexta queſtio vtrum chꝛiſtus
ſit membꝛum eccleſie.

Arḡ ꝙ ſic p paulum.

Utrum xp̄s ſit membꝛū eccleſie. Sic obi
citur apl̄us dicit. Uos eſtis membꝛa de
membꝛo: ergo xp̄s eſt membꝛū. Sʒ oīs
homo aut eſt membꝛū xp̄i aut membꝛuʒ
diaboli: ergo xp̄s eſt membꝛū xp̄i aut diaboli Sʒ
ꝯſtat ꝙ nō eſt membꝛū diaboli: ergo eſt membꝛū
Solutio. ſuijpſius. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ hec eſt falſa.
Oīs homo aut eſt membꝛū xp̄i aut diaboli. Ha=
Xp̄s dupl'r capitur. bet eñ inſtantiā in xp̄o. qm̄ xp̄s. nō eſt mēbꝛū xp̄i
ſed eſt membꝛū eccleſie. Tamē hoc nomen xp̄us
duobus modis accipitur: qꝛ xp̄s qñqꝫ dꝛ filiꝰ vir=
ginis. ⁊ ſcđm hoc nō eſt membꝛū xp̄i. qñqꝫ dicit̄
xp̄s integer. ſ. caput cū mēbꝛis. ⁊ ſm̄ hoc xp̄s eſt
membꝛū xp̄i. vt diuerſimode accipiatur xp̄s. Eo=
Eccleſia capit̄ dupl'r. dem modo iſte terminꝰ coꝛpus xp̄i miſticū ſiue ec
cleſia dicit̄ caput cū coꝛpe ⁊ ſm̄ hoc xp̄s ē mem=
bꝛum ⁊ caput eccleſie. ſcđm ꝙ hoc nomen caput
notat impartialitatē. Qñqꝫ autē coꝛpus chꝛiſti
miſticum ſiue eccleſia dꝛ reſiduū a capite. et ſm̄
hoc xp̄s eſt caput eccleſie. et tamen nō eſt mem=
bꝛum eccleſie ſcđm ꝙ hoc nomē caput nō ſignifi=
cat partialitatem: ſed quod ſupꝛadictum eſt.

¶ Utrū delicie ſint deo eſſe cū filijs hoim.

¶ Septima queſtio.

Arḡ ꝙ non.

Sic obicitur. Dicit̄ in puer. 8. ca . De
licie ſunt deo eſſe cū filijs hominū. ſʒ
hoc videt̄ eſſe falſum. qꝛ deus non re=
quieſcit niſi in ſe. ſicut dꝛ in geñ. ibi re
quieuit ab omni ope qđ patrarat. Re
quieſcit eñ deus nō in opibus: ſed ab opibus. in
ſe ſolo, ſi eñ in operibus ſuis haberet delicias: in
ciperet habere delicias quas nō habuit ab eter=
no: ergo beatioꝛ incepiſſet eē q̄ʒ fuiſſet ab eterno.
Pꝛia opīo. ¶ Ad hoc dicunt quidam ꝙ anima ſancti viri eſt
ſimilitudo et quaſi ſpeculum dei: in quo deus vi=
det ſeipſum: et ita delectatur ibi in ſeipſo. vnde
cum delectatur in ſanctis: non delectatur niſi in
ꝯtra hr̄c ar̄. ſeipſo. ¶ Sed contra. Indignioꝛ eſt viſio qua
aliquid in ſpeculo ⁊ per aliud: q̄ʒ illa qua videtur
res facie ad faciē: ⁊ per ſe. ergo ſi deus videt ſe in
ſpeculo: quod eſt in aīa ſācta: imperfecte ⁊ modo
indignioꝛi cognoſcit ſe. in patria autē fides eua=
cuabitur quia eſt impfecta: cum ſit per ſe ſpeculū
ſed impoſſibile eſt ꝙ deus cognoſcat ſe imperfe=
cto modo. ⁊ ita falſa eſt vt videtur pꝛima opinio.
Secundo. ¶ Pꝛeterea: anteq̄ʒ ſctūs eſſet iſte fuit deꝰ in eo
per eſſentiā: ergo deus videbat ſe in hoīe in quo
erat: ergo ⁊ ibi delectabat̄ in ſe: ſed nō delectaba
tur niſi delicijs eternis: ergo in aīa nō ſctā habʒ
delicias etnas ſicut in aīa ſctā qñ eſt. g ꝙ delicie
ſūt ei eē cū filijs hoīʒ. i. cū ſcīs ¶ Ad hoc dicimꝰ
Opinio doctoꝛis. ꝙ deꝰ hʒ delicias in nobꝭ vt in mēbꝛis ſuis: qꝛ fa=
cit nos delectari in ſe. ſicut dꝛ apl̄us. ꝙ ſp̄ūſſctūs
Quomodo intelligitur oꝛat p nobꝭ gemitibꝰ inenarrabilibꝰ ⁊ dñs in euā.
Nō eñ vos eſtis q̄ loq̄mini: ſed ſp̄ūs p̄ris vr̄i q̄ lo
quit̄ in vobis. Magis eñ ſūt hmōi opa dei q̄ʒ nr̄a
qꝛ pꝛīcipalit̄ ſūt a deo. ⁊ finaliter delicie p q̄s fa=
cit nos delectari magis ſue q̄ʒ nr̄e Et ideo dꝛ hr̄e
delicias in ſctis: nō in pctōꝛibꝰ. qꝛ nō delectant̄ i
deo: ſʒ in rebꝰ trāſitoꝛijs. ſicut dꝛ dñs pati i nobꝭ
q̄ſi in mēbꝛꝭ ſuis Uñ ſaule ſaule q̄d me pſeq̄ris? ⁊ i
apo. Xp̄s agnꝰ imaculatꝰ natꝰ ē ab oꝛigīe mūdi.

¶ De virtute corꝑis ⁊ capitis ⁊ eccłie ⁊ ſponſo.

*Octaua q̄o huius capł'i*

Queritur de vnitate corꝑis ⁊ capitꝭ. loq̄tur eñ eccłia de capite ⁊ corꝑe. de ſponſo ⁊ ſponſa tanq̄ꝫ de eadē ꝑſona. vñ iſa. dicit. Sicut ſponſo alligauit michi mitram ⁊ ſicut ſponſa ornauit me. ⁊ dicit Aug. ꝙ eſt ſponſus ⁊ ſpōſa: ꝗ ſpōſus ⁊ ſpōſa. ⁊ ita xp̄s eſt ſuū corpus. qđ eſt impoſſibile. ¶ Solutio. Duplex ē forma ſiue ꝑfectio eccłie: ſiłr ⁊ xp̄i. Eſt eñ forma ſiue ꝑfectio naturalis ⁊ eccłie q̄ eſt humanitas: ⁊ q̄ꝫtū ad hāc ꝑfectionē ſpōſus eſt alius q̄ꝫ ſpōſa. ſ. xp̄s q̄ꝫ eccleſia. ⁊ eſt alia ꝑfectio xp̄i ⁊ eccłie. ſ. gratuita ꝑfectio q̄ eſt ſpūſſcti. ⁊ ſcđm illā ꝑfectionē ſponſus eſt ſpōſa: q: eadē eſt ꝑfectio xp̄i ⁊ eccłie. ſcꝫ ſpūſſcti. Per hanc vnitatē dictū eſt. multitudinis credētiū erat cor vnū ⁊ aīa vna: ⁊ ꝙ oēs vnū ſumus in xp̄o ꝓpter illā vnitatē loquit̄ xp̄s: qñq̄ꝫ in ꝑſona ſua qñq̄ꝫ in perſona eccłie. nō mutata ꝑſona que eſt prima regula ticonij.

*Solutio.*
*Duplex eccleſie perfectio.*

¶ De eius ſcientia. Capi. v.

Dicto quomō xp̄s ſit caput eccłie dicendum eſt de eius ſcientia q̄ eſt vnū de cariſmatibꝰ q̄ fluūt a xp̄o capite in eccłiaꝫ ¶ Notādū ꝗꝙ duplex ē ſciētia xp̄i. vna creata: alia increata. Increata quā hꝫ ſm ꝙ deꝰ. Creata q̄ꝫ hꝫ ſꝫ ꝙ hō. q̄ ipſe ſcit ⁊ ſciuit ab inſtāti cōceptionis q̇cq̇d ipſe ſcit ab eterno. qm̄ ab inſtāti cōceptionis datus eſt ei ſpūs. nō ad menſuram qđ haberi pōt ex verbis hieremie. Nouum faciet dñs ſup terrā. femina circūdabit virū. i. in vtero virginis erit iſte vir q̄ perfectus eſt. plenus ſcientia ⁊ virtutibus. Hoc etiā habet̄ ab illa auctoritate. Iſa. qua de xp̄o đr. Butirū ⁊ mel comedet. butirū ⁊ mel. i. ſorbilia ⁊ infantilia comedet tāq̄ꝫ verus puer. ita tamē vt ſciat reprobare malum ⁊ elligere bonū. ita tñ vt in ipſa infantia habeat ꝑfectā ſciētiā ⁊ electionē boni ⁊ mali. ¶ Sed ꝯtra đr in luca. Xp̄s ꝓficiebat etate ⁊ ſapiētia apđ deū ⁊ hoies. ergo ꝓficiebat ſapientia. ꝗ ſapientia poterat creſcere in eo. ſi ergo ab inſtanti conceptionis habuit dona ſpūſſcti. nō ad menſurā. ¶ Preterea. ſi ieſus proficiebat ꝓfectione corꝑali. q̄re nō proficiebat ꝓfectione aīe. ¶ Solutio. Dicimus q ieſus nō ꝓficiebat in ſe: ſed in alijs. ſapiētia: q: faciebat eos ꝓficere. doctrina et exemplo apud deū ⁊ hoies. apud deū. i. ad gł'iaꝫ dei. ⁊ apđ hoies. i. ad vtilitatē hoim. Erat eñ ieſus xp̄s animal mūdū findens vngulam. i. faciēs oꝑa ſua ad gł'iam dei ⁊ ad vtilitatē hoim. ¶ Ad ſcđam dicimus ꝙ in profectiōe aīe cōſiſtit beatitudo. ⁊ ideo cum xp̄s ſit ſemꝑ ſūme btūs ab inſtanti cōceptionis ptꝫ ꝙ nō poterat proficere in bonis aīe q̄ꝫtuꝫ ad ſe. Sed ꝑfectio corporalis nō eſt pars beatitudinis: ⁊ ideo nihil impedit q̄n potuerit ꝓficere in illa ¶ Itē xp̄us ſcit omnia ꝓpter vnionem quā habet ad ꝟbū quare nō poteſt oīa ꝓpter eādem rōnem. Licet eñ ſciat oīa q̄ ſcit pater. nō tamen eſt eq̄ ſciens cū p̄re. eodē modo ex eo ꝙ poſſit omnia: nō tamē ſequitur ꝙ eque potens ſit patri. ⁊ ita nō ſequitur ꝙ ſit op̄s. et ita nullū ſequitur inconueniens. Si dicatur xp̄s ſm ꝙ homo pōt oīa. ſi concedatur. ¶ Cōtra. xp̄us ſm ꝙ hō pōt oīa:

*Duplex ſcientia xp̄i.*
*Exponit dictū Iſaie.*
*In oppm̄ ꝑ lucam.*
*Secundo.*
*Solutio.*
*Ad primū.*
*Ad ſcđam.*
*Iterū ar̄ ad principale.*
*Euaſio.*
*ꝯtra hāc ar̄*

ergo poteſt creare. creet igitur. Inde. xp̄s ſm ꝙ homo creat: ergo xp̄s ſm ꝙ hō eſt creator: ergo xp̄s ſm ꝙ homo eſt deus. ꝓpter hoc dicūt quidā ꝙ xp̄s ſcđm ꝙ homo nō pōt oīa: q: ex hoc ſequeretur ꝙ eſſet op̄s ⁊ deus. Sed probatur ꝙ hoc ſequitur ex illo: q: nō ſequitur xp̄us ſcđm ꝙ homo creat: ergo xp̄s ſm ꝙ homo eſt creator. q: hoc nomen creator determinat ſuā materiā ſiue ſuū ſubiectum: quia idem eſt creator ꝙ deus creans. ſicut idem eſt ꝓpheta ꝙ hō intelligēs futura. ſicut ergo nō ſequit̄: intelligit futura: ergo eſt ꝓpheta qm̄ angelus intelligit futura nō tamē eſt propheta. ita nō ſequitur: chriſtus ſm ꝙ homo creat: ergo eſt creator. ⁊ ita nullū ſequitur incōueniens. ¶ Si dicatur ꝙ xp̄s ſm ꝙ homo poteſt oīa: quare ergo non pōt omnia: ſicut ſcit omnia? Ad hoc dicūt quidam ꝙ hoc verbū ſcit. habet tres cōſtructiones. q: qñq̄ꝫ cōſtruitur cū appellatione dicti vt cū đr. iſte ſcit deum eſſe. qñq̄ꝫ cōſtruitur cū accuſatiuo noīaliter ſignificante. vt cuꝫ đr. iſte ſcit dñm. qñq̄ꝫ cōſtruitur cū infinitiuo: iſte ſcit legere. iſte ſcit creare. ⁊ ſꝫ ꝙ ſic cōſtruitur hoc verbū ſcit. cōcedunt ꝙ q̇cq̇d ſcit xp̄s ſm ꝙ homo pōt. et ecōuerſo. ſicut enim nō pōt creare: ⁊ ita non ſcit creare. q: cum dicit̄: chriſtus ſm homo ſcit creare. actus infinitiui retorquet̄ ad ſubiectū. ¶ Sꝫ hec ſolutio eſt valde ridiculoſa: qm̄ per ſignificationē vocū oſtendit res. nō eñ ad ſciendū ꝙ ſortes currit per plateas: opꝫ recurrere ad ſignificationē huius nominis ſor. vel huius verbi currit. ¶ Preterea querit̄ ab eis quare potius data eſt chriſto ſcientia oīm: ꝙ potentia oīm? ⁊ nō poſſūt adhibere predictam ſolutionē. qm̄ in hac queſtione nō ponitur verbū ſciendi. Quidā dicūt ꝙ anime chriſti nō eſt data potentia oīm: ſicut ſcientia oīꝫ ideo quia nō eſt ita capax potentie ſicut ſcientie. ſed hec ſolutio nō valet: q: magis eſt capax potētie q̄ꝫ ſcientie. ¶ Ad hoc dicimꝰ ꝙ ſciētia ꝑtinet ad btitudinē etiā ſciētia facturaꝝ. Vñ etiā ī pſal. Delectaſti dñe in factura tua. cū ꝗ ille hō creatꝰ ſit in ſūma btitudine: data eſt ei ſcīa oīm. ſed potētia faciēdi aliā creaturā nō ꝑtinet ad btitudinē: ⁊ ideo nō eſt ei potētia oīm data. ¶ Alia rō ē. ne poneret̄ ſpes in hoīe ſꝫ ꝙ hō: ⁊ ne hoīes facerent de via finē. Hūanitas eñ xp̄i via eſt. nō finis. ſicut ip̄e dicit ī euāge. Ego ſuꝫ via. ⁊c̄. Ut ergo ad locū vñ fluūt flumina reuertant̄. ſ. ad primū fōtē ſummi boni: nō eſt data hūanitati chriſti potētia oīm. ſicut dicit dñs per Iſaiā Gloriā meā alteri nō dabo. Et xp̄s in euāge. Si glorior in me: gł'ia mea nihil eſt. ideo đr. Maledictꝰ qui cōfidit ī homine. ¶ Itē aīa chriſti habet ſcientiā oīꝫ nec tñ eſt eque ſciens patri: qm̄ nō ita limpide ſcit ſicut pater. Cōtra. Sciētia aīe xp̄i eſt limpidiſſima: q: nō eſt mixta alicui cōtrario vel actu vel potētia. ergo ſicut nichil poteſt intelligi albius eo qđ nō habet admixtū de cōtrario: ita nihil poteſt intelligi limpidius q̄ꝫ ſcīa chriſti. qm̄ nichil habet admixtū de cōtrario. actu vel potētia. ꝗ ſciētia dei patris nō intelligit̄ limpidior. ¶ Itē deꝰ p̄r limpidius ſcit q̄ꝫ aīa xp̄i. ſi hec ē vera. ex vi ꝯparationis exigit̄ ꝙ ibi ſit aliqua coītas ⁊ aliq̇s exceſſus

*Opinio aliquorum.*
*ꝯtra hāc ar̄*
*alia euaſio.*
*Solutio aliquorum.*
*ꝯtra hoc ar̄*
*Secūdo inquiſitiue.*
*Solutio aliquorum.*
*Solutio doctoris.*
*Alia ratio.*
*Iterū ar̄ ad principale.*
*ſcđo ad idē*

quoniam participantis ad non participans nulla eſt comparatio. ſed non eſt ibi aliqua cōmunitas ſciētie dei patris ad ſcientiā chriſti: ergo nulla eſt cōparatio. ꝗ hec eſt falſa: deus pater limpidius ſcit q̄ aīa chriſti.

Solutio. Ad primuꝫ Scia anie xp̄i nihil hꝫ admixtū de ꝯtrario.

¶ Solutio. Ad primuꝫ dicimus ꝙ ſcientia anime chriſti nihil hꝫ admixtū de ſuo contrario actu vel potentia: quoniā nō p̄t ignorare aliquid ꝓpter vnionē: ſed inq̄ntū eſt de natura ſua potuit aliquid ignorare. de gratia eñ eſt ꝙ nihil poſſit ignorare. quia igitur q̄ntū eſt de natura ſua potuit habere aliquid admixtū de cōtrario: ideo ſciētia anime chriſti minus eſt lipida q̄ ſcia dei patris.

Ad ſcd̄m.

¶ Ad ſecundū dicimus ꝙ hec eſt vera. Pater limpidius ſcit aliq̄d q̄ aīa chriſti et eſt ibi cōitas in potentia: q2 ex limpiditate patris pōt ꝓcedere tanta lipiditas quāta eſt in aīa xp̄i: ꝛ potēs eſt cōferre maiorē q̄ntū in ſe eſt ſi aliqua natura ſit ſuſceptibilis. qđ ergo in lipiditate dei patris potentialiter eſt līpiditas ſcientie aīe chriſti ꝛ eo amplior ē ideo ibi cōmunitas ꝛ exceſſus. Et hec ſimiliter eſt vera: p̄r limpidius ſcit q̄ aīa xp̄i.

Siſitudo. Solutio aliquorum.

¶ Eodē modo iudicandū eſt de talib⁹ ꝓpoſitiōibus: deus eſt melior vel iuſtior petro. Tamen quidā dicūt ꝙ ſcientia p̄ris excedit in limpiditate ſciam anīe xp̄i ſeipſa: et ipſa eſt ſuus exceſſus quo excedit illam: ſicut linea eſt ſeipſa maior pūcto.

ꝯtra hāc aſ

¶ Sed hec ſolutio nulla eſt nec eſt ſimile qm̄ in hac cōparatione: linea eſt maior pūcto. eſt aliquid cōe: ſcꝫ pūctus qui eſt in ipſa linea. ꝛ aliquis exceſſus: ſcꝫ ipſa linea q̄ eſt aliud q̄ pūctus. Sed in alia cōparatiōe: deus ſcit aliq̄d limpidi⁹ q̄ aīa chriſti. nō pōt aſſignari aliq̄d cōe ꝛ exceſſ⁹ niſi ad predictā ſolutionē recurraſ: vt dicaſ ꝙ aliud eſt cōe ibi et aliud exceſſus ſ̄m potentiā fluendi. ¶ Itē in euāgelio habeſ ꝙ ſpūs dat⁹ eſt chriſto nō ad menſurā qđ duobus modis intelligitur primo ſic. nō ad menſurā. i. totaliter: nō particulariter quia quicquid potuit deus dare ei de ſpū dedit ei. qñ eñ aliq̄d datur ad menſurā aliq̄d daſ ꝛ aliq̄d retineſ: ſed xp̄o totū eſt datū q̄cq̄d potuit ei dari de ſ. ſ. Itē ipſe plenitudinē accepit: et nos de plenitudine ei⁹ accepim⁹.

Iterū ꝯtra dictū euangelij arguiſ. Solutio triplex plenitudo.

¶ Sed cōtra xp̄us nō habuit fidem ꝛ ſpem: quoniā fuit cōprehenſor ergo nō habuit oīa dona ſ. ſ. ergo nō habuit plenitudinē donoꝝ. ¶ Solutio. Triplex ē plenitudo. ſcꝫ plenitudo ſufficientie: que eſt in quolꝫ fidei q̄ habet fidē ꝛ oīa dona neceſſaria ad ſalutē. Eſt etiam plenitudo nūeroſitatis ſiue vnitatꝫ q̄ eſt in eccleſia in qua nō de eſt eliquod donū. Eſt etiā plenitudo excellētie q̄ eſt in xp̄o q̄ nō habet dona imperfectiōis. vt fidē ꝛ ſpem. ſed loco fidei habet ꝑfectā cognitionē. loco ſpei ꝑfectā cōprehenſionē.

Ad rōnem.

¶ Et ideo patet ꝙ non valet hec argumentatio: chriſtus nō habet oīa dona: ergo nō habet plenitudinē donoꝝ q2 ex habere oīa dona: ſequiſ habere plenitudinē donorū. qm̄ oppoſita ſunt habere oīa dona: ꝛ habere ple. do. qm̄ qui habet oīa dona: habet fidē ꝛ ſpem. ꝛ ita habet imperfectioneꝫ donoꝝ: ꝛ ita nō plenitudinē.

Alr exponitur illa auctoritas.

¶ Alio mō exponiſ illa auctoritas ſic. Chriſt⁹ habuit ſpm̄ nō ad menſurā. id eſt ſup oēm ꝓportionē reſpectu alioꝝ hominē. qm̄ caritas xp̄i excedit in infinitū caritatē alioꝝ hoim ſctōꝝ. qm̄ gratie chriſti nō ſūt ꝓportionabiles gratijs alioꝝ ſctōꝝ.

ꝯtra hóc aſ

¶ Sed cōtrariū videſ de heliſeo qui petijt ab helia: ſpūs tuus duplex fiat in me. ꝛ factum eſt ei: ergo heliſeus habuit duplicē ſpm̄ helie. ſed per heliſeū ſignificaſ eccl̄ia: per heliā xp̄s ergo eccleſia habuit duplicem ſpm̄ chriſti. ergo chriſtus nō habet maiorem ſpm̄ q̄ eccleſia: vel improportionabilē.

Solutio. Cur eccl̄ia đr habere duplicē ſpꝫ chriſti.

¶ Dicimus ꝙ vltima argumentatio nō valet. Eccl̄ia eñ dicitur habere duplicē ſpm̄ chriſti duab⁹ de cauſis. q2 habet ſpm̄ chriſti ad duo. ſ. ad remiſſionem pctōꝝ: ꝛ ad beatificandū. cū ergo nō habuit niſi ad beatificandū. Scđo modo habet eccleſia duplicem ſpm̄ chriſti. id eſt ad duo. ſcꝫ ad illuminandum intellectum: ꝛ ad inflammandū affectum. ad que duo chriſtus etiam habuit ſpiritū ſanctum.

Nota iſta.

## ¶ De duplici voluptate chriſti. Capi. 6.

Multiplex volūtas xp̄i

Dicto de duplici ſcientia xp̄i: dicendum eſt de duplici volūtate ei⁹. Fuit enim in xp̄o duplex volūtas. ſcꝫ volūtas creata ꝛ volūtas increata. volūtas creata fuit duplex in eo: ſcꝫ volūtas rōnis ꝛ volūtas ſenſualitatꝫ. Volūtate rōnis ſemꝑ voluit q̄cq̄d vult volūtate increata q̄ eſt cōmunis trib⁹ perſonis. Volūtate ſenſualitatis ꝓpriū aliquod voluit qđ non voluit volūtate rōnis: nec voluntate increata. ſ. nō mori. ¶ Primo dicendū eſt de voluntate ſenſualitatis: vtrū fuerit cōtraria volūtati rōnis ¶ Secūdo vtrū fuerit meritoria in xp̄o. ¶ Tertio vtrum petitio qua petijt. Pater: ſi poſſibile ē tranſeat a me calix iſte: fuerit petitio rationis vel ſenſualitatis.

### ¶ Prima queſtio. vtrum voluntas ſenſualitatis fuit contraria voluntati rationis.

Circa primū capitulum ſic obiciſ. Dicit beatus Augu. ſuꝑ geñ. Oīa aīalia fuerunt pacata in archa noe. Archa noe ī aīa chriſti: in qua oēs motus pacati fuerūt. q2 in eius aīa nullus fuit motus etiā prim⁹ repugnans rationi. qm̄ in eo caro nō concupiuit aduerſus ſpiritum: nec ſpūs aduerſus carnē.

Ar ꝙ nō ꝑ auguſtinū.

¶ Cōtra. Aug. đt in libro de trini. ꝙ ſ̄m diuerſitatē volitorū diſtinguunſ diuerſe ſpecies volūtatis. qm̄ volitū eſt proprius finis volūtatis. Unde ſic. Si penes diuerſitatē volitorū eſt diuerſitas volūtatum: pari rōne penes cōtrarietatē volitorū erit contrarietas voluntatū. ſed mori et nō mori ſunt contraria: ergo velle mori et velle non mori ſunt contraria. ergo voluntas eſt contraria voluntati ergo voluntas ſenſualitatis in chriſto: fuit contraria voluntati rationis.

In oppm̄.

Secundo.

¶ Item chriſtus tenebatur conformare volūtatem ſuam volūtati diuine: et ſcienter voluit contrarij volūtati diuine. ſ. velle mori: ergo peccauit.

Tertio.

¶ Item chriſtus tenebatur ad hoc ſcꝫ velle mori. q2 hoc preceperat ei deus. ꝛ voluit cōtrariū huic precepto. ergo mouebatur tunc ad illicitum. ergo ille motus erat illicitus. ergo peccauit.

Quarto.

¶ Itē non mori. eſt pura priuatio: ꝗ nō cadit in ſenſuꝫ vel in imaginationē vel eſtimationē: ꝗ nec in ſenſualitatē. ꝗ velle non mori ē motus ſenſualitatꝫ.

Solutio. Ad primū.

¶ Solutio ad p̄io obiectū dicim⁹ ꝙ penes diuerſitatē vel ꝯtrarietatē

Unde attẽ- volitoꝛũ: attendenda eſt diuerſitas vel cõtrarie-
ditur cõtra tas volũtatũ. nec tñ quolʒ modo nec quarũlibet
rietas volũ volũtatũ ſed eaꝝ tm̃ que ſunt in eodẽ ſuſceptibili
tatum. ſed volũtas rõnis qua xp̃us voluit moꝛi erat in vi
rõnali ſiue in aïa rõnali ẜm ꝙ eſt rõnabilis. volũ
tas autẽ ſenſualitatis erat in vi bꝛutali ſiue in aïa
Voluntas chꝛiſti ẜm partẽ bꝛutalẽ. Volũtas etiã ſenſualita
ſenſualitatꝫ tis nõ ꝓpꝛie dicit volũtas: qm̃ voluntas ꝓpꝛie
nõ ꝓpꝛie dr loquẽdo ẜm ſe libera eſt. volũtas aũt ſenſualitatꝫ
voluntas. nõ eſt libera: ſed in vnã tm̃ partẽ mouẽs. eſt enim
appetitus irrõnabilis. vnde tales due volũtates
Ad idem. nõ ſunt poſite ſub eodẽ genere pꝛoximo. ¶ Pꝛe-
terea volũtate ſenſualitatis vult hõ nõ moꝛi ſiue
fugit moꝛtẽ ẜm ſe: nõ ꝓpter aliud. volũtate vero
rõnis vult hõ moꝛi: nõ ẜm ſe ſed ẜm accidens. nec
pꝛopter ſe: ſed pꝛopter aliud. vt xp̃s qñ voluit mo
ri pꝛopter redẽptionẽ gñis hũani tm̃. ⁊ ideo quia
illarũ voluntatũ ſcđm ſe nõ ſunt cõtraria ſcđm ſe
Ad ſecũdũ. volita pʒ ꝙ nõ ſunt cõtraria. ¶ Ad ſcđm dicimꝰ
ꝙ hec argumentatio nõ valet: xp̃s tenebat cõfoꝛ
mare volũtatẽ ſuã volũtati diuine. ⁊c̃. ergo pec-
cauit ẜm ꝙ pꝛima pꝛopoſitio intelligit indiffinite
ẜm hoc ſillogizat ex indiffinitis. ſi autẽ inteligat
pꝛima pꝛopoſitio vniuerſaliter: falſa ẽ. qm̃ hec eſt
falſa: xp̃s oẽʒ volũtatẽ ſuã tenebat cõfoꝛmare vo
lũtati diuine. ꝓpter volũtatẽ ſenſualitatꝫ qua li-
Ad tertium cet velle homini aliqđ pꝛopꝛiũ. ¶ Ad tertio ob-
iectũ dicimꝰ ꝙ re vera xp̃s tenebat ex p̃cepto ad
hoc ſcʒ velle moꝛi. ⁊ motus quo mouebat ad non
moꝛi erat ad illicitũ rõni: ſed nõ illicitũ ſenſuali-
tati. nõ tamen illicitus ſicut ille qui eſurit mouet
ad comedendũ in die ieiunij ante hoꝛã ſolo motu
ſenſualitatis: ⁊ ille motus eſt ad illicitũ nõ tñ ẽ il
Ad quartũ licitus. qꝛ ẽ ad illicitũ rõni nõ ſenſualitati. ¶ Ad
quarto obiectũ dicimꝰ ꝙ velle non moꝛi eſt velle
fugere moꝛtẽ ſiue hoꝛrere moꝛtẽ. Et ita pʒ, ꝙ velle
nõ moꝛi nõ ſonat in puram pꝛiuationem.

¶ Tertia queſtio vtrum pauere in chꝛiſto fue-
rit meritoꝛium.

Arḡ ꝙ ſic. Sic obicit. De xp̃o dictũ eſt. cepit ieſus
pauere ⁊ tedere anteꝙ̃ p̄duceret ad cru
cem. ergo hoꝛribile illud nondũ incide-
rat in eiꝰ ſenſũ. ergo nec ĩ imaginationẽ
ergo nec in eſtimationẽ. ergo nec ſenſualitas ĩ eo
adhuc fuit mota. ergo pauoꝛ ille ſiue timoꝛ moꝛtꝫ
ſiue voluntas nõ moꝛiendi nõ erat ſenſualitas: ḡ
Secundo. erat ex ratione ſiue ex libero arbitrio. ¶ Itẽ pe-
trus timoꝛẽ moꝛtis minuebat dulcedine caritatꝫ
ſimiliter andreas quãdo ſecurus ⁊ gaudens ibat
ad crucem: ſed in infinitũ maioꝛ erat dulcedo ca-
ritatis ſiue dilectio in chꝛiſto ꝙ̃ in andrea: ergo
chꝛiſtus dilectiõe quã habebat in deũ delectan-
do poterat ex toto delere illũ timoꝛeʒ. ergo talis
motus nõ fuit in chꝛiſto ex ſenſualitate: fuit ergo
in eo ex libera volũtate ſiue ex libero arbitrio. ſʒ
Tertio. oĩs motus qui fuit in eo ex libero arbi. fuit meri-
toꝛius: ergo motꝰ ille fuit meritoꝛiꝰ in eo. ¶ Itẽ
chꝛiſtus voluntatẽ qua volebat non moꝛi retoꝛq̄-
bat ad bonũ finẽ: qꝛ ad noſtrã inſtructionẽ. quaſi
diceret illo motu cuilibet noſtrũ: videte in me li-
cet tibi velle aliqđ ꝓpꝛium: ſed referre motuʒ ad
debitũ finem. hoc autem nõ eſt niſi rationis. ergo
ille motus fuit a rõne: ergo fuit meritoꝛiꝰ. ¶ Itẽ Quarto.
chꝛiſtus oblatus eſt qꝛ voluit. ſimiliter paſſus eſt
qꝛ voluit. ergo eadẽ rõne timuit qꝛ voluit: ergo il
le timoꝛ fuit ex libera volũtate ſiue ex libero arbi
trio. ergo fuit meritoꝛius. ¶ Pꝛeterea. Chꝛiſtus Quinto.
voluit nõ moꝛi: ergo volũtarie vel in volũtarie. ſi
inuoluntarie: ergo nõ volẽdo voluit nõ moꝛi. qđ
eſt impoſſibile. ſi volũtarie: ergo nõ neceſſitate.
ſed a libera volũtate ſiue ex libero arbitrio volu-
it nõ moꝛi. illud igitur velle fuit ex libero arbitrio
voluit nõ moꝛi. ¶ Solutio. Ad pꝛimũ dicimꝰ ꝙ Solutio.
re vera timoꝛ ſiue hoꝛroꝛ moꝛtis ſiue volũtas non
moꝛiendi fuit in chꝛiſto tm̃ ex ſenſualitate. ⁊ licet
in chꝛiſto oĩno nõ cecidiſſet hoꝛribile in ſenſũ eiꝰ
nec imaginationẽ a ſenſu: tñ ſicut voluit fecit ca-
dere illud hoꝛribile ab intellectu in imaginatio-
nem: ab imaginatione aũt in eſtimationẽ: in ſen-
ſualitatẽ neceſſario. Pꝛopꝛie ergo volũtas pꝛima Voluntas
nõ fuit cauſa ſed occaſio illius timoꝛis. qꝛ nõ p̄ ſe rõnalis nõ
ſed per accidens fuit cauſa illius. qm̃ fecit qđdam fuit cauſa ti
quo facto exijt ille timoꝛ. nõ ab illa volũtate: ſed moꝛis ĩ xp̃o
ab eſtimatiõe ſenſuali ſiue imaginaria ſicut ille q̄ ſed ſolum
aperit feneſtrã nõ illuminat domũ niſi occaſiona occaſio.
liter. qꝛ facit aliqđ quo facto domus illuminatur
nõ ab ipſo ſed a ſole. ⁊ ſicut volũtas illius q̄ vult
ieiunare diu ⁊ ieiunat diu: nõ eſt cauſa quare ipſe
appetat comedere. appetit eñ comedere velit no
lit. ſed eſt quedã occaſio qꝛ facit aliquid ſcʒ diu- Exemplum
turnã abſtinẽtiã: quo facto fit ille appetitus. nõ
ab illa pꝛima volũtate: ſed a vi appetitiua ſenſibi
li. ſtomachus eñ ſentiens ſuã inanitatẽ naturali
ter appetit ⁊ neceſſario. Eodẽ modo fuit in timo-
re xp̃i. qꝛ volũtas illius fuit pꝛima occaſio: ſed nõ
cauſa pꝛopꝛie. ¶ Ad ſcđʒ dicimuꝰ ꝙ Petrꝰ ⁊ An Ad ſecũdũ
dreas bene poterãt repꝛimere ſiue diminuere ti-
moꝛem moꝛtis in ſemetipſis a pꝛincipio. qm̃ in eis
erat cogitare de hoꝛribili vel non cogitare. ſed
poſtꝙ̃ cecidit hoꝛribile in eſtimationẽ: nõ poteſt
aliquis ſctũs facere quin timeat. Eodẽ modo xp̃s
poterat vitare timoꝛeʒ moꝛtis ſi placuiſſet ei. ſed
poſtꝙ̃ voluit ꝙ hoꝛribile illud caderet in eſtima-
tionẽ: non potuit vitare illud. ¶ Ad tertiũ dici- Ad tertium
mus ꝙ hec eſt falſa: chꝛiſtus volũtatẽ nõ moꝛien-
di retulit ad inſtructionẽ nr̃am. ſed re vera appꝛo
batione illius voluntatis retulit ad inſtructionẽ
noſtrã. appꝛobauit eñ ratio motum illius vt nos
inſtrueret in hoc. ſ. ꝙ martyꝛes venientes ad pa-
Queritur quomodo bona opera valeãt ad habilitatē gratie. qm̄ per talia opera habilitat ſe homo ad ſuſcipiendum gratiã. ergo quanto magis exercet ſe in talibus operib⁹: tãto propinquior eſt gratie. ¶ Contra. Peccator quãto magis moratur in pctõ ſuo: magis eſt pctõr. qm̄ malicia nõ põt minui ſed creſcit per circũſtantiã tpis. ⁊ quãto magis eſt pctõr tãto magis eſt remotus a grã. ſed iſte ē magis pctõr ꝙ͞ pri⁹ per circũſtãtiã tpis: ergo eſt magis remot⁹ a grã ꝙ͞ prius. ¶ Cõtra. Magis ſe exercet bonis opibus ꝙ͞ prius: ꝗ ē magis habilis ad ſuſcipiendũ grãm ꝙ͞ prius. ꝗ ꝓpinquior eſt grē ꝙ͞ prius: non ergo magis remotus.

*ꝯtra illã af.* *Iterum ad principale.*

*Solutio.*

¶ Solutio. Cõcedim⁹ ꝙ talis in tali ſtatu remotior eſt a grã ⁊ propinquior grē ꝙ͞ prius: ſed ſm diuerſa. eſt em̄ remotior ſm quãtitatē pcti: propinquior aũt ſm habilitationē ſuſcipiendi. ſicut eger qñ eſt in augmēto morbi iuxta criſim remotior eſt a ſanitate propter augmentum morbi: tamen magis ꝓpiqu⁹ ſanitati ꝓpter habilitationē materie que magis habilis ad hoc vt educatur ꝙ͞ prius.

*Exemplum*

¶ Itē aliqs exiſtēs in mortali facit multa bona opera ꝓpter deũ q: diligit deũ naturali dilectiõe vel ex fide informi. Unde ſic. Dñs đt Ego diligētes me diligo. ſʒ iſte diligit deũ: ⁊ ex dilectiõe dei facit iſta opa. ergo deus diligit iſtum: ⁊ in ſe et in ſuis opibus. ꝗ diligit iſtuʒ ad bona eterna: vel ad conferēdũ grãm: vel ad bonũ tpale. ad bona eterna non: q: eſt in pctõ mortali. ad gratiã non: quia eſt indignus. ergo diligit eũ ad bonũ tpale. et neceſſariũ eſt ipſum diligere ad illa: ergo neceſſe habet dare bonũ tēporale ergo ex neceſſitate dat ei bonũ tpale. ⁊ nõ põt nõ dare ei: q: diligētes ſe diligit. non ergo ex mĩa dat ei. ¶ Cõtra Ex mera liberalitate ſua dat ei. qm̄ ea que dant̃ ex mĩa ex ſola liberalitate dant̃ vel volũtate: nõ ergo ex neceſſitate. ¶ Preterea Dat ei ⁊ non ex mĩa: ergo ex iuſticia. et nõ niſi q: diligētes ſe diligit. ꝗ iſte apud deum de idebito facit debitũ ⁊ ita meret̃ apud deum bona tēporalia. ¶ Solutio Dicim⁹ ꝙ deus ex neceſſitate dat ei aliq̃ bona. ſed nõ valet: ex neceſſitate dat: nõ ꝗ ex mĩa. qm̄ mĩa dei eſt eius largitas ſupeffluēs qua etiã idignos aliquo modo remunerat. Unñ ſicut deus q: eſt ſũma iuſticia negaret ſeipm̄ niſi faceret iuſticiã: ita ipe q̃ eſt ſũma mĩa: nõ põt facere quin faciat miſericorditer qm̄ aliter negaret ſeipſum. qđ eſt impoſſibile. ſicut dictũ eſt in queſtione de iuſtificatione ipiſ. ¶ Et ideo non valet talis argumētatio. facit hoc ex neceſſitate. nõ ergo ex mĩa. et eſt ibi fallacia ſm accidēs vel cõſequēs. qm̄ diſparata vident̃ eſſe facere aliqđ ex neceſſitate: aliqđ ex mĩa. ſʒ nõ ſunt. ¶ Itē dicit dñs in ezechi. Filii hoīs q: nabuchodonoſor ſuiuit mihi ĩ thyro: do ei egiptũ. Hec dictio. q: notat cãʒ ergo materialē vel formalē/ vel finalē vel efficiētē Sed duplex ex cauſa efficiēs: ſcʒ per modũ agēdi vel per modũ merēdi. Sʒ non põt dici ꝙ notetur cauſa efficiēs ꝑ modũ agēdi qm̄ actio nabuchodonoſor nõ fecit hoc ipſo actu: vt haberet egyptũ. ꝗ notat cauſam efficientē per modũ merēdi. ꝗ nabuchodonoſor licet īfidelis eſſet meruit bona tēporalia. ꝗ multo fortius fideles licet ſint in pctõ bonis operib⁹ ſuis merent̃ bona tēporalia. ¶ Solutio. Dicim⁹ ꝙ hec dictio. q: notat cauſam efficiētē. ſʒ triplex eſt cã efficiēs: ſcʒ in agēdo/ ĩ mouēdo/ ⁊ in merēdo. Hec igit̃ dictio. q: notat cauſam efficientem: non actiuã/ nõ meritoriã/ ſed motiuam. motiuam dico largitatis dei. cũ eni deus ſit ſũme largus et ſũme liberalis cito mouet̃ ad dandũ. ſicut qñ aliquis fecit vnum bonũ verſum. dat̃ ei prebēda ab epo. ille bon⁹ verſ⁹ non eſt cã meritoria: vel actiua quare det̃ ei prebēda: ſed eſt cã motiua que mouet ad hoc liberalitatē epi. ſi tñ moueret̃ deus vel eps ad remunerēdũ illud opus tũc notari põt cauſa finalis. ſicut ſi dicã. rex cõfert iſti tot bona quia ſeruiuit ei. i. vt remuneret eius ſeruitiũ. ſʒ ſi det nõ vt remũeret ſʒ ex largitate tm̄ dat tali: notat̃ tm̄ ibi cauſa motiua largitatis cũ dicitur. epſ dat illi prebendã q: eſt bonus verſificator. Eodē modo eſt prorſus iudicãdũ de donatione qua dñs dedit egiptũ nabuchodonoſor q: ſeruiuit ei ĩ thyro. i. q: thyrum euertit. qđ dñs volebat. et ideo improprie dicit̃ ſeruiſſe: q: non placuit deo actio ei⁹ ad minus vt iudicaret dignã remunerationē. vel ideo ex ſola largitate dedit ei egiptum.

*Ad rõnem.* *Falla accidentis.* *Iterum af.* *Duplex cã efficiens.* *Solutio.* *Triplex cã efficiēs ſcʒ actiua motiua ⁊ meritoria.* *Exemplum* *Alr̃ põt dici*

¶ Utrũ bona opa facta extra caritatē valeãt ad diminutionē pene. ¶ Nona queſtio.

Queritur quomõ bona opa facta extra caritatē valeant ad diminutionē pene eterne. qđ dicũt oēs. ¶ Sʒ ꝯtra. Per vnũ bonũ opus dimittit̃ aliq̃ꝫtũ de pena eterna ⁊ ꝑ aliud tm̄: ꝗ tot põt facere bona opa ꝙ non ſentiet penã inferni. ſed hoc ē falſũ: q: ſi decederet in mortali ſentiet penã iferni. ¶ Dicim⁹ ꝙ bona opa facta extra caritatē valēt ad diminutionē pene eterne q̄ nõ debet̃: ſed q̃ deberetur niſi faceret illa bona opa. qm̄ cũ ſit in pctõ mortali niſi faceret illa bona opa nõ poſſet eē diu qn caderet in aliud pctm̄. qm̄ pctm̄ quod per penitētiã nõ diluitur: pondere ſuo ad aliud trahit. Ualēt ergo opera bona facta extra caritatē etiã ad alia tria. ad retardandũ peccatum. qm̄ peccatũ eſt ignis ſiue febris conſumēs totã aĩam: niſi per bona opera retardetur ne procedat. ſicut gallina appoſita morbo regio non ſanat morbum ſed retardat ne procedat vlterius. Ualēt etiã ad aſſuefactionem bonoꝝ opeꝝ. quoniã qđ male fers: aſſueſce: feres Ualent etiã ad circũſtãtiã tpis: ne peccatũ creſcat in mora. qm̄ ꝙ͞diu hõ inſiſtit bonis operibus

*Af ꝙ non.* *Solutio.* *Bona opa extra charitatem facta Ualent ad alia tria.* *Exēplũ de morbo regio.*

Ayuntamiento de Madrid

noñ eſt in mora: nec augmentat̃ in eo pctm̄ ex mo
ra: nec eſt etiam in eo negligentia vel mora.
¶ De bono qđ eſt virtus. ¶ Decima q̄ſtio.
DEcima queſtio preābula ad ꝟtutē eſt q̄-
ſtio de bono de quo priꝰ agēdū ꝙ̄ de vir-
tute. q̄ ponit̃ in diffinitiōe ꝟtutis. ⁊ q̄m
bonum eſt finis ꝟtutis: finis prior eſt in
intētiōe ꝙ̄ illđ qđ eſt ad finē ¶ Primꝰ igit̃ inueſtigā
dum quid bonū ⁊ q̄d bonitas: ⁊ vtrū oīa dicantur
bona a prima bonitate q̄ deꝰ eſt. ¶ Scđo: q̄ diffe
rentia inter bonū eſſe: ⁊ eē ſm ꝙ aliq̄d đr bonū ex
natura. ¶ Tertio: q̄ differētia inter bonū ⁊ verū.
Diuiſio boni. ¶ Quarto: de ꝯtrarietate boni ⁊ mali. ¶ Quin-
to: de bono in gñe ⁊ malo. Notādum igit̃ ꝙ ſancti
diuidūt ſic bonū. Aliud bonū in eēntia: aliud bo-
Solꝰ deꝰ bonꝰ eēntialit̃ num p participatiōnē. Bonū in eēntia eſt cuiꝰ eſ-
ſentia eſt ſua bonitas. i. qđ ſeip̄o eſt bonū. ⁊ ſcđm
hoc ſolus deus eſt bonꝰ. ſicut ih̄e dicit in Euāge.
Nemo bonꝰ niſi ſolus deꝰ. Bonū p participatio-
nem eſt queliʒ creatura q̄ reſpectu bonitatis diui-
ne quādā hʒ particularē bonitatē q̄dāmodo ⁊ val
de a longe imitantē ⁊ repreſentātē bonitatē diui-
Triplex bonū creatum Auguſtinꝰ nam. Et ſm hoc multiplicit̃ dicitur bonū: ſciliʒ bo
num nature/bonū in gñe/bonum grē ¶ De bono
Queſtio. nature đt Augu. Omnia in ꝯ̄ſtū ſunt: bona ſunt.
¶ Queritur ğ vtrum oēs creature dicūtur bone
Ar̃ primo. a prima bonitate increata: an a bonitate creatā.
Qꝫ a p̄ia bonitate ꝓbat̃ multiplicit̃. ¶ Primo ſic.
cum dicitur: hec creatura eſt bona. hec dictio bo
na. predicat aliquā bonitatē. illa bonitas ē bona
q̄m quicq̄d eſt in ꝯ̄ſtū eſt: bonum eſt. ſed illa boni-
tas eſt. ğ eſt bona ſe bonitate vel alia bonitate Si
ſe bonitate: ğ eſt bona ſeip̄a: ʒ eſt bona p eſſentiā:
ergo ē prima bonitas. et ita habeo ꝓpoſitum. Si
alia bonitate: q̄ritur de illa bonitate ſcđa vtrū ſit
bona ſeip̄a vel alia bonitate. Si ſeip̄a eſt: igit̃ pu-
ra et p̄ia bonitas. altera eñ nō eſt pura bonitas:
ſed q̄d bonū prima bonitate. cuʒ ğ dicit̃: hec crea
tura eſt bona. ſic ponit̃ bonitas. i. q̄d bonū. vt hec
dictio bonū ſignificet primā bonitatē. eodeʒ mo
do poteſt probari ꝙ de omni creatura bonum pre
dicat primam bonitatem. Si vero dicitur ꝙ ſe-
cunda bonitas nō eſt bona ſeip̄a: ſʒ tertia bonita-
te. iteʒ querit̃ de illa tertia vtrū ſit bona ſeip̄a vel
alia bonitate. ⁊ ſic erit ꝓcedere in infinitū. vl' per
uenietur ad talē bonitatē que eſt bona ſeipſa. ſed
non eſt rō quare potiꝰ tertio vel quarto loco ꝙ̄ ſe
Secundo. cūdo. ⁊ īde vt priꝰ ſequit̃ ꝙ oīs creatura ſit bona
a prima bonitate. ¶ Preterea. Quocūq̄ loco oc
currat illa bonitas q̄ eſt bona ſeip̄a: ꝓbat̃ ꝙ bonū
predicat de creatura primā bonitatē q̄m in prima
bonitate nō intelligit̃ niſi q̄d bonuʒ. ſimiliter in ſcđa
non intelligitur niſi bonū ſimiliter ī tertia ⁊ quarta.
Quinto aūt loco intelligitur prima bonitas. Sit
ita. q̄m eadē eſt rō. ſi ſexto vel ſeptimo loco occur
rat ⁊ ſic de inceps. Quinta igitur bonitas intelli
gitur in quarta. quarta in tertia. tertia ī ſcđa. ſcđa
in prima. ergo a primo quinta intelligit̃ in prima
ergo cū đr. hec creatura ē bona. ſic intelligit̃ pri-
ma bonitas p hoc nomē bona. Alia ratio eſt. q̄m
Auguſtinꝰ Aug. dicit in octauo li. de trini. Bonum hoc; bo-
num illud. quia bona eſt domꝰ/bonus equus/ bo-
na facies/ bonus hō. tolle hoc: tolle illud: ⁊ vide-
bis bonū. nō bonū alio bono: ſed bonū oīs boni.
et ita oē bonū eſt bonū p̄ia bonitate. Boetiꝰ etiā Boetius.
dicit in libro de trini. qđ itellige paulisper gratia
diſputādi primā bonitatē nō eſſe creaturis exiſtē
tibus aliquid erit albū aliq̄d erit rotundū: ſed ni-
chil erit bonū. Ex hoc ſeq̄tur ꝙ quidq̄ʒ đr bonum
a prima bonitate. ¶ Forte dicet aliq̄s ꝙ cū dicit̃ Euaſio.
hec creatura eſt bona. ſic ponit̃. quedam bonitas
creata q̄ eſt bona ſeipſa: ſed nō a ſeip̄a. ⁊ ideo non
eſt prima bonitas. ¶ Cōtra. Hec bonitas ſeipſa ꝯtra hāc ar̃
eſt bona. ğ eſt bona p eſſentiā: ğ eſt deus. q̄m ſan-
cti dicunt ꝙ ſolus deus bonꝰ eſt per eēntiā ¶ Itē Tertio pri-
omne verum eſt verū p̄ia veritate; quod probatur cipalit̃ per
per hoc qđ dicit btūs Aug. in libro ſoliloq̄orū ꝙ auguſtinū.
mundū fore fuit verū anteq̄ mūdus eēt veritate
eterna alia eñ non poterat. eadē rōne. omne aliđ
verum eſt verū veritate increata. ğ eadē ratione
omne bonū eſt bonū bonitate increata. ¶ Item Quarto.
hec bonitas ſeip̄a eſt bona: ergo bonitas nō eſt ſe
parabilis ab ea actu/ vel potentia/ vel intellectu.
ergo ip̄a eſt ſumme bonū. vt ptʒ per auctoritatem
bti Aug. ¶ Preterea. Ariſt. dicit ꝙ denominatiue Quinto.
ſumptum a genere nō đr de ſpecie. q̄m albedo nō
eſt colorata. q̄m nō poteſt dici ꝙ albedo ſit alba.
q̄m non pōt ſeipſa eſſe alba: ergo eadē ratione illa
bonitas creata non poteſt eſſe bona ſeip̄a. ¶ For- Euaſio.
te dicet ꝙ bonitas qua cratura eſt bona ita ē boni
tas ꝙ non eſt bona. ſicut albedo ita ē albedo ꝙ nō
eſt alba. Sed ſcđm hoc falſum eſt qđ dicit Augu ꝯtra hoc p
ſtinus ꝙ q̄cquid eſt in ꝯ̄ſtum eſt bonū eſt. ¶ Pre- auguſtinū.
terea illa bonitas. eſt bonitas: ergo eſt pura boni- Ad idem.
tas vel quid bonū. ſi quid bonū: ğ ip̄a eſt bona Si
pura bonitas ſeq̄tur per p̄dictā auctoritatē Au-
guſtini ꝙ ipſa ſit prima bonitas q̄ eſt deus. et ita
habemꝰ ꝓpoſitū. Si aūt dicitur ꝙ cū đr. quicq̄d
eſt bonum eſt. ſic predicat̃ prima bonitas de qua-
libet creatura ¶ Cōtra cū dico. iſte eſt bonus ſic In oppm̄
predicatur prima bonitas q̄ eſt deus: ergo eadem
ratiōe cū đr iſte eſt iuſtus ſic ponit̃ prima iuſticia
que eſt deꝰ. ⁊ cū dicit̃ iſte eſt ſapiēs. ſic ponit̃ pri-
ma ſapiētia q̄ eſt deus. ⁊ cuʒ dicitur iſte eſt potēs
ſic ponitur prima potētia q̄ eſt deꝰ. qđ manifeſte
falſum eſt. q̄m cum đr iſte eſt iuſtus ponit̃ iuſticia
que eſt virtus creata. Similiter cum đr iſte eſt ſa
piens. ſic ponit̃ ſeptimū donū ſpūs ſancti ¶ Itē Secundo.
omnia ſunt bona: q̄ ſunt a ſūmo bono: ergo eadē
ratione omnia ſunt iuſta: q̄ ſunt a ſummo iuſto et
ſic de aliis. ¶ Itē maluʒ eſt corruptio boni: ğ eſt Tertio.
corruptio bonitatis: ſʒ nō eſt corruptio prime bo
nitatis q̄m illa non pōt corrumpi: ğ eſt corruptio
bonitate create: ergo bonitas creata eſt ī hoīe: ğ
cum đr hō eſt bonus ſic ponit̃ bonitas creata. nō
ergo bonitas prima. ¶ Solutio. cū đr ſortes eſt. Solutio.
ſic ponitur duplex eē ſcʒ eſſe creatū qđ eſt in ſorte
et eſſe increatū. eſſe creatū ponitur de ſorte vt in
quo. ſed eſſe increatū ponit̃ vt a quo. oportet aūt Duplex eē
ita eſſe propter ſimilē obiectionē que facta eſt de cū đr crea-
bono. q̄m oportet ꝯcedi ꝙ cū dicit̃ ſortes eſt. ſeq̄- tura eſt.
tur ꝙ eſſe ſortis eſt a ſeipſo vel ab alio. ⁊ ſic in infi
nitum. vel occurret tale eē qđ ſeip̄o eſt ſed non eſt
proceſſus in infinitū. ideo dicenduʒ ꝙ eſſet ſortis



Ayuntamiento de Madrid

eſt ab illo eſſe quod ſeipſo eſt. Unde cũ dr̃ eſſe ſor-
tis eſt. ſic ponitur eſſe dei nõ vt a quo ſcꝫ eſſe ſortꝭ
eſt eſſe ſortis. cum aũt eſſe vniuſcuiuſqꝫ rei intelli
gatur in illa re pñꝫ ꝙ in quolibet eſſe creatoꝛ intel
ligatur eſſe diuinũ. et ideo cũ dicit̃ quelibet crea
tura eſt. ſic ponitur duplex eſſe ſcilꝫ eſſe creatum
quod eſt in creatura: et eſſe diuinũ vt a quo eſt il-
lud eſſe. eodẽ modo cũ dicitur quicquid eſt bonũ
eſt: ſecundũ ꝙ intelligitur de ſubſtantijs ſic poni
Duplex bonitas. tur duplex bonitas. ſcꝫ bonitas increata et boni-
tas creata. bonitas creata. vt que ieſt ipſi ſubſtã-
tie bonitas autem increata. vt ad quaꝫ eſt omnis
bonitas creata. qm̃ bonitas naturalis cuiuſlibet
ſubſtantie nichil aliud eſt ꝙ̃ ſubſtantialis differẽ
tia: que dicitur bonitas ſcd̃m ꝯparationem quam
habet ad primaꝫ bonitatem. i. ſcd̃m ꝙ eſt inductí
correlariũ. ua vel vtilis ad primaꝫ bonitatem. ¶ Ex hoc pa
tet ꝙ circunſcripta prima bonitate et re ⁊ intelle-
ctu nichil eſt bonũ vel intelligitur eſſe bonũ ſꝫ ali
quid eſt albũ aliquid rotũduꝫ vt dicit boetius. ex
hoc patet veritas auguſtini auctoritatis ſupradi
cte qm̃ oĩs creatura eſt bonũ hoc / bonum illud. ⁊
cum ſublatũ fuerit hoc et illud non remanebit ni
Ad primũ. ſi bonum qđ eſt deus. ¶ Ad primo ergo obiectũ
dicimus. ꝙ prima argumẽtatio non valet. cuꝫ dr̃
homo eſt bonus. ſic ponitur prima bonitas que ẽ
deus: ergo eadem ratione. ⁊c. qm̃ hoc nomen bo-
num hoc qđ predicat / predicat in habitudine ad
primã bonitatẽ vt dictũ eſt. que ſcd̃m ꝙ̃ prima bo
nitas finis eſt oĩm: ſed hec nomina iuſtus ſapiẽs
ſignificans habitus ad ſpeciales actus. ⁊ ideo nõ
Ad ſcd̃m. eſt ſimile. ¶ Ad ſcd̃o obiectum dicim⁹ ꝙ hec ar-
gumentatio non valet: oĩa ſunt bona q2 ſunt a ſũ-
mo bono: ergo omnia ſunt iuſta. ⁊c. q2 hoc nomen
bonum nature eſt generale: ſed iuſtũ eſt nomẽ ſpe
ciale actus ſpecialis. ita ſoluit boeti⁹ in libro de
ebdomadib⁹. hoc eñ nomẽ bonũ eſt generale no-
men nature prout ꝯparatur generali ꝯparatione
ad ſuum principalẽ finem: qui deus eſt. qm̃ omnia
clamant de⁹ fecit nos. ⁊ omnia appetunt illud bo
num: appetitu qui eis cõgruit. ⁊ ideo omnia ſunt
bona q2 a bono. q2 eñ ſunt a ſũmo bono ideo de-
ductiua ſunt vł vtilia ad ſummũ bonũ ⁊ ſuo modo
habent appetitũ ſummi boni. hoc nomen iuſtum
vt dicit boetius ſignificat ſpecialẽ habitũ ad ſim
Ad tertiũ. plicem actum. ⁊ ideo non eſt ſimile. ¶ Ad tertio
obiectum patet ſolutio per premiſſa qm̃ maluꝫ eſt
corruptio bonitatis corrupte. nec valet hec argu
mentatio cum dr̃ homo eſt bon⁹ ſic predicat̃ boni
tas creata nõ ergo ſic predicatur bonitas increa
ta. qm̃ vtrumqꝫ ſic predicatur qm̃ non põt predica
ri creata alicubi: quin predicetur ibidem bonitas
increata qm̃ bonitas creata dicitur in cõparatio
ne ad primam bonitatẽ. q2 nulla bonitas creata ẽ
pura bonitas: ſed quid bonũ. vt patet per auctori
tatem Auguſtini. ſed ſola prima bonitas eſt pura
bonitas qm̃ ſeipſa eſt bona vbi non eſt aliud bonũ
ꝙ̃ ſua bonitas. ex hac ratiõe contingit ꝙ bonitas
creata eſt bona. non tamẽ iuſticia creata eſt iuſta
nec ſapientia creata ſapiens.

¶ Que ſit differentia inter eſſe ⁊ eſſe bonum.

¶ Undecima queſtio.

Queritur q̃ ſit differẽtia int̃ eẽ ⁊ eẽ bonuꝫ Ar̃ ꝙ nulla
Probat̃ ꝙ idẽ ẽ qm̃ oĩa inq̃ꝫtũ ſũt bona
ſunt: g̃ eẽ cuiuſlꝫ rei ẽ bonitas ei⁹: g̃ ideꝫ
eſt eẽ ⁊ eẽ bonũ ¶ Itẽ Aug. dr̃ q2 de⁹ eſt Scd̃o p au-
nos ſum⁹ conſtat ꝙ q2 deus eſt bonus nos ſumus guſtinũ.
boni: ergo eadẽ eſt cauſa quare ſum⁹ ⁊ quare ſum⁹
boni: g̃ idem eſt effect⁹: ergo idẽ eſt eſſe ⁊ eẽ bonũ
¶ Contra. intellige pauliſper gr̃a diſputãdi pri- In oppm̃.
mã bonitatẽ nõ eẽ. aliqd erit albuꝫ. ⁊c. ⁊ ita aliqd
eſt et nõ eſt bonũ. nõ ergo idẽ eſt eſſe ⁊ eſſe bonũ.
¶ Itẽ nihil eſt magis alio. qm̃ porphiri⁹ dr̃ eẽ cu Secundo.
iuſlibet rei nõ recipit magis vel minus: ſed aliqd
eſt mai⁹ bonũ alio. nõ ergo idẽ eſt eſſe ⁊ eſſe bonũ
¶ Qđ ꝯcedim⁹. nec valꝫ hec argumẽtatio. Oĩa Solutio ad
inq̃ꝫtũ ſunt bona ſunt: ergo eſſe rei ẽ bonitas eius primum.
et ſic idẽ eſt eſſe ⁊ eſſe bonũ. qm̃ cũ dicit̃ quicquid Nõ ẽ idẽ eẽ
eſt inq̃ꝫtũ eſt bonũ eſt. ſic nõ oſtendit̃ ꝙ eſſentiali et eẽ bonũ.
tas rei ſiue eſſe ei⁹ ſit bonitas ipſi⁹: ſed oſtẽditur
ꝙ eſſentialitas rei ſiue eſſe rei ſit bonũ tanq̃ꝫ ha-
bens bonitatẽ ſibi ãnexã ideo. ſ. qm̃ quodlibet bo
num ductiuũ eſt ad primã bonitatẽ vel imitatiuũ
primi boni alio modo ⁊ hoc bene recipit magis et
minus. ſed eſſe non recipit magis vel minus. vnde
patet ꝙ ſicut non eſt idem eſſe et eſſe album. ita
non idem eſſe ⁊ eſſe bonũ. ¶ Ad ſcd̃o obiectũ di- Ad ſcd̃m.
cimus ꝙ nõ valet hec argumẽtatio. Eadẽ eſt cau
ſa quare ſumus. ⁊c. qm̃ ſimiliter poſſet probari ꝙ
omnia ſunt vnũ quia habent vnã cauſam ſcꝫ deũ.
ſicut enim dictum eſt in prima cauſa verũ ꝙ eſt ab
eodem ſecundum idem ſunt diuerſa..

¶ Que differentia eſt inter bonum ⁊ verum.

¶ Duodecima queſtio.

Queritur q̃ eſt differẽtia int̃ bonũ ⁊ verꝫ
Boeti⁹ dr̃. Bonũ eſt qđ ab oĩb⁹ deſide Boetius.
rat̃. qm̃ aũt nõ diligit̃ vł deſiderat̃ niſi
cognitũ. ſicut dr̃ Aug. ſeq̃tur ꝙ bonuꝫ Auguſtin⁹.
quod p ſe diligit̃ ⁊ naturalit̃ q2 per ſe naturaliter
ſit cognitũ. Et ideo dr̃ Aug. in octauo li. de trini.
ꝙ notio boni p ſe impreſſa ẽ in aĩab⁹ nr̃is. ¶ Inde Ar̃ ꝙ non
ſic. Bonuꝫ eſt qđ deſiderat̃ ab oĩbus ſiue qđ oẽs differunt.
exoptant. g̃ idẽ eſt bonũ ꝙ quietatiuũ deſiderij ſi
ue quod in ſe quietat deſideriũ. ſed ꝯſtat ꝙ intelle
ctus nr̃ quieſcit in prima v̾itate ſiue in prima luce
ſicut affect⁹ in prima bonitate. ¶ Item cõſtat ꝙ Secundo.
cuius eſt quies ei⁹ eſt motus ad quietẽ: ſed motus
ad quietẽ eſt deſideriuꝫ. g̃ cuius eſt quies ĩ prima
veritate eius eſt deſideriũ prime veritatis. ſed cõ
ſtat ꝙ quies in prima veritate non eſt niſi deſideri
um intellectus. ergo deſideriũ prime v̾itatis in-
q̃ꝫtum eſt prima veritas eſt deſideriũ intellectus
ergo prima veritas inq̃ꝫtũ prima veritas eſt quie
tatiua deſiderij. g̃ inq̃ꝫtũ eſt prima v̾itas eſt bonũ
ergo amor prime v̾itatis inq̃ꝫtũ eſt prima veritas
eſt amor primi ſiue ſummi boni. ſꝫ amor ſummi bo
ni nihil aliud eſt ꝙ̃ caritas: ſed conſtat ꝙ caritas
eſt in vi ꝯcupiſcibili: g̃ amor p̃me v̾itatis inq̃ꝫtũ ẽ
prima v̾itas eſt in vi ꝯcupiſcibili. g̃ deſideriũ p̃me
veritatis inq̃ꝫtũ eſt prima v̾itas eſt in vi ꝯcupiſci
bili: non g̃ in intellectu. qđ tñ prius pbatum eſt.
¶ Item bonũ dicit̃ tripliciter. ſcꝫ bonũ delecta- Tertio.
bile: vt deus. bonũ honeſtũ: vt virtus ⁊ op⁹ virtu
tis. bonũ vtile: vt tribulationes mundi ⁊ oĩa alia

Ayuntamiento de Madrid

que ſunt vtilia ad habēdū ſummū bonū. Inde ſic:
Pꝛima ꝟitas eſt illud ĩ quo delectatur intellectꝰ
ſꝫm ꝙ eſt pꝛima veritas. ğ pꝛima veritas ſꝫm ꝙ pꝛi
ma veritas ē delectabile. Intellectus ergo ſꝫm ꝙ
pꝛima veritas eſt: eſt bonū. ğ amoꝛ pꝛime ꝟitatis
Queſtio. ſꝫm ꝙ pꝛīa veritas ē amoꝛ ſūmi boni. ⁊ inde vt pꝛiꝰ
❡ Foꝛte dicet ꝙ amoꝛ boni dupliciter accipitur.
qm̄ pꝛimo dꝛ amoꝛ boni ille amoꝛ quo aliquis deſi
derat frui cognitione ſummi boni. ſcḋo modo dici
tur amoꝛ boni quo aliq̄s deſiderat frui ip̄o bono.
Scḋm ſecūdū modū amoꝛ boni idē eſt ꝙ caritas
ſed ſꝫm pꝛimū modū eſt in intellectu amoꝛ ſcꝫ pꝛi=
ꝯtra hāc aſ me ꝟitatis. ⁊ eſt de ſubſtātia fidei. ❡ Cōtra. In=
tellectus delectatur in pꝛima ꝟitate per fidem: ğ
eius deſideriū eſt delectari in pꝛima ꝟitate. ergo
amoꝛ pꝛime veritatis eſt amoꝛ quo intellectus de
ſiderat delectari in pꝛīa ꝟitate: ⁊ ita in ip̄o bono.
Secundo. et ita nulla eſt pꝛecedēs diſtinctio ❡ Pꝛetea. Si
alius eēt amoꝛ quo aīa deſiderat delectari ĩ ſum=
mo bono: ⁊ alius quo deſiderat delectari ĩ cogni=
tione ſummi boni. ergo eadē rōne alius eſt amoꝛ
quo deſiderat aīa delectari in ſummo bono: et ali
us quo deſiderat delectari in amoꝛe ſummi boni.
quod pꝫ eē falſum. qm̄ eodē modo quo diligo pꝛi
mum bonū diligo eiꝰ caritatē et frui amoꝛe eius.
Solutio. ergo a ſimili eodē amoꝛe quo diligo pꝛimā verita
tem: diligo cognitione eiꝰ. ❡ Qḋ concedimꝰ di=
Nota dupli centes ꝙ pꝛimū bonū. i. pꝛimū delectabile qḋ de
cē delecta= us eſt: ē delectabile duobꝰ modis. Pꝛimo modo
tionē de ḋo ſꝫm ꝙ eſt lux illūinās delectabilis ē intellectui ꝑ
modū viſus ſiue ꝑ modū cognitiōis. et talis dele=
ctabilis amoꝛ vt dictū eſt: ē de ſubſtātia fidei. Se
cūdo modo ē deꝰ delectabilis inq̄ꝫtū ſuauis dele=
ctans ſiue deliciās ſꝫm affectū ſiue vim cōcupiſci
bilē ꝑ modū tactꝰ. ⁊ ſꝫm hoc amoꝛ ſūmi boni ē cari
tas. ⁊ ſicut maioꝛē dilectio in tactu q̄ꝫ in alio ſen=
ſu: ita maioꝛ eſt dilectio in caritate q̄ꝫ ĩ alijs virtu
tibus. ⁊ ideo magis mouet animaꝫ ab bona ope=
Adrōnes. ra q̄ꝫ alia virtꝰ: ⁊ ideo potius attribuitur ei ĩfoꝛma
ꝯtra hāc ſo tio operū exterioꝛū: q̄ꝫ alij virtuti. ❡ Per hoc pꝫ
lutionē aſ. ſolutio ad ꝓobiecta Sꝫ ꝯtra hāc ſolutionē ſic obij
citur. qꝛ ſi ē vna virtꝰ que delectat aīam in deo ꝑ
modū viſꝰ ſpūalis ſcꝫ fides: ⁊ alia q̄ delectat aīaꝫ
per modū tactꝰ in deo ſpūalis ſcꝫ caritas. eadē rō
ne eſt vna virtus q̄ delectat aīam in deo ꝑ moduꝫ
auditus ſpūalis: alia ꝑ modū olfactus: alia ꝑ mo
dum guſtꝰ. ⁊ ita ſꝫm q̄nq꜄ ſenſus ſpūales erūt q̄nq꜄
Solutio. virtutes thelogice. ⁊ conſtat ꝙ nō ſunt niſi tres.
❡ Ad hoc dicimꝰ ꝙ amoꝛ ē in qualꝫ ꝟtute vt poſt
dicetur: ⁊ amoꝛ cognitiōis pꝛime ꝟitatis fidei eſt
amoꝛ aūt ſūmi boni inq̄ꝫtū bonū: caritatꝭ. nec di=
cimus ꝙ dilectio ē ſꝫm tactū ſpūalē ſicut caritas:
ſed eſt finis motꝰ caritatis. eodē modo dilectio q̄
eſt in guſtu vel odoꝛatu ſpūali nō ē caritas: ſed fi=
Deſideriū nis motus carita. eodē modo intelligēdū eſt de vi
duplex. ſu ſpūali. ❡ Dicimꝰ ğ ꝙ deſideriū cognoſcēdi de
um eſt intellectꝰ fidei: ſꝫ deſideriū delectādi ĩ deo
vel per modū viſꝰ / vel odoꝛatꝰ / vel guſtus / vel ta
ctus: caritatis eſt. hoc ei eſt deſideriū boni ſꝫm ꝙ
bonū. idē delectabilis inq̄ꝫtū delectabile. Vtrū
autē ſunt quinq꜄ ſenſus ſpūales et ſꝫm eos quinq꜄
virtutes theologice inferiꝰ patebit in q̄ſtione de

frui ⁊ vti. ❡ Qꝫ hec ſolutio ſit vera pōt videri in Hec ſolutō
in deſiderio coꝛpali. qꝛ deſideriū delectādi in de= ꝯfirmatur.
lectabili ſenſibili eſt in vi ꝯcupiſcibili: ſed delecta
tio que ē finis illius deſiderij ē in ſenſu. Pꝫ etiaꝫ
ꝙ idē ē verū ꝙ bonū. ſꝫ verū dꝛ inq̄ꝫtū eſt finis in
tellectus ſiue ſpeculationis: bonū vero inq̄ꝫtū eſt
finis deſiderij et actionis. vnde Ariſt. in libꝛo de ariſtoteles
anima. idem eſt verū ꝙ bonū. ſed verū dicitur in=
q̄ꝫtum eſt ſine actu: bonū inq̄ꝫtū eſt cum actu.

❡ De ꝯtrarietate boni ⁊ mali. ❡ Queſtio. 13.

Queritur de ꝯtrarietate boni ⁊ mali. Sꝫ
pꝛiꝰ notādū ꝙ bonū dꝛ multipliciter. bo
num ꝑ eſſentiā vt deus. bonū ꝑ partici=
Iterum tri patione: ⁊ hoc tripl̄r. Pꝛio modo dꝛ bo=
plex bonū. num nature ſꝫm illud Vidit deꝰ cūcta q̄ fecerat et
erāt valde bona. Scḋo modo bonū in gn̄e. ſꝫm ꝙ
ire ad eccl̄iam eſt bonū. Tertio mō bonū grē. ſꝫm
ꝙ virtutes ⁊ oꝑa ꝟtutū ſunt bona. Bonū ꝑ eſſen
tiam non hꝫ ꝯtrariū. qm̄ nichil ē ſumme malū vt
dictū eſt alibi. Silr̄ bonū nature nō hꝫ cōtrari
um. qm̄ malū culpe non pōt eſſe niſi in bono ⁊ cuꝫ
bono nature. Silr̄ bonū in gn̄e non hꝫ ꝯtrariū
Bonū grē qm̄ bonū in genere bn̄ patiť ſecū malū culpe: ſed
hꝫ ꝯtrariū. bonū gratie habet ꝯtrariū. qm̄ virtꝰ et viciū ſunt
ꝯtra hoc aſ contraria: vel ſe habent vt ꝯtraria. qm̄ ſeſe expel=
ꝑ auguſti. lunt mutuo circa ideꝫ ſuſceptibile. ❡ Cōtra hoc
ſic obijcitur. Aug. dicit ꝙ malum ē pꝛiuatio boni
quare maluꝫ non pōt eē niſi in bono. vn̄ qui dicit
hoīeꝫ malū. dꝛ bonū malū Et dixit ꝙ hic fallit re
gula dialetice. qm̄ hic contingit ꝯtraria eē in eo=
dē. qḋ eſt ꝯtra regulā conſtat ꝙ non dicit hic niſi
de bono nature: ergo bonū nature et malū ſūt cō
traria. quod pꝛiuꝫ dictū eſt eſſe falſum. ❡ Item Scḋo per
Aug. dicit ꝙ bonū ⁊ malū ſunt ꝯtraria. ergo poſi eundem.
ta ſub eodē gn̄e maxime a ſe differunt. ğ bonum ⁊
malum ſunt in aliquo gn̄e. ſed hoc eſt falſuꝫ. qꝛ di
cit ꝙ bonū ⁊ malū non ſunt in gn̄e: ſed ſunt gene=
Tertio. ra alioꝛū. ❡ Pꝛetea. Bonū idem eſt ꝙ virtus que
eſt qualitas mētis bene cōſtitute malū. idem eſt
ꝙ vicium qḋ eſt habitus mētis male cōſtitute. et
ita virtus ⁊ viciū ſunt habitus. ⁊ ita bonū ⁊ malū
ſunt qualitalitates: ergo ſunt in genere ğ Ariſto.
Quarto. mentitur. ❡ Itē virtus eſt mediū inter duo vicia
ſcꝫ ſuꝑfluitatē et indigentiā: ergo virtꝰ non eſt al
terum extremoꝛū: ğ nō ē contraria vicio. nō ergo
Solutio. bonū et malum ſunt ꝯtraria. ❡ Solutio. Dicimꝰ
ꝙ malū culpe ⁊ bonū nature nō ſunt cōtraria: q̄a Malū cul=
cōpatiunť ſeſe in eodē ſubiecto: ſꝫ dicunť ꝯtraria pe ⁊ bonuꝫ
ꝓpť contrarios fines. qm̄ natura ē ad eundem fi nature non
nem ad quem gratia. quia grā eſt ꝑfectio nature. ſūt ꝯtraria
qm̄ gratia tēdit ad beatitudinē: viciū ad miſeriā. niſi ꝓpť cō=
Pꝛopter ꝯtrarios igitur fines dicunť ab auguſti= trarios fi=
no contraria: malū culpe ⁊ bonum nature. ⁊ ideo nes.
dicitur ibi fallere regula dialetice. qm̄ in natura=
libus non eſt īuenire aliq̄s qualitates habere cō
trarios fines niſi ſint ꝯtrarie. ſed qm̄ bonū nature
et malū culpe nō ſunt ſub eodē ꝑimo genere. bo
num eñ nature nō eſt in aliquo gn̄e. ideo licet re=
pugnent ſibi ꝑ cōtrarietatē finiū: nō tñ repugnāt
Malū cul= ſibi maxime. ſed malū culpe ⁊ bonū gratie maxie
pe ⁊ bonum ſibi repugnāt: qꝛ ſunt ſub eodē gn̄e ⁊ habēt cōtra
et gratie. rios fines. Qḋ autē dicit Ariſt. ꝙ bonū ⁊ malum

Ad ariſto= telem. non ſunt in genere. ſic eſt intelligendū .i. non ſunt
ſub aliquo gñe ꝯtrarietatis. ſed ſunt qđdā pꝛimū
genꝰ ꝯtrarietatꝭ ſub q̄ cōtinētur multe ſpēs cōtra=
Ad tertiū. rietatū: vt iuſtū. iniuſtū. ꝛ ſimilia. ¶ Ad tertio obie
ctum dicimꝰ ꝙ virtus eſt media inter vicia in ſe cō
tenta: vt largitas inter ꝓdigalitatem ꝛ auariciā:
iuſticia inter auſteritatē ꝛ remiſſionē. ꝛ ſiliter ce=
tere ꝟtutes medie inter viciū ſupfluitatis ꝛ vici=
um indigētie. tñ oīs virtus extremū eſt reſpectu
gñis quod ꝯtinet duo vicia ꝯtraria circūſtantia il
lam virtutē. vt iuſticia eſt ꝯtraria iniuſticie ſm ꝙ
Quelꝫ ꝟtꝰ ē medietas ꝛ extrimitas continet auſteritatē ꝛ remiſſionē ſiue puſillanimi
tatē. Eodē modo intellige de qualꝫ alia ꝟtute qđ
eſt mediū ꝛ extremū: ſꝫ nō reſpectu eiuſdē nec ſm
idem. qm̄ ſicut đt Ariſto. in ethica. virtꝰ ꝗtuꝫ ad
perfectum ꝛ bonū eſt extremitas. quoniā ſm hoc
contraria vicio qđ diminuit bonū aīe. ſm aūt ꝙ
quid eſt. i. ſm eē diffinitiuū mediatas. qm̄ ſm ꝙ ꝑ
ficit animā in bono eſt extremitas: qm̄ ſm hoc eſt
contraria vicio: qm̄ diminuit bonū aīe. ſm aūt ꝙ
quid eſt id eſt ſm eſſe diffinitiuū eſt mediatas. qm̄
ſcđm ꝙ ordinat et adducit actiones in mediū per
circunſtātias debitas excludēdo ſupfluitatē ꝛ in=
Quō ꝟtꝰ ē in medio. digentiā: ſm hoc eſt mediatas. ꝛ hoc eſt eius eſſe
diffinitiuū vt ſtatuat actiones in medio. vt patꝫ ꝑ
diffinitionē poſitā ab Ariſto. q̄ talis eſt. Virtꝰ eſt
habitus volūtariꝰ i mediate exiſtēs quo ad nos. i.
exiſtens i mediate ꝑſonari: nō i mediate rei. Itē
ſuper illud Geñ. Vidit deꝰ cuncta q̄ fecerat ꝛ erāt
Auguſtinꝰ ſup geñ. valde bona. dicit Aug. ꝙ malum etiam bonū eſt
in vniuerſitate bene ordinatum. ¶ Contra. Aut
ꝯtra dictuꝫ auguſti. ar̄. Aug. ponit hoc nomē bonū in eadē ſignificatiōe
in qua ſumit̄ in textu: aut ī alia. Si in eadē. ſed cō=
ſtat ꝙ in textu ſumit̄ ꝓ bono nature: ꝫ malū eſt bo
num nature. qđ ptꝫ eē falſum. Si in alia nichil eſt
igitur dictū qđ dicit Augu. ſicut nichil eſt dictu:
Solutio. omnis hō ē albꝰ. aſinus quoqꝫ eſt niger. ¶ Solu
tio. Dicimus ꝙ nec pꝛorſus in eadē nec pꝛorſus ī
alia ſignificatione accipit̄. qm̄ bonū nature ideo
dicitur bonū: qm̄ per ſe vtile eſt ad ſummū bonū.
ſed malū eſt vtile nō per ſe vel ex ſe: ſed ꝑ aliud. et
ita nō pꝛorſus in eadē ſignificatiōe accipit̄ pꝛopt
hāc differētiā ex ſe ꝛ per ſe. nec pꝛorſus ī alia. qm̄
vtrobiqꝫ ponitur vtile. Eſt eñ malū bonū vtile nō
per ſe: ſꝫ per aliud ſcđm ꝙ eſt bene ordinatū in vni
uerſitate rerum. qm̄ ordinatum eſt in inferiori lo=
co: vilificatione/ abiectione/ oppꝛeſſione. Vñ dñs
Expō dicti Iſaie. per Iſaiam. Celum michi ſedes eſt: terra aūt ſca
bellum pedū meoꝝ. Terra. id eſt pctōꝛes qui nō
diligunt niſi terrena: ſunt ſcabellū pedū meoꝝ. qꝛ
eos de pꝛimo ꝛ ꝯculco. Vñ in Euāge. Pꝛoijcite
eos in tenebꝛas exteriores. Igitur ex hoc ꝙ ma=
lum ponit̄ ordinate in loco īferiori in vniuerſitate
rerum ꝑ vilificationē ꝛ abiectionē magis relucet
bonitas dei. qm̄ malū qđ eſt male ordinatū in ſe:
bñ ordinatur in pena. vñ credibile ē ꝙ diabolꝰ ſe=
Dictū boe= cij. det ī inferno in ſuo loco: vt gēma in auro. ¶ Itē
boetius đt. Bonū non eſt cauſa mali: ſꝫ malū ē cā
Auguſtinꝰ ꝯtra illđ ar̄ boni. Hoc idē dicit Augu. Bonū eſt malū fieri: ſꝫ
non eſt malū bonū fieri. ¶ Cōtra. Malū non eſt
cauſa boni niſi ꝑ occaſionē. qm̄ impoſſibile eſt ꝙ
vnū ꝯtrarioꝝ ſit ꝓpꝛie cā alteriꝰ. nec ꝑ ſe eſt cau=
ſa boni: ſed per aliud ſcꝫ ꝑ hoc ꝙ hō ꝯſiderat eius
vtilitatem ꝛ eiꝰ nocumētū. ſꝫ eodē modo bonū eſt
cauſa mali per occaſionē. qm̄ occaſione boni orit̄
ſupbia. ergo ſicut malū eſt cauſa boni: ita bonū ē
cauſa mali. ꝛ ſicut eſt bonū malū fieri: ita eſt ma=
lū bonū fieri. ꝛ ita mētit̄ vterqꝫ ſcꝫ boetiꝰ ꝛ Aug.
¶ Solutio. Malū eſt vtile tribꝰ modis. Pꝛio per Solutio.
ſuā ordinationē: vt dictū eſt. Scđo ꝑ ſuā coactio Malum tri
nem qua cogit hoīem exire a pctō ſuis amaritudi plicit ē vtile
nibus ꝛ miſerijs: Vnde Hiere. Arguit te malicia
tua: et auerſio tua increpabit te. Et ī exodo. egi=
ptij cōpellebāt filios iſrael exire de egipto. Illa
coactio vtilis erat nō inꝗtū mala: ſed inꝗtū coa
ctio. ſicut actio iudeoꝝ nobis fuit vtilis non inꝗ=
tum mala fuit: ſꝫ inꝗtum effecit nobis mel dñice
paſſionis. ſicut đr in pſalmo de eis. Circūdedert Dictū pſal=
me ſicut apes. Vñ pōt eis dici. Si vos nō vobis miſte.
mellificatis apes. Tertio modo malū ē vtile ꝑ cō
ſiderationē. qꝛ ex eo ꝙ hō conſiderat malū: ꝑficit
naturaliter. qm̄ ſinderesis deteſtat̄ naturalit̄ ma=
lum. Vñ ꝓpter duas cauſas vltimas ptꝫ ꝙ malū
eſt naturalit̄ cauſa ſiue occaſio boni. bonū ꝟo nō
eſt occaſio mali niſi per defectū. ¶ Itē diabolus Iterum ar̄.
eſt melioꝛ naturali bonitate ꝗ̄ iſte hō pctōꝛ. ꝛ neu
ter eſt bonus niſi bonitate naturali. ꝫ diabolus ē
ſimpliciter melioꝛ iſto hoīe. ¶ Cōtra. Diabolus ꝯtra hoc ar̄
habet maiꝰ pctm̄ ꝗ̄ iſte hō. ergo ē peioꝛ ꝫ eſt me=
lioꝛ ꝛ peioꝛ eodē. ¶ Ad hoc dicunt qdā ꝙ diabo= Solutō ſm
lus quo ad quid eſt melioꝛ. quo ad quid peioꝛ. ſili= aliquos.
ter et hō. Sed ꝯtra. Iſte hō pōt eſſe ſimilis deo/ ꝯtra hāc ar̄
diabolus nō: ꝫ iſte hō ſimplr̄ eſt melioꝛ diabolo. Solutio do
¶ Qđ concedimꝰ dicēdo ꝙ hec eſt falſa. diabolꝰ ctoꝛis.
eſt melioꝛ iſto hoīe naturali bonitate. qm̄ licꝫ dia
bolus habet potentiā cognoſcēdi deū. ꝛ delectā=
di in deo tamen non habet habilitatē ad hoc. qm̄
in eo ex toto extincta eſt. ſed iſte hō habet illā ha
bilitatem ꝛ ꝓpter hoc ſimpliciter eſt melioꝛ dia=
bolo: licet diabolus quedā naturalia indifferen=
tia habeat melioꝛa illo hoīe: vt habilitatē cogno
ſcendi naturas rerū et ſimilia.

¶ De bono ꝛ malo in genere.

¶ Queſtio decimaquarta.

Dicendū eſt de bono in genere ꝛ malo in
genere. qm̄ pꝛiꝰ dictū eſt de bono ꝑ eſſen
tiam ꝛ de bono nature. hic de bono in ge
nere. Poſtea dicet̄ de bono gratie: ſcilꝫ
de virtutibus. pꝛimo dicendū de bono in genere
quid ſit. Scđo vtrum omnia bona virtutū ſint eq̄
bona in genere. Tertio vtrū virtꝰ ſit melioꝛ in ge
nere ꝗ̄ ſuus actꝰ vel minus bona vel eque. Quar
to de malo in genere.

¶ De pꝛimo articulo. Quid ſit bonū in gñe.

Circa pꝛimū articulū ſic obicit̄. dare ele=
moſinā ē bonū in gñe ita dicit̄ ꝯmuniter
¶ Sꝫ ꝯtra. qdā datio elemoſine ē mala. In oppm̄
vt q̄ fit inanis gl̄ie cauſa ꝫ dare elemoſi=
nā non ē generalit̄ bonū: ꝫ nō eſt bonū ¶ Pꝛeterea Secundo.
dare elemoſinā pōt eē bonū ꝛ pōt eē malū: ergo ē
indifferens: ꝛ nō ꝫ eſt bonum in gñe. Eodē modo
pōt pꝛobari ꝙ interficere hoīem nō eſt malum in Cōfirmat̄.
genere per duo argumēta ſimilia ¶ Tertio etiā Tertio.
argumētatio pōt oſtēdi. qm̄ hoc ipſuꝫ interficere

Ayuntamiento de Madrid

hoīem nō habet diffoꝛmitatē ſibi annexā. qm̄ nul
la diffoꝛmitas intelligit̄ in hoc qm̄ pōt fieri iuſte
ergo hoc ip̄m interficere hoīez nō eſt malū in ſe:
Solutio. ergo nō eſt malū in genere. ¶ Solutio. bonū in
genere duobus modis accipit̄. Pꝛimo modo dici
tur bonū in genere qđ ſcđm ſe habet gn̄aliter ſibi
annexā bonitatē et ex neceſſitate vt habere cari=
Bonū etiā gn̄e duplex. tatē. Scđo modo dr̄ bonū in genere qđ i ſe ⁊ quā
tum in ſe eſt. gn̄aliter eſt bonū niſi aliqua circun=
ſtantia defoꝛmans ipſum extrinſecus adueniat ⁊
ſcđm hoc dare elemoſinā eſt bonū in genere. di=
cimus igitur ꝙ ſcđm pꝛimū modū aliqđ eſt bonū
in ſe ⁊ ſcđm ſe. vt habere caritatē. ſed ſcđo modo
Malum ex gn̄e duplex. aliquid eſt bonū in ſe ⁊ nō ſcđm ſe. vt dare elemo
ſinā. Similiter dicim⁹ ꝙ malū in genere duobus
modis dicitur. ſcđm pꝛimū foꝛnicari eſt malū. ſe
cundū ſecūdū modū interficere hoīem eſt maluz
in genere. qm̄ eſt in ſe malū vniuerſaliter ſed non
Ad pꝛimū. ſcđm ſe. ¶ Hec igitur argumētatio dare elemoſi
nam gn̄aliter eſt bonū: ergo nō eſt bonū in gene=
re. neceſſaria eſt ſcđm pꝛimū modū. ſed nō valet
ſcđm ſcđm modū. eſt etiā dare elemoſinā indiffe=
rens ſcđm pꝛimū modū. qm̄ nec ē bonū gn̄aliter.
et ex neceſſitate nec eſt malū gn̄aliter et ex neceſ
ſitate. nec eſt bonū ſcđm ſe nec eſt malū ſcđm ſe.
ſed ſcđm ſcđm modū dare elemoſinā eſt bonū in
gn̄e ⁊ nō indifferēs ꝑ hoc pꝫ ſolutio ad p̄obiecta.

¶ Utrum omnia opera virtutum ſint eque.

¶ Queſtio decimaquinta.

Queritur vtrū oīa opa virtutū ſint eque
Af ꝙ ſic. bona in genere. ¶ Pꝛobatur ꝙ ſic. qm̄
oēs virtutes ſunt eque bone in genere.
Unde in apoca. latera ciuitatꝫ ſūt equa
lia. i. virtutes qm̄ homo nō eſt magis bonus vna
virtute q̄ꝫ alia. Cū ergo virtutes ſint eque bone:
Secundo. opera virtutū ſunt eque bona in genere. ¶ Pꝛe=
terea opera virtutū nō habent bonitatē niſi a vir
tutib⁹: ergo ſicut virtutes ſūt eque bone in gene=
Tertio. re ita opera virtutū. ¶ Itē opa mala meritoꝛia
moꝛtis eterne ſūt eque mala in genere. niſi circū
ſtantia impediat. per circūſtantias eñ pōt min⁹
malū equiparari maioꝛi malo i genere. vt aliqua
foꝛnicatio pōt equiparari adulterio ꝑ aliquā cir=
cunſtantiā: ergo a ſimili per cōtrariū omnia ope
ra meritoꝛia vite eterne ſūt eque bona in genere
niſi circūſtantia impediat qm̄ cōſtat ꝙ circūſtan
tia nō impedit qm̄ circūſtātia nō facit ad meritū
ſed ſola radix caritatꝫ: ergo oīa opa meritoꝛia vi=
Quarto. te eterne ſunt eque bona in gn̄e. ¶ Itē oēs v̄tu=
tes ſūt eque bone in genere. qm̄ faciunt eque di=
gnos vita eterna: ergo eadē rōne oīa opa virtu=
tum ſūt eque bona in genere. q2 ſūt eque merito=
Quinto. ria vite eterne. ¶ Itē. ſicut ſe habet aliqua virt⁹
ad ſuū actū. ita ſe habet alia virtus ad ſuū actuz:
ergo permutatim ſicut virtus ad virtutē. ita act⁹
ad actū. ſed ita ſe habet virtus ad virtutē. q2 ſunt
eque bone in genere ꝗ actus ita ſe habet ad actū
In oppm̄. ꝙ oēs ſūt eque boni in genere. ¶ Cōtra. ergo il=
le qui dat vnū nūmū facit a deo op⁹ magnū ſicut
qui dat centū marcas ꝓpter deū: ergo dare cētū
marcas pꝛopter deū ⁊ dare vnū nūmum ſūt eque
bona in genere. Inde ſequitur ꝙ dare ſolū nūmū

et vendere oīa que habet quis ⁊ dare pauperib⁹
ſunt eque bona in genere: qđ patet eſſe falſū. Itē
Secundo. apoſtolus dicit: maioꝛ hoꝛū eſt caritas: nec intel
ligitur ꝙ caritas ſit maioꝛ aliis virtutib⁹ diutur=
nitate tm̄ ſꝫ tantū quātū magis contingit deo et
plus facit delectari in deo q̄ꝫ alia virtus: ergo ma
gis facit frui deo q̄ꝫ alia virtus: ergo magis ē bo=
na q̄ꝫ alia virt⁹. nō ergo oēs virtutes ſūt eque bo
Tertio. ne in genere: ergo nec opera virtutū. Itē ſicut di
cit apoſtolus: pietas habet ꝓmiſſionē vite que ē
nunc et future qđ nō habet alia virtus: ergo ma=
gis bona nō. ergo oēs virtutes ſūt equales nō er
go oēs virtutes ſūt eque bone i genere: ergo nec
Ad pꝛimū. opera. ⁊c̄. Ad pꝛimū dicim⁹ ꝙ hec argumentatio
nō valet. bona opera virtutū nō habēt bonitatē
niſi a virtutibus ergo. ⁊c̄. ⁊ hoc ideo cōtingit. q2
ex eadē virtute manēte in eadē intentiōe poſſunt
exire opera magis intenſa et minus intenſa ſcđm
diuerſa cooperantia. qm̄ opa meritoꝛia nō tantū
modo valent ad vitā eternā immo habent tripli=
cem vtilitatē. qm̄ ſūt meritoꝛia vite eterne ⁊ ſunt
meritoꝛia augmēti gr̄e: ⁊ ſūt meritoꝛia dimiſſio=
nis pene debite pctō nec eſt ſimile de operib⁹ de
meritoꝛiis qm̄ illa non ſunt meritoꝛia niſi moꝛtis
eterne tantū. ⁊ ideo nō valet hec argumentatio.
Opa mala eque meritoꝛia moꝛtꝫ eterne ſūt eque
mala in genere: ergo oīa opera bona eque merito
ria vite eterne ſūt eque bona in genere. qm̄ mala
opera nō ſūt meritoꝛia niſi vnius: ſed bona opera
Aliter dicit. ſunt meritoꝛia triū vt dictū eſt. Dicimus tamen
ꝙ omnia opa virtutū inquātū ꝓcedūt ab equali=
bus virtutibus vel ex eadē virtute ſūt eque bona
in genere naturali. licet nō in genere foꝛmali. ſcꝫ
ſūt eque bona inquātū opa meritoꝛia ex eadē ra=
dice procedētia. qm̄ ſcđm hoc ſūt meritoꝛia equa
lis gloꝛie: ſꝫ inquātū talia opera magis infoꝛmā=
tur per bonas circūſtantias. vt dare centū mar=
chas ꝓ deo. edificare cenobia. dare oīa pꝛopter
deum. ſcđm hoc ſunt magis bona in tali gn̄e foꝛ=
mali queritur in gene minus foꝛmato. qm̄ magis
ſunt vtilia. ſunt eñ vtilia ad augmentū gratie et
ad maioꝛē dimiſſionē pene q̄ꝫ opera minus foꝛma
ta. qm̄ dare. c. libꝛas pꝛo deo magꝫ eſt meritoꝛiū
⁊ augmenti gr̄e et dimiſſionis pene q̄ꝫ dare obo=
lum pꝛo deo. Simpliciter autē verū eſt ꝙ oēs vir
tutes ſunt eque bone in genere. qm̄ faciūt hoīem
eque dignū vita eterna ⁊ eque bonū. tñ vnomodo
Caritas q̄re melioꝛ. caritas eſt melioꝛ qm̄ magis cōiungit deo ⁊ ma=
gis facit delectari in deo. ſed hoc nō eſt de ſtren=
nuitate liberi arbitrij. ſed ex ratiōe finis qm̄ affe=
ctu caritatꝫ trahitur immediate a dulcedine ſiue
a ſuauitate dei. virtutes aūt ſequētes nō trahū=
tur ab vltimo fine niſi per aliū finē intermedium.
vnde pꝫ ꝙ ipſa magis cōiungit deo q̄ꝫ virtutes ſe
quentes. ⁊ etiā q̄ꝫ fides et ſpes quoniā ſūmū bo=
num mouet fidem ⁊ ſpem per modū eſtimationis
caritas aūt mouet per modū tact⁹ ſuauitate ſua:
qm̄ igitur in omnibus virtutibus eſt eadē ſtren=
Oēs v̄tutes ſūt eque bone in gn̄e. nuitas liberi arbitrij. ideo ſūt eque bone in gene
re qm̄ faciunt eque dignos vita eterna. licet vna
pꝛemineat in quodam alio. vt caritas in eo qđ di=
ctū eſt ⁊ pietas q̄ habet ꝓmiſſionē vite. que nunc

Ayuntamiento de Madrid

eſt future hoc enim habet pietas per quādā coa- ctioneꝫ quoniā iuſtum eſt. vt qui alium ſuſtentat in vita tempoꝛali ꝙ ſuſtentetur a deo in vita tem poꝛali. ſed hoc non facit ꝙ pietas ſit magꝭ bona alijs virtutibus. quoniam vita tempoꝛalis quaſi pꝛo nichilo habenda eſt. cum ſit vapoꝛ ad modi- cum parens.

¶ De motu virtutis. ¶ Queſtio decimaſexta.

Arḡ ꝙ ſic. Queritur vtrū motus virtutis ſit meli- oꝛ ſua virtute. pꝛobatio. virtus nō va let niſi ad btitudinē. ſ. qꝛ facit dignū vita eterna. ſꝫ opus virtutis valet ad tria. ſ. ad meritūꝫ vite eterne. ad aug- mētum gratie. ad meritum dimiſſionis pene eter ne: ḡ motꝰ ſimpliciter eſt vtilioꝛ q̄ꝫ ſua virtus: er-

Secundo. go ſimpliciter melioꝛ. ¶ Itē ſi aliqua duo ſūt bo na quoꝝ vno habito: habeť reliquū ⁊ nō ecōuer ſo. illud eſt magis eligendū quo habito. habeť. re liquū q̄ꝫ illď quo habito nō habeť reliquū. ſꝫ opꝰ virtutis et ſua virtus ſūt talia. quoniā habito mo tu virtutis hebeť ſua virtus et nō ecōuerſo: ergo actus virtutis eſt magis eligendus q̄ꝫ ſua virtus

Tertio. ergo melioꝛ. ¶ Itē regula eſt qď pꝛopinquius ē fini eſt magis eligēdū. ſed actus virtutis eſt ꝓpin quioꝛ fini. quoniā actu virtutis imediate cōiūgiť deo aīa virtute autē deo nō cōiūgitur niſi mediā te ſuo actu: ergo actus virtutis eſt magis eligen

Quarto. dus q̄ꝫ ſua virtus: ergo melioꝛ. ¶ Itē finis eſt me lioꝛ q̄ꝫ illud qď eſt ad finem. vnde homo eſt melioꝛ mūdo. qm̄ mūdus factꝰ eſt ꝓpter hoīem. Siliter actus virtutis eſt finis virtutis. qm̄ virtus eſt ad ſuū motū tanq̄ꝫ ad finē. ſicut caritas ad diligere deū: ergo actus virtutꝭ eſt melioꝛ ſua ꝟtute tāq̄ꝫ

Quinto. finis eo ꝙ eſt ad finē. ¶ Itē virtutꝭ actu fruimur deo ⁊ nō virtute: ergo actus virtutis melioꝛ eſt q̄ꝫ

In oppm̄. Secundo. virtus. ¶ Contra. Qď per ſe eſt magis eſt tale q̄ꝫ illud qď per aliud eſt tale. ¶ Item ꝙ natura tale magis eſt tale q̄ꝫ illud qď nō natura tale. Sed vir tus per ſe eſt bona ⁊ naturaliter. qm̄ bonū poniť in diffinitione virtutis. Diffinitur em̄ ſic a beato Aug. Virtus eſt bona qualitas mentis ⁊c̄. et ita virtus per ſe eſt bona: et natura eſt bona. qm̄ eſſe ſuo diffinitio eſt bona. Sed actus ꝟtutis ꝑ aliud eſt bonus: qꝛ a virtute habet ꝙ ſit bonus. ⁊ a cir- cunſtantijs quibus infoꝛmatur: ergo virtus ē ma

Tertio. gis bona q̄ꝫ ſuus actus. ¶ Itē ex virtute elicitur actus tanq̄ꝫ ex ſua cauſa: ergo ꝟtus dat ſuo actui vt ſit ⁊ vt ſit bonus: ergo dat ei ſuā bonitatē. Sed nihil pōt dare maius q̄ꝫ habeat. vt calidū nō po- teſt magis calefacere q̄ꝫ ſit calidū: nec lucidū po- teſt magis facere lucidū q̄ꝫ ſit lucidū: ergo actus virtutis nō habet maioꝛē bonitatē q̄ꝫ ꝟtus. ergo actus virtutis nō eſt melioꝛ q̄ꝫ ſua virtus. qď con

Solutio. Virtus me- lioꝛ eſt ſuo actu. cedimus. ¶ Dicimus. qm̄ oīs virtus melioꝛ ē ſuo actu ſimpliciter. qm̄ nichil eſt melius ꝟtute qua homo ſimilis eſt deo. Virtus enim dat ſuo motui bonitatē quā habet vnde accidentaliter hꝫ boni- tatē actus virtutis. Virtus autē ſubſtantialiter.

Ad pꝛimū. ¶ Ad pꝛimo obiectū dicimus ꝙ hec argumenta tio nō valet. Nulla virtus eſt vtilis niſi ad vnam ſcꝫ ad vitā eternā: ſed actus virtutis eſt vtilis ad tria pꝛedicta: ḡ actus melioꝛ virtute. qm̄ ꝙ actꝰ virtutis valet ad tria hoc habet a ꝟtute. licet tm̄ virtus nō valeat immediate niſi ad vnū illoꝝ triū Tamen ſimpliciter valet ad illa tria per motum

Ad ſcďm. quē elicit ex ſe. ¶ Ad ſcďo obiectū dicimꝰ ꝙ hec eſt falſa. Virtus ⁊ actus ſunt talia quoꝝ habito vno habeť reliquū. ⁊ nō ecōuerſo. imo ⁊ ecōuer- ſo. qm̄ habita virtute habetur motus virtutꝭ qm̄

Ad tertium placet homini. ¶ Ad tertiū dicimus ꝙ hec regu la Quod pꝛopinquiꝰ eſt fini ⁊c̄. manifeſte falſa ē Intelligenda eſt cuꝫ hac determinatiōe q̄ꝫtū ad hoc ſicut ⁊ illa. qď diuturnius eſt magis ē eligen dum. Hec em̄ manifeſte falſa eſt niſi ſubintelliga-

Ad quartū tur hec determinatio quo ad hoc. ¶ Ad quartuꝫ dicimus ꝙ hec ſiliter eſt falſa generaliter intelle- cta. Finis melioꝛ eſt. ⁊c̄. ſed vera eſt tm̄ vbi illud

Ad quintū. quod eſt ad finē nō facit ſuū finem. ¶ Ad vltimo obiectū dicimus ꝙ hec eſt duplex. Motu virtutꝭ fruimur deo ⁊ nō virtute. quoniā ſi iſte ablatiuus virtute notet cauſaꝫ foꝛmalē ſicut ⁊ iſte motu vir tutis vera eſt. Si efficientē falſa eſt. qm̄ et virtu- te ⁊ motu ꝟtutis fruimur deo. Sed aliter ⁊ aliter virtute effectiue fruimur deo. motu aūt foꝛmali-

Iterū arḡ ꝙ non ſūt ꝯpa rabiles. ter. ¶ Itē obicitur. Virtus ⁊ actus ſūt diuerſoꝝ generū. qm̄ virtus eſt de pꝛedicamēto qualitatꝭ. actus virtutis de pꝛedicamēto actionis: ergo vir tus ⁊ ſuus actus nō ſūt cōparabiles nec cōmen- ſurabiles. qm̄ quilibet regulatur ⁊ menſurať opti mo ſui generis vt oēs albedines regulātur ꝑ ac- ceſſum ad ſūmā albedinem. et oēs equi menſurā- tur in comparatione ad optimū equum. et ſic de alijs. ḡ cum virtus et ſuus actus non ſint ſub ali- quo genere nō habēt aliqď optimū ſui generis ꝑ quod regulentur vel menſurantur: ergo non ſunt comparabiles vel menſurabiles: ergo vtraq̄ꝫ iſta rū eſt falſa. Virtus eſt melioꝛ ſuo motu. motꝰ vir

Solutio. tutis eſt melioꝛ virtute ¶ Ad hoc dicimus ꝙ vir tus ⁊ ſuus motus non ſunt comparabiles ſecun- dum ſuā naturam pꝛopꝛiam et pꝛopꝛium genꝰ nō ſunt comparabiles ſecūdum hoc genus cōe. Bo num qď tamen nō eſt genus pꝛopꝛie. quoniam nō pꝛedicatur in quid. Non enim eſt vnū genus oīm nec pōt eſſe. Dicimus enim ꝙ bonuꝫ dicitur vni uoce de omnibus creaturis. licet quidā dicant ꝙ dicitur multipliciter ſicut ens. De creaturis eniꝫ dicitur. bonū. i. vtile ad pꝛimā bonitatem haben dam. Optima ergo bona regulantur ad optimo ſui generis. qď bonum ſpirituale qď eſt optimuꝫ inter omnia bona creata vt eſt intelligentia. qm̄

Bonum de deo ⁊ crea turꝭ quō dr̄. non pōt dici qď illud optimum ſui generis ſit de- us. qm̄ bonum dicitur equiuoce de deo et de cre- aturis. quoniam deꝰ nō pōt dici bonus. i. vtilis. In hoc tamen regulantur omnia bona per ſum- mum bonum: qꝛ q̄ꝫtomagis aliquid accedit ad ip- ſum. vel eſt vtile ad ipſum: tanto eſt magis bonū ⁊ hoc ideo cōtingit. quia q̄ꝫtomagis aliquid acce dit ad ſummū bonū tantomagis accedit ad opti- mum ſui generis. ⁊ econuerſo.

¶ De malo in genere.

¶ Queſtio decimaſeptima.

Queritur de malo in gn̄e ſic. Adultera- ri eſt maius malū in gn̄e q̄ꝫ foꝛnicari: et neutrū eſt infinitū malū. ergo vtrūq̄ꝫ ē

Ayuntamiento de Madrid

aliq̄tū malū. Querit̃ ergo vtrū aliquis pōt face
re preciſe tantū malū q̄tū malum eſt fornicari in
genere. Et eſt ſenſus hui⁹ queſtionis. Utrū aliq̄
ſingularis malicia pōt eſſe preciſe tāta q̄ta ē ma-
Arḡ ſic. licia ſui gn̄is. ¶ Q̄ ſ probat̃. qm̄ cū fornicari in
genere ſit aliq̄tū malū meritoriū eſt aliquāte pe
ne eterne. Sit ꝙ tante. Sed aliquis qui fornicat̃
meretur aliquātā penā. ⁊ pōt mereri minorē ⁊ ite
rum minorē. qm̄ pōt peccare minus ⁊ min⁹ qm̄ nō
poteſt aliquātū peccare: quin minus. qm̄ ſemper
pōt decreſcere volūtas peccādi: ergo tandē pōt
perueniri ad quātitatē tante pene. quanta eſt pe-
na debita malicie gn̄is. ⁊ ita aliq̄ particulariſ ma-
licia pōt eſſe tanta p̄ciſe quāta eſt malicia gn̄is.
Secundo. ¶ Beatus etiā petrus dicit in epiſtola canonica
ꝙ fideles fornicatores in generali iudicio maiora
patiētur tormēta q̄ gn̄ales iniqui. gn̄ales iniqui
appellantur illi quorū malicia tanta eſt: quāta ē
malicia generis in quo peccāt vt pagani. demon
ſtret̃ hic quidam paganus qui faciat ſimplicē for
nicationē. iſte pagan⁹ nō pōt min⁹ peccare q̄ pec
cat. qm̄ nulla ſcientia nullū donū ſpūſancti. nul-
lus alius ſacer locus nulla alia circunſtantia ag-
grauat eius peccatū: ergo preciſe tm̄ peccat quā
ta eſt malicia generis: ergo aliqua ſingularis ma
In oppm̄. licia eſt tanta quāta eſt malicia ſui gn̄is. ¶ Con-
tra. maior eſt malicia que eſt ex genere ⁊ circūſtā
tijs q̄ illa q̄ eſt ex ſolo gn̄e. ſed nullus eſt qui non
habeat circūſtantiā aliquā aggrauatiuā pc̄ti re-
ſpectu alterius qm̄ nullus ē ita ignorās quin ali⁹
poſſit eſſe magis ignorans: ergo nullus pōt pec-
care quin peccet magis q̄ ſit malicia illius gene
Opinio ali ris in quo peccat. ¶ Q̄ concedūt quidā dicen-
quorum. tes. ꝙ malicia generiſ ſe habet ad alias malicias
ſicut punctus ad lineā. dicūt em̄ ꝙ q̄libet ſingula
ↄtra hāc af ris malicia eſt in infinitū maior q̄ malicia ſui ge-
neris. ſed ex hoc ſequitur ꝙ aliqua circūſtātia ag
grauat in infinitū peccatum. ſed ꝙ hec ſolutio ſit
nulla. ꝓbatur: qm̄ peccatū per ſe ſcḋꝫ genus ſuū
eſt cōtra legē dei. vt ſciētia/ ſacer locus/ ⁊ huiuſ-
modi. ſed tm̄ in cōparatiōe ad pc̄tm̄ poteſt eē cō-
tra legē dei: ergo circunſtantia non in infinitum
augmentat pc̄tm̄ q̄ ſit in ſe: ergo malicia ſingula
ris que eſt ex genere ⁊ circūſtantijs proportiona
lis eſt malicie ſui generis. ¶ Preterea: ſit ꝙ iſte
Secundo. fornicetur ⁊ nulla ſit in eo circūſtātia aggrauans
pc̄tm̄. nulla ſcientia nullus ordo nō ſit in ſacro lo
co ⁊ ſic de alijs. pꝫ igitur ꝙ iſte peccat tm̄ q̄tuꝫ
pc̄tm̄ eſt fornicatio in gn̄e. ¶ Forte dicet ꝙ hoc
Euaſio. eſt impoſſibile ꝙ aliquis nō habeat circūſtantiā
aggrauantē pc̄tm̄. qm̄ rōnalis eſt creatura dei: et
hmōi. ¶ Sed hec ſolutio nulla. qm̄ iſta nō ſunt
ↄtra hāc af circūſtantie vel perſōe vel negotij ſiue attribu-
ta negocio. ſimiliter nō ſūt circūſtantie pſone. ſꝫpo
tius ſūt de ſubſtātia ipſius perſone. ¶ Preterea
Secundo. ꝙ homo eſt rōnalis hoc facit genus peccati. qm̄
ex eo ꝙ homo facit ↄtra rationē ſiue cōtra ius na
turale qḋ ſcriptū eſt in rōne ex eo peccat: ergo ꝙ
homo eſt rōnalis nō eſt circūſtantia aggrauans
pc̄tm̄. ſed eſt dignitas ſubſtātialis faciens pc̄tm̄.
ea autē dona que ſūt addita. ſ. ſupnaturalia ſunt
circūſtantie. vt fides/ ſpes/ caritas/ ſcientia/ ⁊ hu-
iuſmodi: que ſūt circūſtantie pſone ⁊ aggrauant
pc̄tm̄ nō faciūt gen⁹ pc̄ti. ¶ Propter has rōnes Solutio.
cōcedimus ꝙ aliqua ſingularis malicia eſt equa- Singulariſ
lis malicie generis. i. aliquis tm̄ peccat quātum malicia eq̄-
malū eſt fornicari in gn̄e ſcḋm ꝙ fornicari in gn̄e lis eſt mali-
intelligit̃ ipſū fornicari in ſe ſine additione circū- cie generis
ſtantie alicuius. ⁊ ſecundū hoc cōcedimus ꝙ for-
nicari in genere eſt aliquātū malū ⁊ aliquāte pe-
ne determinate meritoriū. fornicari tamē in gn̄e
pōt intelligi idē qḋ fornicari gn̄aliter cōſidera-
tum. ⁊ ſcḋm hoc fornicari in gn̄e nō eſt aliquantū
malū determinate nec dignū aliqua pena deter-
minata. ⁊ ſcḋm hoc nullus pōt tm̄ peccare quātū
fornicari eſt in gn̄e malū. qm̄ fornicari in genere Fornicari ī
nō eſt aliquātū malū determinate ſm̄ hoc. ſicut gn̄e duplici
homo in q̄tū homo nō eſt alicui⁹ determinate q̄- ter capitur.
titatis. ſed primo modo bene peccat aliq̄s tantū
q̄tū eſt malū fornicari in genere vt ille in quo nō
ē aliqua circūſtātia aggrauās pc̄tm̄. ¶ Per iſtā Ad primū.
diſtinctionē pꝫ ſolutio ad primo obiectū. qm̄ po
teſt eſſe aliqua malicia q̄ nulla circunſtantia ag-
grauet̃ vt malicia generis. licet poſſit eſſe minor
vt in illo in quo etiā naturalia diminuta ſunt per
pc̄tm̄. ¶ Ad ſcḋo obiectū dicimus ꝙ btūs petr⁹ Ad ſcḋm.
fornicatores vocat falſos chriſtianos qui habēt
aliquā grām aggrauantē. vt fidē informē vel alia
dona: licet informia. gn̄ales aūt iniquos vocat il
los qui nō habent aliquā gratiā aggrauantē pec
catū. ſed peccāt ſolo genere pc̄ti quibus maiora
tormēta patient̃ falſi chriſtiani qm̄ chriſtian⁹ ma
gis peccat in eodē genere pc̄ti q̄ pagan⁹. ¶ Ad Ad tertiū.
tertio obiectū dicim⁹ ꝙ hec eſt falſa. nullus eſt q̄
nō habeat circūſtātiā aggrauātē pc̄tm̄. imo mul
ti ſūt qui nullā circūſtantiā aggrauantē habēt. ſꝫ
multas diminuētes. ille vero ſolus qui eſſet in ſta
tu naturaliū mediocri ſi peccaret peccaret preci-
ſe tantū quātū malū eſt genus illius pc̄ti. ¶ Cō- Contra pre
tra predicta obicit̃. Aliquis fornicat̃ conſtat ꝙ dicta ar̄.
ipſe pōt minus velle fornicari ⁊ iterū minus ⁊ ſic
in infinitū ⁊ cōſtat ꝙ intentio volūtas eſt circun-
ſtantia pc̄ti ergo fornicari ſcḋm ꝙ eſt malū in ge-
nere nō ſe habet in aliqua ꝓportiōe ad fornicari
cū aliqua cūſtātia. ¶ Forte dicet ꝙ ſicut eſt albe Euaſio.
do aliqua ſine intentione ſic eſt aliqua voluntas
fornicandi ſine intentiōe et illa ppriie eſt in gn̄e.
Sed probatur ꝙ nulla alia ſe habet ad illā in ali- ↄtra hāc af
qua ꝓportiōe qm̄ quātomagiſ aliqua ſuperior ac-
cedit ad ipſam tanto eſt magis remiſſa. ſed queli-
bet ſuperior in infinitū pōt aſcendere ad illā qm̄
regula eſt. ꝙ q̄cquid pōt accedere ad illud in infi-
nitū pōt accedere ad illud. ſi pōt ipſum cōtinge-
re: ergo illa minima eſt in infinitū magis remiſſa
q̄ aliqua ſuperior: ergo oīs malicia cū circūſtan
tia eſt in infinitū maior q̄ malicia generis quod
prius negatū eſt ⁊ improbatū. ¶ Solutio. regu-
la eſt ꝙ intentio ꝓprietatis vel naturalis vel gra Solutio.
tuite nō attendit̃ ſcḋm receſſū ab infinito gradu. Uñ attendit̃
ſed ſcḋm acceſſū ad ſupremū gradū. quilibet etiā tur intenſio
menſurat̃ optimo ſui generis. attendit̃ em̄ inten- ꝓprietatis.
ſio ꝓprietatis ſcḋm ad veri nois impoſitionē re-
miſſio autē attendit̃ ſcḋm receſſū a ſūmo nō ſcḋꝫ
acceſſū ad infimū. Uñ hec duplex quāto aliqua Hec eſt du-

plex. malicia magis accedit ad infimũ tanto eſt minor
ſi iſte dictiões tanto quãto dicãt exceſſiões gñã
liter vera eſt quia ſiliter accedit multũ eſt minor
ſi vero notent ꝓportionẽ falſa eſt. qm̃ ſequit ꝙ ſi
duplo magis accedit ad infinitũ eſt duplo minor
ſed ſi duplo magis accedit ad ſũmũ eſt duplo ma=
ior: tamẽ nõ cogimur dicere. ꝙ malicia generꝫ ſit
minima vt ptꝫ ex ꝑdictis: qm̃ aliqua ẽ minor vt ea
qua peccat aliquis in quo ſũt pauciſſime vel nul=
le circũſtantie aggrauãtes pctm̃. ſed multe dimi
Iterum ar. nuentes. ¶ Itẽ ſint hic duo laicus ꝛ ſacerdos et
in oibus aliis ſint pares et vterq₃ vult peccare.
inde ſic quãtũ vult iſte peccare. tm̃ peccat demõ
ſtrato laico. probatio. iſte peccat ex iſta volũta=
te et nõ ex alio ſit ita: ergo quãta eſt ei⁹ voluntas
tantũ eſt ei⁹ pctm̃: ergo prima. eodẽmodo de ſa=
cerdote. quãtũ vult iſte ſacerdos peccare tantum
peccat. qm̃ nõ vult peccare niſi ex iſta volũtate.
ſit ita. Cõtra in ſacerdote eſt circũſtantia aggra
uans pctm̃ ſcꝫ ſacerdotiũ. in laico nõ: ergo magis
Solutio. peccat ſacerdos q̃ꝫ laicus. ¶ Qd̃ cõcedimus di=
Hec eſt du= centes ꝙ hec eſt duplex. Quãta eſt volũtas hui⁹
plex. tantũ eſt eius peccatũ. qm̃ intenſio põt notari p
modũ materie vel per modũ forme. ſi per moduꝫ
materie ipſa eſt vera. qm̃ ſic cõparatur idẽ ſibipĩ
ſcꝫ volũtas volũtati. ſi per modũ forme falſa eſt
ita ꝙ fiat ꝯparatio vel collatio ipſius volũtatis
abſtracte ad ipam volũtatẽ cõcretã. i. ipſius vo=
luntatis ſecundũ ꝙ eſt voluntas hui⁹ volitĩ ad ſe
ipſam ſcd̃m ꝙ eſt pctm̃ ſine deformitate pcti de=
formata. ꝛ ſcd̃m hoc idẽ eſt ac ſi fieret collatio vo
luntatis ad difformitatẽ vt ſic diceret. quãtũ ẽ in
tenſa voluntas iſta tm̃ eſt mala. hoc aũt falſũ eſt
qm̃ nulla eſt collatio rerũ prorſus diuerſoꝝ gene
rum Sicut ſi diceretur quãtũ diſtat paſcha a pẽ
thecoſte tm̃ diſtat pariſius ab antiſiod̃. poſſet tñ
dici ita in vno ſenſu improprie hec volũtas ẽ ma
gis mala q̃ꝫ ſit intenſa. qm̃ ex pluribus cauſis eſt
mala q̃ꝫ ſit intenſa. qm̃ mala eſt ꝓpter intentionẽ
ſuã. ſ. q̃r eſt contra deũ ꝛ cõtra legem dei.

¶ De virtutibus et de ordine eorũdem.

¶ Secundum capitulum.

Oſt queſtiones ꝑambulas ad virtutes:
ſequit de virtutibus. de quib⁹ hoc ordi=
ne tractabim⁹. Primo de diffinitiõe vir
tutis. Secundo de diffinitione ſpecieꝝ
Auguſtin⁹ diffinit vir= tutem. virtutis. Auguſtinus ſic diffinit virtutẽ. Virtus
eſt bona qualitas mentis qua recte viuitur. qua
nemo male vtitur quã de⁹ in nobis. ſine nobꝭ ope
Poteſt q̃ri vtrũ diffini tio virtutis ſit bona. ratur. qualitas ponitur tanq̃ꝫ genus. bona ponit
ad differentiã malarũ qualitatũ ſiue maloꝝ habi
tuũ. vt prodigalitatis ꝛ auaricie. licet quidã hoc
negent. ¶ Sed cõtra eos eſt origꝭ. ꝛ ſacti qui di=
Contra ali= quos ar. cũt ꝙ male q̃litates ſũt i nobꝭ: ꝛ etiã mali habit⁹
ſecũdũ ꝙ dicitur: veloces pedes eorum ad effun.
ſang. Qua recte viuitur. dicit ad differẽtiam ſci=
entie. quoniã ſcientia recte intelligimus. virtute
recte viuimus. qm̃ cũ duplex ſit intellectus. ſ. ſpe
culatiuus ꝛ practicus. Speculatiuis intellectus
in quo eſt ſcientia. finis eſt ſcire practici vero in
quo eſt virtus finis eſt bonũ ꝛ opatio. ꝛ ideo hec
Scientia ꝛ eſt differentia inter ſcientiam ꝛ virtutẽ. ꝙ p ſcie=
tiam vere intelligimus. per virtutẽ. bene ſiue re= Vtus drñt
cte viuim⁹. rectũ aũt eſt cuius media non exeunt Recte viue
ab extremis: ꝛ ideo recte viuere eſt a ſũmo bono re quid eſt.
ad ſũmũ bonũ tendere. Vñ dñs in apocali. Ego
ſũ alpha et o principiũ ꝛ finis. oĩs eñ actio debꝫ Actionis
incipere a deo ꝛ terminare in deũ. vnde de malis principium
dicitur in pſa. Egypto nõ op⁹ ꝙ faciat caput aut et finis.
caudam. Tertia ꝑticula ſcꝫ hec qua nemo male
vtitur: ponitur ad differentiã naturaliũ potẽtia= Triplicia
rum. Auguſtin⁹ eñ diſtinguit tria genera bonoꝝ bona ſcd̃m
ſcꝫ maxia bona media. infima. minima bona ſunt auguſtinũ.
bona corporis. media ſũt naturales potentie aĩe
maxima virtutes. mediis ꝛ infimis poſſumus bñ
et male vti. ſed maxim is. i. vtutib⁹ nõ poſſumus
vti niſi bene. ſed qm̃ hec oĩa ꝯueniũt politicis vir
tutib⁹. ideo ad dr̃aꝫ earũ ponitur quarta ꝑticula
quã deus in nobis ꝛc̃. qm̃ hec eſt differentia inter
virtutes politicas ꝛ theologicas. ꝙ politice vir=
tutes generantur ex frequẽti bene agere. Theo=
logice autẽ fiunt a ſolo deo. ¶ Sed obiicitur de Contra pri
prima parte diffinitiõis que eſt. Virtus eſt bona mam ꝑtẽ ar.
qualitas ꝛc̃. videtur eñ ꝙ idẽ ponat in ſui diffini
tiõe. qm̃ virtus eſt bonitas qua homo ẽ bon⁹: nec
diffinit vtus p aliã bonitatẽ. ꝛ ita videt ꝙ idẽ po
natur in ſui diffinitione. ¶ Quod cõcedũt quidã Opinio ali
dicentes. ꝙ qualitas ſecũdũ ꝙ ponitur ſiue intel quorum.
ligitur concrete notior eſt ſeipſa. ſcd̃m ꝙ intelli=
gitur abſtracte ſicut qualitas ſeipſa deſcribit cũ
dr̃ Qualitas eſt ſecũdũ qd̃ quales dicunt. ſed ſe=
cundũ hoc pro nichilo apponerent alie differen=
tie. qm̃ oĩs virtus eſt qualitas bona et ecõuerſo. ꝯtra hãc ar.
cũ eñ hec dictio bona ſignificet bonitatẽ gratui
tatã vt ipſi dicũt ſoli virtuti cõuenit eſſe qualita
tem bonã. ¶ Itẽ virtus eſt bona et eſt ſua boni= Secundo.
tas: ergo eſt bona bonitate que ipſa ẽ vel alia bo=
nitatẽ. Si bonitate que ipſa eſt: ergo eſt bona ſe=
ipſa: ergo eſt pura bonitas: qd̃ improbatũ eſt ſu=
perius. Si aũt alia bonitate eſt bona: ergo ſe bo=
nitate vel alia ꝛ ſic in infinitum. vel occurret alia
bonitas que eſt bona ſeipſa ꝛ illa eſt diuina boni=
tas vt ꝓbatũ ẽ ſupra. illa bonitas occurret ſcd̃o
aut tertio ꝛ ſic deinceps. ſi dicit ꝙ occurrat ſcd̃o
loco. ſequitur ꝙ virtus ſit bona pria bonitate. Si
tertio vel quarto loco occurrat. ꝛ ſic deinceps: ꝗ
aliqua bonitas creata erit bona bonitate increa=
ta. Sed virtus inter oĩa bona creata eſt optimuꝫ
bonũ: ergo ſi aliqua bonitas creata eſt bona bo=
nitate diuina ſequitur ꝙ nulla potius q̃ꝫ bonitas
que eſt virtus: ergo quicquid dicatur virtus ẽ bo Opinio do
na bonitate diuina. quod cõcedimus. ¶ Sed cõ ctoris.
tra. Virtus nõ dicitur bona niſi quia per ſe ẽ du= Contra di
ctiua ad primã bonitatẽ. ergo cũ dicitur virtus ẽ cta arguit.
bona. dicit illã ductiuitatẽ/ non ergo predicat pri
mam bonitatẽ de virtute: ergo cũ dico virtus eſt
bona ſic predicat ductiuitas illa ad primã boni=
tatem, nõ prima bonitas. ¶ Forte dicet aliquis Euaſio.
ꝙ hoc eſt verum: ſed ſcd̃ꝫ hoc redit precedens ob
iectio. qm̃ illa bonitas que eſt ductiuitas eſt bo=
na. aut ſeipſa aut alia bonitate. Et inde vt prius.
¶ Propter hoc dicimus ꝙ cũ dicitur virtus eſt Ad primũ.
bona hec dictio bona predicat primã bonitatem
tantũ. Nec valet hec argumẽtatio. Virtus nõ di=

Ayuntamiento de Madrid

bona niſi q̄ per ſe ductiua eſt ad p̄imā bonitatē: ergo cū dico virtus ē bona hoc nomē bona dicit
Inſtantia. illā ductiuitatē.nō p̄imā bonitatē. ¶ Inſtātia cū dicitur medicina eſt ſana idē eſt ꝙ medicina ē effectiua ſanitatis. Sic p̄edicatᷣ illa effectiuitas ſanitatis: ergo cū dicitᷣ medicina eſt ſana. ſic p̄edicatur illa effectiuitas et nō ſanitas. qđ falſū ē. immo p̄edicatᷣ ſanitas in habitudine effectus ad cauſam. Siſr̄ cū dicitur virtus eſt bona ſic p̄edicatur bonitas in habitudine: finis ad illud cuiꝰ eſt finis que habitudo eſt illa ductiuitas. Uirtus enim dicitur bona.i. honeſta honeſtū aūt eſt qđ ſuo decoꝛe nos allicit: et ſua bonitate nos attrahit. Trahit eñ nos ad ſe. ⁊ p̄icipaliter ad p̄imā bonitatē. cuius tractio eſt illa ductiuitas qua virtus per ſe ductiua eſt ad p̄imā bonitatē.
Cōtra aliā partem aſ. ¶ Iteꝫ obicitur de hac parte diffinitionis quā debemus
Auguſtinꝰ in nobis ſiue nobis operatur. Dicit eñ aug. Qui creauit te ſine te nō iuſtificat te ſine te. ergo deꝰ
Secundo. nō dat nobis virtutes ſine nobis. ¶ Itē. in iuſtificatione quattuoꝛ exiguuntur. quoꝛū vnū ē motus liberi arbitrij: ergo ad iuſtificationē nō exigitur motus liberi arbitrij: ergo motus liberi arbitrij exigitur ad infuſionē ꝟtutū. nō ergo deꝰ operatur eas ſine nobis.
Solutio. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ deꝰ iuſtificat hoīeꝫ ſine hoīe cooperante: ſed nō ſine homine operāte: ſicut ſol illūīat domū non ſine hoīe operāte qui aperit feneſtrā: ſed ſine hoīe cooperāte. quoniā homo nō cooperatur ſoli in hoc ꝙ domum illuminat. Eodem modo deꝰ qui eſt verus ſol nō infundit virtutem ſine nobis operantibus quoniā non p̄eparamus nos ad ſuſceptionē virtutū: ſed ſine nobis cooperantibus. quoniam non cooperamur deo in infuſione virtutum: ſꝫ poſtea cooperamur ei in moꝛibus ⁊ operibus virtutum.
Deꝰ iuſtificat hoīeꝫ nō ſine eiꝰ operatiōe ſed ſine eius cooperatiōe.
Paulus. ſicut dicit Apoſtolus. Coadiutoꝛes dei ſumꝰ.
Ad aliud. ¶ Ad aliud obiectū dicimus: ꝙ motus liberi arbitrij exigitur ad iuſtificationē impij nō p̄opter opus miſericoꝛdie ī quo cooperatur: ſcilicet in iſuſione gratie: ſed p̄opter opus iuſticie. ſ. vt per motū liberi arbitrij cōteratur de peccatis ſuis et puniat peccata ſua.
Auguſti. et ariſto. ¶ Et notandum ꝙ Auguſtinus in diffinitione virtutis ponit genus trāſcendēs: ſed Ariſto. ponit genus p̄oximū dicēs virtus eſt habitus voluntarius immediate exſis
Medium quo ad nos quo ad nos: medietas quo ad nos ē medietas pſonalis que attenditur ſecundū diuerſitatem perſonarū. quoniā ꝙ vni eſt multum dare vel comedere. alij eſt parum. Sed cum virtus ſit immediate pꝫ ꝙ ipſa eſt medium inter vicia.
ꝯtra iſtđ aſ ¶ Sed cōtra virtus et viciū ſunt ꝯtraria: ergo virtus eſt extremum reſpectu vicij: ergo non eſt medium inter vicia.
Solutio. ¶ Solutio. dicimus ꝙ ipſa eſt medium ꝙ̄tū ad eſſe diffinitiuum: extremū ꝙ̄tū ad bonū et perfectum vt dictū eſt ſupꝛa.

¶ De ſpeciebus virtutum.

¶ Secunda queſtio vtrum virtus habeat plures ſpecies.

Af ꝙ non. Ueritur de ſpeciebus virtutū. ⁊ ꝓbatur ꝙ vnica eſt ſpecies ꝟtutū. ¶ Uirtutes eñ diſtinguuntᷣ ſcđꝫ fines ſuos potiſſimos. ⁊ vnicus eſt finis potiſſimꝰ ⁊ p̄incipalis omniū virtutū: ergo vnica eſt ſpecies virtutū.
¶ Itē. dilectio dei ⁊ p̄oximi ſūt vnica virtus ꝓpter vnicū finē quē habent. qm̄ nō videtur eſſe alia ratio: ergo eadē rōne oēs ꝟtutes ſūt vnica virtus ꝓpter vnicū finē quē habent. Secundo.
¶ Item vnicū malū potens eſt mouere oēs potētias aīe et omnia mēbꝛa coꝛpoꝛis ad malū. Sed quelibet virtus eſt foꝛtioꝛ quolibet vicio vt alibi ꝓbatur: ergo vnica virtus ſufficit ad mouendū oēs potentias anime ⁊ oīa coꝛpoꝛis membꝛa ad bonū: ergo alique virtutes ſuꝑfluūt. Sed conſtat ꝙ nihil eſt ſuꝑfluū in operibus nature vel dei: ergo vnica ē ſpecies virtutū. Tertio.
¶ Itē. tēperātia virtute vult homo abſtinere ab operibꝰ immundis. ⁊ hoc ē bonū ergo tēperantia virtute vult homo ſibi bonū. Sꝫ velle ſibi bonū eſt diligere ſe: ergo tēperātia virtute diligit homo ſe. Sed nulla virtute diligit ſe niſi caritate: ergo tēperātia ē caritas. Quarto.
¶ P̄eterea. Mūditia virtute diligit ſe homo. ⁊ mūditia mentis ⁊ coꝛpoꝛis: ergo ea diligit bonū: ergo tēperantia eſt amoꝛ boni. Sed amoꝛ boni idem ē ꝙ caritas: ergo tēperantia eſt caritas. Eodē modo p̄oꝛſus poteſt ꝓbari de qualibet ꝟtute ꝙ ipā ſit caritas. Quinto.
¶ Itē Aug dicit in libꝛo de moꝛibus eccleſie ꝙ quattuoꝛ cardinacles virtutes nō ſunt niſi amoꝛ. Amoꝛ aūt qui eſt virtus nō eſt niſi caritas. et ita oēs virtutes ſūt caritas. Sexto per auguſtinū.
¶ Dicit etiā Augu. in libꝛo de ciuitate dei ꝙ virtꝰ nō eſt niſi amoꝛ oꝛdinatus vel oꝛdo amoꝛis. Cōfirmatᷣ.
¶ Foꝛte dicitᷣ ꝙ non eſt niſi vnica ſpecies virtutū. ſed hoc eſt cōtra infinitas auctoꝛitates. In oppm̄.
Apl̄us dicit. Nūc aūt manent tria hec. fides/ſpes/carites. maioꝛ aūt hoꝛū eſt caritas. Cōtra hāc eſt paulus.
Quedā etiā ſūt auctoꝛitates que diſtinguūt ſeptē dona ſpūſſancti et octo virtutes in matheo. ⁊ in libꝛo ſapientie. Sapiētia docet p̄udentiā/ſobꝛietatē/⁊ iuſticiā. quibus nihil melius eſt in vita. Matheꝰ ē ꝯtra in li. ſapien. ad idē
¶ Itē fides eſt in vi rōnabili ſiue itellectu ⁊ ſimiliter p̄udentia. vt dicit Ariſto. Caritas eſt in vi ꝯcupiſcibili: ⁊ ſiſr̄ tēperantia. Sꝫ Ariſtoteles ⁊ ſancti etiā hoc dicūt. Spes in iraſcibili: ⁊ ſiſr̄ foꝛtitudo. ergo cū iſte ꝟtutes ſint in diuerſis virtutibus ⁊ in diuerſis ſubiectis diuerſarū ſpecieꝝ ſunt.
¶ Itē. ſpecies rerū diſtinguūtur ſcđm fines p̄incipales. ſcđꝫ vltimū finē nō. qm̄ ſi diſtinguerentur ſcđꝫ vltimū finē omnia eſſent eiuſdē ſpecie. qm̄ oīa habent eūdē finē vltimum: ergo reſtat ꝙ ſpecies rerum diſtinguuntur ſcđm fines exterioꝛes. Sed diuerſi ſunt p̄incipales ⁊ p̄imi fines fidei: ſpei: ⁊ caritatis. qm̄ fidei/credere/ſpei/ſperare/caritatꝭ/diligere/temperātie/abſtinere a carnalibus deſiderijs. ⁊ ſic de alijs. ergo iſte ꝟtutes ſūt diuerſaꝝ ſpecieꝝ. Item.
¶ Qđ concedimus hac vltima rōne. Solutio.
Dicit eñ Auguſtinus ꝙ voluntas qua aliquis vult ire ad feneſtraꝫ vt videat trāſeūtes duplicē habet finē ſcꝫ p̄imū et ſubſtātialē ire ad feneſtrā. ſcđm ⁊ accidentalē videre tranſeūtes. Auguſtinꝰ.
Diſtinguūtur ergo ſpecies rerum ſcđm p̄imos ⁊ p̄incipales ⁊ ſubſtātiales fines. nō ſcđꝫ ſcđarios ⁊ accidentales vt pꝫ ī hac ſpecie homo. Hō eñ p̄imo eſt ad hoc vt ratiocinetur. Secundo. vt per ratiocinari acquirat ſibi virtutes. Tertio vt per virtutes acquirat beitu= Exemplum in homine per hoc ad p̄imum.

Ayuntamiento de Madrid

dinẽ. Sed eius diſtinctũ ſiue ſubſtãtialis differẽ-
tia ſumitur a primo fine. vñ rõnale eſt eius ſubſtã-

*Siſi modo.*

tialis differẽtia. Eodẽ modo virtutes diſtinguũ-
tur ſcðm ſuos primos fines. ⁊ ideo diuerſarũ ſpe-
cierũ ſunt cũ primi fines ſint diuerſaꝝ ſpecierũ.

*Ad ſcðm.*

¶ Ad ſcðo obiectũ dicimꝰ ꝙ hec eſt falſa. Dile-
ctio dei ⁊ ꝓximi ſũt vnica virtus propter vnicum
finẽ. ſcꝫ deũ. ſed ſũt vnica virtus ꝓpter vnicũ fi-
nem primũ ſcꝫ propter vnicũ volitũ. qm̃ idẽ volo
dilectiõe dei ⁊ dilectiõe ꝓximi. qm̃ dilectiõe dei
volo mihi ſummũ bonũ quidẽ habere. Similiter

*Ad tertium*

dilectiõe ꝓximi volo ſummũ bonũ ꝓximo. ¶ Ad
tertiũ ꝙ dicit. vnũ malũ poteſt mouere. ⁊c̃. ergo
multofortius vnica virtus. ⁊c̃. hoc bene concedi
mus. Sed nõ inde ſequit̃: ergo alie virtutes ſunt
ſuꝑflue. Uirtus eñ eſt ad facile agere. vnde cum
in quolibet actu virtutũ ſint ꝓprie difficultates:
neceſſarius eſt proprius habitus cuilibet motui
ad vincendũ difficultatẽ illiꝰ motus. vt pꝫ in hoc
actu darequi propriã habet difficultatẽ ꝓpter di
uerſas circũſtantias que ſtatuũt illũ actũ in me-
dio. Et ideo eſt neceſſarius vnus habitus qui ꝓ-
prie dirigat iſtũ actũ dare ⁊ ſtatuat ipm̃ in medio
⁊ ideo nõ valet predicta argumentatio. Licit eñ

*Plures vir tutes quare ponũtur*

vnica virtus ſufficiat ad mouendũ oẽs vires aie
⁊ oia mẽbra corporis. Ad bonũ tñ non põt ita de
facili ſicut oẽs virtutes. qm̃ ſola fides vl̃ caritas
poſſet mouere ad oẽm bonũ actũ. Sed nõ ita fa-
cile. ſicut ꝓpria virtus que ꝓprie eſt directiua il-

*Ad quartũ*

lius actus. ¶ Ad quarto obiectũ dicimus ꝙ hec
eſt duplex. Tẽperãtia virtute volo michi hoc bo
num. q² ſi hoc bonũ largitatis eſt etiã finis cari-
tatis delectãs eã per modũ ſuauitatis: ⁊ ita quo-
dãmodo diuerſi ſũt fines illaꝝ dilectionũ: ⁊ ideo
dilectiones ille ſunt diuerſarũ ſpecierũ: ⁊ ſecun-
dũ hoc patet ꝙ fidei ſpei caritatis nõ tantũ ſũt di
uerſi fines quibus quieſcit̃: ſed etiam earũ multi-

*Quare ſpiritusſctũs. dr̃ mltiplex Iterũ ↄtra aliud ar̃.*

plex eſt finis in quo quieſcitur: ſcꝫ ipẽ deus: ſicut
ſpiritusſanctus in libro ſapientie: dicit̃ multiplex
ꝓpter multos effectus q̃s habet in nobis. ¶ Itẽ
contra hoc quod dictũ eſt ſupra. ꝙ volũtates di-
ſtinguuntur ſcðm primos ⁊ principales fines ſic
obicitur. velle paſcere velle veſtire: velle viſita-
re: ſunt volũtates diuerſarũ ſpecierũ: qm̃ ſũt vo-
lita diuerſarũ ſpecierũ que ſũt primi fines volun-
tatũ: ergo volũtates ſunt diuerſarũ ſpecierum. ⁊
cõſtat ꝙ ille voluntates ſũt motus virtutũ: ergo
ſunt a diuerſis virtutibus. ſed cõſtat ꝙ nulla alia
rum virtutũ ẽ ab alia virtute: niſi a pietate. ergo
pietas nõ eſt ſpecies ſpecialiſſima: ſed genus ad

*Secundo.*

plures ſpecies virtutũ: qð pꝫ eſſe falſũ. ¶ Pre-
terea velle dilectiones carnis: velle diuitias: vel
le dignitates mundi ſũt diuerſe volũtates ꝓpter
diuerſa volita: ergo procedũt a diuerſis virtuti-

*Ad idem.*

bus: ⁊ inde vt prius. ¶ Eodẽ modo põt ꝓbari ꝙ
caritas nõ eſt ſpecies ſpecialiſſima: ſed genꝰ ſub-
alternũ. qm̃ velle alicuius dampnũ ⁊ velle grãm
ſunt volũtates diuerſarũ ſpecierũ. ergo ꝓcedũt
a virtutibus diuerſarũ ſpecierum. Sed cõſtat ꝙ
vtraqꝫ procedit a caritate: ergo caritas nõ eſt ſpe
cies ſpecialiſſima: ſed genus ſubalternũ diuerſa

*Solutio.*

rum virtutũ. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ ſcðm diuer-
ſa volita diſtinguuntur volũtates in ſpecie: ſꝫ nõ
ſcðm q̃cunqꝫ volita. ſed tantũ ſcðm volita prima
et propria. Si ergo vis aſſignare primũ et ꝓpriũ
volitũ pietatis dic ꝙ pietas eſt velle releuare in-

*ꝓpriꝰ actꝰ voluntatis*

opiã indigentis. qm̃ hec eſt prima et principalis
intentio pietatis. ſed inopia pauperis multiꝭ mo-
dis releuatur. Cũ ergo dicitur pietas eſt paſcere
pauperẽ vel veſtire nõ ſit aſſignat̃ ꝓpriũ ⁊ imme-
diatũ volitũ pietatis: ſed ſcðariũ. ⁊ ideo ſcðm ta
lia volita nõ debẽt diſtingui ſpecies pietatiꝭ ſiue

*Ad ſcðm.*

volitũ pietatis. ¶ Ad ſcðm dicimus ꝙ volitum
caritatis eſt ꝓprie deus qua volo alicui bonũ: ſꝫ
gratia eſt volitũ ſcðario qua volo alicui gratiam
nõ ꝓpter grãm ſed propter deũ ſcꝫ vt illa gratia
fruat̃ deo. Ubi autẽ vnũ propter alterũ vtrobiqꝫ
tantũ vnũ ⁊ ideo vnica virtus eſt qua volo homi-
ni ⁊ qua volo ei grãm. ⁊ quaſi equipolẽtia ſũt vel
le alicui bonũ ⁊ velle grãm. nec tantũ ſũt equipol
lentia: imo fere idem. vt patet ex dictis.

¶ In qua vi anime virtus ſita ſit.

¶ Tertia queſtio in qua vi anime ſit virtus.

Queritur que vitus in qua vi aie ſita ſit
Notandũ ꝙ ſicut dicitur ſuꝑ illð geñ.
Fluuius egrediebatur de loco vo. ⁊c̃.

*Expoſitio illiꝰ dicti in geneſi.*

Prudentia eſt in vi rationabili. fortitu
do in vi iraſcibili. tẽperãtia in cõcupiſcibili. iuſti
cia vero nõ eſt determinate in aliqua vi: ſed circu

*Iuſticia eſt in qualibet vi anime.*

it oẽs vires aie Et ideo ſignificatur per eufratẽ.
de quo nõ determiatur in geneſi per quas terras
trãſeat. qm̃ iuſticia circuit oẽs vires aie. In vna
etiã vi ſite ſunt plures virtutes. vt in rõnali ſite

*Nota iſtam aſſignationem.*

ſũt iſte virtutes. fides/ ſcientia/ donũ/ conſiliũ/ in
tellectus/ ſapientia. In vi iraſcibili. ſpes/ pacien
tia/ manſuetudo/ luctus/ pietas: ⁊ ſimilia. In cõ-
cupiſcibili. caritas/ temperantia/ abſtinentia: et
hmõi. Iuſticia vero non eſt in aliqua vi determi
nate vt dictũ eſt. ⁊ ꝓpter diuerſitatẽ iſtarũ ꝟtu-
tum dicitur aia hoīs iuſti. celũ. in yſa. ca. penul-

*Expoſitio dicti yſaie.*

timo. Celũ michi ſedes eſt. nõ tm̃ propter eleua-
tionẽ a terrenis ad celeſtia. ſed propter pictura-
tionẽ qua depingitur aĩa predictis virtutibus.
Sunt eñ predicte virtutes radiãtes in aĩa ſicut

*Declaratio dicendorũ.*

ſtelle in firmamẽto ¶ Dicitur ergo que virtutes
in quibus viribus aie ſite ſint. Primo dicemꝰ de
affectionibus aie vtrũ ſint virtutes: ⁊ ſi virtutes
in qua vi aie ſite ſint. Scðo vtrũ deſideriũ virtu-
tum ⁊ odiũ viciorum ſint in eadem vi. Tertio de
iuſticia ⁊ eiꝰ ſpeciebus. Quarto de cõcupiſcen-
tia amore ⁊ deſiderio in quibus viribꝰ aie ſint ſi-
ta. Quinto vtrũ plures virtutes theologice ſunt

*Quattuor affectiones anime.*

eadẽ vi. ¶ Sunt aũt quattuor affectiones aie. ſ.
ſpes/ timor/ dolor/ gaudiũ. Primo queritur vtruꝫ
iſte affectiones ſunt virtutes. ꝓbatur ꝙ ſint. qm̃

*Utrũ iſte affectiones ſint ꝟtutes*

bonus timor ⁊ bona ſpes ſũt virtutes. ergo a ſiſi.
bonus dolor ⁊ bonũ gaudiũ ſũt virtutes. ¶ Itẽ
dñs dicit in euãge. Beati qui lugẽt. glo. dicit. lu

*Secundo.*

ctus ꝓ pctis eſt virtus. qm̃ lugere ꝓ pctis eſt me

*Gloſa.*

ritoriũ. ⁊ ita eſt opus virtutis. Sed luctus ꝓ pec
catis idem eſt ꝙ dolor pro peccatis. eſt virtus: g̃

*Tertio per paulum.*

et gaudiũ de virtutibus erit virtus. ¶ Itẽ apls̃.
Gaudete in dño ſemꝑ: iterũ dico gaudete. Pro
nichilo in affectuoſe inuitaret apls̃ ad gaudium

Ayuntamiento de Madrid

niſi gaudere eſſet meritoꝛiũ ⁊ opus virtutis. ⁊ ita gaudiũ eſt virtus.

*In oppm̃.*

¶ Sed cõtra. Gaudiũ eſt virtus: ergo politica vel theologica nõ eſt politica. qm̃ nõ eſt vna cardinaliũ ꝟtutũ: ergo eſt virtus theologica. Sed cõſtat ꝙ nõ eſt fides vel ſpes vel caritas: ergo plures ſunt virtutes theologice ꝙ̃ tres.

*Arguit ꝙ ſit virtus theologica*

Qꝫ aũt ſit virt⁹ theologica ꝓbatur. qm̃ virtus theologica pꝛopꝛie eſt illa qua mouet in deũ immediate. vt fides/ſpes/caritas. Sed ſicut fide ſpe/caritate mouemur in deũ immediate ita gaudio quo mouemur in deũ mouemur in ipſũ immediate. ergo ſicut fides/ſpes/caritas/ſunt virtutes theologice: ita gaudiũ eſt virtus theologica.

*Itez af ꝙ gaudiũ ſit virtus.*

nec põt negari quin gaudiũ in dño ſit virtus: quoniã gaudere in dño eſt meritoꝛium. ⁊ eſt in pꝛecepto decalogi quo pꝛecipitur. Memẽto vt diẽ ſabbati ſanctifices.

*Euaſio.*

¶ Foꝛte dicit ꝙ gaudiũ in dño eſt virtus theologica. Sed eſt virtus eadẽ ſubiecto cũ caritate. qm̃ caritas habet duos motus in nobis. Unum quo facit nos diligere deũ. Aliũ quo facit nos gaudere in deo ſiue delectari. ꝙ̃tuz ad pꝛimũ motũ dicitur caritas. ꝙ̃tũ ad ſcḋz dicitur gaudiũ.

*ꝯtra hãc af yſaac qd ſit*

¶ Sed cõtra. Sicut eſt annexũ caritati ita et ſpei. vnde apl's. Spe gaudẽtes. ⁊ per yſaac qui interpꝛetatur riſus intelligitur ſpes. qm̃ ſpes ridere facit nos. Siſr fidei annexũ eſt gaudiũ. Sicut eñ caritate gaudemus in pꝛima ſuauitate ita ſpe gaudemus in pꝛima largitate. ⁊ fide in pꝛima veritate. nec ſolis virtutibus theologicis annexũ eſt gaudiũ. ſed etiã politicis.

*ariſtoteles*

Unde Ariſto. Si aliquis abſtinet ⁊ hoc ipſo letatur cõtinens ẽ ſi vero triſtatur: incõtinẽs eſt. ⁊ ita cõtinentie annexũ eſt gaudiũ. Similiter foꝛtitudini annexũ ẽ gaudiũ. vnde ſup illud euãgelij. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiũt iuſticiã.

*Gloſa.*

Dicit gloſa ꝙ foꝛtitudo excludit accidiã. ⁊ ita triſticiã ſeculi. Nõ põt aũt expellere niſi per ſuũ cõtrariũ. ſ. gaudiũ: ergo foꝛtitudini annexũ eſt gaudiũ.

*Eodẽmodo de alijs.*

Eodem modo põt ꝓbari de alijs virtutibus: ergo gaudiũ eſt annexũ gñaliter oĩbus virtutib⁹: ergo gaudiũ non eſt aliqua species virtutis.

*Iterum ad pꝛincipale af*

¶ Contra. Doloꝛ de pctõ ẽ ſpecialis virtus. qm̃ diſtinguit ab alijs ibi. Beati q̃ lugens: ergo gaudiũ de bono eſt ſpecialis virtus

*Solutio*
*Multiplex volitio.*

¶ Solutio. Notandũ ꝙ velle dicit multipliciter. Quãdoqꝫ dicit velle idẽ ꝙ appetere. ⁊ ſcḋm hoc velle eſt in qualibet vi. qm̃ quelibet vis aĩe eſt appetitiua ſui finis in quo eſt et quies. Quãdoqꝫ velle idẽ eſt ꝙ conſentire in aliquid vt fiat vel nõ fiat ⁊ ſcḋm hoc velle eſt tantũ in rõne. Scḋm hoc dicit Ariſtoteles ꝙ voluntas eſt in rõnabili. Tertio modo dicitur velle idẽ ꝙ placere: vt cũ dicit. volo iſtũ eſſe bonũ. i. mihi placet ꝙ ſit bon⁹.

*Auguſtin⁹.*

Secũdum dicit hoc Aug: in libꝛo de trinitate ꝙ placitũ eſt volũtas quieta. qm̃ cũ homo habet quod placet ei. quieſcit ibi volũtas eius. ⁊ ſcḋz hoc velle ſiue placere nõ eſt pꝛimus actus alicui⁹ virtutis ſed ſecũdus. quoniã ſicut ad quẽlibet motum virtutis ſequitur hec paſſio. ſ. delectatio. ita poſt pꝛimũ motũ virtutis ſequitur iſte actus velle ſiue placere. qḋ idem eſt. nec põt aliquis pꝛio moueri hoc motu qm̃ pꝛimũ eſt vt homo credat gaudia eterna. Scḋo vt ei placeant ⁊ in eis gaudeat vt etiã ei placeat ipſum credere ⁊ gaudia in illo.

*Multiplex gaudium.*

In ipſa eñ fide eſſentialiter ẽ multiplex gaudiũ ⁊ multiplex refectio. Nõ tãtũ in delectabili multitudine creditoꝛũ ſꝫ etiã in ipõ actu credendi cũ ſup eam fidei intellectus intenderit.

*Ad rõnem.*

¶ Per hoc patet ꝙ hec argumentatio nõ valet. Gaudere in dño eſt meritoꝛius motus: ergo eſt motus ſpecialis virtutis. Hec eñ tenet in pꝛimis motib⁹ virtutum: nõ in ſecũdis.

*Falla ꝯñtis*

Et eſt ibi fallacia ꝯñtis. qm̃ pꝛoceſſus fit a ſuperioꝛi ad inferius affirmando. Oĩs eñ motus ſpecialis virtutis eſt meritoꝛius. ſꝫ nõ ecõuerſo Per hoc patet ſolutio ad pꝛimũ.

*Ad ſcḋm.*
*Doloꝛ de peccatis ẽ duplex.*

¶ Ad ſecundo obiectũ dicimus ꝙ hec eſt duplex. Doloꝛ de pctis eſt virtus ſpecialis. qm̃ ſi accipit doloꝛ pꝛo triſticia nõ eſt aliqua ſpecialis virtus: ſed eſt paſſio vel motus habens ſibi annexã illã paſſionẽ. ⁊ eſt motus nõ pꝛimus alicui⁹ virtutis: ſed ſcḋs cuiuſlibet virtutis.

*Due vie cuiuſlibet virtutis.*

Quelibet eñ virtus habet duas vias. vnã gaudij. aliã triſticie ſiue doloris. vt patet in fide. cuius via vna eſt cuz cogitat de bonis creditis ⁊ in eis gaudet. que eſt via gaudij. Alia via eſt cũ cogitat de ſuo oppoſito deteſtando infidelitatẽ q̃ eſt via triſticie.

*Quomodo triſticia et gaudium ſe habent.*

Scḋm hoc triſticia ⁊ gaudiũ opponũtur ſibi: ⁊ ſicut vnũ nõ eſt ſpecialis virtus: ita nec reliquũ.

*Aliter poteſt dici.*
*Luctus ad iuſticiã pertinet.*

vel poteſt dici: doloꝛ de pctis idem ꝙ planctus de pctis: quo aliquis vult ſatiſfacere ꝓ pctis ſuis. crucifigendo carnẽ ſuam cum vicijs ⁊ concu. i. quo planctu vult punire in ſe quod deliquit qui luctus eſt species iuſticie. ⁊ ſcḋm hoc nõ ſequitur ꝙ ſi doloꝛ de peccatis eſt ſpecialis virtus: ꝙ gaudiũ de bono ſit ſpecialis virtus. qm̃ ſecũdũ hoc doloꝛ de peccatis nõ pꝛimo loco opponit gaudio. delectatio autẽ ⁊ triſticia ꝓut ſũt pure paſſiões nõ ſũt virtutes neqꝫ motus virtutũ: ſed ſũt determinate virtutum ⁊ opationũ ipſarũ. Similiter doloꝛ ⁊ gaudiũ pꝛout ſcḋus motus ſũt determinatiui ipſarũ virtutũ: qm̃ ſicut dictũ eſt. Si aliquis abſtinet ⁊ in hoc gaudet: caſtus eſt. qm̃ quod gaudet in abſtinẽtia ſua ⁊ ei placet ſignũ eſt ⁊ quedã determinatio ꝙ ipſe habeat verã caſtitatẽ in coꝛpoꝛe:

*Uerũ ſignũ caſtitatis.*

Si vero triſtatur in abſtinendo ſignum eſt ꝙ nõ habeat verã caſtitatã. Si aũt triſtat de incõtinẽtia ſignũ eſt ꝙ habet caſtitatẽ.

*Iterum af alio medio.*

¶ Itẽ doloꝛ de alieno bono eſt ſpeciale viciũ. ſ. inuidia. Inuidia eñ eſt doloꝛ felicitatis aliene. ergo per contrarium. Gaudere de bono alterius eſt ſpecialis virtus: ꝙ̃ gaudiũ de bono alieno eſt ſpecialis virt⁹.

*Ad idem.*

¶ Itẽ dolere de alieno bono eſt pꝛimus mot⁹ vicij. ſcꝫ inuidie. ergo per cõtrariũ. Gaudere de bono alieno eſt pꝛim⁹ mot⁹ ſpecialis virtutis. quod pꝛi⁹ negatuz eſt:

*Solutio.*

Solutio. ¶ Dicimus ꝙ ſicut doloꝛ de alieno eſt motus ſpecialis vicij. ita gaudium de alieno bono eſt motus ſpecialis virtutis. ſcꝫ caritatis. Sed gaudiũ in ſe de hoc bono vel de illo nõ eſt motus ſpecialis virtutis: ſed oĩm. Hec aũt ꝓpoſitio ẽ duplex. Gaudiũ de hoc bono demõſtrata fide eſt in concupiſcibili. ſicut dictũ eſt ꝙ hec eſt duplex. Deſideriũ virtutũ eſt in vi cõcupiſcibili.

*Per hec ad pꝛimum.*
*Ad ſcḋm.*

Et ſic pꝫ ſolutio ad pꝛimũ argumẽtũ. ¶ Ad ſcḋz ſolum⁹ interimẽdo iſtã. Doloꝛ de alieno bono eſt pꝛim⁹ motus inuidie. qm̃ dolere ⁊ gaudere

Ayuntamiento de Madrid

ꝓprie nō ſūt primi motus vel virtutis vel vicij: ſed tm̄ ſcd̄i. Unde ſi ꝑ primū motū velimus diffinire inuidiā dicimꝰ. Jta inuidia eſt odiū felicitatis aliene. et hoc odiū ſequit̄ dolor ſiue triſticia felicitatis aliene. ⁊ ſic prima deſcriptio iuidie nō eſt data per primū motum ſuū ſed per ſcd̄ꝫ. Cum autem vnus ſit primus motus inuidie. ſ. odiū felicitatis aliene. duo ſūt ſecundi. ſ. dolor felicitatꝫ aliene: et gaudiū dei infelicitate. Eodē modo eſt in ſuperbia. Eſt aūt ſupbia amor nimius ꝓprie excellentie: ⁊ in hoc gaudet ſuperbus. Cōtriſtat̄ autē ſiue dolet de excellentia alterius.

Duplex motus iuidie.

actꝰ ſupbie

¶ Utrum deſiderium virtutum et odium viciorum ſint in eadem vi.

¶ Quarta queſtio.

Q Ueritur vtrū deſideriū virtutū ⁊ odiuꝫ viciorū ſint in eadē vi. ¶ Probat̄ ꝙ nō qm̄ ſup illud euāgelij. Simile eſt regnū celorū fermēto quod acceptū abſcōdit mulier in farine ſata. Tria ibi dicit Greg. ꝙ tres virtutes aīe in vnū redigantur ſiue vt oēs virtutes fermententur in vnū. vt in rōne poſſideamus prudentiā. in ira odiū viciorū. in cupiditate deſideriū virtutū. ⁊ ita odiū viciorū ē in alia vi q̄ꝫ deſideriū virtutū. ¶ Contra. Deſideriū virtutū et odiū vicioꝝ ſūt cōtraria: ergo in eadē vi. Sed deſideriū viciorū eſt in concupiſcibili: ergo odiū viciorū eſt in cōcupiſcibili. ⁊ ibi eſt deſideriū virtutum: ergo deſideriū virtutū ⁊ odiū viciorū ſūt in eadē vi. ¶ Qd̄ etiā pōt probari per hoc qd̄ Ariſto. dicit in topicis. Si odiū ſequitur irā: erit odiū in furoris ſpecie. illic eni ira. i. in vi iraſcibili. Sed hoc eſt falſū: q2 eius contrariū ſcꝫ amicitia eſt in cōcupiſcibili: ergo ⁊ odiū eſt in cōcupiſcibili. Sed deſideriū virtutū ſimiliter eſt in cōcupiſcibili: ergo deſiderium virtutuꝫ ⁊ odiū viciorum ſūt in eadē vi. qd̄ prenegatū ē. ¶ Solutio. Odiū dicit̄ tripliciter. Primo vt odiū viciorū dicat̄ motus ille q̄ aīa inſurgit cōtra vicia ad deteſtādū ea vel deteſtando ea. ⁊ ſcd̄m hoc odiū eſt in vi iraſcibili. Jn hac ſignificatione dicit Grego. ꝙ odium vicioꝝ eſt in ira ſiue in iraſcibili. Scd̄o modo dicitur odiū viciorū volūtas fugiendi ſeu elōgandi ſe a vicijs: ⁊ ſcd̄m hoc ē in cōcupiſcibili. qm̄ ſcd̄m hoc eſt cōtrariū amori ſiue deſiderio vicioꝝ quo aīa appetit ſe cōiungere vicijs. Scd̄ꝫ hāc ſignificationē dicit Ariſto. ꝙ odiū eſt in vi concupiſcibili. Jn tertia ſignificatione odiū viciorū idē eſt ꝙ diſplicētia mali. ⁊ ſcd̄ꝫ hoc eſt in qualibet vi. ſicut placentia boni eſt in qualibet vi. et ſcd̄m hoc odiū vicioꝝ eſt annexū virtuti. qm̄ quelibet virtus odit viciū ſibi oppoſitū. Has tres ſignificatiōes hꝫ hoc ꝟbū deteſtari. habet etiā quartā ſignificationē in qua deteſtari ē iudicare aliq̄d eē malū ⁊ abhominabile. ⁊ ſcd̄m hoc eſt in ratione.

Af ꝙ nō ꝑ gregorium.

Jn oppm̄.

Secundo.

Solutio.
Odiū ſumitur triplr̄.

Gregorius

¶ De iuſticia in qua vi ſita ſit. Ca. 3. Queſtio. 1.

C Jrca tertiū capitulū queritur de iuſticia in qua vi ſita ſit ⁊ vtrū in vna vi vel in pluribus. Sup illud geñ. Fluuius egrediebat̄ de loco voluptatis. ⁊c. dicit quedā gloſa ꝙ per quatuor flumina paradiſi ſignificātur quatuor ꝟtutes cardinales. prudentia. tēperantia. fortitudo. iuſticia. Et dicitur ibi ꝙ per eufraten ſignificat̄ iuſticia. nec dicitur ibi per quas terras fluat eufratē. qm̄ iuſticia nō eſt determinate in aliqua vi: ſed in oibꝰ qm̄ circuit oēs. ¶ Sed cōtra. Cōſtat ꝙ ſi vnꝰ motꝰ ſingularis eſſet in pluribus potentijs nō poſſent diſtingui potentie per ſuos actus: ergo vnicꝰ actꝰ ſingularis nō pōt eſſe niſi in vnica vi. ¶ Preterea vnus motus ſingularis nō pōt eſſe in diuerſis ſubiectis: ergo iſte motus virtutis quocūqꝫ demonſtrato aut ꝓprie eſt tantū in iraſcibili aut cōcupiſcibili. aut i iraſcibili. ⁊ ex hoc ſequitur ꝙ ſit in vnica vi. Sed vbi eſt motus ꝟtutis ibi eſt ꝟtꝰ: ergo cū motus iuſticie ſit in vnica vi: iuſticia erit in vnica vi. nō ergo in pluribus. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ prudentia eſt in rōnabili ſcd̄m oēs ſpecies ſuas que ſūt. ſcientia/conſiliū/intellectꝰ/ſapientia. Similiter temperātia ſcd̄m oēs ſpecies ſuas in cōcupiſcibili qm̄ ſobrietas ⁊ cōtinētia ſūt in cōcupiſcibili. Silr̄. fortitudo ſcd̄m oēs ſpecies ſuas eſt in iraſcibili qm̄ vis iraſcibilis eſt ad victoriā et dn̄m. qm̄ patiētia magnanimitas / magnificentia ſiue largitas ⁊ ſimilia ſūt in vi iraſcibili. Juſticia ꝟo cū ſit genus ad multas ſpecies virtutū. ſcd̄m quaſdā ſpecies eſt in vna vi ſcd̄m alias eſt in alia vi. Ueritas eñ que eſt virtus qua homo vult dicere verū tantūmodo ꝓximo ſuo et non eū decipere ꝗper falſitatē ſpecies eſt iuſticie: et eſt in rōne. Protectio vero q̄ eſt virtus qua hō bene protegit ſubditos ſuos ⁊ manſuetudo que ē virtus refrenans irā erga ꝓximū ſpecies ſūt iuſticie ⁊ ſūt in vi iraſcibili. Liberalitas vero ſiue beniuolentia ſpecies eſt iuſticie: ⁊ eſt in cōcupiſcibili. ⁊ ita ptꝫ ratio quare dr̄ iuſticia circuit oēs vires. ⁊ ſic ſolute ſūt oēs ꝓdicte obiectiones.

Af ꝙ in omnibus.

Jn oppm̄.

Secundo.

Solutio.
Prudentia in rōnali.
Tēperātia in concupiſcibili.
Fortitudo i iraſcibili.

Juſticia vero. ⁊c.
Ueritas.

Protectio.
Manſuetudo.

Patet ſolutio rōnū.

¶ De cōcupiſcentia. Queſtio. 2.

Q Ueritur primo de cōcupiſcētia in qua vi ſita ſit. apoſtolus dicit ad romanos. Cōcupiſcētiā neſciebā niſi lex diceret nō concu. Super hūc locū dicit Auguſtinus. Elegit apoſto. qd̄ eſt cōmune oīm. ſ. concupiſcētiā a qua procedūt oia mala bona: ergo ē lex que dū cōcupiſcētiam ꝓhibet oia mala: ꝓhibet. ¶ Jnde ſic. Omne malū procedit ex concupiſcētia: ſed ois motus bonus vel malus dicitur eſſe in aliqua vi: quia eſt ab illa vi. ergo cū omne pctm̄ ſit a cōcupiſcētia: oē pctm̄ eſt in cōcupiſcētia ergo oē pctm̄ eſt in vi cōcupiſcibili: ergo ⁊ ois virtus eſt in vi cōcupiſcibili. Eſt eñ regula ꝙ cōtraria ſūt in eadē vi. ¶ Jtē primus motus cōcupiſcētie eſt in ſenſualitate: ſed primus motus eſt peccatū: ergo aliquod pctm̄ eſt in ſenſualitate: ſꝫ ſenſualitas cōmunis eſt nobis cū brutis: ergo aliquod pctm̄ eſt qd̄ cōmunicamus cū brutis: ſꝫ cōtraria ſunt in eodem ſuſceptibili in eadem vi: ſed conſtat ꝙ virtus nō eſt in eo quod communicamꝰ cū brutis. ergo nec pctm̄ eſt ibi. ¶ Sed forte dicet ꝙ ſenſualitas dicitur pars inferior rōnis cum dicit̄ ꝙ primi motꝰ ſūt in ſenſualitate: hoc nō pōt dici qm̄ primi motus ſunt in cōcupiſcibili anteq̄ꝫ adueniat operatio rationis. ¶ Solutio. Ad primum dicimꝰ ꝙ cōcupiſcētia quādoqꝫ large q̄nqꝫ

Queſtio.
Paulus.

Auguſtinꝰ

Af primo.

Secundo.

Euaſio.
ꝯtra hāc eſt

Solutio.

Ayuntamiento de Madrid

Cōcupiſcē tia mltiplr accipitur.

ſtricte accipitur. Stricte dicit̄ ꝯcupiſcētia amoꝛ delectandi in rem ſuā. ⁊ ſcḋꝫ hoc cōcupiſcētia tm̄ modo eſt in vi concupiſcibili. large dicitur cōcupiſcētia. quilibet appetitus cuiuſlibet rei. Et accipitur quādoqꝫ in malo vt dicatur cōcupiſcētia volūtas impꝛoba ſiue libido qua appetit aīa delectari ſiue foꝛnicari in creatura. Scḋm hoc ſuꝑbia eſt cōcupiſcētia ꝓpꝛie excellentie. ſcḋm hoc ſuꝑbia cōpꝛehendit nō tm̄ cōcupiſcētiā carnis et cōcupiſcētiā oculoꝛū: ſed etiā ſuperbiā vite. ⁊ ſecundū hoc concupiſcētia eſt radix oīm maloꝛum ſcḋm hoc omne peccatū actuale in cōcupiſcētia eſt tanqꝫ in ſua cauſa. nec inde ſequit̄: ergo omne peccatū eſt in concupiſcibili. impediēte fallacia equiuocationis. qm̄ pꝛimo accipitur concupiſcētia large: et cōcluditur ac ſic acciperetur ſtricte.

Per hoc ad pꝛimum.

Falla equiuocationis.

Ad ſcḋm.

¶ Ad ſcḋo obiectū dicimus ꝙ cum dicitur. pꝛimi mot⁹ ſunt in ſenſualitate. ibi accipitur ſenſualitas nō pꝛo bꝛutali: ſed pꝛo ſenſualitate humana

Duplex ſenſualitas.

Eſt enim duplex ſenſualitas ſcꝫ bꝛutalis vel que mouetur per modum nature: ⁊ eſt irrationabilis: nec ſubeſt libero arbitrio: quia concupiſcim⁹ ſiue appetimus comedere vel coire velimus nolimus in hac nec eſt virtus nec eſt viciū / eſt et ſenſualitas humana que eſt inferioꝛ pars vis cōcupiſcibilis. Uis enim ꝯcupiſcibilis humana habet duas

Duplex cōcupiſcibilis

partes. Superioꝛē qua ꝯcupiſcit eterna ⁊ inferiorem qua cōcupiſcit tempoꝛalia. Et ſcḋꝫ vtramqꝫ partem mouetur voluntarie. et ideo in ea eſt peccatum et in ea ſunt pꝛimi motus quibus indebito modo concupiſcimus tempoꝛalia ante iudicium rationis. Per hoc patet ſolutio ad ſecundo obiectum. quoniā pꝛimi motus ſunt in ſenſualitate. ſꝫ illa nobis non eſt cōmunis cum bꝛutis.

¶ Utrum ſint plures virtutes theologice ꝙ̄ tres in eadem vi. Queſtio tertia.

Af ꝙ plures per auguſtinum.

Queritur vtrū ſint plures ꝟtutes theologice ꝙ̄ tres in eadē vi. ¶ Pꝛobatur ꝙ plures ſunt ꝙ̄ tres. qm̄ Auguſtin⁹ dicit in libꝛo de moꝛib⁹ eccſie ꝙ amoꝛ boni eſt amoꝛ ſumme potentie. ſapientie. concoꝛdie. Sed reſpectu huius finis qui ē pꝛima veritas ineſt nobis vna virtus theologica que eſt fides. ⁊ amoꝛ pꝛime veritatis. reſpectu pꝛime largitatis ineſt nobis ſpes ⁊ amoꝛ pꝛime largitatis. Similiter reſpectu ſūme ſuauitatꝫ ineſt nobis caritas ⁊ amoꝛ ſūme ſuauitatis. ergo a ſimili reſpectu ſūme potentie inerit nobis quarta ꝟtus theologica que erit amoꝛ ſūme potentie. ⁊ reſpectu ſūme ſapientie. quinta. et reſpectu ſūme concoꝛdie. ſexta. Et ita ad minus ſex erunt virtutes theologice. vel ſic. Pꝛima veritas generat in nobis vnā virtutē theologicā. Pꝛima largitas ſecūdam. pꝛima ſuauitas tertiā. ergo eadē ratione pꝛima potētia quartā. pꝛima ſapiētia quintā. pꝛima theologice cōcoꝛdia ſextā ⁊ ſic erūt plures ꝟtutes ꝙ̄ tres.

Aliter foꝛmatur ratio

Secundo.

¶ Itē fides / ſpes / caritas dicūtur virtutes theologice: qꝛ per eas mouemur in deū immediate: ergo eadē ratione timoꝛ erit virtus theologica: quia per ipſum mouemur in deū immediate. qm̄ ſicut caritate diligimus deū pꝛopter ſe: ergo ſicut caritas eſt virt⁹ theologica: ita ⁊ timoꝛ.

Tertio.

¶ Item. ſicut pꝛima veritas generat in nobis fidem: ita pꝛima potentia timoꝛē. ergo ſicut ⁊c̄. et ita plures erunt ꝙ̄ tres. Sed cōſtat ꝙ tantū ſunt tres vires aīe: ergo cū oīs virt⁹ ſita ſit in aliqua vi anime ſequitur ꝙ plures virtutes theologice ſint in aliqua vi anime.

In oppm̄.

¶ Cōtra. Omnis vis habet vnicū finem vltimū. ſicut intellect⁹ habet vnicum finē. ſ. pꝛimā veritatē quā querit oībus operibus ſuis ⁊ in ea quieſcere intendit: ergo de⁹ non eſt intellectui niſi vnicus finis: ergo in intellectu nō eſt ſita niſi vnica virtus theologica qua querit quieſcere in pꝛima veritate

Ad idem.

¶ Eodē modo poteſt ꝓbari ꝙ in aliis duabus viribus nō ſūt niſi tātū due ꝟtutes theologice: ergo nō ſūt plures theologice ꝙ̄ tres.

Iterū ad pꝛincipale.

¶ Sed iterū obiicitur de duobus vltimis donis ſpiritusſancti. ſ. de intellectu et ſapiētia. qm̄ eis mouemur in deū immediate: ergo cum ſint virtutes erūt virtutes theologice. ⁊ ita plures ꝙ̄ tres.

Solutio.

¶ Solutio. Dicimus ꝙ cuꝫ delectemur in deo immediate virtutibus theologicis non erūt niſi tres virtutes theologice. qm̄ nō ſūt niſi tres modis delectandi in ipſo ſūmo delectabili. ſicut pꝫ in delectabili ſenſibili in quo nō pōt aliqs delectari niſi trib⁹ modis. ſ. vel ꝑ modū eſtimatiōis vl̄ ꝑ modū ꝯfidētie vl̄ ꝑ modū ꝯiūctiōis adaliḋ. vt quādo aliqs deſiderat delectabile ſenſibile. ſi eſtimat ſe poſſe habere illud de facili. vel ſi ſperat ſe habiturū vel quādo coniungitur illi ꝑ adoptionē ſiue poſſeſſionē delectetur in eo deſiderio pꝛius. nec ſunt plures modi delectādi in delectabili ſenſibili. Eodem modo nō ſunt niſi tres modi delectandi in ſummo delectabili.

Tripl'r delectamur in ſenſibili.

Per fideꝫ enim delectamur in ipſo per modū eſtimationis ſiue cognitionis. per ſpē. modo cōfidentie. ꝑ caritatē delectamur in ipſo per modū coniūctiōis. quoniā dilectio eſt cōiunctio diligentis cū dilecto.

Tripl'r delectatur quis in deo.

Deus etiā qui eſt multiplex finis ꝟtutū theologi. quodā modo nō eſt niſi triplex finis. Eſt eīn finis vt pꝛima lux ⁊ ſapientia. et ſecūdum hoc eſt finis fidei. Eſt etiam finis inqꝫtum ſumme largus et omnipotens. et ſecundū hoc eſt finis ſpei. Eſt finis vt ſūma bonitas ſiue ſuauitas caritatis. nec tantū ſecundū hoc eſt finis virtutū theo. ſed etiā pꝛincipiū ſiue cauſa efficiens earū. Finis eīn conſideratus fit cauſa efficiens. conſideratio eīn pꝛime veritatis generat fidem. conſideratio pꝛime largitatis et omnipotētie ſimul generat ſpem. cōſideratio pꝛime ſuauitatis caritatē.

De⁹ multipliciter ē finis ꝟtutum theologicarum.

Omnia autē que dicuntur de deo reduci habent ad iſta tria. Sapientia. lux reducitur ad hoc quod dicit̄ pꝛima veritas. Per hoc autem ꝙ dicitur ſumma remuneratio ⁊ omnipotentia reducitur ad hoc quod dicitur ſumme largus. Summa concoꝛdia. ſumma miſericoꝛdia reducitur ad hoc quod dicitur ſumme bonus ſiue ſuauis. ⁊ ideo non ſūt niſi tres theologice

Ad duas pꝛimas.

¶ Per hoc patet ſolutio ad duas pꝛimas obiectiones.

Ad vltimū.

¶ Ad vltimo obiectum dicimus ꝙ dono timoꝛis nō mouemur immediate in deum quod patet per hoc ꝙ timoꝛ initialis vel filialis non dicitur timoꝛ dei: niſi quia eo timemus offendere deum: ſed timoꝛe reuerentie non mouemur in deum: ſed potius a deo. Eſt enim timoꝛ

Timoꝛ re



Ayuntamiento de Madrid

uerentie. reuerentie quedā reſilitio ab altitudine dei in ꝓ-
pꝛiam infirmitatē. Omnis em̄ timoꝛ fuga eſt: ſed
Contra di- non eſt in aliqd ſed ab aliquo. ¶ Contra hoc qd
ctū grego. dicit beatus Gregoꝛius. ꝙ deſideriū virtutū ē in
concupiſcibili obijcitur: quoniā velle credere et
credere ſūt eiuſdem virtutis: ergo eiuſdē poten-
tie: ſed credere eſt in ratione: hoc cōſtat ergo vel
le credere eſt in ratione. ergo volūtas credendi ē
in ratione: ergo deſideriū fidei eſt in ratione: non
Secundo. ergo in vi concupiſcibili. ¶ Itē cōmunis animi
ꝯceptio eſt: ꝙ quilibet deſiderat ſuā perfectionē.
ſed perfectio rationis ē fides: ergo ratio eſt deſi-
deratiua fidei: ergo deſideriū fidei eſt in ratione.
Eodēmodo Pari ratione. Deſideriū ſpei eſt in vi iraſcibili. et
ar̄ de alijs. deſideriū caritatis eſt in vi cōcupiſcibili: ergo de
ſideriū virtutū generaliter conſideratū nō eſt po
Solutio. tius in vi concupiſcibili ꝙ̄ in alijs virib⁹. ¶ So-
lutio. Dicimus ꝙ deſideriū virtutū dupliciter di
citur: qꝛ deſideriū virtutū dicitur .i. deſiderium
earū que ſunt virtutes. Et ſecundū hoc deſideriū
virtutū eſt in qualibet vi. vt pꝛobatū eſt. quoniā
quelibet vis deſiderat ſuā perfectionē. ⁊ ita virtu
Alr̄ p̄t dici. tem que perficit eā. vel poteſt dici deſiderium vir
tutū quo deſideramus virtutē vt virtutē: nō vt fi
dem vel ſpem/ vel caritatē. ⁊ ſcd̄m hoc deſideriū
virtutū idem eſt qd amoꝛ boni ſiue deſideriū bo-
Dictū gre- ni in aliquo. ⁊ hoc eſt amicitia. Et ſcdꝫ hoc eſt in
goꝛij ſic in- vi concupiſcibili. Scd̄m hoc intelligit gregoꝛ. Se-
telligitur. cundū hoc hec ꝓpoſitio eſt duplex. Iſte vult hoc
Hec eſt du- verbū demonſtrata fide. quoniā ſi hoc verbū vult
plex. reſpicit ſolū ſuppoſitū per accuſatiuum ſignifica
tur voluntas que eſt in ratione. Si autē reſpiciat
ſuppoſitū cum forma ſignificatur voluntas que ē
in vi concupiſcibili. Eodem modo dicimus ꝙ hic
eſt multiplicitas deſideriū virtutum.

¶ De ſingulis ſpeciebus virtutum.

¶ Tertius tractatus.

Dicto de eſſentia virtutū. dicendū eſt de
ſingulis ſpeciebus virtutū per oꝛdinē.
Pꝛimo de fide. quoniam pꝛima eſt inter
virtutes. iuxta illd. Pꝛima petit camp̄.
⁊c̄. de qua ſic agem⁹. pꝛimo quid fides ſiue de dif
finitione fidei. Secūdo vtrū fides ſit virtus. Ter
tio. vtrū fides ſit vna ſpecies virtutis an ſit gen⁹
continens ſub ſe multas ſpecies virtutū. Quar-
to. vtrū idē credatur ⁊ dubitetur. Quinto de fide
implicita ⁊ explicita. Sexto. de fide diſtincta et
indiſtincta. Septimo: de articulis fidei. Octauo
et vltimo. vtrū fidei ſubſit falſum.

¶ Qꝫ hoc nomen fides capitur multipliciter.

¶ Pꝛimū capitulū cōtinens ſex queſtiones.

Prius ergo notandū ꝙ hoc nomē fides
multipliciter accipitur. Fides quādoq̄ꝫ
Fides capi- dicitur habitus credendi infoꝛmis quē
tur quinq̄ꝫ habent chꝛiſtiani in moꝛtali peccato et
modis. demones. ſicut dicit beatus Iacobus. Demones
credunt et contremiſcūt. Quādoq̄ꝫ fides dicitur
habitus credendi foꝛmatus que ꝓpꝛie eſt virtus
de qua dicitur. Iuſtus ex fide viuit. ⁊ iterū. San
cti per fidem vicerunt regna. Et iterum. hec eſt
victoꝛia que vincit mūdū fides noſtra. Quādoq̄ꝫ
dicitur fides ipſa cognitio aperta quam habebi-
mus in futuro. Unde apoſtolus. de fide in fidem.
vbi dicit auguſtinus. De fide ſpei tranſibimus in
fidem ſpeciei quando cognoſcemus ſicut cogniti
ſumus. Quandoq̄ꝫ dicitur fides ipſe motus fidei
vnde Auguſtinus. Fides eſt credere quod non vi
des. Quandoq̄ꝫ fides dicūtur articuli fidei colle-
ctiue. vt ibi. Hec eſt fides catholica quā niſi qſq̄ꝫ
⁊c̄. ¶ De fide ſcdꝫ ꝙ eſt virtus ad pꝛeſens inten- Diffinitio
dimus. quā ſic diffinit aplūs. Fides eſt ſubſtan- fidei.
tia rerum ſperandarū argumentū non apparen-
tium. quod ſic eſt intelligendū. Fides eſt ſubſtā-
tia .i. fundamentū rerum ſperandarū per quod. ſ.
acquirūtur res acquirende. Dicitur etiam fides Expoſitio
ſubſtantia rerum ſperandarū: qꝛ per eam ſubſtāt diffinitiōis
in nobis res ſperande. in pꝛeſenti per ſpē. in futu
ro per rem. Per fidem em̄ iam pꝛeguſtamus dul-
cedinem felicitatis eterne q̄ conſiſtit in ſtola aīe
et ſtola coꝛpoꝛis que ſunt res ſperande. Argumē Illa parti-
tum nō apparentiū dicitur duobus modis. vt ſo cula dupl'r
let exponi. Pꝛimo: quia per eam cōiungūtur res exponitur.
non apparentes. quod ſicut hoc modo patriar-
che ⁊ pꝛophete et apoſtoli crediderunt iſta. Pa- Utrū diffi-
ter et filius et ſpūſſanctus ſunt vnus deus: ergo nitio fidei
ita eſt. Secundo ſic. Fides eſt argumentū. quo- ſit bene aſſi
niam per fidem pꝛobatur de rebus nō apparenti- gnata.
bus: qꝛ nō apparent ſicut eccleſia credidit hoc: ꝙ̄
nō apparet. ¶ Contra hāc diffinitionē apoſtoli Cōtra diffi
obicitur multipliciter. qm̄ illa diffinitio non con- nitionē ar̄.
gruit tantū fidei: ſed etiā ſpei. qm̄ ſpes eſt ſubſtā-
tia rerum ſperandarū. qm̄ per eā iam ſubſtant in
nobis res ſperande per pꝛeguſtationē. Eſt etiam
argumentū apparentiū dupliciter. ſicut dictū ē
de fide: ergo diffinitio iſta nō cōgruit ſoli fidei: ꝙ̄
male eſt aſſignata. ¶ Foꝛte dicit ꝙ fides dicitur Euaſio.
ſubſtantia .i. pꝛimū fundamentum ſiue pꝛimū pꝛi
cipiū rerum ſperandarum. ⁊ hoc nō congruit ſpei
¶ Sed ſecundum hec pꝛima pars diffinitionis ꝯtra hāc ar̄
hec. ſ. ſubſtātia rerum ſperandarum cōgruit om̄i
fidei et ſoli: ergo reliqua pars male apponitur.
quoniam a nullo diſtinguit. ¶ Item quelibꝫ res Scd̄o pꝛin-
debet diffiniri ſecundum pꝛimū ⁊ pꝛincipalem fi- cipaliter.
nem ad quem eſt. Sed fides pꝛimo ⁊ pꝛīcipaliter
eſt ad credere ergo fides debet diffiniri per hunc
motū credere. ⁊ apoſtolus diffininit eam per effe Tertio.
ctum remotum. videtur ergo ꝙ male. ¶ Itē que
ritur quare potius dicit ſperandarum ꝙ̄ creden- Solutio.
darū vel diligendarum. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ
pꝛedicta diffinitio fidei ſcdꝫ ꝙ intelligitur eo mo
do quo pꝛius expoſita eſt: congruit ⁊ fidei ⁊ ſpei.
Sed vltima pars illius diffinitiōis duobus alijs Diffinitio
modis intelligitur ſcd̄m ꝙ illa diffinitio cōgruit vno mō con
ſoli fidei. ⁊ ſecundum hoc pars pꝛima hec. ſ. ſub- uenit ſoli
ſtantia rerum ſperandarum ponitur ibi ad diffe- fidei.
rētiam fidei infoꝛmis pꝛopꝛie. Reliqua aūt pars
ponitur ibi ad differentiā virtutum ſecundum ꝙ
intelligitur tertio et quarto modo. Tertio enim
modo intelligitur vt dicatur fides argumentum
per ſimilitudinem. quoniā ſicut per argumentuꝫ
venitur ad concluſionis noticiā. ita per fidē ma-
gis ⁊ magis illuminantē intellectū venitur pau-
latim in pfectam noticiā etiā bonoꝛū non appa-
rentium quod ſoli fidei cōgruit. quoniā ſola fides

Ayuntamiento de Madrid

Qꝫ fidei finis non ſit tantū veritas ſed etiā bonū vnde nō in ſola ſpeculatione conſiſtit.



eſt que prima ⁊ per ſe illuminat intellectū. Quar
to modo dicitur fides argumentū nō apparentiū
propter articulos fidei qui ſunt principia fidei ꝑ
ſe nota. Unde fides ſiue fidelis reſpuit eorū pro=
bationem. Fides eñ: quia ſoli veritati innititur
in ipſis articulis inuenit cauſaꝫ quare credat eis
ſcꝫ deū. ſicut in alia facultate. Intellectus i hoc
principio Omne totū eſt maius ſua pte. Cauſaꝫ
inuenit per quā cognoſcit illud. quoniā ſi in theo
logia nō eſſent principia non eſſet ars vel ſciētia.
Habet ergo principia ſcilicet articulos qui tamē
ſolis fidelibus ſūt principia. quibus fidelibꝰ ſunt
per ſe nota: nō extrinſecus aliqua ꝓbatione indi
gentia. ſicut eñ hoc principiū. Omne totū maiꝰ
eſt ſua parte: habet aliquātā illuminationē ꝑ mo
dum nature illuminātis in itellectū: ita hoc prin=
cipiū. deus eſt remunerator oim bonorum: ⁊ alij
articuli habent in ſe illuminationē per modū gra
tie qua deus illuminat intellectum. vnde eſa. vij.
Niſi credideritis nō intelligetis. ⁊ ſalomon. iiij.
ꝓuerbiorū. Semita iuſtorū quaſi lux ſplēdens et
creſcit vſqꝫ in perfectam diē. Iſti duo vltimi mo=
di quibus fides dicitur argumentū nō apparen=
tiū nō conuenit alijs virtutibus: et ideo per illaꝫ
vltimam partē differt fides ab alijs virtutibus.

*Articuli fidei non probantur.*

*Per hoc ad prima.*

*Ad aliud.*

Ad aliud ſequēs obiectū dicimꝰ ꝙ illa diffini
tio nō eſt logica vel phiſica. ſicut eñ logica diffi=
nit res per genus ⁊ differentias: vt cum dicitur:
ira eſt appetitꝰ cōtrarij doloris. ⁊ naturalis phi
loſophia diffinit per naturā: vt ira eſt accēſio ſan
guinis circa cor: ita theologia diffinit rem per ha
bitudinē ꝓpriā quā habet ad vltimū finē ſcilicet
deū quod generaliter dicitur ꝙ res debet diffini=
ri per primū ⁊ principalē finē locū habet in alijs
diffinitionibus.

*Ad vltimū.*

Ad vltimo obiectū patet ſolu=
tio. quoniā fides principaliter tendit ad oēs ⁊ ſo=
las res ſperandas quibus intendit frui deo: ſꝫ nō
intendit ad oēs res credendas vel ad omnes res
diligendas.

Utrū fides ſit virtus.

Secunda queſtio huius capituli.

*Arguit ꝙ non.*

Queritur vtrū fides ſit virtus. Uidetur
poſſe probari ꝙ nō: quia philoſophi dicūt
ꝙ finis ſpeculationis eſt veritas ſiue ve
rum: virtutꝫ vero finis ē bonū. Sꝫ fidei
finis eſt veritas. quoniā fides ē cognitio enigma=
tica bonorū eternoꝝ: ergo eius finis nō eſt bonū:
ergo ipſa nō eſt virtus.

*Secundo.*

Itē cū duplex ſit intel
lectus: ſpeculatiuus ⁊ practicus. In ſpeculatiuo
intellectu ſunt ſcientie et ſpeculationes veritatis.
In practico intellectu eſt virtus et bona operā=
tio. Fides autē eſt in ſpeculatiuo intellectu: non
in practico. quoniā fides non eſt in inferiori par=
te mentis: ſed in ſuperiori. ſicut dicit beatꝰ Gre=
gorius ſuper illud hieremie. Filij mempheos et
thāneos conſtuprauerunt te vſqꝫ ad verticē. Cū
ergo fides ſit in ſpeculatiuo intellectu: ergo ipſa
eſt ſcientia ſiue cognitio quedā: ⁊ nō virtꝰ.

*Gregorius ſup hiere.*

*Tertio.*

Itē
fides eſt media inter ſcientiā ⁊ opinionē. Sꝫ duo
extrema ſcilicet ſcientia et opinio ſunt in ſpecula
tiuo intellectu. et conſiſtunt in pura ſpeculatiōe:
ergo fides eſt pura ſpeculatio: ergo non eſt virtꝰ.

*Solutio.*

Solutio. Dicimus ꝙ fides eſt in ſpeculatiuo
intellectu: non tamen conſiſtit pure in ſpeculatio
ne. nec eius finis tantū eſt veritas: immo etiā bo
num. conſiſtit enim in ſpeculatione prime verita
tis ⁊ in eſtimatione boni: quia dum intellectus ꝑ
fidem ſpeculatur primā veritatem eſtimat eā ſibi
ſumme delectabilem: ⁊ ſibi ſummū bonuꝫ. ⁊ ideo
mouetur in illam vt in ea delectetur et quieſcat.
Sicut ouis per eſtimationem fugit lupum. ita fi=
des per eſtimationē mouetur in primam veritatē
Et ideo fides coniūgit animas ſanctas deo. ⁊ q̄a
eſt prima virtus inter theologicas. Intellectus
autē ſpeculatiuis in alijs ſcientijs vti debet ſo=
la ſpeculatione ⁊ nō eſtimatione. quoniam nullū
ſubiectum alterius ſcientie eſt bonum in quo de=
beat delectari noſter intellectus. Unde nō debet
moueri per eſtimationē in illd. ſ. in quācūqꝫ crea
turā vt delectetur in illa. quod ſi faceret mecha=
retur. quoniā ſicut affectus noſter mechatur cuꝫ
mouetur ad hoc vt delectetur in aliquo bono tem
porali. ita intellectus noſter mechatur quando
mouetur per eſtimationem ad hoc vt delectetur
in aliqua veritate creata. Et ideo in alijs ſcienti=
js debet eſſe pura ſpeculatio. Sed in hac ſenten=
tia ſiue ſcientia ipſa ſpeculatio virtus eſt. quoniā
per modum eſtimationis mouet ad bonū: ad bo=
num dico eternū. Nō primo loco ad bonū in ope
ratiōe ſicut politice virtutes. tamē ipſa fides mo
uet ad bonū in operatione ꝑ medias virtutes po
liticas quas omnes ipſa mouet. Ipſa enim viui=
ficat et hominem interiorē ⁊ hominem exteriorē
ſicut dicit Apoſtolus. Iuſtus ex fide viuit. Cum
ergo dicunt philoſophi ꝙ virtus eſt ſita in practi
co intellectu hoc intelligūt tantum de politicis
virtutibus que conſiſtunt in operatione. De fide
enim nichil vel parum cognouerunt. Per hoc
patet ſolutio ad duas primas obiectiōes. Ad
tertio obiectum dicimus ꝙ fides eſt ſubſtātia nō
tantum ſupra opinionē: ſed etiaꝫ ſupra ſcientiam
demonſtratam. Magis enim credit intellectus
per fidem illuminatꝰ prime veritati q̄ꝫ ſillogiſmo
demonſtratiuo. Cum ergo dicitur ꝙ fides eſt me
dia inter opinionē ⁊ ſciētiam. intelligitur de opi=
nione fidei informis et de ſcientia manifeſta qua
videbimꝰ deū in futuro facie ad faciem.

*Fides non tā ſpeculatiua ē q̄ꝫ practica.*

*Nota iſta.*

*Exemplum*

*Intellectꝰ ſpeculatiuꝰ*

*Finis fidei.*

*Fides mouet ꝟtutes.*

*Apoſtolus*

*Philoſophi non cognouerunt fidem.*

*Fides ē ſupra ſciam.*

*Quō fides mediat iter ſcientiam ⁊ opinionem*

Utrum fides ſit vnica virtus.

Tertia queſtio huius capituli.

Queritur vtrum fides ſit vnica virtus. ſ.
vtrum fides ſit ſpecies ſpecialiſſima an
genus ſubalternū. Probo ꝙ non eſt
vnica virtus. quoniam aliud eſt donum
quod de deo eſt. id eſt donū ſapientie. Et aliud ē
donum quod eſt de rebus humanis ſcilicet donū
ſcientie. ergo eadem ratione alia eſt fides que de
deo eſt vt qua credimus deū eſſe trinum ⁊ vnum.
Et alia eſt fides que eſt de rebꝰ humanis. vt qua
credimus ꝙ homines reſurgent in reſurrectione
vel quod mali punientur pena eterna.

*Arguit ꝙ nō eſt vnica*

*Secundo.*

Itē q̄a
non eſt vnicum genus appetendorum: ſed diuer=
ſa genera. ideo non eſt vnica virtus appetendo=
rum: ſed diuerſe virtutes in ſpecie. quoniā etiam
plura ſūt genera credendoruꝫ q̄ꝫ appetendorum.

*Tertio per*

Itē Augu. dicit ꝙ ſcdm diuerſa volita diſtin=

Auguſtinũ.

guũtur diuerſe volũtates in ſpecie. quoniã alia ẽ voluntas qua volo honoꝛes mũdi. alia eſt qua volo delectari ĩ carne. alia qua volo excellere alios homines: ergo eadẽ ratione ſecũdũ diuerſa credita debent diſtingui diuerſe fides in ſpecie.

In oppm̃.

¶ Cõtra Apo. dicit vnꝰ dñs: vna fides. vnũ baptiſma ⁊ Aug. ſup illũ locũ dicit: ꝙ alia eſt fides que eſt in coꝛde iſtiꝰ alia q̃ ẽ in coꝛde illiꝰ: tñ vna ẽ ſpecie ſimilitudine in coꝛdibus omniũ: licet eñ ſint plures fides nũero: vnica tantũ eſt in ſpecie.

Auguſtinꝰ.

Solutio.

¶ Solutio: dicimus ꝙ reuera eſt vnica fides in ſpecie ⁊ nõ valet pꝛima argumentatio.

Ad pꝛimũ.

Fides eſt vnica ꝟtus

Aliud eſt donum quod de deo et cetera: qm̃ illa duo dona ſũt de diuerſis ſubiectis et de diuerſis diſpoſitionibus: ⁊ diuerſas habent ꝓpꝛias rationes, ſed omnes fides ſiue ſint de ſuperioꝛibus ſiue de inferioꝛibus de eodẽ ſunt. ſcꝫ de deo: quoniã oẽs articuli ſunt de deo vt poſt patebit. ⁊ habent rationẽ. quoniã vnica eſt ratio credendi oẽs articulos. quoniaꝫ ſi queritur quare ita credis hoc vel illud non eſt niſi vnica reſponſio. ſcꝫ quia ita docet pꝛima veritas

Fides innititur ſoli pꝛime ꝟitati.

fides enim ſoli pꝛĩe veritati innititur: nec querit aliud mediũ ad pꝛobandũ aliquẽ articulũ. qm̃ fides eſt argumentũ: nõ concluſio. ſicut dicit Apoſtolus. Quoniã licet fides haberet plura media ad pꝛobandũ aliquẽ articulũ: tamẽ nõ pꝛincipaliter inniteretur illis: ſed tantũ pꝛime veritati. Sicut igitur geometria eſt vna ſcientia quoniam de vno ſubiecto ⁊ diuerſis mediis. ita ⁊ multo foꝛtiꝰ vnica eſt fides: quia eſt de vnico ſubiecto ⁊ vnicũ mediũ per quod venit in hoc vt credat quicq̃d credit. et ita patet ſolutio ad pꝛimo obiectuꝫ.

Ad ſcd̃m.

¶ Ad ſecũdo obiectũ dicimus ꝙ nõ valet hec argumentatio. Diuerſe ſũt ſpecies appetẽdoꝛũ ſiue diuerſe virtutes in ſpecie ſũt appetendoꝛum: ergo eadem ratione diuerſe fides ⁊c̃. qm̃ vnica eſt ratio oĩm credendoꝛũ vt dictũ eſt. ſed nõ eſt vnica ratio appetendoꝝ.

ꝯtra iſtd̃ aꝛ

¶ Sed hoc videꝛ eſſe falſũ. quoniam ſicut omnia credenda: credenda ſunt pꝛopꝛ veritatẽ ita omnia appetenda: appetenda ſũt ꝓpter deũ: ergo ſicut vnica eſt ratio credendoꝛuꝫ. ita eſt vnica ratio appetendoꝝ. ⁊ ita videꝛ ꝙ non valet pꝛedicta ſolutio.

Solutio.

¶ Ad hoc dicimꝰ ꝙ re ꝟa vnica eſt ratio omniũ appendoꝝ vniuerſalis: ſed diuerſe ſunt particulares rationes ſcd̃m pꝛecedẽtes virtutes. vt patꝫ in largitate q̃ conſiderat qñ dandũ et cui dandũ gratia cuius: et ſimilia et in continentia q̃ ſimiliter conſiderat quare ſit abſtinendũ a carnalibus deſideriis. ſ. ne violet tẽplũ dei. ne ſpũiſancto cõtumeliã faciat ne coꝛpus faciat habitaculũ demonũ. Eodẽ modo ĩtellige de aliis q̃ ſunt de appetendis. quoniã ſcd̃ꝫ vnũqd̃qꝫ appetendum ſunt ꝓpꝛie difficultates pꝛopter diuerſas ⁊ pꝛopꝛias circũſtantias quibus debet veſtiri tam voluntas q̃ꝫ actus rei appetibilis.

Hec notanda ſunt.

Diuerſe virtutes appetendoꝛum.

Pꝛopter quas etiam ſunt diuerſe particulares rationes in particularibus appetendis. ⁊ ideo diuerſe ſunt virtutes appetendoꝛũ. Sed vnica eſt ratio omnium credendoꝛum ⁊ vniuerſalis et particularis. et ideo vnica eſt difficultas in credendis et ideo vnus habitus ſiue vna virtus omniũ credendoꝛũ. et per hoc patet quare non valet pꝛedicta argumentatio.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertio obiectũ dicimꝰ ꝙ ſimiliter non valet hec argumentatio Scd̃ꝫ diuerſa volita diſtinguuntur diuerſe volũtates ⁊c̃. ergo ſcd̃m diuerſa credita ⁊c̃. quoniã nõ eſt ſimile de motibus ⁊ habitibus quoniam ex vno habitu poſſunt exire motus diuerſarũ ſpecierũ. vt patet etiam in habitu naturali qui eſt viſus ex quo pꝛocedunt iſti actus videre album: videre nigrũ. qui ſunt diuerſarum ſpecierum.

Exemplũ.

Ex eodẽ habitu pꝛocedunt actus ſpecie differentes.

Similiter ex illo habitu qui eſt fides pꝛocedũt diuerſi actus in ſpecie. ſcilicet iſti credere deum eſſe. credere filium dei eſſe natum de virgine. credere ꝙ deus puniet in eternũ malos: ⁊ remunerabit bonos. Sed quoniam omnia iſta eadẽ ratione credũtur vt dictuꝫ eſt. ideo nõ habent niſi vnum habitum ex quo ꝓcedunt. Et ita ſecundũ hoc fides habebit plures motus in ſpecie.

ꝯtra iſta aꝛ

¶ Sed contra. Uirtutes nõ diſtinguuntur ſcd̃m vltimũ finẽ. quoniã ſic omnes virtutes eſſent eiuſdem ſpeciei ſed diſtinguuntur ſecũdũ pꝛimos fines et ſubſtantiales. ſ. ſecunduꝫ motus interioꝛes. Sed diuerſi ſũt motus interioꝛes fidei ſecundum diuerſa credita: ergo fides nõ eſt vnica virtus in ſpecie.

In ꝯtrariũ

¶ Cõtra. Fides ẽ aſſẽtire pꝛime veritati pꝛopter ſe et ſuper omnia: ergo ſiue credam hunc articulum ſiue illũ: tale credere non eſt niſi aſſentire pꝛime veritati in hoc articulo vel in illo: ergo quodlibet credere eſt aſſenſus in pꝛima veritate ⁊ ꝓpter ſe: ergo omnia credere ſunt eiuſdem ſpeciei. ⁊ ita omnes motus fidei ſunt eiuſdem ſpeciei.

Secundo.

¶ Item intellectus tẽdit ad hoc vt quieſcat in ſuo fine. ſed non tẽdit ad hoc efficaciter niſi per modum fidei: ergo omnibꝰ motibus fidei tẽdit ad hoc: ergo omnes motus fidei tendunt ad hoc: ergo tendunt ad eundem finem ⁊ immediate. quoniã nullo modo poſſet aſſignari medium. ergo oẽs motus ſunt eiuſdem ſpeciei.

Iterũ aꝛ in oppoſitum.

¶ Sed contra. Auguſtinus dicit ꝙ credere eſt cogitare cũ aſſenſiõe. ſed cogitare illd̃ nõ eſt niſi videre ſpũale. Sed videre albũ videre nigrũ iſte viſiones actuales ſunt diuerſarum ſpecierũ: ergo eadem ratione intelligere hominẽ et intelligere aſinũ ſunt motus diuerſarum ſpecierum: ergo eadem ratione cogitare deum eſſe trinũ ⁊ vnũ cogitare filium dei eſſe natum de virgine ſunt diuerſa genera in ſpecie: ergo motus fidei ſunt diuerſarum ſpecierũ.

Euaſio.

¶ Foꝛte dicet ꝙ licet ſint diuerſa credita, tamẽ nõ ſunt diuerſa credere pꝛopter eandẽ delectationẽ ſibi annexã. quoniã vnica eſt delectatio qua intellectꝰ delectatur in ſuo fine credẽdo.

ꝯtra hãc aꝛ

¶ Sed ꝯtra. Motus fidei: motus ſpei: ⁊ motus caritatis habent diuerſas delectationes in ſpecie ſibi annexas: q̃ ſunt diuerſarum ſpecierũ. ergo eadẽ ratione. ſi motus fidei ſũt de diuerſis rebus habebunt diuerſas delectatiões ſibi annexas. et ita non erũt eiuſdem ſpeciei pꝛopter eandem delectationẽ.

Solutio.

¶ Quod concedẽdo dicimus pꝛopter iſtas duas vltimas rationes. ꝙ fides habet diuerſos motus in ſpecie.

Ad pꝛimũ.

¶ Ad pꝛimo obiectũ dicimus ꝙ hec eſt falſa. Uirtutes diſtinguuntur ſecundũ pꝛimos ⁊ ſubſtãtiales fines qm̃ non diſtinguuntur ſecũdũ motus. ita ꝙ ſi motus ſint diuerſarũ ſpecierũ ꝙ virtutes ſint diuer=

Ayuntamiento de Madrid

Quomodo virtutes diſtinguūtur.

ſarum ſpecierū. Sed diſtinguūtur virtutes ſecū-dum diuerſas difficultates quas explicant. Uirtutes enim nō ſunt ſimpliciter ad agere vel ad bene agere. ſicut potētie: ſed ſūt ad facile ꝛ firmiter bene agere. Et quoniā vnica eſt difficultas credēdi in omnibus credendis. vt dictū eſt: ideo nō eſt niſi vnica fides.

Ad ſcdm.

¶ Ad ſecūdo obiectū dicimꝰ ꝙ hec eſt falſa. Credere eſt aſſentire prime veritati: immo credere eſt cogitare cū aſſenſiōe. Qd ergo dicit. credere eſt aſſentire deſcribit credere ꝑ ſuū conſequēs: ꝛ quia diuerſificatur cogitare ſecūdū diuerſa cogitata diuerſificatur credere ſecūdū diuerſa credita. Et ideo diuerſi ſunt motus fidei in numero. tamen vnica eſt fides in ſpecie. Diuerſis etiā motibus fidei diuerſe ſūt adnexe delectatio-nes in ſpecie. Nō vna tantū. qm̄ ſicut alia dele-ctatio adnexa eſt viſui quādo video viride: ꝛ alia viſioni quādo video candidū. Ita alia eſt delectatio que ad adnexa motui fidei quo credo deū eſſe creatorē meū. et alia illi quo credo deum eſſe tri-num et vnum. et alia illi quo credo filium dei in-carnatum et ſic de alijs.

Delectatio ānexa fidei

¶ Utrum idem ſit ſcitum ꝛ creditum.

¶ Quarta queſtio huius capituli.

Queritur vtrū idem ſit ſcitū ꝛ creditum. Probaṫ ꝙ ſic. qm̄ Augu. dicit. Quedā ſūt que non credūtur niſi prius intelli-gantur. Intelligātur Auguſtinus po-ſuit pro ſciātur: aliter nihil dixiſſet. ꝛ ita idem eſt ſcitum ꝛ creditū.

Af ꝙ ſic ꝑ auguſtinū.

Secundo.

¶ Itē philoſophi venerūt in cognitione dei per creaturas. ꝛ ſic habuerūt ſcientiā de deo per naturales rationes. qm̄ apoſtolus dicit. Inuiſibilia dei per ea que facta ſūt ꝛc̄. Sit ergo ꝙ aliquis veniat ad fidē. cōſtat ꝙ quādo venit ad fidē nō obliuiſcitur rōnes quibꝰ prius ſciebat deū eſſe: ergo adhuc ſcit deū eſſe ergo idē ſcit et credit.

Tertio.

¶ Item ſcientia ſenſitiua ſiue per effe-ctum nō excludit ſcientiā per cauſam. vt quando aſtronomus videt eclipſim ſolis per effectū non excludit ſcientiā qua ſcit probare ꝙ eclipſis erat futura hac die. Ergo eadē ratione cognitio que ē per fidē non excludit ſcientiā q̄ eſt per rationes. ꝛ ita idē ſcit philoſophus iſte ꝛ credit.

Euaſio.

¶ Forte di-cit ꝙ per talē effectū nō poteſt probari prima cauſa. i. per creaturas qm̄ nō cōuenit cuꝫ eis genere vel ſpecie vel differentia vel proprio vel acciden-te.

Ꝯtra hāc aſ

¶ Cōtra. cauſa cognoſcitur per ſuū effectū et inquantū cauſa: ergo quo magis ē eo magis co-gnoſci habet per ſuū effectū. ſed deus maxime ē cauſa creaturarū: ergo maxime habet cognoſci ꝑ creaturas: ergo deū eē ē ſcitū per effectū creatu-rarū ꝛ fides nō excludit talē ſcientiā: ergo idē eſt creditū et ſcitū.

In oppm̄.

¶ Sed cōtra tullius dicit ꝙ vox omniū eſt vox nature. ſed deū eſſe eſt vox oīm: ꝫ deū eſſe naturaliter eſt ſcitū ab oībus: ergo ipm̄ nō eſt meritoriū. qm̄ naturalia nō ſūt laudabilia vel vituperabilia: ergo deū eſſe nō eſt articulus fidei: ergo in hoc caſu nō eſt idē ſcitū et creditum quia deū eſſe nō cadit ſub fide qd̄ quidā ꝯcedunt hac ratiōe.

Opinio aliquorum.

Ꝯtra quā aſ

¶ Sed ꝯtra. Auguſtinus dt̄ in libro ſoliloquiorū ꝙ deū diligit quicquid diligere pōt. ſed cōſtat ꝙ talis dilectio dei nō excludit carita-tem dei: ergo eadē rōne naturalis cognitio eius quod eſt deū eſſe nō excludit fidē eiuſdē.

Euaſio.

Forte dicit: ꝙ idē eſt ſcitū ꝛ creditū.

Ꝯtra quā aſ

Sed cōtra. maiori ſuperueniente lumine lumen minꝰ ceſſat vt luce ſolis: lux lune et ſtellarū: ergo multo fortius adueniente ſole iuſticie in aīam hominis ceſſat lumen nature: ergo adueniente fide nō habet locū ratio naturalis. et ita non eſt idē ſcitū ꝛ creditū

Ad idem.

¶ Itē per fidē aſſentit homo prime veritati propter ſe ꝛ ſuꝑ oīa: ergo nō aſſentit ei propter rōnes humanas: ergo rōnes humane nō faciūt cognoſci primam veritatē. niſi eſt fides. hoc aūt fuit ſignatū ꝑ ſamaritanā cui dixerūt ſamaritani iā nō propter te credimꝰ. ſed quia ipſi vidimus ꝛ audiuimꝰ. Samaritana ſignificat rationē naturalē ſamaritani venientis ad fidē nouiter. qm̄ venientes ad fideꝫ nouiter dicunt rationi naturali iā non propter te credimus. ſed quia ipſi vidimus per fidē: ergo adueniente fide naturalis ratio nō habet locū. ꝛ ita nō idem eſt ſcitum ꝛ creditū.

Samaritana ſignificat rōnem.

Ad idem.

¶ Itē ſi ego diligo deū ꝓpter tēporalia tm̄ adueniente caritate ceſ-ſat illa dilectio: ergo eadē rōne adueniēte fide ratio naturalis ceſſat et ita nō eſt idem ſcitū ꝛ creditum.

Sulutio.

¶ Solutio. notandū ꝙ eſt cognitio dei na-turalis ꝛ accidentalis. Naturalis duplex quoniam adam nō obſcurre ſꝫ aperte cognoſcebat deū in creaturis quādo nondū erant tenebre peccati ſuper faciē abyſſi. i. cordis humani. Alia ē cognitio dei poſt peccatū que ē ꝑ ſpeculū et in enigmate. et talis eſt differentia inter cognitionem naturalem ante peccatum et cognitionem naturalem poſt peccatū: qualis eſt inter dignitatē ꝛ ſuppoſitionē. dignitas eñ non indiget aliqua ꝓbatione vel leui perſuaſione. ſed ſuppoſitio indiget ad minus leui perſuaſione. eodē modo ante peccatum non indigebat homo vt ei probaretur vel alio modo perſuaderetur deū eſſe.

Duplex notitia naturalis.

Ante pctm̄ et poſt.

ꝓbat a ſiſi.

Accidentalis cognitiō de deo triplex.

Accidētalis cognitio dei triplex eſt. quoniā q̄dam eſt que acquiriṫ per naturales rationes qualē habuerunt philoſophi Eſt alia que innititur teſtimonijs ſcripturarū vel miraculorū et hec eſt fides informis. Tertia eſt gratuita que eſt ꝑ illūinationē qn̄ lux vera illuminat aīam ad videndū ſe ꝛ alia ſpūalia et talis cognitio eſt fides gratuita. q̄ dicit ī corde hominis iā nō ꝓpter rōnē naturalē credo. ſed propter illd̄ qd̄ video. qm̄ tali cognitiōe aduenīēte aſſētit aīa prime veritati ꝓpter ſe ꝛ ſuꝑ oīa. tali cognitione pereūt oēs alie cognitiōes accidentales. ꝛ quātum ad actum ꝛ quantum ad habituꝫ: licet quidā dicant ꝙ nō pereūt quantū ad habitū: ſed tantuꝫ quantū ad actū: ſed hoc eſt falſum. quoniā eadeꝫ eſt apprehenſio omniū cognitionū accidentaliū quibus cognoſcitur deꝰ. ꝛ cū illa apprehenſio venit in aīaꝫ: fides tanq̄ velocior preoccuparet motus aliarū cognitionū accidentaliū ſi eſſent ibi. ꝛ ita cum fides adeſt iam nō eſt abilis homo ad credendum per rationes quas prius habebat. ſed illerationes non in eo generant fidem: ſed gratuitam fidē confirmant et augmentant: ſicut beneficia temporalia non faciunt in homine caritatem ſed confirmant et augmentant eam quantū ad ſuum motum. nec eſt ſimile de ſcientia que eſt per

Nō de fide.

Cōfutat aliquorū opinionem.

Exemplum



Ayuntamiento de Madrid

effectum. et ſcientia que eſt per cauſam. quoniam habent diuerſa media et diuerſas conſiderationes: ex q̄bus generant̄. Sed omnes accidētales cognitiōes de vnica habent ꝯſideratione et ideo maior et velocior non patitur ſecū alias vt dictū eſt. Per hoc pꝫ ſolutio ad ſecundo et tertio obiecta.

Ad primuꝫ.

¶ Ad primo obiectū dicimus ꝙ quedā ſunt que non poſſunt credi niſi prius intelligantur que oportet cognoſci priꝰ naturali cognitiōe. vt vnū eſſe principiū: prius eſt intelligibile q̄ creditur. Quedā aūt ſūt que oportet prius credi q̄ cognoſci ſiue intelligi: vt articuli ad quos nō pōt attingere ratio naturalis. vt eſt filiū dei eſſe hoiēꝫ: vel hmōi.

Quedā prius credunt̄ q̄ intelligātur quedam oppoſito modo.

Ad aliud.

¶ Ad aliud obiectū dicimus ꝙ hec argumentatio nō valet: deū eſſe eſt naturaliter cognitum: ergo nō eſt articulus fidei. Sed hoc poſtea pleniꝰ dicet̄: qm̄ de articulis fidei dicemꝰ.

Iterū arguitur ad principale.

¶ Itē aliter probatur: ꝙ idē eſt ſcitū ⁊ creditū. Simus in tēpore in quo patiebatur xp̄s: inde ſic. Petrus ſcit iſtū pati. demōſtrato chriſto. Probatio. Petrus videt iſtū pati oculis corporeis: ergo ſcientia ſenſitiua ſcit illū pati. Iteꝫ hec propoſitio eſt vera. Si ieſus patitur chriſtus patitur: v̄l ip̄e patitur et petrus ſcit hoc. q̄r hoc nulli eſt dubiū: ergo petrus ſcit ꝙ ſi ieſus patit̄ ipſe patit̄: ſed petrꝰ ſcit eū pati: ergo ſcit ipſū pati: ſed ipſū pati ē iſtū pati demōſtrato ieſu: ergo petrus ſcit iſtū pati.

Ad idem.

Preterea: ſcit iſtū hominē pati: ergo ſcit iſtū pati. Sed credit iſtum pati: qm̄ credit filiū dei pati; et iſte eſt filius dei. ergo credit iſtū ſcꝫ filium dei pati: et ita idem ſcit et credit.

Tertio.

¶ Item ſint hic Petrus ⁊ Iacobus et Chriſtus et iſte homo eſt certificatus ꝙ aliquis ex iſtis eſt chriſtus filius dei! ſed neſcit quis. probatur ei hec propoſitio. Iſte homo eſt ieſus filius dei. conſtat ꝙ non poteſt reſpondere: verum eſt vel falſum eſt. quia neſcit vtrum ſic demōſtretur ei dei filius vel nō. reſpōdebit ergo proba inde ſic. Iſte reſpondet ꝓba ad iſtam propoſitionē ⁊ ſecūdū conſcientiā. ergo dubitat illā eſſe veram: ergo dubitat eius dictū eſſe verū: et ſicut ꝙ ſicut eius dictum. ergo ipſe dubitat eius dictū. et ita iſte dubitat iſtuꝫ hoīem eſſe verum filiū dei: ſed ipſe idem credit: q̄r eſt fidelis Sit ita. et hic eſt articulus fidei. ergo idē eſt creditum ⁊ dubitatū ab iſto: ergo eadem ratione nichil impedit quin poſſit eſſe ſcitum ⁊ creditum.

Solutio.

¶ Solutio. fides eſt de nō apparentibꝰ: ideo dicunt quidā ꝙ impoſſibile eſt idē eſſentiale eſſe ſcitum ⁊ creditū: ⁊ dicunt ꝙ hec eſt falſa: petrus ſcit iſtū pati de dicto. immo tantū credit: quoniā dicunt ꝙ hoc pronomē iſte poſitū ſubſtantiue perſonale ē: et idē eſt ac ſi diceret̄. petrus ſcit hāc pſonam pati: ſed bene cōcedunt eā: ſecūdum ꝙ intelligitur de re.

Aliquorum opinio.

Ad ſcd̄m.

¶ Ad ſecundo obiectū dicunt ꝙ hec eſt falſa: petrus ſcit. ꝙ ſi ieſus ip̄e patitur: qm̄ petrus ſcit antecedens: ſed nō ſcit conſequens et ideo neſcit illud. qm̄ ſi hoc pronomē iſte tenetur ſubſtantiue falſa eſt. quoniā ſcd̄m hoc eſt perſonale. Si adiectiue vera eſt. ⁊ ſcd̄m hec dicūt ꝙ non valet hec argumentatio. petrus ſcit iſtū hominē pati: ergo petrus ſcit iſtū pati.

Ad vltimū.

¶ Ad vltimo obiectum dicūt ꝙ iſte dubitat hanc propoſitionem eſſe veram: et dubitat eius dictū eſſe verum non tamen dubitat eius dictū. qm̄ neſcit ꝙ ſit eius dictum: qm̄ neſcit ſignificationem vocū: qm̄ neſcit vtrū demonſtretur dei filius an nō. ſicut aliquis bene reſpōderet proba ad iſtā ꝓpoſitionē. Marcus eſt tullius. ignorans vtrū illa noīa ſunt nomina eiuſdē vel diuerſorū: ⁊ tn̄ non dubitat dictum huius propoſitiōis.

Cōtra hāc opinionē arguitur

¶ Sꝫ ꝙ hec ſolutio nulla ſit probatur multipliciter. Primo ſic. Petrus videt iſtū: demonſtrato chriſto ⁊ videt eiꝰ paſſionē: ergo videt hoc totū iſtū pati. ergo ſcit hoc totū et ita ſcit hoc enūciabile: iſtū pati. Preterea cū dicitur: petrus ſcit iſtū pati: hoc pronomē iſtū aut ſignificat aliquā formā circa ſuū ſignificatū aut nullā. Si aliquā: aut diuinā aut humanā: non eſt ratio quare potius diuinā q̄ humanā vel ecōuerſo: quoniā ſicut demōſtrat hominem: ita demonſtrat deum et econuerſo: ſed conſtat ꝙ ſignificat vtrāq̄: ergo nullam maxime cū ſit pronomen ſubſtantiā mere ſignificans. Ex hoc ſequitur ꝙ hec eſt vera. petrus ſcit iſtū pati ex quo nō ſignificatur ibi aliqua forma fidei.

Tertio.

¶ Item petrus ſcit ſi chimera patitur: ip̄a patitur ſimiliter ſcit ꝙ ſi brunellus patitur ipſe patitur: et ſic de omnibꝰ alijs rebus: ergo ſcit ꝙ ſi ieſus patitur ipſe patitur: ꝙ tamen ipſi negant.

Solutio ſcd̄m doctorem.

¶ Propter hoc dicimus ꝙ ſolutio illa non valet. et dicimus ꝙ in hoc caſu idē eſt ſcitum et creditum. Et dicimus: petrꝰ ſcit iſtū pati ſiue hoc intelligatur de deo ſiue de re ⁊ credit idem ſed ſecūdum aliā apprehenſionē credit. ſecundum aliam ſcit: quoniā ſecūdū quod apprehendit iſtum ſub formis viſibilibus ſcit iſtum pati: ſecūdū ꝙ apprehendit eūdem ſub forma diuina credit iſtum pati. ſicut ſolet dici de illo qui interficit patrē platonis et aufugit. ſed poſt longū tempus redijt: ita alteratus ꝙ plato non cognouit eū et adipiſcitur familiaritatem platonis: ſecundum hoc verum eſt: ꝙ plato odit ⁊ diligit iſtū ſed ſecundū diuerſas apprehenſiones. quoniam ſecundū ꝙ apprehendit eum in ſtatu in quo eſt diligit iſtum: ſed ſecunduꝫ ꝙ apprehendit eum ſub imagine in qua vidit eum quādo interfecit patrē ſuum odit iſtum. et ita eundem diligit et eundem odit ſecundum diuerſas apprehenſiones et eodē modo idem ſcitur ⁊ creditur idem credit̄ et dubitatur. per hoc patet ſolutio ad omnia obiecta.

Exemplum

Idem ſcit̄ et credit̄ ſimul ab eodem.

¶ De fide implicita.

¶ Quinta queſtio huius capituli.

Queritur de fide implicita et explicita. Dicitur in iob. Boues arabant et aſini paſcebant iuxta eos. boues ſunt predicatores: ſiue prelati qui debent arare terram liberi arbitrij vt fructum faciat. Aſini dicūtur ſimplices qui debent inniti dictis maiorū: eſt ergo ſenſus ꝙ prelati debent inſtruere ſimplices ⁊ ſimplices debent inniti fidei ipſorum: quia ſufficit ſimplicibus ſi aliquos articulos fidei credunt explicite et alios implicite: ſed prelati tenentur credere omnes explicite q̄r tenentur reddere rationem de ea que eſt in eis fide/ſpe/caritate/ſicut dicit beatus petrus. Credere autē implicite eſt credere in hoc vniuerſali. quicquid credit

Utrū ſimplices teneantur credere explicite oīa q̄ credūt p̄lati.

Ayuntamiento de Madrid

In oppoſi͂ꝫ leuiticum. eccleſia credere eſſe veru͂. ¶ Sed co͂tra obijcit͂. precipitur in leuitico. ꝙ leproſus ad emundationem ſuā offerat ſextariu͂ olei. i. perfectā me͂ſuram fidei. ſed co͂ſtat ꝙ ſi aliquid deeſt ſextario non eſt ſextari⁹: ergo ſi aliquid defecerit de plenitudine articuloru͂ fidei non eſt vera fides: ergo ad hoc ꝙ aliqͣs habeat veram fidem: exigitur ꝙ credat oe͂s articulos fidei in ꝓpria eſſentia et explicite. aliter no͂ offert ſextariu͂ olei nec mu͂dat͂ a lepra peccati. Secundo. ¶ Preterea: fide͂ quoru͂dā articulorum habent heretici. licet no͂ oi͂m: ⁊ credu͂t in vniuerſali oe͂s alios articulos: qꝛ͂ credu͂t quicquid eccleſia credit eſſe veru͂. quod patere poteſt ꝑ diffinitione͂ eccleſie: qꝛ͂ co͂gregatio recte credentiu͂ e͂ eccl͂ia: ſed co͂ſtat ꝙ nullus heretic⁹ eſt qui no͂ credat qꝺ quicquid credit co͂gregatio recte credentiu͂ eſt verū ergo nulli ſufficit ꝙ credat quoſdam articulos explicite ⁊ alios implicite ſiue in vniuerſali: ergo quilibet vetula tenet͂ credere oe͂s articulos fidei explicite. Tertio. ¶ Ite͂ tu dicis ꝙ aliqua vetula credit aliquē articulu͂ implicite ⁊ no͂ explicite. demo͂ſtret͂ ille articul⁹. hec vetula credit hu͂c articulu͂ implicite: ergo actu vel habitu. ſi actu ergo actu cogitat hoc ⁊ mouet͂ actu in hoc: ergo ſcit hoc explicite. ſi habitu ille habitus po͂t reduci in actu͂. reducatur et inde vt prius. Solutio ad primum. ¶ Solutio. ad primo obiectu͂ dicimus ꝙ ſufficit ſimplicibus credere aliqͣs articulos explicite ⁊ aliqͣs in vniuerſali ita ꝙ nulli eoru͂ co͂tradica͂t in particulari ⁊ ideo offert plenum ſextariu͂ olei qui oe͂s articulos credit implicite vel explicite ⁊ nullu͂ excipit vt faciu͂t heretici. nec valet hec argume͂tatio. oportet leproſum offerre ſextariu͂ olei vel plenitudine͂ fidei: ergo oportet credere oe͂s articulos fidei explicite qꝛ͂ deberet inferre ſub diſtinctione explicite vel implicite. Ad vltimu͂. ¶ Ad vltimo obiectu͂ dicim⁹ ꝙ non valet hec argumentatio. iſte in actu ſcit hoc explicite: ergo mouetur vel cogitat de hoc actu vel ſcit hoc actu et eſt fallacia ſecu͂du͂ quid ⁊ ſimpliciter ſicut hic. Fallacia ſc͂d͂m quid ⁊ ſimpliciter. ſcit hoc in vniuerſali: ergo ſcit hoc.

¶ De fide diſtincta. ¶ Sexta q͂ſtio hui⁹ capi͂i.

Queritur de fide diſtincta et indiſtincta. dictu͂ eſt cornelio in actib⁹ apl͂oru͂ antequā eſſet baptiſatus ⁊ co͂uerſus ad fidem. Accepte ſu͂t elemoſine tue ⁊ orones tue apud deu͂. ⁊ ibide͂ dicit͂ ꝙ corneli⁹ ꝑ opa venit ad fidem qꝺ videt͂ falſum. no͂ eni͂ qꝛ homo bona facit ideo bonus eſt. ſed qꝛ bon⁹ e͂ ideo bene facit. Utru͂ ſine fide poſſit qs bene agere. cum ergo accepte eſſent eccl͂ie cornelij ⁊ orones iam habebat fide͂. qꝛ͂ ſine fide impoſſibile eſt placere deo. Sꝫ af ꝙ habebat fide͂. ¶ Contra in actib⁹ dꝛ ſi ſine fide poſſet eſſe ſaluus no͂ fuiſſet miſſus ad eu͂ architectus eccl͂ie ſcꝫ petrus. petrus eni͂ miſſus fuit vt eu͂ inſtrueret ad fide͂ et ita vt daret ei fide͂ miniſterio et iā dictu͂ erat ei pri⁹. Accepte ſu͂t elemoſine ⁊ orones tue: ergo per opera venit ad fide͂: ergo qꝛ bene egit factus eſt fidelis qꝺ falſuꝫ eſt. Iterum af ꝙ non. Ad idem. ¶ Preterea. ſi tunc habebat fidem qua͂do miſſus fuit ad eu͂ petr⁹: ad quid ergo miſſus eſt ad eu͂ petrus. no͂ vt co͂uerteret eu͂ ad fide͂. qꝛ͂ iam habebat fide͂ et ita ꝓ nichilo miſſus fuit ad eu͂. Solutio. ¶ Solutio. e͂ fides diſtincta ⁊ eſt fides indiſtincta. fide͂ indiſtinctam habebat cornelius qn͂ miſſus fuit ad eu͂ petrus. qua͂do ante miſſione͂ illā dictu͂ fuit ei. Accepte ſu͂t elemoſine tue. ⁊c͂. ſed no͂ poterāt ee͂ accepte niſi per fide͂ et ita co͂ſtat ꝙ habebat fide͂. ſed indiſtinctā. Duplex fides diſtincta et indiſtincta. quoniā credebat filiu͂ dei eſſe incarnādu͂ indiſtincte. nec adhuc diſtincte credebat ꝙ iam facta eſſet incarnatio nondu͂ per fide͂ ꝑceperat iſtos ſanctiſſimos rumores. verbu͂ caro factu͂ eſt. qui iā incepe rat predicari per mu͂du͂. ⁊ ideo no͂ poterat iā cornelius diu eſſe iuſtus ſine fide diſtincta ⁊ vt eam haberet. miſſus fuit ad eu͂ petrus. ⁊ hoc eſt quod dicitur. Si ſine fide poſſet eſſe ſalu⁹. ſ. ſi ſine fide diſticta que tu͂c te͂poris iam inceperat declarari no͂ fuiſſet ad eu͂ miſſus architectus eccl͂ie ꝑ hanc diſtinctione͂ patet ſolutio ad omnia obiecta. Per hec ad omnia.

De articulis fidei ⁊ quid ſit articulus et de numero articulorum. Secundu͂ capitulum.

Procedu͂ eſt de articulis fidei. Primo qꝺ ſit articulus. Secu͂do de nu͂ero articuloru͂. Tertio vtru͂ fide virtuti vl͂ fidei ſecundu͂ ꝙ eſt articulus ſubeſt falſu͂. Articulus dꝛ ab artando: qꝛ artat nos ad ſe credendum ¶ Sed obijcitur: fornicatione͂ eſſe peccatu͂ mortale eſt tale ad quod credendu͂ artamur: ergo eſt articulus. Ↄtra hoc af ¶ Preterea: ſi aliquis aſſereret pertinaciter fornicatione͂ no͂ eſſe pct͂m mortale haberetur ab eccleſia pro heretico: ergo fornicatione͂ eſſe eſt peccatu͂ mortale eſt articulus. Secundo. ¶ Forte dicet ꝙ no͂ eſt articulus. quia no͂ eſt de deo: ſed eade͂ ratione reſurrectione͂ carnis eſſe futurā no͂ eſt articulus: qꝛ͂ non eſt de deo: quod eſt co͂tra ſimbolu͂ vbi dicitur. carnis reſurrectione͂. ſi concedet primum. Euaſio. ¶ Co͂tra: in nullo ſimbolo inuenit͂ ꝙ fornicatio ſit pct͂m mortale: ſed ſimboli͂ eſt collectio articulorꝫ: ita ꝙ oi͂ꝫ aliter inſufficie͂s eſſet doctrina. ergo fornicatione͂ eſſe pct͂m mortale no͂ eſt articulus. In oppoſi͂. Ite͂ tu dicis: ꝙ fornicatione͂ eſſe peccatu͂ mortale no͂ e͂ articul⁹. qꝛ͂ no͂ eſt de deo. ¶ Queritur ergo: vtru͂ deu͂ eſſe ſit articulus: qꝺ ꝓbatur qꝛ de deo eſt ⁊ aſſerens ↄtrariu͂ pertinaciter eſſet hereticus: ⁊ ita artamur ad ipm͂ credendu͂: cuꝫ ſit de deo: ergo eſt articulus. Secu͂do inquiſitiue. ¶ Preterea. Aug. dicit: ꝙ q͂dam ſu͂t que no͂ poſſu͂t credi: niſi prius intelligantur vt deu͂ eſſe. deu͂ eſſe oi͂potēte͂ et remuneratore͂ oi͂s boni ⁊ hmo͂i: ergo talia ſunt articuli fidei. Tertio per auguſtinuꝫ ¶ Sed co͂tra: vox oim͂ eſt vox nature deuꝫ eſſe eſt vox oim͂ ergo eſt vox nature: ergo credere deu͂ eſſe eſt naturale: ergo no͂ eſt meritoriu͂: ergo no͂ eſt opus virtutis: ergo no͂ eſt opus fidei: ergo deu͂ ee͂ no͂ eſt articulus fidei. Ↄtra hoc af ¶ Forte dicet ꝙ ſicut duplex eſt dilectio. ſ. naturalis ⁊ gratuita. Ita duplex eſt credere. ſ. credere naturale ⁊ credere gratuitu͂. primu͂ no͂ eſt fidei: ſed ſc͂d͂m. Euaſio. ¶ Sed querit͂ quid eſt illud credere qꝺ eſt naturale: per illꝺ eni͂ acquieſcit ala prime ꝟitati: ergo vel ꝓpter ipam primam ꝟitate͂: vel propter aliꝺ. ſi ꝓpter ipſā: ſcꝫ dꝫ hoc no͂ eſt differe͂tia inter credere naturale ⁊ gratuitu͂. Si dicat ꝙ per credere naturale acquieſcit ala prime veritati: no͂ ꝓpter ſe: ſed ꝓpter ro͂nem naturale͂ tm͂: ſed diligere deu͂ ꝓpter te͂poralia tm͂ eſt pct͂m: ergo eade͂ ratione aſſentire prime ꝟitati propter ratione͂ naturale͂ tātu͂ eſt pct͂m. qꝛ͂ ſi Ↄtra hāc af

t.iiij.

Ayuntamiento de Madrid

cut pōt foꝛnicari affectꝰ a pꝛima bonitate: ita pt
foꝛnicare intellectus a pꝛima veritate. et ita ali=
*Tertio.* qꝺ naturale eſt pctm̄.qꝺ falſum eſt ¶ Pꝛeterea.
credere naturale aut innititur pꝛime veritati tātū
aut naturalibus rationibus. ſi pꝛimū:ğ non ē dif
ferentia inter credere naturale et gratuitum:ſi ſe
cundū:ergo deum eſſe non eſt votuz vt dignitas
*Solutio* vel ſuppoſitio quod tamen pꝛius dictū eſt. ¶ So
*tria reqrūt* lutio Tria exigunt ad hoc ꝙ aliquid ſit articulus
*ad articulū* .ſ.ꝙ ſit de deo.ꝙ in nobis ſecūdū ſe et directe ge
neret timoꝛē vel amoꝛem dei.qm̄ per timoꝛem dei
vitamus malū:per amoꝛē facimus bonum.in qui
bus duobus conſiſtit perfecta iuſticia: quā facit
in nobis fides:aliter nō eſſet efficax credere i ſe.
qm̄ non faceret nos vel vitare malum: vel facere
bonuz:et per hoc poteſt pꝛobari neceſſario veri=
*De fide xp̄ianoꝛum.* tas fidei chꝛiſtiane.ſunt em̄ credenda de deo que
credenda generant in nobis timoꝛem vel amoꝛez
dei.ergo de deo ſunt maxime credēda q̄ maxime
generāt in nobis timoꝛē vel amoꝛē dei ſed ea que
credūt xp̄iani maxime generant timoꝛē vel amo=
rem dei:vt patet in ſpeciebꝰ per ſingulos articu=
los fidei chꝛiſtiane:ergo maxime ſūt credenda q̄
credūt xp̄iani:ğ fides xp̄ianoꝛū eſt maxie ⁊ veriſ=
*Ad pꝛimuz* ſime fides. ¶ Ad pꝛimo obiectū dicimꝰ ꝙ foꝛni=
cationē eſſe pctm̄ moꝛtale nō eſt articulꝰ: qm̄ nō
eſt de deo nec ꝑ ſe generat in nobis timoꝛem vel
amoꝛē dei.qm̄ niſi credat dei iuſticia pctm̄ inniti
tur timoꝛ. verūtn̄ ſi aliqs aſſereret ꝑtinaciter foꝛ
nicationē nō eſſe pctm̄ moꝛtale:eſſet hereticꝰ nō
qꝛ aſſereret cōtrariū articulo:ſed qꝛ aſſereret con
tra illud qꝺ fides ſupponit.ſ. cōtra fūdamētū fi=
*Jus naturale eſt fundamentū fidei* dei.i.ꝯtra ius naturale qꝺ naturale dictat rō na
turalis:qm̄ fides ſupponit illa eſſe pctā: que ſūt
cōtra ius naturale.qꝺ pꝫ per hūc articulū. Re=
miſſionē pctōꝛū.quaſi dicat:credo ꝙ deus remit
tat pctā eis qui cōuertūtur ad eū. ſicut ergo face
ret cōtra artē qui deſtrueret pꝛīcipia artis que ꝑ
cedunt ipſā artē. ita facit cōtra fidē qui deſtruit
*Quedā ꝑcedūt fidē q̄dam comitātur ⁊ q̄dā ſequuntur.* fundamentū fidei ſiue ſupponēs. Quedā igit pꝛe
cedūt ipſā fidē:vt ꝑcepta iuris naturalis q̄ fides
ſupponit tanq̄ pꝛecedentia ipſaz. q̄dā ſūt de ipa
fide vt articuli quedā ſūt ſequētia fidē vt eà que ſe
quuntur ex articulis ⁊ nō ſūt ꝓpꝛie articuli.vt re
ſurrectionē carnis eſſe futurā. qꝺ nō eſt articulꝰ
qꝛ nō eſt de deo. ſꝫ ſequit ex hoc articulo.ſ.ꝙ deꝰ
ex potentia ſua reſuſcitabit coꝛpoꝛa nr̄a. quedaz
*Ad ſecūdū* ad vitā.quedā ad moꝛtē. ¶ Ad ſcꝺo obiectū di=
cimus ꝙ deū eſſe eſt articulꝰ. qm̄ hoc enūciabile
de deo eſt ⁊ generat in nobis timoꝛē vel amoꝛem
dei.⁊ bene ꝯcedimꝰ ꝙ hec argumētatio eſt neceſ=
ſaria.credere deū eſſe eſt naturale:ergo nō ē me=
ritoꝛiū.qm̄ credere qꝺ ē naturale nō ē meritoꝛiū
ſed nō ſequeretur ſi ita inferret gn̄aliter credere
deū eſſe eſt naturale.nō ergo credere deū eſſe eſt
meritoꝛiū.ſicut nō ſequit.dilectio dei eſt natura
lis qꝛ aliqua eſt naturalis.nō ergo dilectio dei ē
*Falſa equiuocationis* meritoꝛia ⁊ eſt fallatia vniuocatiōis.qꝛ ꝓcedit a
determinata quaſi a cōfuſa ſicut hic hō eſt albus
nō ergo hō eſt niger.⁊ hec eſt differētia inter cre=
dere naturale ⁊ credere gratuitū ꝙ credere natu
rale vtitur mūdo tanq̄ articulo ⁊ innitit rōnibus
naturalibus. ſed fides nō vtitur mundo niſi tanq̄
ſpeculo.qm̄ licet fides nō innitatur rōnibus mū=
danis tamen qꝛ deus nō videt modo per ſpeciem
ideo indiget fides mūdo tanq̄ ſpeculo ſiue nutu *Quomodo fides indiget mūdo.*
ſicut intellectus ad hoc ꝙ cognoſcit dignitatem
indiget ſenſu. licet dignitas nullā recipiat pꝛoba
tionē. ¶ Ad vltimo obiectū dicimus ꝙ hec ē du *Ad vltimū.*
plex.diligere deū ꝓpter tēpoꝛalia tantū ē pctm̄. *Hec eſt duplex.*
ſi hec dictio ꝓpter notet cauſam motiuā nō fina=
lem falſa eſt.ſi cauſam finalē vera eſt.cū vero di=
citur per credere naturale aſſentit aīa pꝛime veri
tati ꝓpter naturales rationes tm̄. hec dictio pꝛo
pter notat cauſam motiuā nō finalem.⁊ ideo tale
credere non eſt pctm̄. pꝫ ſolutio ad oīa obiecta.
¶ Tamē apo.videt velle ꝙ deū eſſe non eſt arti= *Af ꝙ deum eſſe non eſt articulus.*
culus.qm̄ dicit in ep̄la ad hebꝛeos ꝙ accedentez
ad deū opoꝛtet pꝛius credere ꝙ deus ſit ⁊ ꝙ eſt re
muneratoꝛ bonoꝛū: ergo ad hoc ꝙ habeat fidem
virtutē q̄ mundat coꝛ opoꝛtet ꝙ ante illaz credat
deū eſſe:ergo deū eſſe nō eſt articulus fidei ꝟtu=
tis. ¶ Sed ad hoc patet ſolutio per pꝛedicta qm̄ *Solutio ex dictis.*
anteq̄ aliquis credat deū eſſe vera fide opoꝛtet
ꝙ pꝛius credat vel intelligat ductu naturalis ra=
tionis deū eſſe. A pꝛedictis em̄ ꝟbis apoſtoli ſū=
pſit Auguſtinus illꝺ qꝺ dicit ꝙ quedā nō poſſūt *Auguſtinꝰ*
credi niſi pꝛius intelligant. dicimꝰ etiā ꝙ nō va=
let hec argumentatio credere naturale quo natu= *alia ſolutio*
raliter cognoſcimus deū eſſe innititur rōnibꝰ na
turalibus.nō ergo per tale credere cognoſcitur
deū eſſe.vt dignitas vel vt ſuppoſitio.qm̄ ille na=
turales ratiōes impꝛeſſe ſūt cuilibet nec opoꝛtet
eas ꝓbari aliqua ꝓbatione violenta: ⁊ maxie in
ſtatu ante pctm̄ erāt note ſine aliqua alteriꝰ oſtē=
ſiōe. ſicut q̄dā rōnes cognite ſūt naturaliter cuili
bet etiā ydiote vt ex eis q̄libet poſſit argmētari.
ita creature ſūt argumēta ad ꝓbandū deū eē ita
videlicet ꝙ nō opoꝛtet laboꝛare ad hoc ſicut con=
tingit in dignitatibꝰ vel ſuppoſitiōibꝰ q̄buſdam.

¶ Utrū articuli vel enunciabilia ſūt articuli.

¶ Secunda queſtio huius capituli.

Ueritur vtrū res vel enunciabilia ſunt
articuli. Sup hoc duplex eſt opinio.q̄ *Duplex opinio.*
daz dicūt ꝙ res ſūt articuli. vt incarna
tio paſſio reſurrectio Alij dicūt ꝙ enū
ciabilia ſūt articuli vt filiū dei reſurrexiſſe a moꝛ
tuis ⁊ huiuſmodi. ¶ Qꝺ ipſe res ſint articuli ꝓ= *Af ꝙ res ſit articuli.*
batur multipliciter. q̄a ipſe res coartant nos ad
credēdū ſe et de deo ſūt ⁊ in deo. vt incarnatio fi=
lij dei ⁊ huiuſmodi et generāt in nobis timoꝛē vel
amoꝛē dei:ergo per locū a diffinitiōe ipſe res ſūt
articuli. ¶ Itē Aug. dicit ꝙ tempoꝛa variata ſūt *Secūdo ꝑ auguſtinū.*
nō fides:cōſtat ꝙ hoc nō intelligit de fide ꝟtute.
cōſtat em̄ ꝙ eadē eſt virtus ſpecie. fides apꝺ mo=
dernos q̄ fuit apud antiquos:ergo intelligitur de
fide.i.de articulis fidei: ergo articuli fidei nō ſūt
mutati. ſed cōſtat ꝙ enūciabilia credenda ſūt mu
tata.qm̄ alia credūt moderni q̄ crediderint anti=
qui qm̄ moderni credūt filiū dei eſſe incarnatum
paſſū.antiqui crediderūt filiū dei eſſe incarnādū
paſſurū:igitur ſi articuli nō ſūt mutati ⁊ enūcia=
bilia ſūt articuli.enūciabilia non ſūt mutata.ſed
hoc ē falſū vt oſtēſū eſt.reſtat ğ ꝙ nō ſūt enūcia=

Ayuntamiento de Madrid

Tertio. bilia ⁊ ita ſunt res. ¶ Item tp̄s aut de eſſentia ar
ticulari aut non. probatur ꝙ ſit. qm̄ nos tenemur
credere ſub tp̄e preterito filiũ dei eſſe incarnatũ.
ſed ãtiqui tenebãtur illud credere ſub tp̄e futuro
cum ergo tp̄s ex neceſſitate cadat ſub actu fidei.
ſeq̃tur ꝙ tp̄us eſt de eſſentia articuli. qm̄ oẽ id qđ
cadit de neceſſitate ſub actu fidei eſt de ẽntia ar
ticuli. ſed aliud eſt modo tp̄us ꝙ̃ fuerit apud anti
quos: ergo alij ſunt articuli. ẽ alia fides. et ita fi=
Quarto. des mutata eſt qđ eſt contra Aug. ¶ Itẽ ſimꝰ in
inſtanti mortis xp̄i. Querit̃ quid mõ ſit articulꝰ de
morte. non põt dici ꝙ filiũ dei ſit modo articulus
qm̄ ignorãtia fcti excuſat a toto eos q̃ hoc nõ cre
dunt. Siliter nec filiũ dei eſſe mortuũ nec filium
dei eẽ moriturũ modo eſt articulus de morte filij
dei. et ita nullũ enunciabile eſt articulus de mor
te. reſtat ẽ ꝙ ipſa res ſcʒ ipſa mors eſt articulꝰ qđ
In oppm̄. concedũt multi. ¶ Sed ꝯtra. mors xp̄i eſt articu
lus: ẽ mors xp̄i eſt. qm̄ fides non eſt niſi de veris ⁊
omne verũ eſt ens ⁊ ecõuerſo: ẽ ſi mors chriſti eſt
Secundo. articulus mors xp̄i eſt et ecõuerſo. ¶ Preterea.
mors xp̄i nihil eſt: ẽ non artat nos ad ſe credẽdũ:
Tertio. ergo non eſt articulus. ¶ Itẽ indirecte. ſi res ſunt
articuli: ẽ multi iudei credunt recte qm̄ ſicut dicit
Hieronimꝰ Quidã iudei credunt ꝙ meſſias qñ ve
niet erit homo purus. alij credunt ꝙ erit deꝰ ⁊ na
turalis dei filius inter iſtos ⁊ xp̄ianos nõ eſt diffe
rentia niſi de tp̄e: ẽ ſi ſine tẽpore res ſunt articu=
li. ſequitur ꝙ tales iudei recte credunt. qm̄ credũt
incarnationẽ: paſſionẽ: et reſurrectionẽ: ſed con=
ſtat hoc eſſe falſum. ẽ res nõ ſunt articuli: ſed po=
Quarto. tius enunciabilia. ¶ Iteʒ cornelius anteꝙ̃ miſſꝰ
fuiſſet ad eum beatus Petrus: habebat fidẽ de in
carnatione. Ad quid igitur fuit miſſus ad eum: ni
ſi vt determinaret ei tempꝰ quod iam exigebatur
ad veram fidẽ ⁊ diſtinctã. de qua dictũ eſt: ſi ſine
fide poſſet eẽ ſaluꝰ ⁊c. ẽ iam aduenIebat tp̄s i quo
oportebat credere ꝙ filius dei erat incarnatꝰ paſ=
ſus. ergo ipſa res non erat articulus: ſed enuncia
bile: qm̄ tp̄s non erat de eſſe rei: ſed de eẽ enũcia=
Solutio. bilis. ¶ Solutio. Dicimꝰ ꝙ proprie loquẽdo enũ
Enunciabilia ſũt articuli. ciabilia ſunt articuli. ⁊ non res. qm̄ proprie loq̃n=
do credere ⁊ ſcire ſunt de complexis: et non de in
complexis. Improprie eñ dicitur: iſte ſcit domũ
Ad primuʒ ſuã. i. cognoſcit ¶ Ad primo obiectũ ſoluimꝰ per
interẽptionẽ huꝰ ipã res. ſ. incarnatio: paſſio: re=
ſurrectio: artat nos ad credendũ ſe. q: non res: ſʒ
tm̄ enũciabilia credũtur: nec eſt fides de in cõple
Ad ſcđm. xis. ſicut nec ſcientia ꝑprie. ¶ Ad ſcđo obiectũ
Articli mutati ſũt eẽn tialit̃ ſʒ non formalit̃ vel effectiue. dicimꝰ ꝙ fides non eſt mutata. i. articuli non ſunt
mutati. ſed hoc eſt intelligendũ ꝙ non ſunt muta=
ti formaliter vel effectiue vel finaliter: tñ ſunt mu
ti eẽntialiter: qm̄ de eſſentia ſua habẽt tp̄s aliud. ⁊
ita mutati ſunt eẽntialiter: non tñ mutati ſunt for
maliter vl̃ effectiue: qm̄ eadẽ bonitas vel virtꝰ dei
que eſt forma ſiue ꝑfectio articuloꝝ oſtenditur et
ſignificatur cum d: a modernis: filius dei eſt icar
natus paſſꝰ reſurrexit. aſcẽdit in celũ. que ſignifi=
cabant̃ qñ ab ãtiq̃s dicebatur filꝰ dei incarnabi=
tur: filius dei patietur: reſurget: aſcẽdet in celũ: ⁊
ita idem ſunt articuli formaliter: ⁊ ex hoc ſequitur
ꝙ ſint idem effectiue: qm̄ ꝑpter eandẽ bonitatem
vel virtutẽ dei generãt in nobis eũdẽ timorẽ vel
amorẽ: quem generauerũt in antiq̃s. Ex hoc etiã Aliđ ſeq̃tur
ſequitur ꝙ ſint idẽ finaliter: qm̄ finis articulorum
eſt inꝙ̃tũ ſunt articuli generale in nobis timoreʒ
vel amorẽ dei. per hoc patet ſolutio ad ſcđo ⁊ ter
tio obiectũ. ¶ Notandum tñ: quia idem articuli Ad tertiũ.
ſunt formaliter ⁊ effectiue apđ modernos qui fue
runt apud antiquos: ideo ſolẽt dicere noĩales: ꝙ Dictum nominalium.
idem ſunt articuli apud modernes et antiq̃s: et ꝙ
articuli nõ ſunt mutati nec fides ſimplicit̃ ⁊ abſo=
lute: ⁊ dicunt ꝙ hec argumentatio nõ valet. enũ=
ciabilia ſunt mutata. enũciabilia ſunt articuli. ẽ
articuli ſunt mutati. ⁊ eſt fallacia ꝭm accidẽs. In Falſa accidentis.
ſtantia. hoc nomẽ albꝰ eſt hec vox albꝰ: ſʒ eſt alia
vox ꝙ̃ hec vox alba. ẽ eſt aliđ nomẽ. ¶ Ad quar= Ad quartũ
tum dicimꝰ ꝙ i inſtãti mortis xp̄i nihil erat articu
lus de morte xp̄i: niſi enunciabile cõmune ad oĩa
tempora. ſ. filiũ dei eſſe incarnãdum: ſed ꝓcedẽte
tempore euãgelij: claritate lucente ꝑ mundũ per
predicationẽ apoſtolorũ determinatũ eſt tempꝰ
incarnatiõis: paſſiõis: reſurrectionis: ⁊ inceperẽt
eſſe articuli fidei. filiũ dei eſſe incarnatũ. filiũ dei
eſſe paſſuʒ ⁊ ſimilia. ¶ Cõtra ꝑdicta obijcit̃. Oẽ Cõtra ꝑdicta. ar̃.
verũ eſt ens et ecõuerſo. ſed fides nõ eſt niſi de ve
ris: ergo nõ eſt niſi de entibꝰ: ſed fides eſt de iſtis
enunciabilibus: xp̄m eſſe paſſuʒ. ⁊c. Sed iſta enũ
ciabilia nõ ſũt. qm̄ illa enũciabilia nõ ſũt niſi res
ſignificate ꝭm ꝙ ſunt in cõpoſitione: ẽ fides eſt de
non entibus ¶ Preterea. ſi hoc enũciabile: filiũ Scđo.
dei eẽ paſſũ. eſt articulus. ẽ eſt. qm̄ ſi nõ eſt nõ ar
tat nos ad credẽdũ: et ita nõ ẽ articulꝰ. ¶ Solu= Solutio.
tio: dicimus ꝙ hec propoſitio. Oẽ verum eſt ens
et ecõuerſo: vera eſt: ſi intelligit̃ de ꝟitate rei: ſi
de veritate dictiõis vel de prima ꝟitate qua oĩe
enunciabile verũ. eſt veruʒ. falſa eſt. ⁊ licet fides
non ſit niſi de veris. tñ nõ eſt de non entibus. nec
valet hec argumentatio hoc enunciabile eſt arti=
culus: ergo eſt. ſed eſt fallacia ſecundũ quid ⁊ ſim
pliciter. ſicut hic chimera eſt opinabilis vel ſigni
ficatum: ẽ chimera eſt. qm̄ ſicut nihil ponit̃ circa
chimeram cum d: chimera eſt opiniabilis vel ſi=
gnificatum. ſed circa potentẽ opinari vel fingere.
ita cum dicit̃ hoc enunciabile eſt articulꝰ nichil po
nitur circa hoc enunciabile. ſed circa eũ qui arta= Articulus
tur ad credendum ita tamen enunciabile non om nõ eſt purũ
nino non eſt cum ſit articulus de deo. et ideo non non ens.
eſt mirum ſi nos artet ad credendum inꝙ̃tuʒ oſtẽ
dit bonitatem dei per quam nos artat ad creden
dum et ꝑterea nõ d: proprie artare nos ad credẽ
dum articulos. ſed preceptuʒ dei artat nos ad cre
dendum articulos.

¶ De articulo. ¶ Tertia queſtio huꝰ capituli

Queritur vtrũ fidei virtuti vel fidei ſe Ar̃ ꝙ non
cundũ ꝙ eſt articulus ſubſit falſum.
probatio ꝙ nõ. qm̄ ſicut dicit Augu.
fides eſt illuminatio mẽtis. q: illumi
natur mens a prima luce. ſiue a vera
luce ad videndũ bona ſpũalia. ſed vera lux nõ illu
minat niſi ad videndũ verũ: ergo fide virtute non
videtur niſi veꝝ. ẽ fidei virtuti nõ ſubeſt niſi verũ
¶ Item lux corꝑalis non illuminat niſi ad viden Secundo.
dum corꝑalia q̃ ſunt: ergo a ſimili lux ꝟa ſpũalis

Ayuntamiento de Madrid

non illuminat niſi ad videndum ſpūalia que ſunt:
ergo nō illuminat ad vidēdū falſū qm̄ falſu3 nihil
Tertio. eſt:ergo fidei virtuti non ſubeſt niſi verū. ¶ Itē
fides eſt quedā viſio ſiue quedā ſcientia eternoꝝ.
Unde. Apo. videmꝰ nunc per ſpeculū in enigma=
te tunc autē facie ad faciē. ſed viſio cū ſcientia ꝓ=
Quarto. prie non eſt niſi de exiſtentibꝰ et de veris : ꝙ fides
non eſt ꝓprie niſi de veris. ¶ Itē caritate non di
ligimus aliquā rem niſi dignā diligi: ergo fide ni=
chil credimꝰ niſi dignū credi. ſed nichil eſt dignū
Quinto. credi niſi verū:ꝙ non credimꝰ fide virtute niſi veꝝ.
¶ Ite3 affectus noſter bene diſpoſitus nō querit
niſi bonū. nec intellectꝰ mouetur niſi ad verū. qm̄
ſicut ſe habet affectꝰ ab bonū quantū ad ſuū finē.
ita intellectus ad verū quantu3 ad ſuum finē. ſed
virtus directiua affectꝰ non mouet ip̄m niſi ad bo
num:ꝙ virtus directiua intellectus nō mouet ip̄m
Sexto. niſi ad verū :ergo fidei virtuti nō ſubeſt niſi verū.
¶ Itē fidei ſuccedet ſciētia apta qꝺ ꝙ ſubeſt mo
do fidei per ſpeculū tunc ſuberit ſcientie ſiue ſpe=
In oppm̄ culo. ſed ſciētie nō ſuberit niſi verū:ergo fidei mo
do non ſubeſt niſi verum. ſi conceditur. ¶ Contra
ſpe ſubeſt falſum. qm̄ exiſtens in caritate ſperat ſe
habiturum vitā eternam. ſed multi ſunt tales qui
non habebunt vitā eternā. ⁊ ita ſpei ſubeſt falſu3:
ergo eadē ratione fidei ſubeſt falſum. qm̄ qui ſpe=
Secundo. rat ſe habiturum vitā eternā. ſimiliter credit ſe ha
biturum illā ¶ Item ſit ꝙ ſacerdos offerat ſimpli
cem hoſtiā alicui:ergo habenti fidē ⁊ credit ſe of=
ferre verum corpus xp̄i ⁊ dicat egroto cordis hoc
eſſe verum corpus xp̄i:reſpōdet egrotus credo et
ſecundū conſcientiā reſpondet ⁊ ex fide ſua:ergo
Tertio. fide virtute credit falſum. ⁊ ita falſum ſubeſt fidei.
¶ Item āte incarnationē filij dei aliquis ex fide
virtute credebat filiū dei incarnādū. in inſtāti au
tem incarnatiōis credit illud idē ex eadē fide. qm̄
ignorantia facti ex toto excuſat illud:ſed xp̄m eſſe
incarnandū eſt tunc falſum. ꝙ fidei eius tunc ſub=
Quarto. eſt falſum. ¶ Itē apl̄us dicit. Abraham credidit
deo ⁊ reputatū eſt ei ad iuſticiā : hoc autē fuit qñ
dñs dixit immola michi filiū tuū. meruit ꝙ qñ cre
didit ſe immolaturū filiū ſuu3 deo. ꝙ credidit hoc
fide virtute:⁊ illud erat falſum. ergo fidei eiꝰ ſub=
Euaſio. fuit falſū. ¶ Forte dicit. Abrahā non meruit cre
dendo ſe immolaturū filiu3 ſuū deo:ſed meruit in
hoc ꝙ credidit: ꝙ ſi filiꝰ ſuus moreretur deꝰ tamē
ꝯtra hāc aſ̄ reſuſcitaret ip̄m:et nichilominus impleret ꝓmiſ=
ſionem ſuā in Iſaac. ¶ Sed cōtra hoc obijcitur:
velle immolare filiū ſuum fuit meritoriū Abrahe
ergo eadem rōne credere ſe imolaturū filiū ſuum
fuit meritorium. qm̄ nō eſſet ratio:quare potiꝰ vel
le hoc eſſet meritoriū q̄3 credere hoc. ⁊ ſi illud cre
dere fuit meritoriū:ergo fuit a fide ꝟtute. ſicut ei
omne diligere meritoriū ē a caritate. ita oportet
ꝙ omne credere meritoriū ſit a fide ꝟtute. ⁊ ita fi=
Solutio. dei abrahe ſubfuit falſu3. ¶ Solutio:ſicut nobis
Fidei non videtur fidei virtuti nō ſubeſt niſi verum. qꝛ fides
ſubeſt falſū eſt illuminatio mētis a prima luce ad vidēdum bo
na ſpūalia ⁊ bona eterna. talis aūt illuminatio nō
errat:nec facit videre niſi ens. vñ fides ꝟtus non
Ad primū. eſt:niſi de articulis qui ſunt veri. ¶ Ad primo ob
Quid ſperā iectum:ſoluimꝰ per interēptionē huiꝰ: ſpei ꝟtuti

ſubeſt falſum:qm̄ qui ſperat ſpe virtute nō ſimpli dī ſit ſpe vir
citer ſperat hoc ſe habituꝝ vitā eternā:ſed ſperat tute.
ſe habiturū vitā eternā ſi pſeuerauerit. qm̄ in ſpe
virtute nichil eſt preſumptionis:ſed rectū. Eodē A ſimili.
modo fide virtute non credit aliqs ſe habiturū vi
tam eternā. niſi ſub hac ꝯditione. ſi pſeuerauerit:
et ſi aliquis credit vl̄ ſperat ſimpliciter ſe habitu
rum vitā eternā:non eſt talis motus fidei vel ſpei
virtutis. licet credatur eſſe ꝟtutis : ſicut ꝓphete
qñq3 loq̄bātur ſpūſancto:qñq3 ſuo ſpū et qñq3 lo=
quebanꝫ de ꝓprio ſpū. tñ credebant ſe loqui ſpū ꝓ
phetico. ¶ Ad ſm:dicimꝰ ꝙ ille cui offertur ſim= Ad ſcꝺm.
plex hoſtia ſi mouetꝫ motu fidei ꝟtutis nō credit il
lud eſſe corpus xp̄i qꝺ apparet ibi:ſed credit ſub
illa forma eſſe corpꝰ xp̄i ſi recte facta eſt ibi conſe=
cratio. ¶ Ad tertio obiectū dicimꝰ ꝙ illi q̄ ante i= Ad tertiū.
carnationē credebāt filiū dei eē incarnādū: debe=
bant conſiderare tp̄s aduētus chriſti:et diſcerne
re:ſicut erāt edocti a prophetis ꝑ quos illumina=
bantur a vera luce:⁊ debebant ſequi illā illumina
tionē:qꝺ quia non fecerūt iudei. dñs cōqueritur de
ipſis per Hieremiā:vbi dr̄. Miluꝰ et yrundo et ci Hieremias
conia cognouerunt tp̄s aduentus ſui. ⁊c̄. cū ergo Nota.
aduenit tp̄s incarnatiōis determinatū a ꝓphetꝭ
non debuerunt credere xp̄m eē incarnandū deter
minate:ſed xp̄m eē incarnatū vel incarnari vl̄ in=
carnandū. vnde patet:ꝙ ſi aliquis in inſtāti incar
nationis credit xp̄m eſſe incarnandum non credit
hoc motu virtutis:ſed tātum motu liberi arbitrij
relinquēs illuminationē vere lucis. qm̄ relinquit
tp̄s a ꝓphetis determiatū:et pronūciatū aliquo
modo ¶ Ad quartū:dicimꝰ ꝙ nō fuit Abrahe me Ad q̄rtum.
ritorium credere ſe imolaturū filiū ſuum. qm̄ hoc Nota.
non erat in p̄cepto vt crederet hoc: nec ex p̄cepto
tenebaꝫ ad hoc. ⁊ poterat rationabiliter dubita=
re ſi dñs eēt reuocaturꝰ mādatū ſuū:ſed tenebaꝫ
velle illud ex p̄cepto dei p̄cipientis ꝙ imolaret:⁊
per conſequēs ꝙ velle immolare. ⁊ ideo licet velle
immolare eēt ei meritoriū: tñ credere non erat ei
meritorium ex neceſſitate. potuit tamē credere il
lud meritorie ſi caritas mouit liberū arbitriu3 ad
hoc:ſed illud credere nō fuit fidei. qm̄ fides ꝓprie
non eſt ꝓprie niſi de articulis: vel de his q̄ prima
veritas p̄cipit credēda ¶ Ad illꝺ qꝺ obicitꝫ:ꝙ oē Ad aliud.
diligere meritoriū eſt ꝓprie ex caritate: ꝙ oē cre=
dere meritoriū eſt proprie motus fidei. dicimꝰ ꝙ
prima eſt falſa. qm̄ non oē diligere meritorium eſt
proprie motꝰ caritatꝭ:vt ille quo aliquis ſanctꝰ di
ligit bonū tp̄ale honeſto viro. caritas eīm non eſt
proprie niſi de bonis ſpūalibꝰ. Uñ ſicut aliqua ꝓ ꝓbat a ſi̅l.
poſitio eſt q̄ nō ſubiacet alicui arti ꝓprie. tñ iudi=
catur ab arte: vt ꝓpoſitiōes in q̄bus eſt accidēta=
lis veritas:ita quidā motus ſunt qui non ſubſunt
ꝓprie regule alicuius virtutis. vt velle alicui bo
na tp̄alia ſunt tñ ex ꝟtute:ſed nō tanq̄3 ꝓprij motꝰ
tales motus ſunt velle ire in hyſpaniam : et hmōi
¶ Per hoc etiam pōt ſolui obiectio que ita fit in ꝑ hoc ſoluitꝫ
caritate poteſt qs moueri ad falſum:vt ex Apoſt.
Qui ex caritate voluit ire ad hyſpanos ⁊ ex carita
te dixit ſe iturum ad hyſpanos. Si ergo ex carita
te poteſt aliqs moueri ad falſu3. a ſimili ex fide po
teſt aliquis moueri ad falſum. ꝙ fidei pōt ſubeſſe

Ayuntamiento de Madrid

Iteꝝ arᷣ ad principale. falſum. ¶ Item quare dicis ꝙ fidei non pōt ſub=
eſſe falſuꝫ: niſi quia inde ſeqꝛetur ꝙ prima lux que
fuit prima veritas eēt magiſtra falſitatis: ſed ea=
dem ratione: ex hoc ꝙ caritas mouet ad falſuꝫ: ſe
quitur ꝙ prima bonitas ſiue ſpūs ſanctus apd̄ ip
Solutio. ſos ſanctos ſit magiſter falcitatis. ¶ Solutio: di
Caritas interdum mouet ad falſū nō inq̄ꝫtum falſū ſꝫ inq̄ꝫ tum bonum cimus ꝙ hec argumētatio non vꝫ. caritas mouet
ad falſum. ergo eadē ratione fides poteſt mouere
ad falſum. quia caritas non docet quid verū quid
falſuꝫ: ſed ē bonitatis magiſtra mouēs ad bonum
et quia ꝯtingit ꝙ falſū qn̄qꝫ eſt bonū naturali bo=
nitate: vt Apo. ire ad hyſpan. ideo caritas qn̄qꝫ
mouet ad falſum non inq̄ꝫtuꝫ falſum: ſed inq̄ꝫtum
bonū. fides aūt q̄ proprie eſt de vero ſpūali nūq̄ꝫ
mouet ad falſum credendū. ſicut caritas nūq̄ꝫ mo
uet ad malū appetendū. q̄ ꝓprie eſt de bono ap=
Ad ſecūdū petendo. ¶ Per hoc ptꝫ ſolutio ad ſcd̄o obiectū
qm̄ prima bonitas ſiue ſpūs ſanctus nō mouet ad
falſum proprie: qm̄ non mouet ad falſum inq̄ꝫtum
Iterum arᷣ. falſum: ſed inq̄ꝫtū bonū. ¶ Item alio modo ꝓba=
ri pōt ſubeē falſum. Simꝰ ante incarnationē chri
ſti ⁊ poſt deceſſū abrahe: inde ſic. Abrahā credi=
dit filiū dei eē incarnādū: ſicut dn̄s dr̄ in Euāge=
lio. Abrahā exultauit vt videret diē meuꝫ. vidit ⁊
gauiſus eſt ⁊ credidit hoc fide virtute: qm̄ filium
dei eſſe incarnandū erat articulus fidei: ergo veꝝ
eſt abrahaꝫ credidiſſe hoc motu fidei: quoniā hoc
eſt verū de puro precepto. ſed poſſibile eſt filium
dei non eſſe incarnādum: qm̄ ſicut dicit Auguſti.
Alius modus nr̄e liberationis fuit deo poſſibilis
Arᷣ ſic. Inde ſic: hoc ē neceſſariū: illud poſſibile. ergo cō
ſtans ex ipſis eſt poſſibile. ꝫ poſſibile eſt abrahā
credidiſſe hoc motu fidei. ⁊ filiū dei nō eē incarnā
dum. Ponatur: filius dei non incarnabiᷣ. ergo fi=
lium dei incarnādum eē eſt falſum. ⁊ abraham cre
didit hoc motu fidei: ergo fidei potuit ſubeſſe fal=
Solu. aliquorum. ſum ¶ Ad hoc dicūt q̄dā: ꝙ reuera neceſſariū eſt
abrahā credidiſſe hoc: ſed non eſt neceſſariū abra
ham credidiſſe hoc motu fidei: hoc enī ſicut dicūt
dependet de futuro. qm̄ ſi xp̄us incarnabiᷣ credi=
ꝯtra hāc ſolutionē arᷣ. dit hoc motu fidei. ſi nō. nō ſed ꝙ iſta ſolutio nul=
la ſit probatur. qm̄ ꝙ fides fuerit cauſa huius mo
tus non dependet a futuro: qm̄ cauſe eſſe inq̄ꝫtuꝫ
cauſa eſt non dependet niſi a ſuo effectu. ⁊ ecōuer
ſo. cum ergo fides ⁊ ſuus effectus fuerunt in pre=
terito: vtrūqꝫ habuit ſuū plenum eſſe. ergo neu=
trius eſſe depēdet de futuro: ergo fides fuerit cau
ſa illius motꝰ nō dependet de futuro: ergo cuꝫ ſit
verum de preterito non depēdēs de futuro eſt ve
Solutio. rum: ſicut alia ꝓꝑa neceſſaria. ¶ Ad hoc dicimus
ꝙ reuera verū eſt illū motū fuiſſe motum fidei. ſꝫ
non eſt neceſſariū ꝙ fuerit motus in hoc: demon=
ſtrato hoc enunciabili filiū dei eſſe incarnādū qm̄
ille motus habebat duas habitudines. vnā ad ſu=
am cauſam. ſ. ad fidē ex qua erat ⁊ ſcd̄m iſtam ha=
bitudinem non erat dependēs de futuro qm̄ habe
bat ſuam cauſam. aliā habebat habitudinē ad ſu=
am naturam. ſ. ipſum creditū ⁊ illud nō habebat
determiātam veritatē. Unde motus fidei licet eſ
ſet in illud tn̄ non neceſſario erat in illd̄. qm̄ īpoſſi
bile eſt motū fidei eſſe niſi in verū. vn̄ cum hoc nō
eſſet de neceſſitate verū. non erat neceſſariū mo=
tum fidei eſſe in hoc. ſed ideꝫ motus nūero potuit
eſſe in oppoſitū illius. quoniā viſio que eſt fides.
Similiter viſio q̄ eſt prophetia ⁊ viſio creata qua Nota diligenter.
videt futura. q̄ ſunt a prima luce que deus eſt im
mediate ideo aſſimilantur prime luci in hoc quia
ſicut prima lux illa eadē viſiōe numero qua videt
aliquid futurū pōt videre eius oppoſitū propter
indeterminatā ꝟitatē ipius. ¶ Itē ſi ita ꝙ aliqs Iterū arᷣ.
propoſuerit Iſaac innocenti hāc ꝓpoſitionē deꝰ
non erit hō: et probet illud per ſimile naturale ſic
magis diſtant homo ⁊ deus q̄ꝫ homo ⁊ aſinus. ſed
homo nunq̄ꝫ erit aſinus: ꝫ deus nūq̄ꝫ erit homo ⁊
ſit ita ꝙ Iſaac acq̄eſcat ⁊ dicit verū ē. ꝙ nūq̄ꝫ deꝰ
erit hō ⁊ ſic decedat. inde ſic. Iſaac credidit ꝯtra
riū articulo: ꝫ peccauit mortaliter ⁊ ſic deceſſit: ꝫ
iam dānatus eſt in inferno: ꝫ neceſſariū eſt ipſum
eſſe dānatuꝫ. quia in inferno nulla eſt redemptio
ſed poſſibile eſt ꝙ nunq̄ꝫ deus erit hō: ergo hoc to
tum poſſile eſt ꝙ Iſaac dānatus eſt ⁊ ꝙ deus non
erit homo ponaᷣ inde ſic Iſaac credidit deū non Arᷣ ſic.
eſſe futurum hoīem ⁊ hoc eſt verū ꝙ Iſaac credē
do hoc credidit veruꝫ: ꝫ credendo hoc non pecca
uit nec alia vice peccauit ⁊ eſt dānatus hoc eſt de
poſitione: ꝫ eſt dānatus ſine pctō qd̄ eſt īpoſſibi=
le. ¶ Solutio: dicimus ꝙ hec argumētatio nō va Solutio.
let. Iſaac credendo hoc non credidit niſi verū: er
go credendo hoc nō peccauit. qm̄ credendo verū
peccat aliquis qn̄ id quod non eſt deteminatū in Aliqs peccat credendo verum.
ſacra ſcriptura aliqs preſumit aſſerere licet ſit ve=
rum. quia hic eſt ordo naturalis vt deꝰ iudicet ho
minē ſpūalē et oīa inferiora. ſpūalis autē iudicet
carnalem. carnalis aūt non pōt iudicare niſi ea q̄
ſunt ſub ipſo. ſcꝫ bruta aīalia. cū ergo aliquis aſſe
rit aliquid de deo qd̄ non eſt determinatum ab ip
ſo deo licet ſit verum tn̄ pecccat quia facit ſe iudi=
cem dei et ſe quodāmodo conſtituit ſupra deū or
dine ꝑuerſo qm̄ aplus dicit ſed neqꝫ meipm iudi= Paulus.
co. qui aūt iudicat me dn̄s eſt. ſi autē apl's nō pre
ſumit iudicare ſeipm multofortius ꝑſumptio erit
iudicare deū. ¶ Itē querit̄ vtrū aliquis ſine pctō q̄ſtio icidēs
poteſt credere cōtrariū articulo. qd̄ probaᷣ. ſit ꝙ Arᷣ ꝙ ſic.
aliqua vetula credat pr̄em eſſe maiorē filio ꝑ hoc
quod audiuit quicq̄d habet filius habet a pr̄e. ꝙ
hoc poſſit credere ſine pctō probaᷣ. qm̄ in quarto In q̄rto ſententiarum.
ſentētiarū dr̄ ꝙ ſi aliquis hereticus predicet noīe
Auguſtini ⁊ aliquis ei credat non dr̄ credere he=
retico. ſed Auguſtino. ſed vetula ſimpliciter cre=
dendo Auguſtino nō peccat licet hereticus pre=
dicet hoc falſum. pr̄em eſſe maiorē filio. ⁊ ita non
peccat vetula credens cōtrariū articulo. ¶ Itē Scd̄o.
ignorātia inuincibilis excuſat a toto ſꝫ in hac ve=
tula eſt ignorātia inuincibilis qm̄ eſt ſupra eiꝰ fa=
cultatē aliquid explicare de patre: ergo propter
ignorātiam inuincibilē q̄ ex toto excuſat credēdo
pr̄em eſſe maiorē filio non peccat. ¶ Iteꝫ ſumus Tertio.
in tempore ſanctoꝝ hyla anaſtaſij: euſebij in quo
oēs prelati fuerunt heretici: exceptis iſtis tribus
inde ſic: iſta vetula teneᷣ credere prelato ſuo inq̄ꝫ
tum eſt prelatus eiꝰ. ⁊ prelatus predicat pr̄em eē
maior filio: et oēs prelati fere. ꝫ vetula acquieſcē
do prelato ſuo in hoc nō peccat. ¶ Cōtra: credit In oppoſi.
contra fidē. ergo peccat mortaliter. ¶ Itē ſi ali= Secundo.

quis facit cõtrariū eius quod tenetur facere: pec-
cat mortaliter: g̃ a ſimili. ſi aliquis credit quod nõ
Tertio. tenetur credere peccat mortaliter. ¶ Itẽ peiꝰ eſt
errare in via fidei ꝙ̃ in via morū. qꝺ probatur per
hoc quod ſupra illum locum euãgelij dꝛ de pctõ
Auguſtinꝰ quia non credunt ĩ me. dicit Aug. de pctõ infide-
litatis. Quo retentio: oia retinẽtur. quo dimiſſo:
omnia dimittūtur. ⁊ ita peius ẽ errare in via fidei
ꝙ̃ in via morū: ſed quicunq̃ errat in via morū pec
cat mortaliter. nec aliqua ignorãtia excuſat eū. g̃
quicūq̃ errat ĩ via fidei peccat mortalit̃. ita ꝙ eū
Solutio. nulla excuſat ignorãtia. ¶ Solutio: dicimꝰ ꝙ nul
lus põt credere ꝯtrariū articulū: quin peccet mor
taliter: qꝛ ignorãtia iuris diuini neminẽ excuſat.
Ad pⁱmū. ¶ Ad pⁱmū: dicimꝰ ꝙ illa auctoritas: ſi aliquis
hereticus p̃dicat noĩe Auguſtini: intelligẽda eſt
in hoc caſu. ſ. qñ hereticus predicat verū: ſiue de
ceptus ſiue non. qm̃ heretici ſepe predicãt verum
licet credant illud eſſe falſum. qm̃ credunt illud ve
rum eſſe contra eccleſiam. quia hec eſt intẽtio eo-
rum vt deſtruãt eccleſiã. in tali caſu intelligẽda ẽ
predicta auctoritas: nõ ĩ oĩ caſu: ⁊ ad diſtiguẽdū
Quõ vetu- talez caſum a tali: iuuabit̃ vetula a ſpū ſancto niſi
la iuuatur. ipa ſit in culpa. ſi aūt p̃dicet ꝯtrariū articulo nõ ẽ
credendū ei. vñ aplꝰs. ſi angelus de celo aliud. i.
cõtrariū nobis p̃dicauerit anathema ſit qm̃ cū di
Ratio. ctū ſit. ꝙ aſſerere de deo etiã verꝫ auctoritate libe
ri arbitrij. ſ. tale verꝫ qꝺ nunq̃ a deo eſt determi-
per hoc ad natū ſit pctm̃ multo: fortiꝰ erit pctm̃ aſſerere de
oppoſitum deo contrariū vero nec excuſata ẽ vetula ignorã-
tia inuincibili reſpectu huius articuli: filiū dei eẽ
equalem patri in oĩbus: quia poteſt addiſcere ab
Faciẽs qꝺ i alio. habet eñ quidaꝫ per ſe motum in intellectu
ſe eſt nõ er- ſuo ſpeculatiuo: ſcꝫ deū eſſe: quod ſi bene conſide
rat in fide. ret ſignificabit deū: et ſic aperiet hoſtiū vt intret
lux vera que illuminet eã ſufficienter: nec permit-
Ad tertiū. tet eã errare ¶ Ad tertio obiectū: dicimꝰ ꝙ ſi etiã
p̃elati ſuo hereſim credit q̇cūq̃ ſimplex nec excu
ſatur. qm̃ nec ſi angelus de celo predicet hoc. ſic
eſſet credenduꝫ ei. qm̃ quilibet habet prope ſe ſu
ꝯtra holcot premū prelatum: ſcilꝫ deū: de quo debet dicere.
Audiam quid loquatur in me dñs. hunc prelatuꝫ
principaliter ⁊ maxime debet ſequi q̇libꝫ chriſtia
nus quãtuncūq̃ põt. quod ſi fecerit non decipiet̃
ab alijs prelatis: ſed qñ homines ſunt ſine docto-
re iſto difficile eſt tūc recte credere de deo: ⁊ ſepe
cõtingit ꝙ propter pctm̃ populorū non mittit eis
Alia q̃ſtio dñs veros doctores. ¶ Itẽ querit̃ in quo inſtãti
incidens. teneat̃ primo credere ⁊ ponatur ꝙ paruulꝰ ſtatim
poſt baptiſmū deferat̃ apud paganos: ⁊ moretur
ibi donec ſit adultus: q̃ritur de iſto in quo inſtãti
primo tenetur credere: videt̃ ꝙ ĩ illo inſtãti in quo
primo poteſt dici: iſte adultus: probatio dicat̃ il
Ar pⁱmo. lud inſtãs a: ſi iſte decederet: ſtatim poſt a dãnare
tur: qꝛ cum ſit adultꝰ nec credidit in deū nunq̃ di-
lexit deum. g̃ peccauit mortaliter: nõ niſi pctõ ob
miſſiõis ſit ita: g̃ obmiſit: non niſi in a et ita obmi-
ſit credere ĩ a: ⁊ ita tenebat̃ credere in a ⁊ nõ ante
a: qm̃ nondū erat adultus. g̃ a fuit primum inſtãs
In oppm̃. in quo tenebat̃ credere. ¶ Cõtra. apo. dꝛ. Inuiſi
bilia dei per ea q̃ facta ſunt. ⁊c̃. Ad hoc igit̃ ꝙ ali
quis credat oportet ꝙ prius ꝯſideret inuiſibilia ⁊

conferat illa ſua eẽ. Vñ dicit Ariſt. ꝙ credere ẽ ꝓ
falſū eẽ: ſꝫ ad oĩa iſta facienda exigitur tp̃us. g̃ im
poſſibile eſt ꝑ ſe ꝙ aliq̇s in primo inſtanti etatis
ſue adulte credat: g̃ impoſſibile erat per ſe iſti vt
crederet in a. ſed nullus tenet̃ ad ĩpoſſibile ꝑ ſe. g̃
iſte non tenebatur credere in a. ¶ Nꝺ cõcedimꝰ Solutio.
dicentes. ꝙ nullus tenet̃ credere in primo inſtãti
etatis adulte. iudex ei ſecularꝭ dat ĩducias delibe
ratiõis multo fortiꝰ iudex eternꝰ qui in infinitū eſt
benignior dat inducias ad credendū in ſe. quãtuꝫ
vero tp̃s det ad hmõi deliberationem nullus ſcit
Vñ ptꝫ ꝙ hec argumentatio non vꝫ. iſte eſt adul-
tus ⁊ non credit ĩ deū ⁊ decedit ſic: g̃ dãnabitur Hec argu-
qm̃ nõ fuit in mora credẽdi. ⁊ iudicat ideo vt par- mẽtatio nõ
uulus donec tp̃s deliberatiõis fuerit elapſum. valet.

¶ De cognitione dei quã habuerūt gentiles
¶ Quartus tractatus.

Poſt predicta dicendum eſt de cognitiõe
dei quã habuerunt gẽtiles heretici ⁊ iu-
dei ⁊ diſcipuli adhuc infirmi. Aplꝰs dicit Paulus.
ꝙ philoſophi deū cognouerūt. ſed non ſi
cut deū glorificauerunt. ¶ Queritur ergo vtrum Pⁱa q̃ſtio.
philoſophi cognouerūt tres ꝑſonas vel aliquã il
larū videt̃ ꝙ ſic. qm̃ Auguſtinꝰ dixit ꝙ magi pha- Ar ꝙ ſic ꝑ
raonis defecerūt in tertio ſigno: verterūt ei aquã auguſtinū.
in ſanguinẽ fecerunt ranas ⁊ cinipHes facere non
potuerūt ⁊ dꝛ Augu. ꝙ ꝑ hoc ſignificat̃ ꝙ philo.
de duabꝰ ꝑſonis. ſ. de p̃re ⁊ filio cognitionem ha-
buerunt ſꝫ cognitionẽ de ſpū ſctõ habere non po-
tuerūt. ¶ Sꝫ cõtra idẽ eſt effectꝰ triū ꝑſonarū in In oppm̃.
creaturis qm̃ indiuiſa ſunt opa trinitatis: g̃ ſi per
effectū in creaturis habuerūt cognitionẽ de p̃re
et filio. eadẽ rõne de ſpū ſancto. ¶ Item magi di Secundo.
xerunt digitꝰ dei hic eſt. g̃ habuerunt noticiã de
digito dei: g̃ habuerūt noticiã de patre ⁊ ſpū ſctõ
¶ Item philoſophi ꝑ potẽtiam q̃ attribuitur pa Tertio.
tri habuerūt noticiã de patre. ſimiliter per ſapiẽ-
tiam de filio dei: g̃ eadẽ ratione de ſpū ſctõ ꝑ bo-
nitatẽ. ¶ Preterea. bonitas relucet in creaturꝭ ma Quarto.
gis ꝙ̃ potẽtia vel ſapientia oĩs. eñi creatura cla-
mat bonitatẽ dei aptius ꝙ̃ potẽtiã vel ſapientiã:
ergo ſi philoſophi potuerũt ꝑ potẽtiã ⁊ ſapiẽtiam
cognoſcere p̃rem ⁊ filium multo fortius per boni-
tatem potuerunt cognoſcere ſpm̃ ſctm̃ quomodo
igit̃ defecerūt in tertio ſigno ¶ Itẽ Aug. dꝛ ꝙ in Quartū ꝑ
omni creatura relucet veſtigiū trinitati. qm̃ crea auguſtinū.
ture ſunt ymagines ⁊ ſigna trinitatis. ſed ex yma
ginibꝰ ⁊ ſignis fiūt ſillogiſmi. qm̃ naturaliter per
ymagines ⁊ ſigna habẽt res cognoſci: g̃ cū yma-
gines ⁊ ſigna totiꝰ trinitatꝭ ſint ĩpreſſa in oĩ crea-
tura tota trinitas ẽ cogniſcibilis naturaliter ꝑ il-
la ſed aplꝰs dꝛ ꝙ notū eſt dei. i. cognoſcibile deo
manifeſtū factū eſt illis g̃ tota trinitas manifeſta
facta eſt philoſophis: g̃ non defecerūt in tertio ſi
gno. ex hoc etiaꝫ ſeq̇tur ꝙ articulꝰ de trinitate nõ
eſt ſupra naturã. ¶ Itẽ de cognitiõe hereticorū Sexto.
ſic obicit̃. Quedã gloſa dꝛ ſuꝑ principiū apocali.
ꝙ nunq̃ fuit erratū in ꝑſona p̃ris: g̃ videtur ꝙ om
nes bene ſenſerunt de perſona p̃ris. ſed conſtat ꝙ
pater et filius ſunt correlatiua: ergo vno cognito
diffinitiue alterū cogniſcitur diffinitiue. ſed oẽs
ſentiert bñ de ꝑſona p̃ris. g̃ ⁊ de ꝑſona filij ¶ Cõ In oppm̃.

tra: arriꝰ dicit ꝙ pater ē maioꝛ filio ⁊ filius eſt mi
noꝛ pr̄e ⁊ vtrūq; ē falſuꝫ ⁊ hereticū: ğ erratū eſt in
**Ad pꝛimū.** perſona pr̄is in ꝑſona filij. ¶ Ad pꝛimū duplicit̃
r̄ndetur. Pꝛimo vt dicat̃ ꝙ phi. non cognouerunt
tres perſonas diſtincte: qm̄ nō cognouerunt deū
niſi ꝑ effectum. effectus aūt nō diſtinguit ꝑſonas
qm̄ pater non inq̄ꝫtum pater: nec filius inq̄ꝫtum fi-
lius: nec ſpiritus ſāctus inq̄ꝫtum talis ſed inq̄ꝫtū
**Nō de phi-** deus habet effectuꝫ in creatura. vnde philoſophi
**loſophis.** dicuntur cognouiſſe patrem et filium nō pꝛopter
diſtinctionem perſonarum: ſed quia cognouerūt
potentiam et ſapientiam que appꝛopꝛiātur patri
et filio: ſed quia non cognouerunt ſupꝛemum effe-
ctū bonitatis diuine: ſcilicꝫ incarnationē filij dei
ideo dicuntur non cognouiſſe ſpiritū ſanctum de
**Alr̄ p̄t dici** quo cōceptus eſt filiꝰ dei ¶ Secūdo modo pōt di
ci ꝙ philoſophi defecerūt in cognitiōe ꝑſone ter-
tie: ideo qꝛ ſibi attribuerūt ſapientiā ſuā: ſicut di-
**Paulus.** cit Apoſt. de ipſis qui cū deū cognouiſſent nō ſi-
cut deum gloꝛificauerūt: nec gratias egerūt: ſed
euanuerunt in cogitatiōibus ſuis dicentes enim
eſſe ſapiētes: labia nr̄a a nobis ſunt: ⁊ hoc eſt ſum
ma ignoꝛātia ſūme bonitatꝭ: q̄ fons eſt omniū bo
noꝛū/ dū ſibi aliqđ bonum attribuit aliq̄s. ⁊ ideo
defecerunt in tertio ſigno: qm̄ licet ſufficiēter po-
tentiā ⁊ ſapiētiā dei cognoſcebāt: i pꝛedicta tm̄ co
**Ad ſcđm.** gnitione ſūme bonitatis defecerūt. ¶ Ad ƀm: di-
cimꝰ ꝙ qñ magi dixerūt digitꝰ dei hic eſt: hoc de
dei bonitate intellexerūt quā ſufficienter cogno-
ſcebant. qm̄ ꝯtradicebant ei q̄ꝫuis in nullo contra
**Ad tertiū.** dixerunt potentie ⁊ ſapiētie dei. ¶ Ad tertio ob-
iectū dicimꝰ ꝙ bonitas dei magis relucet in crea
turis q̄ꝫ potētia vel ſapiētia: ⁊ philoſophi magis
cognoſcebant bonitatē dei q̄ꝫ potentiā et ſapien-
tiā quantū ad viſibiles effectus qui debent eē pꝛi
cipiū cognitionis: ſed non quātū ad inuiſibiles ef
fectus: q̄libet etiā inuiſibilia bona a fōte ſūme bo
nitatis ꝓcedunt: ꝯtradixerūt ſūme bonitati dū ſa
pientiā ſuā attribuūt ſibi: nō auertētes deum eſſe
**Ad vltimū.** fontē ſūmi boni et cām pꝛincipalē. ¶ Ad vltio ob
iectū dicimꝰ ꝙ ꝑ ymagines ⁊ ſigna ſua habēt res
cognoſci: ſed nō ꝑ quaſlibet ymagines et ſigna: ſꝫ
tantū ꝑ ymagines ⁊ ſigna expꝛeſſa: veſtigiū autē
trinitatis relucet in rebꝰ nō expꝛeſſis: ſed remotis
et obſcuris: non em̄ dixit Apoſto. tm̄ qđ videmus
nunc ꝑ ſpeculū: ſed addidit in enigmate. nō enim
eſt expꝛeſſuꝫ veſtigiū i creaturis de hoc ꝙ genuit
pat̃ filiū eiuſdē ſingularis eēntie ſecū: ⁊ de hoc ꝙ
pater ⁊ filius ſpirant ſpm̄ ſcm̄ ſimul concoꝛdant̃
vniformiter ⁊ equalit̃ ⁊ eiuſdē ſingularꝭ eēntie ſe
cum. ¶ Sed ꝯtra. Aug. đt ꝙ philoſophi diſputa
**ꝯtra hoc ar-** uerūt de fugatoꝛi ⁊ nō. i. de pr̄e ⁊ paterna ſapien
**ꝑ auguſti.** tia. quo philoſophi habuerunt cognitionē ꝑſona
rum diſtinctā ¶ Itē mercuriꝰ philoſophꝰ dicit ꝙ
**Secundo.** monas monadē genuit ꝓpꝛiumq; ardoꝛē in ſe re-
flexit. Monas monadē. i. pater filiū pꝛopꝛium ar
doꝛem. i. ſpm̄ ſanctū quo pater et filius mutuo ſe
diligunt: ⁊ ita philoſophꝰ iſte diſtinxit tres perſo
nas: ⁊ ita philoſophi diſticte cognoſcūt tres per
**Solutio.** ſonas. ¶ Ad qđ dicimꝰ ꝙ tria ſūt genera philoſo
**triplex genꝰ** phoꝛū quidā nō cognouerūt ꝑſonas diſtincte. ſꝫ
**philoſopho-** tm̄ indiſtincte neq; cognouerūt ꝑſonas niſi quia

cognouerūt ꝓpꝛia illarū: ſcꝫ potentiā et ſapiētiā **rum.**
Quidā alij cognouerūt diſtincte duas ꝑſonas. ſꝫ
ad cognitionē t̃tie nō potuer̃t ꝑuenire ⁊ hoc ideo
qꝛ generatio filij dei ſatis eſt ꝓpinqua coꝛdi hūa
no qm̄ cōſiderauerūt de facili ꝙ deus nō erat ſte-
rilis ſicut ipſe đt per Iſayā. Nunq̄d ego q̄ gñatio **Iſayas.**
nes alijs tribuo ſterilis ꝑmanebo. et ita per hoc
cognouerunt philoſophi ꝙ deꝰ ab et̃no genuit fi-
liū ſibi equalē cui ꝯmunicaret cōmunes diuitias
maieſtatꝭ ſue alit̃ inuidꝰ eēt retinēs ſibi aliq̄d qđ
nō ꝯmunicaret ei quē ſumme diligeret aliter non
haberet ſummā ⁊ mutuaꝫ dilectionē ad aliquē et
ita non eēt ſumme btūs ſicut oſtēſuꝫ eſt in pꝛimo
libꝛo. Pꝛeterea. philoſophi dicebāt deum eē pꝛimā
et perfectiſſimā intelligētiā ex quo de facili intu-
lerunt ꝙ ex illa pꝛima et perfectiſſima intelligētia
generata eſt ſumma et perfectiſſima ſapiētia ⁊ ſic
diſputauit de fugat. ⁊ non. ſed ꝓceſſio ſpūs ſancti
multo remotioꝛ erat a coꝛde humano ⁊ ideo nulli
philoſophi potuerūt venire in cognitionem ſpiri
tus ſancti. licet veniſſent in cognitionem patris
et filij ⁊ iſte eſt tertius ſubtilioꝛ modꝰ reſpōdendi **Iſte modꝰ**
ad auctoꝛitatē Auguſtini qua đt ꝙ philoſo. defe **ſubtilioꝛ.**
cerunt in tertio ſigno. fuit etiā tertiū genus philo **Tertiū ge-**
ſophoꝛū q̄ cognouerūt tres ꝑſonas diſtincte. ſed **nꝰ philoſo-**
illi fuerūt edocti a xp̄ianis. vt mercuriꝰ qui fuit in **phoꝛum.**
tꝑe xp̄ianoꝛū. ¶ Ad illud qđ ſupꝛa q̄ſitum eſt ꝙ **Ad rōnem.**
nunq; fuit erratū in ꝑſona pr̄is dupliciter poteſt
reſponderi. pꝛimo vt dicat̃ ꝙ non fuit erratū i per
ſona pr̄is. qm̄ nulla hereſis derogauit maieſtati
pr̄is qm̄ plenā maieſtatē diuinitatis ei aſcriberet
ſed alia hereſis derogauit maieſtati filij. ſcꝫ arria
na que dixit ꝙ filiꝰ erat minoꝛ pr̄e ¶ Scđo modo **Alr̄ p̄t dici**
pōt dici ꝙ nūq; fuit erratū in perſona pr̄is ſcđm
ſe. qm̄ ſcđm ſe oēs confitebātur ipm̄ innaſcibilem
deum oīpotentē ſūme bonū. ⁊c̃. ſed in collatione
ad filiū erratū eſt in ꝑſona pr̄is ⁊ in perſona filij.
¶ Item queritur de cognitione iudeoꝛū vtrū ipi **Alia q̄ſtio**
in tꝑe xp̄i cognouer̃t ꝑſonas qđ ſic videt̃. qm̄ dn̄s **incidens.**
dicit in euāgelio. Io. Pater meꝰ quē vos dicitis
quia deus noſter eſt: ğ iudei de patre xp̄i dixerūt
quia deus noſter eſt. ergo cognouerunt patrem.
¶ Itē ipſi adoꝛabant pr̄em. qm̄ dn̄s dicit in euā- **Secundo.**
gelio in ꝑſona iudeoꝝ ſamaritane. nos adoꝛamꝰ
qđ ſcimꝰ vos aūt ſcꝫ ſamaritani adoꝛatis qđ neſci
tis. hoc aūt itelligit̃ de ꝑſona aut de eēntia. de eſ
ſentia nō qꝛ etiā ſamaritani bñ cognoſcūt eēntiaꝫ
diuinā: ğ intelligit̃ de perſona: ğ iudei adoꝛabant
perſonā: ergo cognouerunt ꝑſonā ⁊ ita pr̄em ⁊ fi
lium et ſpm̄ ſanctū. ¶ Itē iudei adoꝛabāt deuꝫ: ğ **Tertio.**
trinum vel nō trinū. ſed nō pōteſt dici ꝙ adoꝛa-
bant deū non trinū qꝛ deus eſt trinꝰ: ğ adoꝛabant
deuꝫ trinū: ğ adoꝛabāt trinitatē: ğ adoꝛabāt tres
perſonas: ğ habebant cognitionē de tribꝰ ꝑſonis
¶ Contra đr in euāgelio Qui nō honoꝛificat fili **In oppm̄.**
um nō honoꝛificat pr̄em q̄ miſit illuꝫ. ſed iudei nō
honoꝛificauerūt filiū: ğ nō honoꝛificabāt pr̄em: ğ
nō adoꝛabāt pr̄eꝫ: ğ nec cognoſcebāt. quia q̄cūq;
cognoſcit adoꝛat qꝛ q̄ cognoſcit deū vł ꝑſonā diui
nā diligit ⁊ qui diligit honoꝛificat ⁊ adoꝛat. ſed vi
detur ꝙ hoc nō ſequitur. qm̄ apl̄us. dicit athenie **ꝯtra hoc ar-**
ſibus. quē colitis et adoꝛatis illū vobis annūcio

Ayuntamiento de Madrid

ergo non ſeqtur ꝙ ſi aliquis colit aliquā perſonā
Solutio. ꝙ cognoſcat eā. ¶ Solutio. notādū ꝙ pater quā
doq; adoratur vt pater: ſcȝ in habitudine ad filiū:
quandoq; adoratur vt innaſcibilis ſub ꝓprietate
Tripliciter pr̄ adorat̄. innaſcibilitatis tm̄. qn̄q; ſub natura ſua vt deus. ⁊
his tribus modis adoratur a veris xp̄ianis. Sed
duobꝰ modis vltimis adorat̄ a iudeis ⁊ cognoſci=
Quō iudei cognoſce= bant patrē tur. vn̄ hec. Iudei cognoſcebāt pr̄em non eſt ꝓ̄a
niſi per accidens. qm̄ non cognouerunt inq̄ꝫtū pa
ter eſt: ſed inq̄ꝫtū innaſcibilis eſt. ⁊ ſic loq̄ndo per
Hec eſt du= plex. accidēs dixit dn̄s iudeis. Pater meꝰ. ⁊c̄. Hec aūt
eſt duplex. Iudei adorabāt deū trinū vel cogno=
ſcebāt deum trinū. qm̄ ſi verbū reſpiciat totā iſtā
orationē deū trinū falſa eſt. Si primā pr̄em vera
eſt. qm̄ adorabant deū qui eſt trinus. ⁊ re vera ſe=
quitur ſi adorat cognoſcit aliquo modo. Sed pōt
eſſe ꝙ aliquis adorat qđ cognoſcit alio modo licȝ
ignoret alio modo. ſicut athenienſis q̄ adorabant
filium dei. et tn̄ ignorabant filiū dei inq̄ꝫtuȝ filius
dei eſt. ſed cognoſcebāt inq̄ꝫtū pius ⁊ miſericors
propter quē ſol obſcuratus erat ꝯtra naturā Eo=
dē modo iudei cognoſcebāt filiū dei ⁊ ignorabāt
cognoſcebant inq̄ꝫtū erat ille hō. ignorabāt inq̄ꝫ=
tum erat filiꝰ dei. qđ aūt dicit dn̄s. Nos adoramꝰ
quod ſcimꝰ. intellexit ꝓprie de iudeis fidelibus.

¶ De cognitione diſcipulorum.

¶ Secunda queſtio.

Vltimo queritur de cognitione diſcipulo
rum adhuc infirmorū in quorū pſona lo=
cutus eſt philippus quando dixit. Dn̄e
oſtēde nobis pr̄em ⁊ ſufficit nobis. Phi
lippus ergo ⁊ ei ſimiles aut tūc cognoſcebant pa
Ar. trem aut non. ¶ Uidetur ꝙ non. qm̄ querit certi=
ficare de deo pr̄e. et q̄rebat certificari de deo qđ
ignorabat: ergo ignorabat pr̄em. quod videt̄ velle
dn̄s dicens. Si cognouiſſetis me et pr̄em meum
vtiq; cognouiſſetis. Loquitur etiā dn̄s quibuſdā
diſcipulis ſuis qui cognoſcebāt eū licȝ iperfecte
de quibus erat thomas qui dixerat ei. Dn̄e neſci=
mus quo vadis. ⁊ quomodo poſſumꝰ viā ſcire. qui
bus dn̄s ꝓbat ꝙ ipi ſciūt viā. vt habetur in gloſa
Auguſtinꝰ. Auguſtini. hoc argumēto. Ego ſum via. vos ſcitȝ
me: g̊ vos ſcitis viā. Dixit eñ et me ſcitis: ⁊ vn̄ viā
ſcitis quaſi diceret ex quo me ſcitis viā ſcitis. qm̄
ꝯtra hoc ar̄ ego ſum via. ¶ Sed videtur in hac argumētatio
ne dn̄i eſſe fallacia ſcđm accidens. ſicut hic. Iſte
cognoſcit choriſcū choriſcus eſt veniēs: g̊ iſte co=
Solutio ali quorum. gnoſcit venientē. ¶ Ad hoc dicunt quidā ꝙ con=
cluſio eſt duplex. qm̄ verbū pōt reſpicere accuſa=
tiuum rōne ſuppoſiti cū accidente. ⁊ ſic falſa. vel
ratione tm̄ ſuppoſiti: ⁊ ſic vera. ⁊ ſcđm hoc intelle
ꝯtra hāc ſo lutionē ar̄. xit dn̄s concluſionē. ¶ Sȝ contra hanc ſolutionē
obicitur. qđ dn̄s dixit. Philippe. qui videt me vi
det et pr̄em meū. ⁊ iterū. Si cognouiſſetis me et
patrē meū vtiq; cognouiſſetis: ergo ad hoc ꝙ ali
quis cognoſcat xp̄m oportet ꝙ cognoſcat pr̄eȝ et
alias eius diſpoſitiones ꝓprias. Sed eſſe viā eſt
eius propria diſpoſitio: g̊ ad hoc ꝙ aliquis cogno
Solutio. ſcat xp̄m oportet ꝙ ſciat eū eſſe viam. ¶ Qđ con
cedimus hac rōne dicētes ꝙ argumētatio eſt ne=
ceſſaria. ⁊ verbū proprie reſpicit ſuppoſitū cū ac=
cidente nec eſt ſimile quod inducitur ꝓ ſimili. qm̄

hec dictio veniētē ſignificat accidens ⁊ non ꝓpri
am diſpoſitionē ſubiecti. quā diſpoſitionē opȝ co
gnoſcit ad hoc ꝙ ſubiectū cognoſcat̄. ¶ Sȝ vide ꝯtra hoc ar̄
tur ꝙ hec ſolutio non valet. qm̄ ip̄e thomas dicit
neſcimus quo vadis ⁊ quomodo poſſumꝰ viā ſcire
¶ Ad hoc dicimꝰ ꝙ thomas non auertebat actu Solutio.
de quo loqueretur. Loq̄batur eñ de gloria pr̄is
ad quā iturus erat per mortē. ad quem finem xp̄s
erat via anthonomatice ſcđm ſuas ꝓprias diſpo=
ſitiones quas cognoſcebat thomas ⁊ ei ſimiles: ⁊
ita cognoſcebat ꝙ ipſe eſſet via ad glīam dei pr̄is
qm̄ ſciebat ꝙ per conformitatē eius itur ad glām
immortalitatis in qua eſt pater: ſed qm̄ neſciebat
de quo fine vel loco loqueret̄ cū dicebat. Ego va
do pare vobis locū. ideo dixit hoc. Nos nos poſ=
ſumꝰ ſcire viā ad locū ad quē vadis. ſicut ſi aliquis
vellet ire remis ⁊ aliꝰ diceret ei. neſcio viā ad lo=
cum ad quē vis ire: qm̄ neſcio ad quē locuȝ vis ire
licet ſciat viam q̄ ducit remis: ⁊ ꝙ predicto modo
ſit intelligendū patȝ ex fine gloſe q̄ ſic incipit: hoc Probat p gloſam.
dictum eſt ſcđm quoſdā. ⁊c̄. que etiā de cognoſcē
tibus xp̄m vult legi totuȝ textū qui ſeq̄tur vſq; ibi
dicit enim philip. qm̄ philippus erat de ignoran=
tibus et chriſtum ⁊ patrem. per hoc patet ſolutio
ad primo obiectum.

¶ Quid ſit ſpes. ¶ Quintus tractatus.

Dicto de fide ⁊ cognitione: ſeq̄tur de ſpe.
Primo quid ſpes. Scđo quomō differt
a fide. Tertio quomodo differt a timore
dono. Quarto vtrū ſpes ſit mercēnaria
Quinto vtrū ſancti qui modo ſunt in pr̄ia habeāt
ſpem et quomodo euacuat̄ in futuro. ¶ Spes ita Diffinitio ſpei.
deſcribitur a btō Auguſtino. Spes ē certa expe=
ctatio future btitudinis ꝓueniēs ex grā ⁊ meritis
precedētibꝰ quā natura preit caritas. ¶ Sȝ hoc ꝯtra diffini= tionem ar̄.
videtur eē falſum. qm̄ nulla virtus eſt ex meritis.
ideo oīs virtꝰ gratis infundit̄ a deo. qm̄ ſicut dicit
Aug. Deus opatur virtutes in nobis ſine nobis. Auguſtinꝰ
¶ Preterea. Oīs virtꝰ theologica a ſolo deo eſt: Secundo.
ergo nō eſt ex grā ⁊ meritis. ⁊ ſpes eſt theo. ergo Solu. ali= quorum.
⁊c̄. Ad hoc dicunt quidā ꝙ ſicut fides qn̄q; dr̄ vir
tus qn̄q; dr̄ motus. vt cuȝ dr̄. fides eſt credere qđ
non vides. ita ſpes quandoq; dicitur virtus qn̄q;
motus. ⁊ ipſi dicunt ꝙ ſic deſcribit̄. Non ſpes vir
tus: ſed ſpes motus q̄ eſt ex grā. i. ex ſpe virtute. ⁊
eſt ex meritis: q: ex motu fidei q̄ naturaliter p̄ce=
dit ipſum tanq̄ꝫ cauſa ipius. Sed ſm̄ hoc videtur
ꝙ non debet dici ex meritis ſȝ ex merito. qm̄ motꝰ
ſpei bene pōt ꝓcedere ex vno motu fidei. ¶ Itē Item ar̄ ad principale.
in iuſtificatione impij oēs virtutes ſimul infundū
tur: ergo cū iuſtificatus habet in ſimul oēs virtu=
tes poteſt vti quacunq; vult primo. qm̄ quelibet
virtus mouetur volūtarie. ⁊ ita pōt vti primo mo
tu ſpei. Et ita ille motus ſpei non ꝓcedit ex meri=
tis nec ex aliquo merito: qm̄ nullū meritū ꝓcedit:
et ita videtur inconueniens predicta deſcriptio.
¶ Preterea ſtatim poſt deſcriptionē dicit Aug. Ad idem.
ex meritis dico: qm̄ ſpare ſine meritis non ē ſpes:
ſed preſumptio conſtat aūt ꝙ hoc intelligitur de
meritis bonorū operū. ergo in deſcriptiōe hec di
ctio meritis ſupponit ꝓ bonis opibus non ꝓ mo=
tu vel motibus fidei: tn̄ videtur eſſe falſum qđ di=

Ayuntamiento de Madrid

cit. ꝙ ſperare ſine meritis non eſt ſpes: ſed pſum-
Ↄtra augu- ptio. qm̄ aliquis exiſtens in pctō mortali ⁊ habēs
ſtinū ar. fidem ⁊ ſpe3 informes pōt ſperare ſpe informi: ita
ꝙ non peccet: qm̄ ille motus eſt mot⁹ virtutis lic3
informis: ꝙ nō eſt pctm̄ et tn̄ iſte eſt ſine merit;: nō
Solutio. ergo ſperare ſine meritis: eſt preſumptio. ¶ Dici
mus ꝙ reuera ibi deſcribitur motus ſpei vel ſpes
per ſuum motū. ꝙ autē dicit ex gr̄a ⁊ meritis pre-
cedentib⁹. i. ꝓueniēs intuitu gr̄e dei. i. largitatis
ſiue liberalitatis eius et intuitu meritorū prece-
Audacia dentium vel motus ſpei vel ipſam rem ſperatam.
mentis. Spes eī̄ eſt quedā audacia mentis ex largitate
Ad duo pri dei concepta habendi vitā eternā ꝑ bona opa q̄ſi
ma. per bellum. ¶ Per hoc patet ſolutio ad duas pri
mas obiectiones. qm̄ ſic proprie loquēdo ſpes. i.
motus ſpei eſt ex meritis: ſed ↄcipitur intuitu me
ritorum. ⁊ licet ipe motus ſpei ſit ex gr̄a creata ſc3
ex ſpe virtute. tn̄ hoc non intelligitur cū dicitur.
Spes ꝓueniens ex gr̄a: ſ3 intelligit ꝓuenire ex
gr̄a. i. intuitu ſupfluēt; bonitat; ⁊ largitat; dei. q
quolibet datore largitor eſt in infinitu3 ꝑpter qd
ſcrutentes ei expectant ab ipſo btitudinē eternā.
Ad aliud. ¶ Ad aliud dicim⁹ ꝙ hec eſt duplex. Sperare ſi-
ne meritis non ē ſpes: ſed pſumptio. Spare eī̄ ē
expectare ſe habiturū: ergo ſi hec determinatio ſi
ne meritis determinet verbū ratiōe participij in
cluſi vera eſt. qr iſ eſt ſenſus. Aliquē hoīem expe
ctare qd habeat ſine meritis vitam eternā nō eſt
ſpes: ſed preſumptio. Quod autē apponitur i diffi
nitione quā natura preit caritas appoſitum eſt a
Opinio ma magiſtro cuius opinio fuit ꝙ caritas nichil aliud
giſtri. eſt ꝙ̄ ſpiritus ſanctus. ⁊ re vera ſpūs ſanct⁹ prece
dit fidem ſpem in cordibus hominum tanꝙ̄ cauſa
ſuum effectum producens.

¶ In quo ſpes differt a fide.

¶ Secunda queſtio.

Queritur in quo ſpes differt a fide. vide-
tur ꝙ non differat fides ⁊ ſpes. qm̄ ſpes
eſt certa expectatio futurorū bonorum
Af ꝙ non. ¶ Sed oīs certitudo eſt i fide vel in ſci
entia: ergo certitudo eſt illa in qua ſpes ē certa ex
pectatio. ⁊c̄. eſt in fide. ⁊ eſt in expectatione illa
certa. ꝙ illa expectatio certa eſt fides. et ita ſpes
Solutio. eſt idem quod fides. ¶ Solutio. Duplex eſt certi
Multiplex tudo. ſ. vie et patrie. certitudo vie duplex eſt. ſ. fi-
certitudo / dei ſpei. Certitudo fidei et intentio cū priuatione
s/vie ⁊ pr̄ie dubitationis. Certitudo ſpei eſt intētio cū priua-
Certitudo tione deſperationis vel diffidentie. Certitudo igi
fidei ⁊ certi tur fidei ⁊ certitudo ſpei nō expellunt timorē ſepa
tudo ſpei. rationis a ſuo ſubiecto Certitudo patrie expellit
oēm dubitationē oēm diffidētiā oēm timorē ſepa
rationis. Patet igit ꝙ hec eſt falſa. Oīs certitu-
Triplex dif do eſt in fide vel ſcientia. ¶ Itē. Aug. in eucheri
ferētia iter dion aſſignat triplicē differentiā inter fidē et ſpē.
fidē ⁊ ſpem. Prima eſt ꝙ fides eſt de preteritis preſentibus et
futuris. Spes aūt de ſolis futuris. Scd̄a differē
tia eſt. qm̄ fides eſt de bonis ⁊ de malis. Spes au
tem tm̄ de bonis. ſ. de futuro premio. Tertia diffe
rentia eſt ꝙ fides eſt de bonis ⁊ ſibi ⁊ aliis. Spes
Cōtra au- aūt de bonis tm̄ ſibi. i. tm̄ ſuo ſubiecto ¶ Contra
guſtinū ar. hoc multipliciter obicitur. qm̄ de me non debeo
preſumere ꝙ ſum bonus: ſed reputare ꝙ ſum pec-
cator. Sed de alio debeo potius credere ꝙ ſic bo
nus ꝙ̄ malus. ⁊ ſimiliter ſperare: ꝙ de alio potius
debeo ſperare ꝙ ſi bonus ꝙ̄ de me: ergo poti⁹ eſt
ſpes de bono alieno ſubiecto ꝙ̄ de ꝓprio. ¶ Itē. Secundo.
Aug. dicit. De nemine deſperādū eſt dū eſt in via
ergo de quolibet ſperandū eſt dū eſt in via: ergo
ſpes eſt de alieno ſubiecto. ¶ Item. diligere ſū- Tertio.
mum bonum ſibi et diligere ſummum bonum alij
vtrūꝙ meritorium eſt eiuſdem virtuti: ergo eadē
ratione ſperare ſummū bonū ſibi ſpare ſummum
bonū alij. vtrūꝙ meritoriū eſt ⁊ eiuſdem virtut;.
Sed ſperare ſummū bonū ſibi eſt motus ſpei ꝟtu
tis: ꝙ ſpes eſt de alieno ſubiecto. ¶ Cōtra. Spes In oppm̄.
eſt audacia mentis ꝓueniendi ad vita3 eternā par
merita concepta intuitu largitatis dei talis autē
audacia eſt virtus media inter preſumptionē ⁊ de
ſperationē. Sed ſperare ꝑ merita mea alij vitam
eternam nō eſt alicuius virtutis: qr hoc fatuū eēt
Similiter ſperaſſe alij vitā eternā per ſua merita
non eſt aliqua audacia: ꝙ non eſt motus ſpei: ergo
ſpes nō eſt de alieno ſubiecto. ¶ Ad hoc forte di
Euaſio. cet aliquis ꝙ hoc eſt verū. ⁊ in auctoritate Augu
ſtini qua dr̄ de nemine deſperādū eſt. ⁊c̄. Hec di
ctio deſperandū potius ſonat in oppoſitū fidei ꝙ̄
in oppoſitū ſpei. ⁊ eſt ſenſus. De nemine ſperādū
eſt. i. diſcernēdū qm̄ credere ſe habiturū vitā eīnā
et ſperare ſe habere vitā eternā ſunt valde affinia
ſibi. ¶ Unde quidā dixerūt ꝙ fides idē eſt in eēn- Opinio ali
tia ꝙ ſpes. Unde contraria illis ſunt valde affinia quorum.
ſibi. ſ. diſcredere ⁊ deſperare. et ideo nomē vnius
quandoꝙ ponitur ꝓ noīe alteri⁹. ¶ Sed contra. Ↄtra hoc af
Sicut ſpes eſt ꝓprie de futuro bono. ita timor de
malo futuro. Sed timor ꝓprie eſt de aliquo ſubie
cto. qm̄ prelatus meritorie timet ne ſubditus ſu⁹
periclitetur. ꝙ eadē ratione ſpes eſt de aliquo ſub
iecto. ¶ Forte dicit ꝙ ſpes eſt de aliquo ſubiecto
Euaſio. ſed non ſpes virtus. qm̄ ſperare alij ſummū bonū
non eſt alicuius ꝟtutis. qm̄ hoc ē facile. ſicut ire
per viam. Accidit tn̄ ei ꝙ ſit meritorium: qr eſt de
genere indifferentium. ¶ Sed ↄtra. ſicut ſperare
Ↄtra hāc af alij ſummū bonū eſt facile. ita velle alij ſummum
bonū ſiue diligere eſt facile. Sed facilitas non i-
pedit quin vltimū ſit alicuius ꝟtutis. ſ. caritatis:
ergo ſil'iter non ipedit qn primū ſit alicui⁹ ꝟtutis
¶ Forte iterū dicet aliqs ꝙ ſpes ē de alieno ſub- Alia euaſio
iecto ⁊ ſuo. Sed ↄtra. Timor dñi quo aliqs timet Ↄtra hāc af
deum non eſt niſi de ꝓprio ſubiecto qm̄ nichil eēt
dictu. timeo deū petro. ſ3 ſicut ſe habet timor ad
malum futurū ita ſe habet ſpes ad bonū futuꝝ er
go eadē ratione non eſt niſi de proprio ſubiecto.
¶ Solutio. dicimus ꝙ tam timor ꝙ̄ ſpes pōt dici Solutio
de ſubiecto ſuo ⁊ de alio. Sed notandū ꝙ ē timor Notandū.
rei et eſt timor euentus. Timor rei vt quādo dr̄. ti Duplex ti-
meo deū. timeo penā eternā Timor euētus vt cū mor.
dicit timeo ſeparari a deo. Eodē modo ſpes quā- Duplex ſpes
doꝙ reſpectu rei quādoꝙ reſpectu euētus. timor
igitur ⁊ ſpes ſcd̄m ꝙ dicunt reſpectu rei ſunt tm̄
de ptinentib⁹ ad ſua ſubiecta ⁊ nō de ptinētibus
ad alia ſubiecta. ſed ſcd̄m hoc ꝙ dicūtur reſpectu
euentus ſunt ⁊ de ptinentib⁹ ad alia ſubiecta. Ad ad auguſti-
ergo dicit Aug. ꝙ ſpes eſt de ptinentib⁹ ad ſe nō num.
vniuerſaliter. ſed particulariter intelligendū eſt.

Ayuntamiento de Madrid

Gregorius ſicut illud qđ dicit btũs Gregori⁹. ꝙ caritas ē ad
min⁹ inter duos. nō vniuerſaliter eſt intelligendũ
ſed pticulariter ſcꝫ de caritate q̄ eſt amicicia. ſu-
pradicta autē determinatio timoris et ſpei intelli
Nō diligēt gēda ē ẜm diuerſas habitudines ⁊ modos dicēdi
non ſcđm cēntiā. qm̄ idem eſt timor ad min⁹ in ſpe
cie quo timeo deum ⁊ quo timeo offendere deum.
Similiter eadē eſt ſpes qua ſpero vitā eternam ⁊
qua ſpero me habiturũ vitam eternā.

¶ De differentia ſpei ⁊ caritatis.
¶ Alia queſtio huius capituli.

Af ꝙ non differunt. VTerūꝫ queritur de differentia ſpei ⁊ ca-
ritatis videtur aũt ꝙ nō differũt. qm̄ ca
ritas immediate ⁊ principaliter mouet
in deum cũ ſit virtus theologica. ſimili-
ter ſpes et fides. ⁊ ita vn⁹ et idē eſt finis principa-
lis ⁊ immediatus motuũ ſpei et caritatis. ſed ſpe-
cies motuũ diſtinguũtur ſcđm diuerſos fines pri
cipales ⁊ immediatos ſicut ptꝫ in oib⁹ motibus ꝗ
omnes mot⁹ fidei ſpei caritatis ſũt eiuſdē ſpeciei.
Solutio. Duplex finis. ¶ Solutio. Duplex eſt finis. ſ. finis in quo q̇eſci-
tur ⁊ finis quo quieſcitur ſiue p quẽ. finis in quo
quieſcitur eſt ipē deus ſiue btitudo increata et ſe
cundũ illũ finem nō eſt diſtinctio. Finis autē per
quē quieſcit eſt btitudo creata. ⁊ ſcđm illũ finem
differunt virtutes. Quelibet eīm viriũ motiuarũ
in quibus ſunt theologice virtutes. vt fides in ra
tionabili. ſpes in iraſcibili caritas in concupiſci-
bili. ſuam propriā habebit beatitudinem creatā per
quam quieſcet in deo qui eſt finis finium per finē
ergo quo quieſcitur fit diſtinctio.

¶ De differentia ſpei ⁊ timoris.
¶ Tertia queſtio huius capituli.

Af ꝙ non differunt. QUeritur de differentia ſpei ⁊ timoris. et
videtur ꝙ ſint eadē virtus: qr virtus con
ſiſtit imediate. et eadē ſunt extrema ſpei
et timoris. ſ. pſumptio ⁊ deſperatio: ꝗ eo
rum extremorũ idem eſt mediũ: ꝗ ſpes ⁊ timor ſũt
Secundo. eadem virtus. ¶ Iteꝫ. contrariorũ eadē eſt ars.
Tertio. pari ratione eadē virtus. ¶ Itē. cũ virtus ſit cer
tior oī arte. vnica aũt ars ſubiecta ſibi habeat bo
num et malũ de futuro: ergo ⁊ eadeꝫ eſt virtus de
futuro bono et futuro malo. ⁊ ita timor ⁊ ſpes ſunt
Quarto. eadem ꝟtus. ¶ Itē. eadē eſt virtus in cognitione
futuri boni ⁊ futuri mali. ſ. fides: ꝗ eadē rōne eadē
eſt ꝟtus in affectione de futuro bono ⁊ de futuro
Quinto. malo. ⁊ ita timor ⁊ ſpes ſunt eadē virtus. ¶ Iteꝫ.
parcitas ⁊ largitas ſunt eadē virtus. licet mediēt
diuerſos actus Parcitas eīm mediat retinere: lar
gitas dare: tm̄ quia habent eadē extrema. ſunt ea-
dem virtus: ergo ſilr̄ licet timor et ſpes mediēt
diuerſos actus: tm̄ quia habent eadē extrema ſũt
In oppm̄. eadem ꝟtus. Si cōceditur. ¶ Cōtra. Spes eua-
cuabitur in futuro timor autē non: quia timor dn̄i
ſanctus permanet. ⁊c̄. ergo ſpes non eſt timor.
Secundo. ¶ Item. in principio Iob dr̄ a Grego. ꝙ ſpes eſt
vna de filiabus Iob. timor vn⁹ de filijs: ꝗ nō ſunt
Tertio. idem. ¶ Itē. ſpes ⁊ timor ſunt circa diuerſas ma
terias timor eīm habet pprīam materiā offenſam
dei vel ſepationē ab illo. Spes vero beatitudineꝫ
creatam: ꝗ ſpes ⁊ timor ſunt diuerſe ꝟtutes. ſicut
iuſticia ⁊ tēperātia q̄ conſiſtunt in diuerſis mate-
rijs. Iuſticia eīm conſiſtit in ſubueniēdo miſeris.
temperantia in cohercendis delectatiōib⁹ prauis.
et ideo ſunt diuerſe virtutes: ꝗ eadē ratione timor
et ſpes ſunt diuerſe virtutes. quod concedimus.
¶ Ad primo obiectũ dicimus ꝙ hec eſt falſa. Ti- Solutio.
mor ⁊ ſpes habēt eadē extrema. qm̄ extrema ſpei Ad primũ.
ſunt preſumptio ⁊ deſperatio. Timoris aũt extre Extrema
ma ſunt temeritas ⁊ timiditas. temerari⁹ eſt qui ſpei ⁊ timo-
nulla pericula fugit timidus q̇ oīa fugit. Sꝫ timo- ris nō ſunt
re ꝟtute timentur tm̄modo timēda. ¶ Ad ſcđm eadem.
dicimus ꝙ ſicut contrarioꝝ eadē eſt ars. ita eadē Ad ſcđm.
virtus Sed p hoc non pōt probari ꝙ timor ⁊ ſpes
ſunt eadē ꝟtus. qm̄ nō ſunt de ꝯtrarijs. qm̄ ſpes ē
de btitudie. btitudo aũt ſiue creata ſiue increata
nō hꝫ contrariũ. qm̄ nichil ſũme malũ. ¶ Ad ter Ad tertiũ.
tium ſimiliter ptꝫ ſolutio. ¶ Ad quartũ dicim⁹ ꝙ Ad q̄rtum.
hec argumentatio non valet. Eadē eſt virt⁹ in co
gnitione. ⁊c̄. qm̄ cognicio que eſt fides principa-
liter reſpicit primam veritatē cui credit. ⁊ de futu
ris bonis ⁊ malis. Spes autem ⁊ timor non reſpi
ciunt idē. timor enim reſpicit dei iuſticiā. ſpes dei
largitatem. qm̄ vna eſt ratio cognoſcēdi: ſꝫ diuer
ſe afficiēdi. ideo nō valet illa argumētatio. ¶ Ad Ad quintũ.
quintum patꝫ ſolutio ex predictis. quia ſpes et ti-
mor non habent eadem extrema.

¶ Utrum ſpes ſit mercennaria.
¶ Quarta queſtio hui⁹ capituli.

QUeritur vtrũ ſpes ſit mercennaria. ¶ Pro Af ꝙ ſic.
batur ꝙ ſic: qr ſpes eſt certa expectatio fu-
turorũ bonorũ per quā nō mouetur aīa niſi ad ha
bendum vitā eternā per merita: ꝗ per merita tēdit
tm̄ ad ſuā vtilitatem ꝗ eſt mercennaria: ꝗ non eſt
virtus. ¶ Solutio. Duplex ē mercimonia. ē mer Solutio.
cimonia qua q̇s intendit lucrum tpale. vt ille qui Duplex
ſeruit deo propter tpalia tm̄. ⁊ talis motus mercē mercimōia
narius pctm̄ eſt. qm̄ talis ponit deũ viā: non fineꝫ
De tali dicitur in euāgelio. Mercennarius vidēs Duplex
lupum venientē fugit. Eſt etiā mercennari⁹ q̇ ſer- mercēnari⁹
uit deo ꝓpter regnũ celeſte habenduꝫ ſiue ꝓpter
beatitudinē habēdā. Et talis motus nō eſt pctm̄
quia tali motu querit homo vtilitatem ſuā in deo
vbi eſt. De tali mercennario dicitur in euangelio
luce. Quāti mercēnarij in domo patris mei abũ-
dant pa. ⁊c̄. hoc modo eſt ſpes mercēnaria. tamē
nichilominus eſt ꝟtus.

¶ Utrum ſpes remaneat in patria.
¶ Quinta queſtio huius capituli.

QUeritur vtrũ ſancti habeāt ſpem in pa Af ꝙ ſic.
tria. ¶ Uidetur ꝙ ſic: qm̄ ſpes ē de ge-
mina ſtola: aīe. ſ. ⁊ corporis. ſ. de glori-
ficatione aīe ⁊ glorificatione corporis.
Sancti autem in patria expectāt glorificationeꝫ
corporis: ꝗ in eis eſt expectatio future btitudinis
proueniēs ex gr̄a ⁊ meritis precedentib⁹. ꝗ in eis
eſt ſpes ꝟtus. ¶ Preterea in xp̄o homine fuit ſpes Secunda.
dum erat ī via: qr de eo dr̄. Exultauit vt gigas ad
currendā viā. vnde in pſona eius dicit propheta.
In te dn̄e ſperaui: et xp̄s erat comprehenſor duꝫ Pſalmiſta.
erat in via. ꝗ eadē ratione alij cōprehenſores hn̄t
ſpē: et ita ſpes eſt in pr̄ia. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ Solutio.
ſpes nō eſt in patria nec eſt veꝝ ꝙ ſtola corpis ſit Spes non
beatitudo vel pars btitudinis proprie: tm̄ dr̄ pars mās ī pr̄ia

beatitudinis: qm̄ ex coniūctione aīe ad corpꝰ glo
rificatū: erit maior delectatio aīe: ⁊ ita maior bea
titudo. Unde cū bona corporis ſint indifferentia
motus in illa nō ſunt ꝓprie alicuiꝰ virtutis: niſi ꝑ
accidens: nec meritorij niſi ꝑ accidēs. vnde velle
alicui bona corpis non eſt motus caritatis: niſi ꝑ
ſtatum indigentie. Eodēmodo expectare ſtolam
corporis non eſt alicuiꝰ virtutis ꝓprie nec eſt mo
tus meritorius: niſi per accidēs ſicut et alij motꝰ
indifferentes: ꝙ autē ſtola corporis nō ſit beatitu
do vel pars beatitudinis patet per illud euāgelij
Hec eſt vita eterna vt cog. te. ⁊c̄. cognitio eni to=
ta eſt in anima. vn̄ nulla pars beatitudinis in cor
pore eſt: quia ẜ ſancti nō expectant viſionē illam
apertam quā habent. iam patet ꝙ ſancti non ha=
bent ſpem in patria. Unde Apo. qđ quis hʒ quo=
modo ſperat. ¶ Sed iterū probaꝶ ꝙ ſpes erit in
patria: qꝛ ſpes ⁊ timor ſunt due mole īter quas de
betur moli quilibet xp̄ianus. Timor eni reprimit
ſpem ne luxuriet ī preſumptionē. Spes eleuat ti=
morē ne cadat in deſperationē: ſʒ timor erit in pa=
tria. qm̄ timor dn̄i ſctūs permanet in ſclm̄ ſeculi.
ergo pari rōne ſpes erit in p̄ria. ¶ Itē mali habe
bunt in inferno timorē et horrorē. vn̄ in libro ſapi
entie. Erit eni tranſitus ab aquis niuiū in calorē
niuiū: et hoc nō fiet ſine horrore cū ẜ timor futuri
mali ſit in inferno. ſpes futuri boni ecōtrario eſt ī
paradiſo ¶ Itē gr̄a mutabiꝶ in gl'iam ⁊ merita in
premium: vt dicit caſſio. Et cōſtat ꝙ tota aīa glo=
rificabitur. ẜ quātū ad vim rationabilē iraſcibilē
concupiſcibilem. Spes ẜ que eſt in iraſcibili mu=
tabitur in gloriā: ſed in nullā aliā videtur eſſe mu
tanda: niſi in ſe ipam melioratā ⁊ perfectam: ergo
ſpes erit in patria. ¶ Itē. quedā delectatio eſt in
anima ex eo ꝙ per fidē videt deū: ⁊ hoc nō deſtrue
tur in patria. imo augmentabiꝶ ex cognitiōe fidei
ſuccedente. Similiter delectatio q̄ eſt ex caritate
non deſtruetur ſed augmentabitur: ergo nec dele
ctatio que eſt ex ſpe. Sed talis delectatio non eſt
niſi in certa expectatiōe ẜ hmōi expectatio erat ī
patria: ergo et ſpes. ¶ Solutio. Ad primum dici
mus ꝙ timor erit in patria non ſecundum ꝙ mola
qm̄ ſcđm ꝙ mola eſt timor ſeparatiōis vel offenſe
dei talis timor non erit ibi. Sed timor reuerētie q̄
eſt reſilitio aīe ab altitudine dei ī ꝓpriā paruitatē
ſecundū ꝙ timor nō eſt mola oppoſita ſpei. ¶ Ad
cundūʒ dicimus ꝙ nō eſt ſimile de inferno ⁊ para
diſo. qm̄ in inferno erit tp̄s ſicut diciꝶ in Pſal. Et
erit tēpus eorū in ſecula. ⁊ in Apoca. diciꝶ de ba
bilone ꝙ fumus eius aſcendet in ſecula ſeculorū.
In paradiſo autē erit tm̄ eternitas. ⁊ ideo nō erit
ibi ſpes futuri boni. ¶ Ad tertiū dicimꝰ ꝙ hec au
ctoritas. Gr̄a mutabitur in gl'iam intelligiꝶ tantū
de gratijs permanentibus. Unde obiectio non te
net in ſpe: q̄a ſpes euacuabitur ex toto ⁊ q̄ꝫtum ad
genus ſuū. Fides autē euacuabitur q̄ꝫtum ad dif=
ferentias ſuas: ſed nō quo ad genus qm̄ cognitio
dei remanebit in gn̄e: ſed non in enigmate. Et ita
non oīno euacuabitur fides: ſʒ ſpes euacuabitur
omnino. non tn̄ vis iraſcibilis remanebit irremu=
nerata. imo habebit gl'iam ſuā ſiue perfectionē. ſ.
reuerentiā/ humilitatē/ fortitudinē. per quas erit
delectatio in deo. ſicut eni aliq̄s populus terrenꝰ
delectatur in hoc ꝙ ſubijcitur bono regi terreno
ita populꝰ dei delectabiꝶ in hoc ꝙ ſubijcetur regi
eterno. ¶ Ad aliud dicimus ꝙ delectatio ex fide
erit in patria. qm̄ delectabitur in deo vt in prima
veritate et prima luce ⁊ hmōi. Et hoc ideo qm̄ fi=
des non euacuabitur q̄ꝫtū ad genꝰ ſuū. Spes au=
tē euacuabitur q̄ꝫtuʒ ad genus ſuū nec remanebit
delectatio que eſt ex ſpe. Unde nō valet hec argu
mentatio. Delectatio que ex fide remanebit. dele
ctatio que eſt ex caritate remanebit: ergo delecta
tio que eſt ex fide remanebit caritas enim non re=
manebit tantummodo eadem ſpecie et genere: ſʒ
eadem in numero. fides autem euacuabiꝶ quan=
tum ad ſpeciem et numerū: ſed remanebit in gene
re. ſpes autē nec nūero nec ſpecie nec gn̄e rema=
nebit eadem: qm̄ non erit expectatio futuri boni:
vbi erit poſſeſſio p̄ns oīs boni. ¶ Sed obijcitur.
per fidē modo delectamur in deo vt in prima veri
tate. per ſpē vt in ſumma largitate. per caritatem
vt in ſumma bonitate. in patria aliq̄d erit loco fi=
dei quo vis ratiōabilis delectabitur in deo imme
diate: vt in prima veritate. ſimiliter aliq̄d erit quo
delectabitur vis concupiſcilis: ſcilʒ ipſa caritas
quare non erit aliq̄d loco ſpe ī quo del ectemur im
mediate in ſūma largitate. ¶ Dicimꝰ ꝙ duo ſunt
in anima: intellectus ⁊ affectꝰ: intellectu delecta
mur in prima veritate immediate: ſʒ affectu in pri
ma bonitate: dū abſens eſt nec adhuc poſſidetur:
ſcilicet expectando ⁊ diligendo: cuʒ autē preſens
eſt et poſſidetur vnico modo. ſ. diligendo: cū ergo
largitas referatur ad bonitatē dei duʒ abſens eſt
nec poſſidemus adhuc eā delectamur in ipſa duo
bus modis: ſed quādo erit p̄ns ⁊ poſſidebimus eā
et quicquid habet dare nō delectabiꝶ in ipſa niſi
diligendo. qꝛ ex toto euacuabitur illud quo vi ira
ſcibili delectamur in deo ſcʒ expectare nec rema
nebit in vi iraſcibili quo delectemur in deo imme
diate. vis eni intellectiua proprie eſt ad verū: vis
concupiſcibilis ꝓprie eſt ad bonū vis iraſcibilis
proprie eſt ad remouendū impedimenta vie: q̄ du
cit ad bonum: nec eſt ad bonū niſi expectando ſe
peruenturam ad ipm̄ quaſi per bella.

Motꝰ cor=poral es nō ſūt merito=rij.

q̄d btitudo propue.

Itē ꝑ aꝶ ad pncipale.

Ad idem.

Iterum ad idem.

per caſſio=dorum.

Sexto.

Solutio ad primum.

Ad ſcđm.

Ad tertiū.

Quō fides et ſpes euacuabuntur.

Ad q̄rtum.

Contra di=cta aꝶ.

Solutio.

Duo in aīa intellectus et affectus

Nō de tri=busviribus

¶ De caritate. ¶ Sextus tractatꝰ. Cap̄. primū.

Dicto de fide et ſpe. ſequitur de caritate
de qua hoc ordine agendū eſt Primo de
eſſentia caritatis. Scđo de ordine cari=
tatis. Poſtea de alijs queſtiōibꝰ que cir
ca caritatē verſantur. Agētes de eſſentia carita=
tis. Primo dicemꝰ de diffinitione eius. Secundo
vtrū caritas ſit ſpēs ſpecialiſſima. Tertio. vtrū
eodē motu numero diligiꝶ deus ⁊ ꝓximꝰ. Quar=
to. vtrū poſſibile ſit ꝙ equali motu caritatis dili=
gatur deus ⁊ ꝓximꝰ. Quinto quomō dilectio dei
ſit cauſa dilectiōis ꝓximi. vt dt btūs Greg. Sex
to ⁊ vltimo quomodo caritas ſit forma virtutum.
¶ Apoſtolꝰ ita diffinit caritatē. Caritas eſt finis
precepti de corde puro ⁊ cōſcientia bona ⁊ fide nō
ficta. Cōtra hāc diffinitionē multipliciter obiciꝶ.
¶ Primo cōtra primū mēbrū ſic. Solꝰ ſpūſſctūs
eſt finis precepti. i. operū q̄ a deo precipiunꝶ. Sʒ
caritas eſt finis precepti: ẜ caritas eſt ſpūſſctūs

Utrū diffinitio carita tis ſit bene aſſignata.

Diffinitio caritatis.

Cōtra hāc diffinitionē aꝶ



Ayuntamiento de Madrid

Secundo ꝯ gloſam.

que fuit opinio mgr̄i pe. lō. ¶ Itē. ſup iſtū locū dicit glo. ꝙ oīa bona opera q̄ ſunt in precepto tendunt ad caritatē: ǧ habēs caritatē oībus operibꝰ ſuis bonis tendit ad caritatē. ⁊ ita tendit ad illud quod habet qđ eſt ocioſū vel impoſſibile. qm̄ ſi impoſſibile eſt ꝙ motus nature ſit ocioſus. multo fortius impoſſibile eſt ꝙ motus caritatis ſit ocioſus

Tertio.

¶ Item. hoc mēbrū caritas eſt finis precepti cōuenit omni caritati ⁊ ſoli. qm̄ ſola caritas eſt impletio legis: ergo reſidua membra ponūtur ſupflue ibi.

Quarto.

¶ Item. hec dictio corde ponitur ibi pro intellectu. vnde in Iſa. Redite preuaricatores ad cor. i. ad itellectū. aut hoc intelligit̄ de intellectu vi aīe aut de itellectu dono Si de vi aīe hoc videt̄ falſū. qm̄ caritas eſt a ſola gratia dei: ergo nō ex vi anime. Si dono: iterū falſum eſt. quoniā caritas precedit oīa alia dona et primum donum. ſ. timoris dñi. Fides eni͂/ ſpes caritas/ ſunt theologice virtutes ⁊ prime oīm virtutū.

Quinto.

¶ Item. notandum ꝙ ꝯſcientia ponitur ibi pro ſpe. qm̄ qui purā habet conſcientiā retrahit ſe a ſpe ⁊ fide non ficta i. non ſimulata vel non ficta. i. non fictili ſiue non fragili. ſed inter aduerſa forti: ǧ caritas procedit ex fide ⁊ ſpe. hoc etiā vult auctoritas iſta. Abraham genuit Iſaac Iacob. i. fides ſpem: ſpes caritatem.

Abrahā genuit Iſaac.

ꝯtra hoc ar̄

¶ Sꝫ cōtra. Omnes infundūtur virtutes ſimul: ergo nulla eſt cauſa alterius Cū ergo dubitatio ſit de qualꝫ pte predicte diffinitiōis eſt quedam dubitatio de tota diffinitiōe. qm̄ in hac tota diffinitione non ponitur ſubſtantialis differentia caritatis.

Probat̄.

Quod probatur per hoc quoniam ſubſtantialis differētia ſumitur reſpectu primi ⁊ principalis actus ad quē eſt res. Sed caritas primo loco ſe habꝫ ad diligere. ſicut fides ad credere: et ſpes ad ſperare. Patet ǧ ꝙ non ponit̄ in hac totali diffinitione ſubſtantialis differentia: ǧ illa diffinitio non eſt bene aſſignata.

Solutio.

Ad primū.

¶ Solutio. Ad primum dicimꝰ ꝙ hec argumentatio non valet. Solus ſpūſſanctus eſt finis precepti. Sed caritas ē finis precepti: ergo caritas eſt ſpūſſanctꝰ.

Inſtantia.

Inſtātia. Iſte tenet ſolū frenū et tenet equum: ergo frenum eſt equus. qm̄ vbi vnum propter alterū vtrobiqꝫ totum.

Caritas eſt finis pcepti

caritas enim ideo dicitur finis precepti: quia coniungit mentem humanam dilectioni ſpiritusſancti.

Opio mgr̄i eſt falſa.

Qđ autē falſa ſit opinio magiſtri pe. l. probatur per hoc quia quantū potēs eſt prima caritas que deus eſt ad inflāmandum affectū ad diligendum. tam potēs eſt prima lux ad illuminandum intellectum ad credendū. ergo ſicut prima lux non illuminat intellectū ad credendū niſi per medium habitū qui eſt fides: . ita prima caritas non inflammat affectum niſi medium habitū qui eſt caritas creata.

Scđo ꝯtra magiſtrum

¶ Itē. ſanctus homo quādo dormit nec diligit deum actu nec habitu: ergo non habet caritatem. Si autē dicatur habere caritatē propter ſolā potentiā diligendi: ergo peſſimi homines habent caritatem: quia habent potētiam diligendi.

Tertio.

¶ Item. iſte vir ſanctus habilis eſt et promptus ad diligendū deū ergo habet habitum ad diligendū deum. Sed conſtat ꝙ ille habitus eſt virtus potius q̄ aliꝰ habitus: ergo caritas eſt habitus creatus quod eſt cōtra magiſtrū qui dicit ꝙ fides ē habitus creatꝰ. ⁊ ſpes ſimiliter caritas non.

Ad ſcđm.

Finis capit̄ tripliciter.

¶ Ad ſcđm dicimus ꝙ caritas eſt finis precepti. ſed finis tripliciter accipitur Eſt eī finis conſumptionis. vt cum dicitur. candela finitur. i. conſumitur Eſt finis cōſūmationis. vt hic. domus finitur. i. cōſummatur. Eſt finis terminationis. vt hic. ager iſte finitur hic. i. terminat̄. Caritas dicitur finis duobus vltimis modis. qm̄ caritas eſt conſummatio ſiue adimpletio oīs precepti. ſicut dicit Apoſtolus. Eſt etiā caritas terminatio omnis precepti. qm̄ omnia bona opera que ſunt in precepto tendūt ad caritatem ratiōe iocūditatis que eſt annexa caritati que iocunditas eſt pars mētis ad quā tendūt omnia bona opera hominum. ⁊ habēs caritatē ſuis operibus tendit ad illam. licet habeat eā: non tamen ocioſe. quoniā tendit vt eā magis habeat. vnde in Eccleſiaſtico. Qui edunt me adhuc eſurient. ⁊c̄.

Eccl'iaſtici

Ad tertiū

¶ Ad tertium dicimus ꝙ prima pars illius diffinitionis nō conuenit ſoli caritati: ſed ⁊ fidei ⁊ ſpei. Principalius autē caritati. qm̄ caritas principaliter mouet ad opera. qm̄ ipſa eſt dulcedo mentis per quam homo ſeruit deo libenter bonis opibus.

Ad q̄rtum.

Auguſtinꝰ.

¶ Ad aliđ dicimus ꝙ ibi ſumitur corde ꝓ intellectu. ſicut dicit Auguſt. ſ. pro intellectu qui eſt vis anime ſiue pro iudicio ipius. Per intellectū enī q̄ eſt vis aīe et per eius iudicium preparat ſe aīa rationalis vt ſit ſuſceptibilis fidei ſpei/ ⁊ caritatis. ⁊ ita intellectus ille eſt principiū oīm virtutū materiale ⁊ ab eo procedunt oēs virtutes non effectiue: ſꝫ materialiter. effectiue autē a deo.

Ad quintū.

¶ Ad aliud dicimꝰ ꝙ caritas ꝓcedit ex fide et ſpe tāq̄ ex cauſis ſuis originalibus: tamen oēs virtutes ſimul infundūtur et ſimul ſunt per naturā cōnexionis nō per naturam cauſalitatis.

Ad vltimū.

¶ Ad vltimū dicimꝰ ꝙ hec argumētatio nō vꝫ. In hac diffinitione non ponitur ſubſtantialis differentia: ǧ diffinitio non eſt bene aſſignata.

Triplex diffinitio.

intenſa eſt. ⁊ prior caritas eſt eiuſdē nec cū illa: ꝗ
prior caritas potuit remanere ⁊ recipere tātā in=
*Secundo.* tenſionē. ¶ Itē. vna albedo non expellit aliam:
ergo ſilr̄ caritas vna nō expellit aliā. ergo ca=
ritas intenſa nō expellit priorē ab illo: ergo prior
caritas manet. ⁊ ſi eſt alia nūero a ſcđa: ergo due
qualitates eiuſdē ſpeciei ſūt in eodē ſubiecto. qđ
eſt impoſſibile. Reſtat ergo ꝙ eſt eadē nūero. Si
*Euaſio.* dicit ꝙ nec eadē nūero nec eadē ſpē accidit men=
titū eſſe apl̄m dicentē. caritas nūq̄ excidet. Si=
cut eñ fides excidet. qm̄ loco eius ſuccedet cogni
tio q̄ eſt alia ſpecie. ſimiliter caritas excidet. qm̄
*Tertio.* loco eius ſuccedet alia ſpecies. ¶ Itē. tantū idē
diligitur priori caritate ⁊ vltima. ſ. deus. ⁊ propt̄
idem ⁊ eodē fine ⁊ ab eodē: ergo ſcđa caritas non
*Solutio.* eſt alia ſpē q̄ prior. ¶ Propter hoc dicimꝰ ꝙ alia
opinio eſt falſa et ꝙ caritas manēs vna ⁊ eadē nu
mero poteſt intendi. ſed querit̄ ſcđʒ quid attendi=
*Q̄o incidēs.* tur eius intenſio vel q̄ntitas. dicit̄ cōmuniter ꝙ ſe
*Scđʒ qđ attēdit̄ itētio charitatis.* cundū maximū motū caritatis. Unde ſi maximꝰ
motus huiꝰ caritatis eſt maior motu illius carita
tis. hec caritas eſt maior illa. ¶ Sed ſi hoc pari
*Ꝯtra hoc ar.* ratione q̄ntitas aliarū virtutū attendit̄ ſecunduʒ
maximos motus eaꝝ: ergo q̄ntitas pietatis atten
ditur ſecundū maximū motū pietatis. Sed in eo
dem hoīe maximus motus caritatis maior eſt q̄
maximus motus pietatis. qm̄ primꝰ eſt in deū. ſe
cūdus in ꝓximū: ergo in eodē hoīe maior eſt ca=
ritas q̄ pietas. qđ falſū eſt. qm̄ cōis opinio eſt ꝙ
in eodē oēs virtutes ſunt pares. ⁊ ad hoc eſt cōis
*Dictū cōe.* ſolutio ꝙ nō ſolū q̄ntitas caritatis attendit̄ ſcđm
maximū motū caritatis ⁊ nō ſm ꝓprios motꝰ. et
hoc ē: qꝛ caritas eſt forma aliaꝝ virtutū: ⁊ nō ecō
uerſo. Caritas eñ eſt cauſa motus: ꝗ caritas ma
ior maioꝝ motus: ergo magis attendit̄ intenſio
motus ſm intenſionē caritatis q̄ ecōuerſo. Si di
cit ꝙ ideo dꝛ intēſio caritatis attendi ſcđʒ motū.
qm̄ intēſio caritatis nō eſt alia q̄ intēſio motus.
Ex hoc accidit ꝙ caritas ex ſe nō eſt intenſa. ⁊ ita
ſequit̄ ꝙ nullus melior eſt alio cū oēs boni habe
ant ꝟtutes equales. ¶ Itē. maximus motus ca= *Secundo.*
ritatis magis eſt intenſus q̄ caritas qm̄ nō ſoluʒ
elicitur ex caritate: ſed ex cōſideratione multipli
ciū bonoꝝ. ⁊ tēporaliū ⁊ ſpūaliū: que dñs cōfert.
Nō ſequit̄ ergo ꝙ ſi maximꝰ motus huiꝰ caritatꝫ
ſit tā intenſus ꝙ caritas illa ſit tā intēſa. ⁊ ita nō
ſm motū caritatis attenditur intenſio caritatis.
¶ Itē. Iſa. Oēs iuſticie nr̄e quaſi pānꝰ mēſtrua *Tertio.*
te: ergo iuſticia nr̄a nō eſt pura: ergo hʒ admixtū
de iniuſticia: ergo ſicut albius eſt quid nigro im=
permixtius. ita iuſtius eſt qđ iniuſto impmixtius
ergo ſicut in alijs qualitatibus attēditur intēſio
ſcđm maiorē ⁊ minorē permixtionē cōtrarij: ita ī
caritate. nō ergo ſcđm motū. ¶ Solutio. intēſio *Solutio.*
caritatꝫ attendit̄ ſcđm motū ſuum nō tanq̄ ſcđm *Magnitudo charitatis attendit̄ ſm motum ſuum.*
cauſam: ſʒ tāq̄ ſcđʒ effectū ⁊ ſignū. Dicimꝰ eñ ꝙ
caritas habet ſuā ꝓpriā intentionē q̄ eſt cauſa in
tenſiōis motꝰ ſed intenſio motꝰ facit magis co=
gnoſci intenſionē habitus q̄ ecōuerſo: qm̄ poten
tie ⁊ habitus qui ſūt in aīa cognoſcūtur ꝑ actus:
qm̄ meliꝰ videmus ⁊ cognoſcimꝰ actꝰ q̄ habitus.
vñ nō valet hec argumētatio. intēſio caritatis ē
cauſa intēſiōis motꝰ. ergo intēſio caritatis nō at *Ad primū.*
tendit̄ ſcđm intenſionē motꝰ: cauſaʒ eñ cōtingit
cognoſci ꝑ effectū. Uñ fit ſillogiſmꝰ qꝛ ⁊c̄. ¶ Ad *Ad ſcđm.*
ſcđʒ dicimꝰ ꝙ q̄uis maximꝰ motus caritatꝫ aliqñ
ſit magis intenſus q̄ ipa caritas: tñ qꝛ iſte motꝰ ē
a caritate principaliter bene attendit̄ intētio ca=
ritatis ſcđm illū: qm̄ ſi magnꝰ eſt ille motus ma=
gna eſt caritas: licet nō ſequat̄ ꝙ ſi tā intenſus ē
motus ꝙ tā intenſa ſit caritas. ¶ Ad vltimū pꝫ *Ad aliud.*
ſolutio. qm̄ hec argumētatio nō valet intēſio ca=
ritatis attendit̄ ſcđʒ maiorē ⁊ minorē pmixtionē
cōtrarij. ergo nō ſm motū cōtingit eñ idē cogno
ſci ⁊ ſcđm cauſam ſuā ⁊ ſcđm effectū ſuū. ¶ Con *Nota diligenter.*
cedimꝰ ergo ꝙ ꝟtutes noſtre impure ſūt ⁊ habēt
aliquid admixtū de cōtrario nō materialiter: ſi=
cut albedo q̄ in cōpoſitione ſua habet aliquid de
nigredine: ſed potētialiter: qm̄ caritas dei ē pura
qm̄ nec actu nec poteſtate habet cōtrariū: ſʒ nr̄a
caritas q̄uis actu nichil habet de cōtrario: tñ q̄a
eſt multū impfecta eſt ptāte hʒ aliquid de contra
rio. ¶ Sʒ pōt q̄ri qđ ſit intēſio caritatꝫ. et pōt di *Alia q̄ſtio incidens.*
ci ꝙ acceſſus ad veri noīs īpoſitionē ſicut ī alijs
qualitatibꝰ. vel expreſſius pōt dici intēſio carita *Quid intenſio caritatꝫ.*
tis ptās quedā: qua pōt caritas reſiſtere tētatio
nibus. ⁊ eſt quedā relatio. ⁊ que pōt magis. magꝫ
eſt intenſa. Sicut dicit Boetius ꝙ dñium eſt po= *Boetius.*
teſtas cohercendi ſubditos. ¶ Sed obijcit̄. Po *Ꝯtra iſta ar.*
natur ꝙ hec caritas cōtinue intēdat̄ magis ⁊ ma=
gis. Inde ſic. Hec anima continue accidit ad ſū=
mam caritatē: ergo cōtinue ab eiꝰ cōtrario rece=
dit. ſ. a ſummo odio dei. ⁊ continue accedit ad ſū=
mam caritatē. Mouet̄ ab vno contrarioꝝ in re=
liquū: ergo mouet̄. ſicut ſi aliquis ꝯtinue recedit
a loco illo ⁊ accedit ad illū mouet̄ de loco illo ad
illum. ¶ Itē. hec aīa cōtinue accedit ad ſūmā ca *Secundo.*
ritatē: ergo mouet̄ ad illā. ⁊ ita mouet̄. Et ē ſimi=

Ayuntamiento de Madrid

le iſte accedit cōtinue ad illū locū: ergo mouetur
In oppſm. ad illū. Si cōceditur ꝙ hec aīa mouet᷑. ¶ Cōtra.
Qualiſcūq; eſt hec aīa modo erat prius: ⁊ eſt fu-
tura. qm̄ habebat ⁊ habebit eandē caritatē nūe-
ro quā modo habet: ergo nō mouet᷑ ſcḋ caritatē
ergo nō mouetur motu alteratiuo nec alio motu.
Secundo. Hoc cōſtat: ꝗ ſimpliciter nō mouet᷑. ¶ Itē. nihil
variatur ibi niſi intenſio: ſed intenſio eſt relatio.
⁊ ſcḋm relatiōes nō eſt motus. vt dicit Ariſtote.
Quod de facili pꝫ qm̄ modo ſū dexter ad aliū mo
do ſiniſter nulla mutatione facta in me: ergo hec
aīa non mouetur a minori caritate ad maiorem.
Tertio. ¶ Itē. ipſa eſt in altero extremoꝝ. ſ. in caritate ⁊
nihil mouetur ad illud qḋ habet. nec ipſa mouet᷑
Quarto. ad oppoſitū: ergo ſimpliciter nō mouet᷑. ¶ Item
videtur ꝙ nec etiā relatio varie᷑ ibi. Qualitates
em̄ ſunt cauſe hmōi relationū q̄ ſunt intenſiones.
Sed nulla qualitas mutatur ibi: ergo nulla rela-
tio noua ibi aduenit. ⁊ ſic nec ſecūdū relationes
nec ſcḋm qualitates mouet᷑ hec aīa: ꝗ ſimpliciter
Solutio ad primum. non mouetur. ¶ Ad hoc pōt dici ꝙ hec anīa non
mouetur: ſed caritas in ip̄a melioratur. Nec valꝫ
hec argumētatio. Cōtinue accedit ad ſūmā cari
Duplex eſt acceſſus. tatē: ergo mouet᷑ ad illā. qm̄ duplex ſit acceſſus.
vno modo quando delinquitur cōtraria qualitas
que prius habebatur. ſ. odiū et acquiri᷑ cōtrariū
qualitatis. ſ. caritas. ⁊ ſic eſt alteratio. hoc modo
hec aīa mouetur. Scḋo modo quādo caritas iaꝫ
habita meliora᷑: ⁊ ſic nō eſt neceſſarium moueri.
nec ē ſimile de acceſſu ad locū. qm̄ acceſſus ad lo
cum non fit niſi vno modo. ſ. cū derelinquitur vnꝰ
locus ⁊ acquiritur alius. Sꝫ hec argumētatio nō
valet. Caritas nō mutatur: ergo nulla intētio vel
relatio noua ibi aduenit. Caritas em̄ non eſt niſi
cauſa materialis illius melioratiōis vel augmen
ti ⁊ deus eſt immediata cauſa efficiēs illiꝰ augmē
ti. vñ nō dependet a caritate illud augmentū: ſed
deus nō mutata caritate meliorat eā qñ vult. vñ
Alia qſtio incidens. in euāge. dicūt diſcipuli. Auge in nobis fidē/ſpē.
¶ Sed vt melius pateat quid ſit intentio carita-
Duplex opinio. tis videdū eſt vtrū caritas pōt remitti. Sup hoc
ſunt due opiniōes. vna dicit ꝙ ſic. alia dicit ꝙ no
Ar ꝙ pōt remitti. ¶ Videtur aūt ꝙ pōt remitti. qm̄ in ꝓuer. dr̄. Se
pties cadit iuſtus ⁊ reſurgit. dr̄ gloſa per veniale
pctm̄ ergo ꝑ veniale cadit iuſtꝰ. Aut ergo cadit
a caritate aut ab intenſione caritatis. Nō a cari-
Secundo. tate: ergo ab intenſiōe: ergo caritas remittitur ꝑ
veniale. ¶ Itē. ſuꝑ illud pſal. Cū defecerit virtꝰ
mea ⁊c̄. dr̄ glo. Laſſa virtus indiget plus confir-
Tertio. mari: ergo contingit virtutē laſſari. ergo ⁊ remit-
ti. ¶ Itē ſuꝑ epl̄az ad phi. dr̄ glo. Vt grā q̄ data
eſt in nobis in baptiſmo nō corrūpa᷑ nec fugetur
Quarto. nec minuatur: ergo illa gratia pōt minui: ꝗ remit
ti. ⁊ ita caritas pōt remitti. ¶ Item in exodo. Si
rixati fuerint viri intra ſe vt percuſſerit alter pro-
ximum ſuū ⁊ ille mortuus nō fuerit ſed iacuerit in
Gloſa. lecto. gloſa dr̄. Leſa caritate in eo. ⁊ iterū ille in
firmatus a calore dilectionis languerit caritas.
igitur ſcḋm hoc pōt ledi ⁊ lāguere pōt ꝗ remitti.
Quinto. Gloſa. ¶ Itē in epl̄a ad corinthi. Si cuiꝰ opus arſerit
patietur detrimentū minoris glie. dicit glo. Sed
minor glia reſpectu minoris caritatis dr̄. ergo ca
ritas pōt minorari ꝑ venialia: qm̄ ibi loqui᷑ de ve
nialibꝰ: ꝗ caritas pōt remitti. ¶ Itē Greg. vita- Sexto.
ſti grandia. i. mortalia caue ne obruaris harena.
id ē venialibꝰ. ꝗ venialia poſſūt obruere caritatē
ꝗ remittere. ꝗ pōt remitti. ¶ Rōnibus etiā ꝓba Ad idem ratione ar.
tur ꝙ caritas pōt remitti: qm̄ pōt intendi. ꝗ pōt
remitti. Idē em̄ eſt ſuſceptibile ꝯtrarioꝝ. ¶ Itē Scḋa ratio
in bello ſpūali qḋ eſt cōtra diabolū pōt aliqs de-
uinci ſucceſſiue: ſicut cū diu reſiſtit ⁊ in fine cadit
cū dicat aucto. Qui ſpernit modica paulatim de
cidet: ergo ſucceſſiue redit caritas. ꝗ pōt remitti.
¶ Si cōcedatur. ꝓba᷑ ꝙ nō: qm̄ auctoritas dicit In oppm̄.
caritas aut ꝑficit aut deficit. i. aut intendi᷑ aut
deſtruitur: ergo nō remittitur. ¶ Itē aucto. hec Secundo.
facit veniale pctm̄ caritati qḋ facit gutta aque in
caminū ignis. ſꝫ gutta nō minuit caminū ignis: ꝗ
nec veniale caritatē. ¶ Itē indirecte argui᷑. Si Tertio.
veniale deſtruit caritatem demonſtretur aliquod
veniale. hoc veniale tm̄ minuit caritatē ⁊ aliḋ ve
niale ei equale tm̄ ⁊ nō infinita tanta in hac cari-
tate: ergo tot poſſunt fieri venialia ꝙ ex toto de-
ſtrue᷑ caritas: ergo per ſola venialia pōt amitti
caritas. qḋ eſt impoſſibile. ¶ Solutio. Genera- Solutio.
lis opinio eſt ꝙ caritas nō pōt remitti. Sed quat Quattuor notanda.
tuor notanda ſūt circa caritatē. ſ. ip̄a eſſentia ca-
ritatis: ⁊ radicatio ⁊ feruor ⁊ motꝰ ⁊ exterior ope
ratio. q̄ꝫtū ad eſſentiā nō pōt remitti: ſed q̄ꝫtū ad
alia pōt remitti. ¶ Ad primā auctoritatē dicimꝰ Ad primā auctoritatē
ꝙ ſepties cadit iuſtus nō a caritate: ſed in carita-
te aut a radicatione caritatis vel a feruore motꝰ
vel ab exteriori opatiōe. ¶ Eodēmodo rñdēdū Eodēmodo ad ſcḋaꝫ tertiā ⁊ q̄rtam.
eſt ad ſcḋam ⁊ tertiā ⁊ quartā auctoritatē. ¶ Ad
quintū dicimus ꝙ detrimentū pati᷑ minoris glie
nō minoris quātitate vel intenſione: ſed minoris
velocitate. qñ em̄ aliquis hñs caritatē decedit fe
rēs ſecū venialia tardius hꝫ gliaꝫ. ¶ Ad aliḋ di Ad aliud.
cimus ꝙ occaſionaliter tm̄ et nō per cauſam pōt
aliquis obrui per harenā. i. pōt amittere caritatē
per venialia: qm̄ ex multitudine venialiū pōt ca-
dere in negligentiā vel cōtemptum per q̄ caritas
amittitur. ¶ Ad primā rationē dicimꝰ ꝙ hec ar- Ad primaꝫ rationem.
gumentatio non valet. caritas pōt intendi. ꝗ pōt
remitti: qm̄ habet cauſam intenſiōis. ſ. deū: ſꝫ nō
habet cauſam remiſſiōis. deꝰ em̄ nūq̄ remittit ca
ritatē: ſed aut dat aut intendit aut ſubtrahit per
pctm̄ mortale. pctm̄ aūt veniale nō minuit carita
tem: qm̄ quātalibet caritas pōt manere cū venia
li. ¶ Ad aliud dicimus ꝙ in bello ſpūali qḋ ē cū Ad aliud.
diabolo ſupa᷑ aliqs ſucceſſiue ⁊ paulatī decidit
nō q̄ꝫtū ad eſſentiā caritatꝭ: ſed q̄ꝫtū ad radicatio
nem vel feruorē motus vel exteriori operatione.
¶ Sed iteꝝ ꝓba᷑ ꝙ caritas pōt minui. qm̄ Apo. Iterū ar ꝙ caritas poteſt minui.
dicit. Inuenio aliā legē in mēbris meis repugnā
tem legi mētis. Lex mēbroꝝ ē fomes. lex mētis ē
caritas. Ex fomite ē primꝰ motus ſcḋm quē repu
gnat fomes legi mētis: ergo primꝰ motus qui eſt
veniale pctm̄ repugnat caritati. Sed om̄e qḋ re-
pugnat alicui aduenīēs ſubiecto alicui deſtruit i
ip̄o ſuū repugnās aut minuit ſi ibi inuenerit: ꝗ ve
niale pctm̄ aduenīēs ſubiecto caritatꝭ deſtruit ip
ſam aut minuit. ſꝫ nō deſtruit: ꝗ minuit. ¶ Itē ca Secundo.
ri. facit hoīeꝫ mori mūdo: ꝗ maior cari. facit ma-

ſn̄a authoris.



Ayuntamiento de Madrid

gis moꝛti: ergo perfecta caritas facit ꝑfecte moꝛi:
ergo habens ꝑfectā caritatē perfecte moꝛtuꝰ eſt
mūdo: ergo nō diligit patrē ⁊ matrē et vxoꝛē ⁊ tē
poꝛalia plus debito. Hoc eſt qđ dñs dicit in euā
gelio. Qui nō odit patrē ⁊ matrē pꝛopter me non
eſt me dignus. ⁊ Greg. Guſtato ſpiritu deſipiſcit
caro. i. oīs carnalis amoꝛ. ergo qui habet perfe=
ctam caritatē nō peccat venialiter in hmōi: ergo
ſi diligit tēpoꝛalia plus debito nō habet perfectā
caritatē. Eſto ꝙ iſte habeat perfectā caritatē il=
le modo nō diligit tēpoꝛalia plus debito: ſed poſ=
ſibile eſt ꝙ diligat. Ponatur ꝙ diligat pꝛeponen
do tamē amoꝛē dei iā nō habet perfecte caritatē
vt habitum eſt pꝛius. tamen habet caritatē: ergo
imperfectā. ⁊ pꝛius habebat ꝑfectā: ergo venia=
le minuit caritatē. Si dicit ꝙ iſte nō poteſt plus
debito diligere tēpoꝛalia. Contra. Iſte pōt pec=
Tertio per augustinū. care moꝛtaliter: ḡ multomagis venialiter. ¶ Itē
Aug. dicit ꝙ edificare aurū/argētū/lapides pꝛe=
cioſos perfectoꝝ eſt. Edificare lignū/ fenū/ſtipu
lam imperfectoꝝ. Per lignū/fenū/ſtipulā intel=
ligūtur venialia. ergo cū iſte perfectus poſſit edi
ficare lignū/fenū/ſtipulam: pōt fieri de perfecto
Quarto. imperfectus. et ſic veniale minuit caritas. ¶ Itē
aliq̄s fur vult furari cū cogitat de delicijs quas
pōt habere per diuitias et nō vult furari cū cogi
Quinto. tat de patibulo. ¶ Itē. poſſet etiā tantū timere
penam ꝙ deſtrueretur in eo penitus voluntas fu
randi. Similiter aliquis diligit deū ⁊ diligit tem
poꝛalia citra deū. ⁊ tñ poſſet diligere deū ꝙ peni
tus deſtrueretur in ipo amoꝛ tēpoꝛalis. ita vt di=
ceret cū pꝛopheta. Rēnuit conſolari aīa mea. qm̄
nullā conſolationē vellet habere in tēpoꝛalibus.
talis aūt haberet perfectā caritatē. Poſſet tamē
redire ad pꝛioꝛē ſtatū. ⁊ ita per veniale minueret
Solutio. caritas eius. ¶ Solutio. Concedimus ꝙ venia=
Quō venia le minuit charitatem le repugnat aliquo modo caritati. nec ex hoc ſeq̄
tur q̄ ſimpliciter minuat caritatē: ſed ſequitur ꝙ
minuat eā in aliquo. ſ. q̄tū ad feruoꝛē motus vel
operationem exterioꝛem: ſed non in eſſentia ſua.
Ad ſeq̄ntia ¶ Ad ſequētia dicimus ꝙ perfectas caritas tol=
lit veniale. i. habitū ſiue pꝛauitatē peccandi ve=
nialiter. Nō eñ talis frequēter peccat. ſed actum
peccandi venialiter nō tollit. qm̄ aliq̄s pōt eſſe in
caritate ꝑfecta ⁊ peccare venialiter. Nō eñ ne=
ceſſariū eſt vt videt ꝙ tollatur reatus peccati ve=
nialis a caritate perfecta. qm̄ ſi aliquis nō ſuffici
enter cōtritus cogitet de ſumma bonitate ⁊ ſuaui
tate dei. vt ſic in ipo magis ⁊ magis intēdatur ca=
ritas: ſic poterit remanere in caritate. tamen rea
tus venialis eſt in eo cū nō fuerit cōtritus ſuffici
enter. Soluendū igit ſic. Si caritas ⁊ veniale ap
pellent habitus tūc perfecta caritas excludit ve
niale. Si actus vel reatus nō eſt neceſſariū ꝙ ex=
cludat. tamē frequent excludit. et ſic intelligitur
ꝯtra iſta af auctoꝛitas Am. ¶ Sed cōtra obicitur. Ex frequē
ti bene agere relinquitur habitus bene agēdi vel
habitus confirmatur. Similiter ex frequēti pec=
care moꝛtaliter relinquitur habitꝰ peccādi moꝛ
taliter. vel cōfirmatur. Sed qui habet ꝑfectā ca=
ritatē poteſt peccare venialiter ſcđo tertio. Eſto
ꝙ peccet venialiter ⁊ frequēter ſic relinquitur in

ipſo habitus peccādi venialiter vel cōfirmat: ḡ ꝑ
fecta caritas nō excludit habitū venialis pecca=
ti. vel opꝫ ꝙ talis habitus faciat de ꝑfecta carita
te imperfectā. ⁊ ſic minuit caritatē. ¶ Item. oīs Secundo.
motus moꝛtalis deſtruit caritatē. detur minimꝰ
motus moꝛtalis. Ille motus ex toto deſtruit ca=
ritatē: ergo duplo minoꝛ debet deſtruere carita=
tis medietatē. vel aliquid de ipa. Sed duplo mi=
noꝛ eſt motꝰ venialis: ergo pctm̄ veniale minuit
caritatē ¶ Pꝛeterea cū ſit caritati repugnās. vñ Tertio.
hoc ꝙ nec eā deſtruit nec minuit. ſed dicit ꝙ ideo
qm̄ motus venialis in infinitū minoꝛ eſt q̄ȝ motus
caritatis. Eadē rōne motus moꝛtalis nō deſtruit
caritatē qm̄ eſt in infinitū minoꝛ: qm̄ ā. dicit. ꝙ ca
ritas plus diligit deū q̄ȝ cupiditas milia auri ⁊ ar
genti ⁊ hoc ſequitur ꝙ in infinitum magis diligit:
qm̄ ſi equaliter diligeret aliquādo poſſet minus.
¶ Foꝛte dicet ꝙ hec argumētatio nō valet. Iſte Euaſio.
motꝰ ex toto deſtruit caritatē. ergo duplo minoꝛ
eſt duplo minuit: qm̄ nō ex intentiōe motus eſt ꝙ
deſtruit: ſed ex circūſtantia. i. qꝛ pꝛeponit creatu
ram creatoꝛi. Sed hoc videt impoſſibile. qm̄ iſte
motus longe minoꝛ eſt q̄ȝ motus caritatis: ḡ non
pōt pꝛeponi creatura creatoꝛi. ¶ Solu. Ad pꝛi=
mum dicimꝰ ꝙ habens perfectā caritatē qñ pec= Solutio ad pꝛimum.
cat venialiter ſtatim extinguitur motus ille ex ar
doꝛe caritatis: ſimiliter ſcđs ⁊ tertius. ⁊ ſic. ſi mi=
lies peccaret venialiter nō relinqueretur habitus
qm̄ de p̄cedentibꝰ motibꝰ nihil eſt relictū. vñ hic
hꝫ locū illđ qđ facit gutta aq̄ in camino ignis ⁊c̄
vñ in eccl. dꝛ muſce moꝛiētes ꝑdūt ſuauitatē vn= Eccl'aſtici
guenti. i. cogitatiōes veniales deſtruūt deuotio
nem caritatꝭ nō ipſā caritatē. vñ dicūtur moꝛien
tes. qm̄ ſtati recedūt ⁊ extinguūtur ex ardoꝛe ca=
ritatꝭ. ¶ Ad aliud dicimꝰ ꝙ hec argumētatio nō Ad ſcđm.
vꝫ. Iſte minimus motꝰ moꝛtalis ex toto deſtruit
caritatē: ḡ duplo minoꝛ minuit: qm̄ ex intentione
motꝰ nō eſt ꝙ deſtruit: ſed ex cōtēptu: qm̄ vt dicit
Am. peccare ē ſpꝛeto incōmutabili bono rebꝰ cōi Quid ē peccare.
bus adherere. Spernit aūt qñ aliq̄d fit ꝯtra pꝛe=
ceptū eiꝰ. vñ ille motꝰ ex cōtrarietate quā hꝫ ad
p̄ceptū dei deſtruit caritatē. qm̄ plenitudo legis
eſt dilectio. motus aūt venialis nō eſt cōtrarius
pctō. vñ nec caritati: ⁊ ideo nec deſtruit ipaꝫ nec
minuit: niſi eo modo quo dictū ē ſupius. ¶ Item Ar ꝙ nō poteſt minui caritas.
ꝓbat multiplr ꝙ cari. nō pōt minui. Pꝛio ſic. qđ
facit gutta aque ⁊c̄. ⁊ iterū caritati aut ꝑficit aut
deficit. ¶ Itē apo. caritas numq̄ȝ excidet: ḡ nūq̄ȝ Secundo.
minuit. ¶ Rōnibꝰ ſic. Quātalibet caritas ꝯpati Rōne etiā arguitur.
tur ſecū veniale: ḡ qđlibet veniale cōpatit ſecum
q̄ȝtālibet caritatē. ḡ nihil diminuit de q̄ȝtitate ca
ritatꝭ. ¶ Itē ſi diminuit in alio demeret illđ in q̄ Tertio.
diminuit. Inde hoc. veniale tñ aufert de carita=
te ad veniale equale. illi tñ tertiū ſiliter ⁊ nō ſunt
infinita tanta in caritate: ḡ ꝑ ſola venialia pōt de
ſtrui vere caritas: ḡ ꝑ ſola venialia pōt hō mere=
ri moꝛtē eternā. qđ ē ipoſſibile. ¶ Itē. ſi veniale
minuit caritatē: ergo minuit pꝛemiū eternū. Sꝫ Quarto.
illud quod aufert de pꝛemio eterno eſt bonū eter=
num: ergo per veniale demeretur homo bonum
eternum. qđ falſum eſt. qm̄ per veniale nō meret
hō niſi penā tēpoꝛalē. ¶ Itē. eſto ꝙ hoc veniale Quinto.

Ayuntamiento de Madrid

diminuat caritatē hui⁹ ⁊ poſtea iſte peniteat ſuf=
ficienter de illo veniali. Cū ergo penitentia oīa
ablata reſtituat redit ad priorē q̄titatē caritatis
ergo caritas ei⁹ creſcit. ⁊ cōtra. Iſte nō fecit ali=
quod excellens vel ſupererogans: ergo nō creuit
caritas eius. qm̄ per hmōi opera tantū ſolet cre=
Solutio. ſcere caritas. ¶ Solu. Bene pōt ſuſtineri ꝙ cari
tas minuitur per veniale. ⁊ prima auctoritas ſol=
Ad primaȝ auctoritatē ultur per diſtinctionē venialis ¶ Eſt eīm quoddā
veniale magnū quod dicitur lignum. aliud fenuȝ
mediū quod dicitur. aliud minimū quod dr̄ ſtipu=
la. ⁊ tale minimū nō diminuit caritatē maxime ꝑ
Ad ſcd̄am. fectā. ⁊ ſic intelligitur pria auctoritas. ¶ Scd̄a
ſimiliter nō eſt cōtra hoc. Concedimus eīm ꝙ ca=
ritas proficit per bona opera vel deficit omnino.
Ad tertiam deſinendo eſſe per negligētiā vel deficit diminuē
do. ¶ Tertia auctoritas nō habet hic locū. quo
niam apoſtolus dicit ꝙ caritas nūq̄ excidet. quo
Ad primaȝ rationem. niam remanebit in patria cū fide: ⁊ ſpes euacua=
tur. ¶ Ad primā rationē dicim⁹ ꝙ quātalibet ca
ritas patitur ſecū aduētū minimi venialis: ſed nō
Ad ſcd̄am. aduentū venialis maximi ſine leſione ſui. vnde nō
procedit obiectio. ¶ Ad ſcd̄am rōnē pōt dupli=
citer ſolui. Poteſt eīm dici ꝙ ſecūdum veniale nō
aufert de caritate tantū q̄tū primū. Et intelliga
tur ibi tantū in proportione non in q̄titate. verbi
gratia. Ponatur ꝙ primū veniale auferat medie=
tatē caritatis ſcd̄m veniale nō auferat reliquam
medietatē: ſed medietatē medietatis per tertium
medietatē reſidui. ⁊ ſic in infinitū. Unde nunq̄ ꝑ
ſola venialia ex toto tolletur caritas. ꝙ autē pri=
mum veniale magis in q̄titate aufert de caritate
q̄ ſecundū. hoc eſt ꝙ maior caritas ⁊ veniale ma
gis repugnant q̄ minor caritas ⁊ veniale. vel po=
Alr̄ pt̄ dici teſt dici ꝙ equalia in quantitate auferūt primū et
ſcd̄m. Sed illud quod aufert primū veniale nō eſt
ꝓportionabile veniali. Unde infinita tanta ſūt in
caritate qm̄ ſi peccatū mortale aufert caritateȝ ⁊
peccatū veniale minus eſt in infinitū q̄ minimū:
peccatū mortale in infinitū minus tollit q̄ pecca
tum mortale. Unde illud qd̄ peccatū mortale tol
lit de caritate minus ē in infinitū q̄ caritas. Cō=
cedim⁹ aūt ꝙ infinita tanta ſūt in caritate. ⁊ ſi nō
Exemplum mathematicum. vȝ obiectio ⁊ ē ſimile in angulo ꝯtingētie ⁊ āgulo
rectilineo. qm̄ angulus ꝯtingentie ē pars angulo
rectilinei. et tamē infinities inuenitur in angulo
rectilineo ſiue infinita tanta inueniūtur in angu=
Ad tertam. lo rectilineo. ¶ Ad tertiā dicimus ꝙ per veniale
aliquod bonū eternū amittitur. ⁊ nō ſequitur: er=
go aliquis per venialia demeretur bonū eternū.
quoniā ipſum veniale facit ipſam diminutionem.
vnde nō eam meretur ſicut peccatū mortale facit
amaritudinē animi ⁊ non meretur eam. ideo pro=
Ad vltimū. prie meretur penam eternam. ¶ Ad vltimum di=
cimus ꝙ ſi aliquis peniteat de veniali reſtituitur
ei prior q̄titas caritatis. quoniā facit opus ſup=
erogationis quādo penitet de veniali. quoniam
nō tenetur conteri de veniali. Dicim⁹ ergo ꝙ pec
Veniale tria facit. catū veniale tria facit. obligat ad penā tempora=
lem et differt premiū ſicut dictum eſt. ⁊ minuit ca
ritatem et per conſequens premium. vnde gloſa
que dicit. Detrimentuȝ patietur: minoris glorie
intelligitur et de dilatione ⁊ de minoratione ipi⁹
glorie. ¶ Sed iterū obicitur. Caritas nō augetr̄ Iterum ar̄.
niſi per opus meritoriū vite eterne: ergo ꝑ locū a
contrariis nō minuitur niſi per opus meritorium
pene eterne. ⁊ per illud nō poteſt minui: ergo ſim
pliciter nō pōt minui. ¶ Itē. ſi veniale minuit ca Secundo.
ritatē. Sint hic duo quorū vnus habeat caritatē
alius fuit diu ſine caritate: ⁊ ille qui habet carita
tem peccat venialiter ali⁹ mortaliter. Inde. hoc
peccatum veniale minuit bona gratuita in iſto et
etiā bona naturalia. Illud peccatū mortale non
minuit niſi bona naturalia. et bona gratuita me=
liora ſūt in infinitū q̄ bona naturalia: ergo venia
le hoc magis nocet in infinitum q̄ illud mortale.
Sed quoniā nocet eſt malum: ergo ſi hoc veniale
minuit caritatē magis eſt malū q̄ illud mortale.
Sed vltimū eſt impoſſibile: ergo primū. ¶ Dici= Solutio ad primum.
mus ꝙ prima argumētatio nō valet. ⁊ hoc eſt qm̄
per bona opera meritoria augetur caritas non ꝑ
modū efficiendi: ſed per modū merendi. quoniaȝ
ipſa opera nō augmentant caritatem. Sed ſolus
deus et per ipſa meremur apud deum qm̄ ipſe au
get. Sed pctm̄ veniale facit ipſam diminutionem
caritatis ⁊ non meretur eam. qm̄ nec apud deum
meretr̄ cum deus non diminuat eā loquendo pro=
prie. nec apd̄ aliū. vnde nō valet obiectio. ¶ Ad Ad ſcd̄m.
ſcd̄m dicimus ꝙ hec argumētatio nō valet. Hoc
peccatū veniale magis nocet q̄ illud mortale: g̊
eſt magis malū. ſed hoc bene tenet magis nocet
omnibus aliis paribus: ergo eſt magis malū. ꝙ
eīm hoc veniale magȝ nocet. hoc eſt: quia inuenit
aīam diſpoſitā aliter q̄ illud mortale. ſicut aliq̄s
paruus latro in domo plena diuitiis magȝ nocet Exemplum
q̄ ille magnus latro in domo paupere. nō tamen Correlariū
ille paru⁹ latro peior ē illo magno latrone. ¶ Ui
detur ergo per predicta ꝙ opinio que dicit ꝙ cari Probatur
tas minuitur per veniale probabilior ſit. ¶ Qd̄ iterum.
iterum ſic probatur. veniale eſt malum culpe: er
go adimit aliquod bonum. quod ſi nullum bonum Auguſtin⁹
adimit non eſt malum. vt dicit Auguſtinus. Aut
ergo adimit bonū naturale aut gratuitum. Si na
turale. multo fortius gratuitū. quoniaȝ bonū na=
turale fortius adheret ſubiecto q̄ gratuitū. Pec
catum eni mortale deſtruit omnia gratuita ⁊ non
omnia naturalia. Habemus ergo ꝙ peccatū ve= Ad idem.
niale minuit caritatem. ¶ Item. ſecundū inten=
ſionem motus caritatis attenditur intenſio cari=
tatis. Sed veniale minuit intenſionem motus: g̊ Ad idem.
⁊ intenſionem caritatis. ¶ Item. ſcientia donuȝ
ſpūſſancti poteſt minui. quoniā aliquis pōt obli=
uiſci aliquid quod ſcientia dono ſpirituſſancti: er=
go ſimiliter caritas poteſt minui: quia omnes
virtutes ſunt equales: et dicitur ꝙ dona ſunt vir= Solutio tenendo aliaȝ opinionem
tutes: ergo decidente vna deſcreſcit alia. ¶ So=
lutio. Si velimus ſuſtinere ꝙ caritas nunq̄ mi=
nuitur. Dicimus ad primum ꝙ anima habet du= Ad primū.
plicem viam. vnam ad inferiora: que fit per ſen=
ſum. aliam ad ſuperiora que fit per intellectum: et
in vtraq̄ ſunt naturalia. caritas eſt ſecundum
viam ſuperiorem. veniale: ergo cum aduenia
ſecundum viam inferiorem adimit bonum na=
turale quod inuenit in ea nec minuit charitatem



Ayuntamiento de Madrid

vel bonū gratuitū: quia non eſt ſcđm viā ſuperio
Ad ſcđm. rem. ¶ Ad ſcđm dicimus ꝙ hec argumētatio nō
valet. veniale minuit intenſionē motus. ergo mi=
nuit intenſionē caritatis. q; aliquid circūſtat mo
tum qđ nō circūſtat caritatē: ſicut laſſitudo ſen=
ſualitatis que impedit motū caritatis et nō cari=
tatem. Preterea vt patet ex predictis: nō ſemper
Ad tertium adequantur intenſio motus ⁊ intentio caritatis.
¶ Ad vltimū dicimus ꝙ cū aliquis obliuiſcitur
aliquid eorū q̄ ſcit dono ſpiritus ſancti non dimi=
nuitur ip̄m donum vel ipſa virtus. ſed conſiliariꝰ
virtutis. ſcilicet diſcretio: quoniam non eſt ita di
ſcretus poſt obliuionem ſicut prius erat.

¶ Utrū aliquis tenetur ad perfectionē caritatis
¶ Secūda queſtio principalis huius capituli.

Queritur vtrū aliq̄s tenetur ad perfectio
Ar primo. nem caritatis. i. ad opa perfecta carita=
tis: qm̄ proprie loquēdo nullus tenetur
ad virtutes: ſecnudū ꝙ hoc verbū tenet
importat obmiſſionē ꝙ aliquis tenetur ad perfe=
ctionē caritatis. probatur multipliciter ⁊ aucto=
ritatibus et rationibus. In euāgelio habemus.
vis eſſe perfectus. vade ⁊ ven. oīa q̄ habes et da
pauperibꝰ: qui hoc facit perfectꝰ eſt. Si autē ex
Secundo. voto pōt teneri ad hoc: ergo ad ꝑfectionē ¶ Pre
terea Beatus iacobus in epiſtola canonica. Per
fectus eſt qui nō peccat in lingua. Sed ad hoc te
netur quiſq; ex precepto: quia hoc precipitur ibi.
Prohibe linguā tuam a malo ⁊c̄. ergo quilibet te
Tertio. netur ad opera perfecte caritatis. ¶ Itē. in euā=
gelio. Diligite inimicos veſtros. dicit Auguſt. ꝙ
hoc eſt perfectorū tantū. Sed ad hoc tenet quili
bet. qm̄ cū dicit. Dilige proximū tuū ſicut teip̄m
Noīe proximi intelligitur oīs homo tam amicus
q̄ inimicus: ergo quilibet tenetur diligere inimi
cos. ⁊ hoc eſt opus perfecte caritatis: ergo ⁊c̄.
¶ Itē. dn̄s in euangelio. Maiorē caritatē nemo
Quarto. habet ⁊c̄. hoc ergo eſt perfecte caritatis. Sed q̄=
libet prelatus tenetur ad hoc. qm̄ bonꝰ paſtor po
nit aīam ſuā pro ouibus ſuis: ergo quilibet prela=
tus tenet ad opera perfecte caritatis. ¶ Itē. ꝓ=
Quinto. batur gn̄aliter ꝙ quilibet tenetur ad hoc: q; quili
bet magis tenet diligere ꝓximū q̄ corpus ꝓpriū
ſicut dt Augu. ḡ quilibet tenetur vitā ponere ꝓ=
priā pro ꝓximo. ⁊ ita quilibet tenetur ponere ani
mam pro fratribꝰ. Que eſt ergo differentia inter
In oppm̄. prelatos ⁊ ſubditos quātū ad hoc. ¶ Cōtra ſup
illud Apoſt. Humanū dico ꝓpter infirmitatē car
nis vr̄e. ſicut exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire ⁊c̄.
Dicit glo. Inueniūtur aliqui qui iuſticie delecta
tionē preponūt delectatiōibus mūdi. Pro iuſti=
cia tamen penas mortēq; formidāt. ⁊ hoc eſt illđ
humanū qđ p̄cipit Apo. ⁊ eſt ſtatus imperfectio=
nis qui ſufficit ad ſalutē. nō ergo quilibet tenetur
ponere pro fratribus aīam. ¶ Itē rōnibus ꝓba=
Iterū ar rō tur ꝙ quilibet vel aliqnis tenetur ad ꝑfectionem
nibꝰ ad prin caritatꝫ. qm̄ quilibet tenet ſubire martiriū ꝓ xp̄o
cipale. Precipitur in euāgelio. Nolite timere eos q̄ cor
pus occidūt: aīe aūt nō habent quid faciāt. ⁊ ite=
rum. Dn̄s in euāgelio. Qui me erubuerit coram
Secunda. hoībus ego erubeſcā eū corā patre meo. ¶ Item
apo. Corde credit ad iuſticiā. ore aūt cōfeſſio fit
ad ſalutē: ḡ quilibet ad hoc ꝙ ſaluet tenetur confi
teri xp̄m corā regibus ⁊ principibꝰ. ⁊ ita quilibet
tenet ſubire mortē ꝓ xp̄o. Sed hoc eſt opus per=
fectionis: ergo quilibet tenet ad opa ꝑfectionis.
¶ Cōtra. Ille ex caritate quā habet nō pōt ſubi In oppm̄.
re mortē pro xp̄o demōſtrato aliquo imperfecto.
qm̄ impoſſibile eſt ꝙ aliq̄s ex imꝑfecta caritate
ſubeat mortē pro xp̄o. vt oſtenſū eſt ſupra. Et nul
lus tenet niſi ad illđ qđ pōt: ergo iſte nō tenet ad
hoc vt ſubeat mortē ꝓ xp̄o. ¶ Itē demeret aliq̄s Secundo.
qui habet perfectā caritatē iſte nō pōt ſaluari ſi=
ne perfecta caritate. qm̄ caritas nō pōt minui. et
ſi peccat mortaliter opꝫ ꝙ reſurgat in equali vel
maiori caritate ſuſtineat illa opinio. ⁊ ita iſte non
pōt ſaluari ſine perfecta caritate: ḡ iſte tent ad ꝑ
fectionē. ¶ Itē. iſte tenet diligere deū ex totis Tertio.
viribus ſuis: ergo tenet diligere deū ex tāta cari
tate q̄tā habet. ⁊ habet ꝑfectā caritatē: ergo te=
net ad opa ꝑfecte caritatis. ¶ Cōtra. Quātali= ꝯtra hoc ar
bet parua caritas ſufficit ad ſalutē: ḡ quilibet pōt
ſaluari cū q̄talibet caritate parua: ḡ nullus tene
tur ad perfecta opa perfecte caritatis. ¶ Preter Secundo.
ea. Nullus tenet niſi ex p̄cepto: ſed ille qui habet
ꝑfectā caritatē implet oīa mādata legis ſine ope
ribus caritatis perfecte: ergo quodlibet mādatū
dei pōt impleri ſine opere ꝑfecte caritatis: ḡ nul
lus tenetur ad opa perfecte caritatis. ¶ Ad pre Notandū
dictorū ſolutionē. Notandū ꝙ ſunt ſex genera ꝑ= ſex genera
fectionis. Prima eſt ꝑfectio ſufficiētie: ſcđꝫ hoc ꝑfectionis.
quelibet caritas eſt ꝑfecta. qm̄ perficit aīam per=
fectione prima. ſ. perfectione gratie qua perficiē
da eſt vltimo perfectiōe glorie. De hac perfectio
ne ſufficiētie dicitur in euāgelio. Eſtote perfecti
ſicut pater veſter perfectus eſt. Secunda perfe= Secunda.
ctio eſt perfectio cōparationis. de qua in geneſi.
Erat noe. vir iuſtus ⁊ perfectꝰ in generatiōe ſua. ꝑfectio noe
id eſt in gn̄atiōe humana. quoniā in cōparatione
hoīm iuſtus apparebat. licet nō in cōparatione
angelorū. Tertia perfectio eſt perfectio ſacri or= Tertia.
dinis. de qua deus in euāgelio. Sūt eunuchi qui
caſtrauerūt ſe ꝓpter regnū celorū. ⁊ pōſt ſubiun
git qui poteſt capere capiat. hec eſt perfectio cō=
tinentiū oīno quibus debetur fructus centeſimꝰ.
Quarta perfectio eſt perfectio religionis de qua Quarta.
in euāgelio. Uade ⁊ vende omnia que. ⁊c̄. quorū ꝑfectio reli
perfectio eſt vt nihil proprium habeant ⁊ nudi ſe= gioſorum.
quātur chriſtū nudum. Quinta perfectio eſt po= Quinta.
nere aīam ſuā pro ſubditis ſuis. ſicut dn̄s in euā=
gelio. Bonus paſteor ponit aīam ſuam pro ouibꝰ
ſuis. Sexta perfectio eſt ſecuritatis. de qua bea= Sexta.
tus Iohan. in epiſtola canonica. Perfecta cari=
tas foras mittit timorē. hāc habent illi quibꝰ vita
eſt in pacientia: ⁊ mors in deſiderio qui dicūt cū
apoſtolo. Cupio diſſolui et eſſe cum chriſto. quo
niam cum aliquis homo purgatus fuerit penitus
ab amaritudine peccati et ſine obſtaculo ſentit
dulcedinem dei. tunc omnia temporalia reputat
quaſi ſtercora: et pre nimia dulcedine dei cupit
diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto. Cum igitur ſex ſint ge
nera perfectionū. ad primū tenetur quilibet. Ad
vltimū nullus ſimpliciter tenet ex precepto. Ad
media vero tenent quidā ex voto vel ex aliis cau

Ayuntamiento de Madrid

**Ad primū.**
ſis. ¶ Ad primo obiectū dicimus ꝙ multi tenentur ad opera caritatis perfecte. vt viri religioſi q̇ ex voto tenētur oībus abrenūciare. qđ eſt opꝰ ꝑfecte caritatis. i. ſignū. qm̄ vt frequēter ꝓcedit ex perfecta caritate: raro ex imperfecta. qm̄ qui arbitratur oīa tanꝙ̄ ſtercora facile abrenūciat oīa vt nichil propriū habeat. Sed raro cōtingit ꝙ hoc fiat in caritate imperfecta. et ideo nō eſt hoc neceſſariū ſignum perfecte caritatis. ſicut eſſe cōptum et errabundū de nocte ē ſignū ꝙ aliquis ſit adulter ſed nō neceſſariū ſignū. Et ad tale ſignū perfectionis teneņť viri religioſi. Per hoc patet ſolutio ad primo obiectū.

**Ad ſcđm.**
¶ Ad ſcđo obiectū dicimus ꝙ perfectus eſt qui nec mortaliter nec venialiter peccat in lingua. Talis eſt ille qui cū delectetur in deo ſine omni impedimento nullo modo delectatur in re temporali et ideo nō dicit verba ocioſa in quibꝰ eſt aliqua delectatio. licet minima. aliter eſſent ocioſa. Solū aūt peccatū lingue quod eſt mortale eſt in prohibitiōe cū dicitur Prohibe linguā tuā a malo

**Ad tertiū.**
¶ Ad tertio obiectū dicimus ꝙ hec eſt quedam dilectio inimici que ē in ſolo affectu. ⁊ ad illā teneť quilibet: et perfectꝰ et imperfectus. Et eſt quedā dilectio inimici ⁊ affectu et effectu que ſolis perfectis cōuenit. ſicut dicit Am.

**Ad quartū**
**Quomodo ꝓlati debēt ponere animā ꝓ ouibꝰ Cōfirmať dictum.**
¶ Ad quarto obiectū dicimꝰ ꝙ quilibꝫ tenetur in caſu ad hoc opus perfectionis ſcilicet vt ſubeat mortē pro fratribus. ſicut probatū eſt. Tamen prelati magis teneņť ad illud et ex natura caritatis et ex officio prelationis. Sed ſubditꝰ nō tenetur ad illđ niſi ex natura caritatꝭ: ¶ Preterea. prelatus teneť ad illđ in aliquo caſu in quo nō teneť ſubditus. vt quādo lupus rapax venit vt diſſipet gregē ſuū tūc teneť opponere ſe murū ꝓ domo iſrael. Sed in hoc caſu nō teneť ſubditꝰ ad hoc.

**Ad gloſam**
¶ Ad gloſam ſupradictā dicimus ꝙ ſufficit ita diligere iuſticiā vt pro ea mortē ſubeamus. i. vt ſimus parati ⁊ prompti ſubire mortē pro ea qđ cōuenit ſolis perfectis ꝑfectione ſoli ſexti generis q̄ eſt ſola vera perfectio caritatis.

**Ad quītū.**
¶ Ad quinto obiectū dicimꝰ ꝙ quilibet tenetur ſubire mortem pro chriſto. vt probatū eſt. ⁊ concedimus ꝙ quilibet tenetur in caſu ad tale opus perfectiōis

**Ad vltimū.**
¶ Ad vltimo obiectū dicimus ꝙ ille qui habet ꝑfectaꝫ caritatē tenetur diligere deū motu ꝑfecte caritatis. nō ex puro precepto: ſed ex precepto ⁊ cōmiſſo. igitur quilibet teneť in caſu ad opus ꝑfecte caritatis et ex precepto. ſed non primo qm̄ imperfectus non tenetur primo ad opus perfecte caritatis ſcꝫ vt ſubeat mortem pro chriſto. Non enim hoc eſt poſſibile ꝙ ex eis ſolis que habet ſubeat mortē pro chriſto ſcꝫ ex caritate imperfecta vt dictū eſt ſupra. quoniā oportet ad hoc vt fiat hoc ꝙ ei detur augmētū caritatꝭ ſiue perfectio caritatis. vt probatū eſt ſupra. et ideo dicimus ꝙ nō tenetur ad hoc primo. quoniā ſi perueniat ad illum caſum vt oporteat eum ſubire mortem pro chriſto. tunc primo tenetur vt faciat quod in ſe ē ad hoc vt detur caritatis perfectio per quā excluditur timor mundanus ⁊ humanus. ⁊ ſic facile poſſit ſubire mortē pro chriſto ex caritate quā habet

**Hec argumētatio nō valet.**
Dicimus ꝙ hoc eſt falſum. immo pōt ſed nō prio. ſicut ille q̇ eſt in peccato mortali pōt diligere deum ex caritate ſed nō ex illis ſolis que habet. Sꝫ hec argumentatio nō valet. Iſte non habet niſi tantā caritatē ex qua impoſſibile ē ꝙ ſubeat mortem pro chriſto: ergo nō tenetur ad hoc. Inſtantia. Impoſſibile eſt ꝙ iſte qui eſt in mortali peccato ex illis ſolis que habet diligat deum ex caritate: ergo non tenetur diligere deum ex charitate. Patet ergo ꝙ quilibet taꝫ perfectꝰ ꝙ̄ imperfectꝰ tenetur ad opus perfecte caritatis in caſu. Sꝫ imperfectus nō teneť ad illđ primo: imo ꝑfectꝰ. qm̄ nichil deeſt ei ad hoc vt faciat illud. et ideo quia tenetur diligere deū ex totis viribꝰ teneť ad opꝰ perfecte caritatis. nō ex precepto pure: ſed ex ꝓcepto ⁊ cōmiſſo.

**Ↄtra iſta ar̄.**
¶ Sed cōtra. Difficilius ē aīam pro xp̄o ponere ꝙ̄ vendere oīa ⁊ dare pauperibꝰ qm̄ quilibet magis diligit. vitā ſuā. etiā auarꝰ ꝙ̄ diuitias mūdi. Sed nō quilibet teneť ad hoc ſcꝫ vendere oīa ⁊ dare pauperibus. qđ eſt facilius. ğ nec quilibet tenetur ad hoc qđ ē difficilius. ſ. ponere aīam pro xp̄o.

**Secundo.**
¶ Preterea. vendere oīa que habes ⁊ dare pauperibꝰ eſt conſiliū. qm̄ eſt opus perfectiōis. ſicut đr in euāgelio. Si vis eſſe perfectus ⁊c̄. ergo cū hoc ponere aīaꝫ pro xp̄o ſit maioris ꝑfectionis erit cōſiliū ⁊ nō preceptū: ğ non quilibet teneť ad illud.

**Tertio.**
¶ Itē. hoc eſt preceptū ponere aīam pro xp̄o. qm̄ ad illud tenemur in caſu: ergo eiuſdē rōne vendere oīa ⁊ dare pauperibus eſt in precepto. qm̄ ad illud tenemur in caſu ſcilicet in articulo neceſſitatis.

**Quarto.**
¶ Propterea. honorare parētes ē in precepto nō q2 tenemur hoc facere ſemꝑ: ſed q2 tenemur hoc facere pro loco ⁊ t̄pe. ergo eadē rōne duo predicta erūt in ꝓcepto. ſcꝫ ponere aīam pro xp̄o ⁊ vēdere oīa et dare pauperibus qm̄ ad illa duo tenemur in caſu.

**Solutio ad primum.**
¶ Solutio. Ad primū obiectū ſoluimus per interēptionē huius ponere aīam pro xp̄o difficilius eſt ꝙ̄ vendere oīa ⁊ dare pauperibus. qm̄ licet hoc factum aīam ponere pro xp̄o ſit difficilius q̄ꝫtū in ſe eſt illo alio facto. tamē ꝓpter cauſā implicitā ſcꝫ hāc pro xp̄o facilius eſt. qm̄ facilius eſt facere ꝓ xp̄o aliquid difficile magis ꝙ̄ facere minꝰ difficile pro proximo.

**Ad ſcđm.**
¶ Ad ſcđm ſimiliter ſoluimus per interēptionē huius vendere oīa ⁊ dare paupꝑibꝰ. Ideo conſiliū eſt: q2 eſt opus perfectionis. qm̄ non eſt cauſa preciſa: immo potius hec eſt cauſa. qm̄ magis teneor prouidere michi ꝙ̄ proximo Ideo nullꝰ tenetur ex puro precepto vendere oīa ⁊ dare pauperibus nec vnꝙ̄ tenemur ad hoc per ſe: ſed qm̄ tenemur per aliđ ad hoc. vt quādo cadit ſub alio precepto iuris naturalis. ſ. in articulo neceſſitatis. qm̄ de iure naturali oīa ſūt cōmunia. i. cōicāda. qm̄ tūc cadit ſub hoc ꝓcepto iuris naturalis. paſce fame morientē. Et ideo hoc eſt cōſiliū. qm̄ ad hoc nullus tenetur per ſe. non ex vi alterꝰ precepti: ſed ad iſta: honorare parentes. ponere aīaꝫ pro xp̄o tenetur aliquis in caſu et per ſe: non ex vi alterꝰ precepti. qđ ſit de iure naturali. Per hoc patet ſolutio ad obiecta ſequētia.

**Per hec ad alia.**
**Ꝗo incidēs. Ar̄ ꝙ ſic.**
¶ Item. queritur vtrū perfectus magis diligat ꝓximū ꝙ̄ imperfectꝰ deuꝫ. Probatio ꝙ ita. quia ꝑfectꝰ paratus eſt. et proptꝰ ponere aīaꝫ pro ꝓxīo. Sed im-

perfectus nō eſt paratus ponere aīam pro xp̄o: ꝙ
perfectus plus eſt paratus facere ꝓ ꝓximo q̄ꝫ im
perfectus pro deo: ergo perfectus magis diligit
In oppm̄. proximū q̄ꝫ imperfectus deū. ¶ Cōtra. Sint hic
duo habentes pares caritates ⁊ alterius caritas
duplo augmētetur vt ſit perfecta. Inde ſic. Iſte
qui modo habet perfectā caritatē duplo magꝭ di
ligit ꝓximū q̄ꝫ primus Sed in infinitū magis dili
gebat deū prius q̄ꝫ modo proximū. Sed quantū
iſte perfectus diligebat prius deū tantum et ille
imperfectus prius diligebat deū: qm̄ habebant
caritates pares: ergo iſte imperfectus ī infinitū
magis diligebat deū prius q̄ꝫ iſte perfectus mo=
do diligit proximū. Sed quātū iſte imperfectus
prius diligebat deū tantū diligit modo. qm̄ eius
caritas nec ē augmentata nec diminuta. ꝙ iſte im
perfectus in infinitū magis diligit deū q̄ꝫ iſte ꝑ=
Solutio ad primum. fectus ꝓximū. ¶ Quod concedimus: hac vltima
probatione que neceſſaria eſt. Nec valet hec ar=
gumentatio. perfectus magis paratus eſt facere
pro ꝓximo q̄ꝫ imperfectus pro deo. ergo perfect⁹
magis diligit proximū q̄ꝫ imperfectus deū falla=
Falla ꝯñtꝫ. cia ſecundū cōſequēs: quoniā in prima propſitio=
ne ſumitur caritas ample ⁊ ipſe ꝯcludit tanq̄ꝫ ſū=
pta eēt ſtricte. Si eñ dixiſſet ita ex pura dilectio
ne proximi paratus eſt ille magis facere pro pro=
ximo q̄ꝫ ille ex pura dilectiōe dei. ex hoc ſequereť
illa concluſio: ſed ꝙ iſte pefectus paratus eſt ſu=
bire mortē pro ꝓximo nō eſt ex pura dilectiōe ꝓ=
ximi: ſed potius ex hoc ꝙ timor dei excluſit in eo
timorē humanū ⁊ mundanū. prima ergo propoſi
tio ſe habebat generaliter ad oēm cauſam qm̄ nō
determinabat aliquā ⁊ ipē cōcluſit ac ſi determi=
nata eſſet cauſa. ſ. ac ſi dixiſſet: perfectus parat⁹
eſt magis facere pro proximo ex pura dilectione
ꝓximi q̄ꝫ imperfectus pro deo ex pura dilectione
dei. ⁊ ſic ſequeretur concluſio. ¶ Itē querit vtrū
Alia q̄o incidens. perfect⁹ magis teneť diligere deū q̄ꝫ imperfect⁹.
Opīo cōis. Magiſtri dicūt ꝙ hec eſt duplex: qm̄ ſi hec dictio
magis determinet hoc verbum tenetur: vera eſt.
ſi hoc verbū dilig. falſa eſt. ¶ Sed cōtra: vbi eſt
ꝯtra hāc arḡ maior obligatio ad diligendū maior exigitur effe
ctus dilectionis: ſed īperfecto homine maior eſt
obligatio: ergo maior effectus dilectionis exigiť
ab eo: ergo maior actus diligēdi. ergo tenetur ad
maiorē actū dilectionis: ⁊ ita teneť magis dilige
re. vt hec dictio magis determinet dilig. ad idem
ſcd̄o ad idē facit illa auctoritas. Cui plus ꝯmittiť plus ab eo
In oppm̄. exigitur ¶ Contra. iſte ꝑfectus pōt diligere deū
magis et minus iſto imperfecto et ſine pctō. ergo
nō teneť dili. magis. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ per
Solutio. Perfectus teneť magꝭ diligere deum q̄ꝫ iperfectus. fectus magis teneť diligere deū q̄ꝫ imperfectus
ſiue hec dictio magis determinet hoc verbū tene
tur ſiue hoc v̄bū dili. Sed ſcd̄m ꝙ hec dictio ma
gis determinat hoc verbū diligere: ꝑfectus non
teneť magis diligere vniuerſaliter q̄ꝫ imperfect⁹
cū paribus circunſtantijs qm̄ ex maiori caritate
ſemꝑ eſt maior motus alijs paribus: nō tñ opor=
tet ꝙ vniuerſaliť ex maiori caritate ſit maior mo=
Hec argumētatio nō valet. tus. ¶ Vnde patet ꝙ hec argumētatio nō valet.
perfectus pōt magis ⁊ minus diligere deū q̄ꝫ im=
perfectus ſine pctō mortali. ergo nō teneť dilige
re magis. Fallacia ſcd̄m quid ⁊ ſimpliciter qr de=
buit inferre cū determinatiōe: ſic ergo non teneť
diligere magis vniuerſaliter ſiue in omn caſu ipē
autem infert: ſiue omni determinatione. Falla ſcd̄m quid ad ſimpliciter.

¶ De his que perficiunt caritatem.
¶ Capitulū ſextum. Prima queſtio.

Dicto de perfecta caritate dicēdū eſt de
his q̄ perficiūt ipſā. ſcꝫ de cōmiſſo ⁊ di=
miſſo. Primo vtrū generaliter ſit verū:
ꝙ cui magis dimiſſū eſt teneť magis di
ligere ⁊ magis diligat. ſecūdo. vtrū cui magis di
miſſū eſt teneť magis diligere. tertio vtrū magis
tenemur diligere ex dimiſſo q̄ꝫ ex cōmiſſo vel ecō
uerſo. quarto quō parabola euāgelica: duo debi=
tores erāt cuidā feneratori ⁊c̄. adaptetur miſtico
ſenſui. ¶ Primo queriť vtrū generaliter ſit verū. Prima q̄o.
ꝙ cui magis dimittiť magis teneť diligere ⁊ ma=
gis diligat ¶ Videtur ꝙ ſic: qm̄ cū dñs quereret Arḡ ꝙ ſic.
a phariſeo. Quis eoꝝ pl⁹ diligit. Reſpondit Eſti
mo. i. iudico ꝙ is cui plus donauit. i. cōdonauit:
⁊ dñs dixit. Recte iudicaſti. ergo gñaliter verū ē
ꝙ cui magis dimiſſum eſt: magis diligit: qm̄ ſi tm̄
inde finite verū eēt potuiſſet eque reſpōdiſſe. eſti
mo cui minus. ⁊ recte iudicaſſet: qm̄ iſte due ſūt ſi
mul vere homo currit homo nō currit. ¶ Itē ca= Secundo.
ritas eſt ordinata ergo qui magis tenetur dilige=
re: magis diligit: ſed quilibet teneť diligere deū
ex precepto ⁊ iſte cui dimiſſū eſt aliquid teneť di=
ligere ex precepto ⁊ dimiſſo. ſed magꝭ tenetur di
ligere q̄ ex p̄cepto ⁊ dimiſſo tm̄: ergo magis dili=
git q̄ ex p̄cepto ⁊ dimiſſo teneť diligere q̄ꝫ ille cui
nichil eſt dimiſſū: ergo cui magis dimiſſū ē magꝭ
dili. ¶ Cōtra. magis dimiſſum eſt magdalene q̄ꝫ
beate virgini: tñ beata virgo magis dili. ¶ Iteꝫ In oppm̄.
obijcitur de hoc verbo quod dñs dixit. Propter= Secundo.
ea dimiſſa ſūt ei pctā multa. qm̄ dilexit multū. vi
detur eñ ꝙ debuiſſet dicere qr dimiſſa ſūt ei pctā
multa. propter hoc dilexit multū. ſic eñ pertinet
ad ꝓpoſitū qm̄ dictū erat: cui plus dimiſſū ē ma=
gis diligit. ¶ Solutio. hec locutio cui pl⁹ dimiſ=
ſum eſt ſiue donatū magis diligit quadrupliciter Solutio.
pōt intelligi. ⁊ quadrupliciter exponitur a magi=
ſtris. Primo ſic. cui plus dimiſſū eſt magis dili=
git: vt frequenter et vt in plurib⁹: qm̄ in pluribus q̄ttuor mo=
accidit. ꝙ illi q̄ multū peccauerūt ⁊ multū dimiſ= dis ītelligiť
ſum eſt feruentiores ſūt q̄ꝫ illi q̄ nō peccauerunt.
Scd̄o ſic. cui magis dimiſſū ē magis diligit. i. te
neť diligere. Tertio. cui pl⁹ dimiſſū ē magis dili Secundo.
git. i. magis teneť diligere in effectu. videlꝫ ī gra Tertio.
ruꝫ actione: vt in ieiunio ⁊ hmōi. Quarto ſic. cui
pl⁹ donauit. i. cui pl⁹ dimiſit ⁊ dedit magꝭ diligit Quarto.
⁊ ſumať hoc v̄bū donauit q̄ſi equoce ꝓ dimiſſiōe
⁊ cōmiſſiōe. ¶ Sꝫ hec ſolutio impẗinēs ē qm̄ de
cōmiſſo nō agiť ī hac ꝑabola: alie etiā nō videnť ꝯtra hāc arḡ
eſſe v̄e cū aliter ſine violēta expoſitiōe ſolui poſ= Solutio doctoris.
ſit. Cōcedim⁹ ꝙ ſimpľr ꝙ cui dimiſſuꝫ ē donatū ē
id eſt cōdonatū magꝭ diligit alijs parib⁹: ſicut or
dinata caritas magis diligit ꝓpinquos q̄ꝫ extra=
neos alijs paribus. ꝑ hoc patet ſolutio ad obie=
cta. ¶ Notādum autem ꝙ hec ē duplex. iſte ma= Ad rōnes.
gis tenetur diligere deum ex precepto ⁊ dimiſſo Notandum
q̄ꝫ ex precepto tantum. ſi hec dictio magis deter=

Ayuntamiento de Madrid

minet hoc verbū tenetur: vera eſt. ſi hoc verbū di
ligere falſa eſt qm̄ nullus tenetur ex precepto dili
gere aliquātū determinate deum vnde nec magis
nec min⁹ ꝙ ex dimiſ. ⁊ precepto nec valet hec ar⁹
gu. iſte non tenet magis dilig. deū ex precepto et
dimiſſo ꝙ ex precepto tm̄ nec min⁹ nec equaliter

Falſa equo cationis.

et eſt fallacia vniuocationis. debet enī addi et te
netur ex precepto aliquātū determinate diligere
deū. et hoc eſt falſū et ſic procedit a ſimplici tā ꝙ
determinata. ſicut hic ſortes non eſt maior pla
tone ſcd̄ʒ ꝙ homo nec minor nec ergo equalis eſt

Ad illud euangelij.

ei ſcd̄m ꝙ homo. ¶ Ad illud aūt preterea dimiſ
ſa ſunt ei. ⁊c. dicim⁹ ꝙ hec dictio qm̄ nō ponit ibi
cauſaliter: ſed ſignificatiue. aliter nō competeret
precedentib⁹: vnde ſic eſt itelligenda propterea.
i. qm̄ dilixit multū. i. multa opa caritatis fecit per

Ꝯtra hoc af

pedere potes ꝙ dimiſſa ſunt ei pctā multa. ¶ Sʒ
obicitur cōtra hoc qm̄ glo. dicit ſuper illud ꝙ ar
dor caritatis magdalene rubuginē pctōrū cōſum
pſit: ergo qm̄ dilexit multum dimiſſa ſunt ei pctā
multa. vt ſumat hec dictio qm̄ cauſaliter et ſic re

Solutio.

manet predicta obiectio. ¶ Solutio. ſine dubio
caritas eſt cauſa dimiſſionis pcti quantū ad cul
pam et reatū. vnde ſi ſumat hoc verbum dilexit p
caritate virtute: pōt tunc ſumi hec dictio qm̄ cau
ſaliter. ſed ſi ſumat pro operib⁹ caritatis tūc pōt
ſumi ⁊ cauſaliter ⁊ ſignificatiue. qm̄ opera carita
tis ſunt ſigna dimiſſionis pcti quantū ad culpā et
ſunt cauſa dimiſſionis pcti quantū ad penā. et ſic
iterum pōt ſumi hec dictio qm̄ ſignificatiue ſed qr
gloſa illa exponit textū pōt dici ꝙ hec dictio qm̄
cauſaliter ſumit et hoc verbū dilexit pro virtute.
ſed qm̄ dilexit multū non eſt de aptatione. ſed tan

Exponit dictum xpi.

tum ponit ad remouendū errorē. vnde ſic intelli
gi debet O ſimon hec mulier rigauit pedes meos
lacrimis ⁊ capillis ſuis terſit. ⁊c. propter qd̄ tibi
dico remittūtur ei pctā multa. iſta ſunt tibi ſigna
ꝙ dimiſſa ſunt ei pctā. ſed ne credas ꝙ per huiuſ
modi opa meruerit dimiſſionē pcti ſubiungit cau
ſam hanc. ſ. qm̄ dilexit multum patet igitur quo
modo verū ſit ꝙ cui plus dimittitur plus diligit.
hoc aūt verum eſt generaliter. cui plus committi
tur plus diligit. qm̄ qui maiorem habet gratiā et
caritatem magis diligit.

¶ Utrum aliquis tenetur diligere magis ex
commiſſo ꝙ ex dimiſſo.

¶ Secunda queſtio huius capituli

Af ꝙ non.

Queritur vtrum aliquis tenetur diligere
magis ex cōmiſſo ꝙ ex dimiſſo. videt ꝙ
non. qm̄ ꝯmiſſum ⁊ dimiſſum faciūt eque
dignum vita eterna: ergo equaliter tene
mur diligere ex cōmiſſo ⁊ dimiſſo alijs paribus.

In oppm̄.

¶ Sed cōtra. virtus minima eſt longe maius bo
num ꝙ aliquod viciū ſit malum. qm̄ in infinitū ma
gis bonū eſt vita eterna ꝙ pena eterna ſit malū.
ergo melior eſt ꝯmiſſio ꝙ dimiſſio: ergo magis te
nemur diligere ex cōmiſſo ꝙ ex dimiſſo. non eſt

Solutio.

ergo equaliter. ¶ Quod concedimus dicētes. ꝙ
hec eſt falſa cōmiſſum ⁊ dimiſſum faciūt eque di
gnum vita eterna. qm̄ dimiſſio proprie nō facit di
gnum vita eterna. ſʒ facit dignū carere pena eter
na quod patet: ſi intelligatur ꝙ iſta pctā dimittun
tur ⁊ non īfundatur grā. tm̄ notandum ꝙ ex cōmiſ
ſo magis tenemur diligere ꝙ ex dimiſſo vt ſuma
tur diligere pro affectu. et ex dimiſſo magis tene
mur diligere ꝙ ex cōmiſſo vt ſumat diligere p ef
fectu magis enī tenemur ieiunare et flere et dare
elemoſinas et huiuſmodi.

¶ Tertia queſtio huius capituli.

Queritur vtrū magis tenemur diligere
ex cōmiſſo et dimiſſo ꝙ ex altero illorū
tantū. ¶ Videt ꝙ ſic. qm̄ ex cōmiſſo te
nemur diligere aliquātum ⁊ ex dimiſſo ſi

Af ꝙ ſic.

militer aliquantū: ergo magis ex illis duobus ꝙ
ex altero illorū. ¶ Sed contra non magis eſt iſte

In oppm̄

dignus vita eterna oībus virtutibus ꝙ vna ſola:
ergo eadem rōne non magis tenemur diligere ex
cōmiſſo ⁊ dimiſſo ꝙ ex altero tantū ¶ Dicimus ꝙ

Solutio.

ex illis duob⁹ magis tenemur diligere. ⁊c. nec va
let ſequens argumētatio. qm̄ oēs virtutes ſunt ad
vnum faciendū. ſ. ad faciendū dignum vita eterna

Ad rōnem Oēs virtutes ſunt ad vnū faciendum.

ſed cōmiſſum et dimiſſum. nō ſunt ad idē vt patet
per predicta. ſit hec argumētatio. nō valet oībus
virtutibus ſimul ſumptis nō eſt iſte melior ꝙ vna
ſola: ergo oībus vicijs ſimul ſumptis nō eſt peior
ꝙ vnicum oēs enī virtutes idē faciunt qd̄ vnica ſo
la. ſed non oīa vicia idē faciunt preciſe quod vnū
ſolum qm̄ vnum viciū aliquantū diminuit vel cor
rumpit naturalia et aliud corrūpit aliquātū. Un
de oīa ſimul ſumpta magis corrūpit ꝙ vnū ſolū.

Notandum

¶ Et notandū ꝙ ſicut hec eſt falſa. iſte tenet ma
gis diligere ex precepto et dimiſſo et commiſſo
ꝙ ex precepto puro. ita hec eſt falſa. iſte tenetur
magis diligere ex precepto et commiſſo et dimiſ
ſo ꝙ ex precepto puro. ita ꝙ hec dictio magis de
terminet hoc verbū diligere. immo dicim⁹ ꝙ nec
magis nec min⁹ nec equaliter. ⁊ hoc eſt qr ex pre
cepto nō tenemur diligere aliquātū neqꝫ ſcd̄ʒ nu
merum neqꝫ ſcd̄m acceſſum. verbi grā. homo ſcd̄ʒ
ꝙ homo nō habet determinatā quātitatem ſcd̄m
numrū ſcʒ ſcd̄m bicubitū vel tricubitū. ſed ſcd̄m
exceſſum habet determinatā quātitatem qm̄ alia
quātitas eſt vltra quā nō eſt pcedere ſcd̄m natu
ram ſpeciei homo. ſʒ ex precepto non tenemur di
ligere aliquantū determinate nec ſcd̄m numerū
nec ſecundum talem exceſſum.

¶ De parabola: duo debitores. ⁊c̄.

¶ Quarta queſtio huius capituli.

Queritur de pabola duo debitores. ⁊c̄. hec
parabola eſt introducta pro ſymone phari
ſeo et magdalene et introducitur ad hoc vt oſten
datur. ꝙ Maria plus diligebat. qm̄ magis dimiſ
ſum eſt ei: ergo ſi vere eſt introducta pro illis opʒ
ꝙ vtriqꝫ facta ſit remiſſio pctōrū ⁊ ꝙ marie magis
ſit dimiſſum. ergo phariſeo erāt dimiſſa peccata.

Af contra illam. Secundo.

¶ Contra. ſuper illū locū hic ſi eſſet ppheta. ⁊c̄.
dicit Glo. phariſeus de falſa iuſticia preſumēs: ꝙ
⁊ totā regionē. ¶ Ad tertiū dicimꝰ ꝙ motus pru
dentie attingit materias ceterarū virtutū: ſed in
alia ratione quā cetere virtutes. verbi gr̄a. Pru-
dentia imperat reddere vnicuiqꝫ quod ſuū eſt. et
reddere vnicuiqꝫ quod ſuū eſt inqꝫtū reddere vni
cuiqꝫ quod ſuū eſt motus eſt iuſticie. Sed ſcđꝫ ꝙ
Quomodo prudentia ē vnica v̄tus reddere vnicuiqꝫ quod ſuū eſt in ratione faciendi
īperatur a prudentia. ⁊ ſic prudentia attingit ma
terias ceterarū virtutum prout ille materie ſunt
vnite in ratione faciendi ⁊ q: ſub vnica ratione at
tingit illas vnica eſt virtus in ſpecie. ⁊ hoc eſt ꝓ-
pter illā vnicā rationē. Sed q: cetere virtutes at
tingūt illas in diuerſis ratiōibꝰ. ideo diuerſe ſūt
ſcđꝫ ſpeciem. Et ſic pꝫ ſolutio ad tertio obiectū.

¶ Utrum prudentia ſit prima cardinalium
virtutum et an ſint tantum quattuor.
¶ Tertia queſtio huius capituli.

Queritur vtrū prudentia ſit prima cardi
naliū virtutū ⁊ an ſint tantū quattuor
Arḡ ꝙ non. cardinales virtutes. ¶ Uidetur em̄ ꝙ
quedā virtus q̄ nō eſt aliqua iſtaꝝ pre-
cedat iſtas quattuor. qm̄ opus cuiuſlibet virtutis
debet eſſe informatū circūſtantijs ſicut circūſtā
tia temporis et circūſtantia loci/ ⁊ circūſtantia fi
Auguſtinꝰ. nis. ¶ Sed Augu. dicit in libro de ciuita. dei ꝙ
philoſophi omnes ponūt beatitudinē eſſe finem
omniū virtutū politicarū ⁊ operationū earū: ergo
gratia beatitudinis operanḡ oēs virtutes politi-
ce: ergo amor beatitudinis mouet oēs v̄tutes po
liticas: ergo amor beatitudinis precedit omnes
virtutes politicas. Sed amor beatitudinis ē vir-
tus: ergo aliqua virtus etiam in philoſophis pre
cedit illas quattuor virtutes politicas. Sꝫ i phi-
loſophis nō erat niſi virtus politica: ergo in phi-
loſophis erant plures virtutes politice q̄ꝫ quat-
Solutio. tuor. ¶ Solutio. amor beatitudinis ſine dubio ꝓ
cedit omnes virtutes politicas. ſed non eſt vir-
tus politica: qm̄ nō hꝫ motū exteriorē: ſed tm̄ in-
philoſophi nō tm̄ hūe- rūt v̄tutes politicas. teriorē. vnde potius debet cōputari inter v̄tutes
intellectuales q̄ꝫ conſuebiles. nec eſt verū ꝙ phi
loſophi habuerūt virtutes politicas tantum.

¶ De temperantia. ¶ Quartū capitulū.

Dicto de prudentia: ſequiḡ de tēperantia
hac ratione q: prius eſt habere ſecū pa-
cem: poſtea cū ꝓximo. Tēperantia do-
mat rebellionē carnis ⁊ cohibet motus
eius illicitos. Sunt autem due ſpecies tēperan-
tie. ſ. ſobrietas ⁊ cōtinentia. Sobrietas eſt abſti Sobrietas ⁊ cōtinētia.
nentia in cibo ⁊ potu ⁊ cohibet motꝰ illicitos car
nis pertinentes ad guſtū. Cōtinentia eſt abſtinē
tia a coitu ⁊ cohibet motꝰ illicitos pertinētes ad
tactū: tamē ſobrietas quādoqꝫ large ſumiḡ: ita ꝙ
cōprehendit continentiā: vt ibi. Sobrie ⁊ iuſte ⁊ Dictū pau.
pie viuamus in hoc ſeculo. Sobrie quātū ad nos
iuſte ad proximū pie ad deū. ¶ Primo dicenduꝫ Quattuor
de ſobrietate circa quā prio q̄riḡ quid deſtruit ſo- querūtur.
brietatē. ſcđo vtrū oīs motꝰ gule ſit pctm̄. tertio:
quare oīs luxuria ſit mortale pctm̄ ⁊ nō oīs ebrie
tas. q̄rto. inebrians aliquē peccet mortaliter.

¶ Per quid deſtruitur ſobrietas.
¶ Prima queſtio huius capituli.

Circa primū ſic obijcitur. Sobrie ⁊ iuſte
⁊c̄. Sed quod corrūpit iuſticiā eſt mor-
tale pctm̄. Omē quod corrūpit pietate
eſt mortale pctm̄: ergo oē qđ corrūpit Arḡ ꝙ oīs
ſobrietatē eſt mortale pctm̄. ſed oīs ebrietas cor- ebrietas ſit
rūpit ſobrietatem. ergo oīs ebrietas eſt mortale mortalis.
pctm̄. ¶ Itē. ſobrius ⁊ ebrius ſūt cōtraria. ergo Secundo.
nō poſſūt eſſe ſimul in eodē. ergo ſobrietas exclu
dit oēm ebrietatē. ſed virtus nō excludit niſi mor
tale pctm̄. ergo oīs ebrietas eſt mor. pec. ¶ Itē Tertio.
delectatio moroſa in motu illicite gule eſt pecca-
tum mortale: ſed in omni ebrietate eſt talis delec-
tatio: ergo oīs ebrietas ē mortale pctm̄. ¶ Itē. Quarto.
omnis cōſenſus in motu luxurie eſt mortale pec-
catum: ergo oīs conſenſus in motū illicitū gule ē
mortale pctm̄. ſed in omni ebrietate eſt hmōi con
ſenſus. ergo omnis ebrietas eſt mortale peccatū
¶ Forte dicet ꝙ ebrietas nō eſt pctm̄: ſed aſſidui Euaſio.
tas ſiue cōſuetudo inebriandi ſe eſt mortale pec-
catū. ⁊ huiuſmōi aſſiduitas appellaḡ ebrioſitas.
vnde prima ebrietas nō eſt mortale pctm̄ nec ſe-
cunda: ſed decima vel vndecima vel illa ad quam
cū deuentū eſt dicitur aliquis ebrioſus. ¶ Sed ꝯtra hāc arḡ
queriḡ qđ appellaḡ aſſiduitas inebriādi: aut em̄ ē
ipſe actꝰ ingurgitādi ſe aut diſpoſitio illiꝰ. Si di-
ſpoſitio illa nō eſt pctm̄: ergo nec mortale nec venia-
le. ſi ipſe actus ſit igitur ꝙ aliquis ſit ebrioſus cū
deuentū eſt ad decimā ebrietatē ſic. igitur deci-
ma ebrietas ē mortale peccatū. Cōtra. ebrietas
obfuſcat rationē ⁊ impedit vſū eiꝰ: ſed ſciētia ag-
grauat pctm̄. propter hoc em̄ pctm̄ diaboli fuit ir
remiſſibile q: maximā habebat ſcientiā ⁊ nullum
impellens. ergo ſiliter cū iſte habeat maiorē ſci-
entiā et liberiorē vſum rationis in prima ebrieta-
te q̄ꝫ in decima magis peccat in prima q̄ꝫ in deci-
ma. ergo ſi decima eſt mortalis multomagis ⁊ pri
ma: ⁊ ſic quelibet ebrietas eſt mortale peccatum.
¶ Solu. cōtinētia quādoqꝫ large quādoqꝫ ſtricte Solutio.
ſumitur ſtricte ſcđm ꝙ dicitur cōtinētia eſt oīmo Cōtinentia
da abſtinentia a coitu ſcđꝫ q: dicit Augu. in ma- capiḡ dupl'r
trimonio. Si cōtinentia nō ſeruatur: dānatio nō Auguſtinꝰ.
timetur. large ſumitur ſecūdū ꝙ cōtinentia diciḡ
eſſe in cōiugatis qui non ſemꝑ continent: ſed quā

Ayuntamiento de Madrid

do et vbi: et ſic de aliis circūſtantiis: et ſic eſt circunſtantia virtus: ſed primomō plus eſt ꝙ̄ virt⁹.

[Silr ſobrietas capitur dupliciter.]

Similiter ſobrietas ſtricte ſumitur ſecundum ꝙ dicitur ſobrietas omnimoda abſtinentia a ſuperfluo cibo et potu: et ſic ſobrietas non tm̄ excludit mortale: ſed etiā veniale: ſcilicet ebrietatem que in ſe eſt venialis. large ſumitur ſobrietas ſecūdū ꝙ nō eſt omnimoda abſtinentia a ſuperfluo cibo ⁊ potu: ſed quando et vbi et ſic de aliis circūſtātiis et hoc modo dicit̄ virtus non excludit ebrietatē que eſt venialis.

[Ad primū]

¶ Ad primo igitur obiectū ſoluendū per interemptionem nō enim verum eſt ꝙ ebrietas corrūpat huiuſmodi ſobrietatem.

[Ad ſecūdū.]

¶ Similiter ad ſecūdū. ſobrietas enī large ſumpta et ebrietas non ſunt cōtraria et in eodē poſſunt eſſe tñ ſunt repugnātes quodā modo quoniam ebrietas minuit motum et feruorē ſobrietatis.

[Ad tertium]

¶ Ad tertiū dicim⁹ ꝙ nulla delectatio eſt moroſa citra conſenſum vnde nulla delectatio eſt mortalis citra cōſenſum: quoniam ſola circūſtantia tēporis nō pōt facere de veniali mortale.

[Ad quartū]

¶ Ad quartū quod obiicitur de cōſenſu. dicimus ꝙ hec argumentatio non valet. conſenſus in motū luxurie ē mortale peccatū. ergo cōſenſus in motū gule eſt mortale peccatum. nec eſt ſimile: qm̄ actus luxurie in quē eſt conſenſus non eſt mortale peccatū vnde hoc ſit poſtea dicetur.

[Ad vltimū.]

¶ Ad vltimū dicim⁹ ꝙ omnib⁹ aliis partibus. ſi decima vel centeſima eſt mortale ſimiliter et prima. nunꝙ̄ enim aliquota ebrietas ē mortalis: niſi homo magis delectetur in potu ꝙ̄ in preceptis dei. ſ; qñcunꝙ̄ ꝓponit delectationem que eſt in creatura delectationi q̄ eſt in deo peccat ſemper mortaliter. vnde illi peccant mortaliter: quibus magis placet eſſe in taberna ad guſtandū vina ꝙ̄ in eccleſia ad audiendū diuina. ⁊ hoc modo prima ebrietas eſt mortalis. ſed ſi citra deū delectet̄ aliquis in potatione vini et ſebrietur illa ebrietas eſt venialis. dicitur tamē decima vel centeſima mortalis non qr ſit neceſſariū. ſed quoniam per frequentem ingurgitationem ſepe accidit ꝙ maior ſit delectatio in creatura ꝙ̄ in creatore vel preceptis eius.

[Qn̄ ē pctm̄ mortale.]

[Iterum ar.]

¶ S; iterū probatur ꝙ ebrietas ſit mortale peccatum. dicitur enī ꝙ ſi aliquis coeat cū ſua ex cauſa neceſſaria peccat venialiter. ſed preter cauſam neceſſariam peccat mortaliter. ſ. ſi preter cauſam prolis vel cauſam refrenande libidinis vel preter debitū reddendi cognoſcat ſuā peccat mortaliter. quoniā tunc eſt vehemens amator vxoris ꝓprie et auctoritas dicit ꝙ oms̄ vehemēs amator vxoris adulter eſt: ergo eadē ratione qui comedit et bibit preter omnem cauſam neceſſariam. ſed tm̄ libidine comendendi et bibendi peccat mortalit̄: ergo ebrietas eſt mortale peccatum.

[Solutio.]

¶ Solutio per interemptionem huius. ſi aliquis cognoſcat ſuā ex cauſa neceſſaria peccat venialiter. quoniā aliquis poſſet eē ita ſpiritualis ꝙ non cognoſceret ſuā niſi cauſa prolis nec vellet delectari in illo opere voluntate rationis. vnde delectatio quam haberet in illo opere eſſet tantum in ſenſualitate brutali in qua nullū eſt peccatū. ſimiliter hec eſt falſa. ſi aliquis preter omnem cauſam neceſſariā cognoſcit ſuā peccat mortaliter. quoniam poteſt eſſe ꝙ aliquis propter ſolam delectationem cognoſcit ſuam quā nullo modo cognoſceret niſi eſſet ſua. talis poteſt ibi delectari ī creatura. tamē citra deum nec propter hoc obmittit quin impleat precepta dei nec peccat mortaliter. ſed tantū venialiter. nec dicitur vehemens amator vxoris niſi magis delectetur in ipſa ꝙ̄ in deo.

¶ Vtrū prim⁹ motus ad gulā ſit pctm̄ mortale.

¶ Secunda queſtio huius capituli.

Queritur vtrum primus motus ad gulā ſit mortale peccatum. ¶ Qđ videtur. [Af ꝙ ſic.] qm̄ ſicut luxuria eſt mortale peccatum ita et gula: ergo ſicut primus motus ad luxuriam eſt mortale peccatum. ita primus mot⁹ ad gulam eſt mortale peccatū.

[Secundo]

¶ Item ſi prim⁹ motus ad gulam non eſt mortale peccatū. quare ita culpat⁹ eſt Eſau et punit⁹ pro appetita lenticule ruffe.

[Euaſio.]

ſi dicat ꝙ primus motus ad luxuriā eſt mortale peccatū. quia vis concupiſcibilis quantum ad vim generatiuam. corrupta eſt et infecta primus motus ad coeundū eſt peccatū. ſed quantum ad vim nutritiuam tantū corrupta eſt et propter hoc primus motus ad gulam non eſt peccatum.

[Ɔtra hoc af]

¶ Probatur ꝙ hec ſolutio nulla. quia corruptio et infectio vis cōcupiſcibilis pena eſt: ergo vtrūꝙ̄ bonū et ex bono inꝙ̄tum bonū nō eſt malum: ergo ex eo ꝙ vis ɔcupiſcibilis eſt infecta nō eſt primus motus ad coeūdū peccatū: ergo peccatū ex eo ꝙ tendit ad illicitum ſed ſimiliter motus gule tendit ad illicitū: ergo eſt peccatum.

[Tertio]

¶ Item comedere ante horam debitam eſt illicitum: ergo primus motus ad illud eſt peccatum.

[Solutio.]

¶ Solutio. vis concupiſcibilis corruptioni eſt ⁊ quantū ad vim nutritiuam et quantum ad vim generatiuā. ſed nō eſt infecta quantū ad vim nutritiuam niſi infectio dicatur intenſio corruptionis. Cōcedimus. ergo ꝙ magis corrupta eſt quantū ad vim generatiuam ꝙ̄ ꝙ̄tū ad nutritiuā cuius hec eſt ratio. quia adam reus fuit leſe maieſtatis. volnit enim rapere diuinitatem et propter hoc damnatus eſt et in ſe et in poſteritate ſua vñ vis cōcupiſcibilis magis corrupta eſt in parte illa ſecundū quā ſit ꝓpagatio ꝙ̄ in alia parte.

[Cur magis corrupta ē vis gñatiua ꝙ̄ nutritiua.]

dicimus ergo ꝙ prim⁹ motus ad luxuriam eſt pctm̄ nō ex parte cauſe ſed ex parte finis. quoniā tēdit ad illicitū. ſ. ad delectandū in re temporali. tamē prim⁹ motus ad gulam nō eſt pctm̄ niſi tendat ad delectandū in cibo ⁊ potu. quidā eñ ita aſſueti ſiunt ī cōmeſatiōibus ⁊ ebrietatib⁹ ꝙ ſtatim quādo appetunt comedere libidinoſe appetūt ⁊ in talibus primus motus ad comedere eſt pctm̄ in aliis āo non eſt pctm̄. qm̄ comedere ſcđm ſe ⁊ bibere ſcđ; ſe licitū eſt.

[Per hoc ad primum.]

[Ad illud de eſau.]

Eſau aūt culpatur quia ardenter ⁊ libidinoſe appetit vñ peccauit.

[Ad vltimū.]

¶ Ad vltimū dicimus ꝙ appetere comedere ante horā debitā non eſt pctm̄ ſcđ; ſe. qm̄ naturaliter ⁊ quaſi de neceſſitate poteſt hoc aliquis oppetere velit nolit. vñ nō eſt in poteſtate nr̄a appetere igitur comedere qñꝙ̄ eſt pctm̄ qñꝙ̄ nō. ſi ſit motus naturalis tendens ad corporis ſuſtentationem non eſt peccatum. ſi motus libidinoſus. i. tendens ad delectā-

Ayuntamiento de Madrid

dum in creatura pꝛopter ſe peccatum eſt.
¶ Utrum omnis luxuria ſit peccatū moꝛtale.
¶ Tertia queſtio huius capituli.
Queritur vtrū oīs luxuria ſit moꝛtale pec
Ar ꝙ ſic. catū ꝛ non oīs ebꝛietas. et videt ꝙ ſicut
omnis ſimplex foꝛnicatio ē moꝛtalis ita
quelibet ebꝛietas ponatur eni ꝙ iſte ve=
lit delectari in hac muliere ſoluta ꝛ delectetur co
gnoſcendo ipſam. alius velit delectari in optimo
vino ꝛ delectetur in ipō equaliter. inde ſic. iſte de
lectaꝛ in muliere ꝛ peccat delectādo in ipſa. hoc
eſt aūt quia delectatur in creatura ſic. ſed ille qui
delectatur in vino equaliter delectatur in crea=
tura: ergo equaliter peccat. ſed qui delectatur in
muliere cognoſcendo ipſam peccat moꝛtaliter: ģ
Euaſio. et alius peccat moꝛtaliter. ꝛ ita ebꝛietas eſt moꝛ
ꝯtra hāc ar tale peccatū. ſi dicit non eſſe ſimile. quia vnū ē ꝓ=
hibitū reliquū nō. ¶ Cōtra. quedā ſunt mala q̄a
pꝛohibita ſicut comedere pomū fuit malū qꝛ pꝛo
hibitū. q̄dam pꝛohibita q̄a mala. ſed delectari in
muliere nō eſt malū quia ꝓhibitū: ergo ē ꝓhibi=
tum qꝛ malū. ꝛ ita malū eſt in ſe ꝛ ꝓpter hoc ꝓhi=
bitū. ſed delectari in vino eodē modo quo dictū ē.
malū eſt in ſe et ita debet eſſe ꝓhibitū ꝛ ſic moꝛta
Solutio. le. ¶ Solutio. delectari in creatura citra deū nō
eſt moꝛtale. vnde delectari in muliere ſoluta co=
gnoſcendo ipſam eſt moꝛtale et cadit ſub pꝛohibi
Nota dili= tione. ſed nō ꝓhibitione ſcripta tñ. ſed ſub pꝛohi
genter. bitione iuris naturalis. q̄a illicitū eſt ſecūdū ius
naturale cognoſcere nō ſuā. quia ſi eſſet licitū nō
poſſet ſaluari reſpublica. acciderēt eni mutue ce=
des hoīm. ſed bibere vinū ſcdm ſe indifferens ē ꝛ
delectari in vino citra deum veniale eſt nec cadit
Per hoc ad ſub pꝛohibitiōe ſcripta nec ſub pꝛohibitiōe iuris
rationes. naturalis. Dicimus ergo ꝙ qui cognoſcit nō ſuā
peccat moꝛtaliter. nō tantū quia delectaꝛ in crea
tura. ſed quia cognoſcēdo delectatur in non ſua.
Iterum ar. ꝛ ſic patet ſolutio ad obiecta. ¶ Sed iterū obiici
tur cognoſcere iſtā ſecundū ſe eſt indifferens. ſed
quia eſt ſoluta ꝓpter hoc eſt pctm̄ moꝛtale. qꝛ cō=
tra ius naturale eſt cogn̄ſcere nō ſuā ſimiliter bibe
re vinū ad ſuperfluitatē ꝓpter circūſtātiā ſuper=
fluitatis eſt ꝯtra ius naturale. quoniā ſupfluitas
coꝛrūpit naturā: ergo bibere vinū ad ſupfluitatē
eſt moꝛtale peccatū. ſed hoc eſt inebꝛiare ſe: ergo
Secundo. oīs qui inebꝛiat ſe peccat moꝛtaliter: ergo omnis
ebꝛietas eſt pctm̄ moꝛtale. ¶ Item quicūq̄ vult
voluntate rōnis nocere alicui peccat moꝛtaliter
ergo quicūq̄ vult rōnis volūtate nocere ſibi pec
cat moꝛtaliter. ſed q̄cūq̄ rōnis volūtate inebꝛia=
re ſe vult volūtate rōnis nocere ſibi: ergo. ꝛc̄. er=
go omnis ebꝛietas voluntaria eſt pctm̄ moꝛtale.
Ad pꝛimū. ¶ Ad pꝛimū dicimꝰ ꝙ bibere vinū ad ſupfluitatē
nō eſt pctm̄ moꝛtale. ꝛ hoc cōtingit duabꝰ de cau
ſis. ſ. ꝓpter infirmitatē ꝛ ignoꝛātiā. ex infirmita=
te nature ē ꝙ homo cito inebꝛiatur et vinū nocet
ei. vnde infirmitas quodāmodo excuſat: ignoꝛan
rantia ſimiliter excuſat difficile eni ē ſcire quod
ſit ſupfluū nature: qm̄ aliquid dicitur ſupfluū qđ
nō eſt ſuperfluū: ꝛ ecōuerſo. ꝛ aliquid ſupfluū vni
nō eſt ſupfluū alij: ſꝫ qui cognoſcit ſolutā peccat
moꝛtalit. qm̄ ſit actu vel habitu ſe cognoſcere nō
ſuā. vnde nō eſt ſimile. ¶ Ad ſcdm dicimus ꝙ oīs Ad ſcdm.
homo qui vult volūtate rationis inebꝛiare ſe pec
cat moꝛtaliter. ſcdm ꝙ velle tranſit ſupꝛa hoc to=
tum bibere in exceſſu ad grauamē nature: ſed nō
ſequitur ex hoc. ergo oīs ebꝛietas voluntaria eſt
pctm̄ moꝛtale: qm̄ in cōcluſione hec dictio volū=
taria tenetur cōmuniter pꝛo volūtate que tranſit
ſupꝛa bibere cū delectatione ꝛ pꝛo volūtate que
trāſit ſupꝛa bibere cū exceſſu ꝛ grauamine natu=
re. vnde fit pꝛoceſſus ab inferioꝛi ad ſuperius cū
ſigno vniuerſali. ꝛ eſt fallacia cōſequentis. vel ſi Falla ꝯñtis
placet diſtinguatur cōcluſio de diuerſis volūta=
tibus et ſic patet ſolutio illius argumentationis.
¶ Utrum inebꝛians alium peccat moꝛtaliter.
¶ Quarta queſtio huius capituli.
Utrum inebꝛians aliū peccat moꝛtaliter
videtur ꝙ non: quia inebꝛiatus tm̄ pec= Ar ꝙ non.
cat venialiter. ergo et inebꝛians cū non
moueat niſi ad veniale. ¶ Contra. ine= In oppm̄.
bꝛians aliū magis nocet ei q̄ ſi auferret ei decem
ſol. qm̄ aufert ei vſū rationis. ſed ſi aufert ei decē
ſol. peccat moꝛtaliter. ergo ſi iebꝛiat aliū peccat
moꝛtaliter. ¶ Itē. ne facias alij quod tibi nō vis Secundo.
fieri hoc eſt pꝛeceptū iuris naturalis. ſed qui ine=
bꝛiat aliquē facit alij qđ ſibi non vult fieri nec de
bet velle ergo facit ꝯtra illud pꝛeceptū. ģ peccat
moꝛtaliter. ¶ Solutio. Quidam ex ſola caritate Solutio.
inuitant hoſpites ſuos ad comedendū ꝛ bibendū
quia foꝛte hoſpites pudet comedere ꝛ bibere ꝛ ex
huiuſmodi frequēti inuitatiōe ſumūt inuitati oc=
caſionē bibēdi in exceſſu: ꝛ ſic inebꝛiantur. in hoc
caſu inuitans nec moꝛtaliter nec venialiter pec=
cat: qm̄ nō inebꝛiat cauſaliter: ſed tm̄ occaſionali
ter: ſicut multi ſcādaliʒati fūt in xpo ꝛ ex dictꝭ eiꝰ
tamē chꝛiſtus nullū ſcādaliʒauit. Quidā vero di Quādo ine
ligūt amicos ſuos pluſq̄ debent: tñ citra deū et bꝛians pec=
inuitant amicos ſuos ad bibendū cū delectatiōe cat moꝛtali
qm̄ volūt ex nimio amoꝛe letificare eos ꝛ ſi ex hu= ter.
iuſmodi inuitatiōe inebꝛientur ipſi inebꝛiātes nō
peccant niſi venialiter. Si aūt per ſupfluū potuꝫ
grauarent naturā bibētiū et excecarent rōnem:
peccarent moꝛtaliter. ¶ Ad pꝛimū dicimꝰ ꝙ hec Ad pꝛimū.
argumētatio nō valet. inebꝛians plus nocet ine=
bꝛiato q̄ ſi auferret ei decē ſol. ſed ſi ꝛc̄. ergo. ꝛc̄.
qm̄ cū aufert decē ſol. aufert cauſaliter. ſed cum
inebꝛiat nō inebꝛiat cauſaliter: ſed tantū occaſio
naliter. ¶ Ad ſecundū pōt dici ꝙ illud ne facias Ad ſcdm.
alij. ꝛc̄. cōtinet ꝛ pꝛecepta. et cōſilia. vnde nō eſt
neceſſariū ꝙ qui facit cōtra illud ꝙ peccet moꝛta
liter. vel pōt dici ꝙ ille qui inebꝛiat aliū nō facit Aliter po=
cōtra illud pꝛeceptū. qꝛ nō facit cōtrariū pcepto teſt dici.
ſed repugnās. veniale eni nō eſt cōtrariū pcepto
neq̄ virtuti. ſed repugnans ſicut dictū eſt. ¶ Sꝫ Iterum ar.
adhuc videtur ꝙ ebꝛietas ſit moꝛtale pctm̄. quo=
niā virtus eſt mediū vicioꝝ duoꝝ. ſ. ſupfluitatis
ꝛ indigentie: ergo vbi eſt ſuperfluitas nō eſt me=
dium: ergo nec virtus: ergo nec ſobꝛietas. ſed vbi
eſt ebꝛietas ibi ē ſupfluitas: ergo vbi eſt ebꝛietas
nō eſt ſobꝛietas: ergo oīs ebꝛietas expellit virtu
tem. ſed nihil expellit virtutē niſi moꝛtale pctm̄:
ergo oīs ebꝛietas eſt moꝛtale pctm̄. ¶ Itē Ari= Secundo.
ſto. dicit ꝙ virtus coꝛrūpitur per ſupfluitatē ꝛ in

Ayuntamiento de Madrid

digentiā: ergo ſobꝛietas coꝛrūpitur ꝑ ebꝛietatē
*Euaſio.* cū ebꝛietas ſit ſupfluitas. ⁊ inde vt pꝛius. ſi dicit
ſicut pꝛius dictū eſt ꝙ ignoꝛātia illius ſupfluita=
*ꝯtra quā arꝰ* tis excuſat ne ſit pctm̄ moꝛtale. Cōtra. ignoꝛan=
tia illa aut eſt vincibilis aut inuincibilis. ſi inuin
cibilis excuſat a toto: ergo ebꝛietas non eſt pctm̄
moꝛtale nec veniale ſi vincibilis: ergo nō excuſat
quin ſit moꝛtale. ſicut ſi aliquis cognoſcat nō ſuā
ignoꝛāter cū nō adhibuerit omnem diligentiam
quā debuit talis ignoꝛantia nō excuſat eum quin
*Tertio.* peccet moꝛtaliter cū ignoꝛātia illa ſit vincibilis.
¶ Itē ꝓbatur ꝙ illa ignoꝛantia ſit vincibilis. qm̄
*Quarto ꝑ* ſancti vincūt eā qui nunꝙ̄ comedūt vel bibūt ſu=
*auguſtinū.* perflue. ¶ Itē Auguſtinꝰ dicit ꝙ alimēta ſumen
do ſūt ſicut medicamēta. ſed nō ſumūtur medica
menta niſi quādo ſcit eē moꝛbus: ergo nec alimē
ta debent ſumi niſi quādo ſcit moꝛbus famis vel
ſitis: ergo ſicut ille qui accipit medicamēta ſine
moꝛbo facit cōtra philoſophicā ⁊ cōtra ſcientiam
regitiuā coꝛpoꝛis ſic qui accipit alimenta ſine fa
me facit cōtra ſcientiā regitiuā anime et ita pec=
*Quinto ꝑ* cat moꝛtaliter. ¶ Itē auctoꝛitatibꝰ ꝓbat ꝙ oīs
*paulum.* ebꝛietas eſt pctm̄ moꝛtale. apſus dicit: carnis cu
ram ne feceritis in deſiderijs. ſed iſte ebꝛius qui de
lectādo in vino inebꝛiat ſe curā facit carnis in de
ſiderijs: ergo facit cōtra pꝛeceptū apoſtoli: ergo
peccat moꝛtaliter. ¶ Itē in eccleſia. poſt cōcu=
*Sexto.* piſcētias tuas nō eas. ⁊ in exodo. nō ꝯcupiſces. i.
nō ibis poſt cōcupiſcētias. ſꝫ q̄ inebꝛiat ſe ſequit
ꝯcupiſcētias ſuas: ģ vadit poſt ꝯcupiſcētias ſuas
facit contra pꝛeceptum: ergo peccat moꝛtaliter.
¶ Ad pꝛimū dicimus ꝙ duplex eſt ſupfluitas. ſ.
*Ad pꝛimū iſtoꝛum.* perceptibilis ⁊ imperceptibilis. de perceptibili
verum eſt ꝙ vbi eſt ſupfluitas perceptibilis nō ē
virtus. ſed de imperceptibili nō eſt verū. vñ hec
eſt falſa generaliter intellecta vbi eſt ſupfluitas
ibi nō eſt virtus. qm̄ in ebꝛietate eſt ſupfluitas: ſꝫ
imperceptibilis. ⁊ illa nō expellit virtutē. Simi=
*Ad ſcđm ſimiliter.* liter reſpondendū ad ſcđo obiectū. ¶ Ad tertiū
dicimus ꝙ ignoꝛantia illa vincibilis eſt vno mo=
*Ad tertiū.* do. alio modo inuincibilis. vincibilis ſcđm opa=
tionē et ſic vincunt eā ſancti abſtinendo ab omni
ſupfluitate cibi ⁊ potus comedēdo ⁊ citra ſufficiē
tiam. inuincibilis aūt determinatiōe. qm̄ nec ſci
entia nec virtus poteſt determinare ſupfluitatē
illā. ⁊ nō valet hec argumentatio. ignoꝛantia illa
*Hec argu=* eſt inuincibilis: ergo ebꝛietas nō eſt veniale nec
*mētatio nō* moꝛtale. qꝛ alia de cauſa ē ebꝛietas pctm̄. ꝙ ex ꝑ
*valet.* te ſupfluitatis. ſ. ex eo ꝙ ebꝛius delectat in crea=
*Ad quartū.* tura. ¶ Ad quartum dicimus ꝙ hec eſt falſa. me
dicamēta debēt nō ſumi niſi cū ſcit eſſe moꝛbꝰ. eſt
quedā medicina curatiua ⁊ talis non ſumitur niſi
qñ eſt moꝛbus. eſt et ⁊ alia q̄ eſt ꝑſeruatiua q̄ ſumi
tur ne veniat moꝛbus. ſimiliter cibus aliqñ ſumit
ad repellendū famē q̄ iam eſt. aliqñ ſumitur ne ac
*Ad paulū.* cidat fames. ¶ Ad auctoꝛitatē dicimus apoſto=
li ꝙ cū dicitur curā carnis ne feceritis in deſide=
rijs ibi ꝓhibet diligentia curandi carnē in deſi=
derijs. i. voluptuoſe. ſed non omnis ebꝛius habet
huiuſmodi curam ſiue diligentiam. vnde nō ſequi
*Ad vltimū* tur ꝙ oīs ebꝛius facit contra illud ꝑceptū. ¶ Ad
vltimū dicimus ꝙ ille vadit poſt cōcupiſcentias

qui relinquit mandata dei. ⁊ ingreditur viā infer=
ni. ſed nō ita eſt in ebꝛio qm̄ ſi citra deum appetit
delectari in vino nō pꝛopter hoc dereliquit viam
dñi: vñ nō ſequitur ꝙ peccet moꝛtaliter. ¶ Itē *Iterū arꝰ cō*
Auguſtinus dicit. Alimonia eſt ſumēda vt medi= *tra auguſti.*
cina. ſed cū ab indigentia tranſitur ad quietē ſani
tatis in ipſo tranſitu inſidiatur laqueus cōcupi=
ſcentie ⁊ cū ſalus debet eſſe cauſa edendi adiūgit
ſe tanꝙ̄ pediſſe quā periculoſa iocunditas ⁊ ſepe
conatur pꝛeire vt eiꝰ cauſa fiat quod ſanitatis cau
ſa faciendū erat ⁊ ſepe incertū eſt vtrū ad hoc ne
ceſſaria coꝛpoꝛis cura ſubſidiū petat an volunta=
ria cupiditas fallere myſteriū ſuppetat ad hoc in
certū hylareſcit infelix aīa gaudēs nō apparere
ꝙ ſatis ſit moderationi valitudinis vt obtentu ſa
lutis obſibꝛet negotiū voluptatis: nec idē vtriuſꝙ̄
modus eſt: nam quod ſaluti ſatis eſt delectatiōi
parū eſt. Ex his videtur ꝙ qui comedit circa vali
tudinē ſuam vel cauſa voluptatis peccet moꝛtali
ter. qm̄ Augu. dicit. ꝙ infelix eſt aīa que ſic facit.
ergo peccat moꝛtaliter ex quo eſt infelix. ¶ Itē *Secundo.*
qñ deuentū eſt ad ſtatum in quo incertus eſt ali=
quis vtrū cauſa voluptatis comedat aut cauſa ne=
ceſſitatis tunc tenetur ceſſare: qm̄ tenetur vitare
motū anteꝙ̄ ſit moꝛtalis. ergo ſi tunc non ceſſat
peccat moꝛtaliter: qm̄ cōmittit ſe diſcrimini: ⁊ ita
videtur ꝙ oīs bibens aut comedens cauſa dele=
ctationis peccat moꝛtaliter. ¶ Contra. ſancti di *In oppm̄.*
cunt ꝙ tempoꝛalia dātur nobis a deo ad ſolatiū.
ergo licet habere cōſolationē in tēpoꝛalibus: ģ ⁊
delectationē. ergo nō eſt pctm̄ delectari in crea=
tura nec bibere vinū cū delectatiōe. ¶ Solutio. *Solutio.*
Duplex eſt delectatio naturalis ⁊ volūtaria. na= *Duplex de=*
turalis ſicut qñ viſus delectatur in viridi coloꝛe *lectatio.*
⁊ hmōi delectatio nō eſt pctm̄: volūtaria eſt que
eſt a libero arbitrio ⁊ talis duplex eſt. eſt em̄ que=
dam aīalis ⁊ diabolica q̄dā ſpiritualis et diuina
Animalis ⁊ diabolica eſt qua delectatur homo i
creatura pꝛopter ſe tātū ⁊ huiuſmodi delectatio
ſemꝑ eſt peccatū: vt ſumatur delectatio pꝛo mo=
tu nō pꝛo paſſione tale delectari eſt frui creatura
Delectatio ſpiritualis ⁊ diuina eſt qua delectat
homo in creatura circa deū ⁊ ꝓpter deū ⁊ talis ē
bona. Unde pſalm̄. Delectaſti me dñe in factura
tua. ⁊ ſic delectantur ſācti in tēpoꝛalibus. ¶ Ad *Ad auguſt.*
auctoꝛitatē Aug. dicimus ꝙ aīa dꝛ infelix nō ꝓ=
pter moꝛtale pctm̄. ſed pꝛopter miſeriā. ſ. pꝛopter
infirmitatē noſtrā ⁊ igꝛātiā qua nō pōt ſcire. vtrū
voluptas moueat appetitū aut neceſſitas ¶ Ad *Ad aliud.*
aliud dicimus ꝙ hec argumentatio non valet. te=
netur repꝛimere motū anteꝙ̄ ſit moꝛtalis ⁊ nō re
pꝛimit. ergo obmittit. qm̄ in illo inſtanti determi
nato ante tenetur repꝛimere vt feratur determi=
natio ad hoc verbum repꝛimere: vt hoc patet in
queſtione de obmiſſione.

¶ Utrum ſuperfluitas et pꝛecioſitas veſtium
ſit moꝛtale peccatū. ¶ Alia q̄ſtio incidens

Q ueritur poſtea vtrū ſupfluitas et pꝛe=
cioſitas veſtiū ſit pctm̄ moꝛtale. videt *Arꝰ ꝙ ſic.*
ꝙ ſic. qm̄ Apo. dicit in pꝛima ad thimo
Mulieres ſint in habitu honeſto ⁊ nō
in toꝛtis crinibus: aut auro aut argento aut mar=

Ayuntamiento de Madrid

garitis vel precioſa veſte. Sic igitur ꝓhibet mu-
lieribus precioſitatē veſtiū: ergo viris multofor-
tius. ergo precioſitas talis eſt cōtra preceptum
Secundo. Apoſtoli. ergo ē mortale peccatū. ¶ Itē Apo.
in eadē. habētes alimenta ⁊ quibus tegimur his
contēti ſimus ⁊ glo. dicit quibus tegamur non or-
nemur: ergo ornatus veſtiū eſt in prohibitione ⁊
Tertio inde vt prius. ¶ Item. cyprianus martyr mulie-
res que ſerico et purpura induuntur chriſtum in-
duere nō poſſūt. ⁊ que ornatū moniliū ⁊ auri ha-
bent ornatū cordis perdiderūt ⁊ ſic peccauerunt
Quarto ꝑ mortaliter. ¶ Itē Greg. ſuꝑ illud luce: hō quidā
gregorium. erat diues qui induebatᷣ purpura ⁊ biſſo dicit: ni-
ſi precioſitas veſtium culpa eſſet. nō ita grauiter
dānatū oſtenderet dn̄s diuitē in inferno. videtur
In oppm̄. ergo ꝙ ſit pctm̄ mor. ¶ Cōtra. apoſtolꝰ dicit oīa
Secundo. munda mūdis. ¶ Itē in euāgelio nihil qđ intrat
in os coinquinat hoīez. ⁊c̄. ḡ nihil quod applicetᷣ
corpori coinquinat hoīem. ſed tantum qđ exit de
Solutio. corde. ¶ Solutio. precioſitas veſtiū nō eſt pec-
Iterum aꝛ. catū niſi i corde ſit aliq̄s prauus appetitꝰ. ¶ Itē
in eſdra. comedite pinguia ⁊ bibite mulſum: ergo
comedere delicate non eſt pctm̄: ergo nec veſtire
Solutio. delicate. ¶ Solutio patet ex predictis. qm̄ ſi ali
quis delectetᷣ in veſtibꝰ citra deū nō peccat mor-
taliter. ſimiliter de cibis. licet em̄ veſtes habere
precioſas magis ⁊ minus ſcđꝫ ſtatū perſone ⁊ cō
ſuetudinē patrie ſicut dicit Seneca ad quādā re-
ginā indue te delicate nō propter te. ſed ꝓpter re
ginā ne vileſcat dignitas regni. Et notandū ꝙ ſi-
Per hoc ad cut in cibis delicatis pctm̄ eſt ex delectatione et
rationem. ex dāno pauperū. ita in veſtibus precioſis ⁊ pri-
mo ex ſuꝑbia ⁊ ex ſcandalo. ſed euitatis huiuſmo
di non eſt peccatum.

¶ Qꝫ ieiunium ſit ſpecies abſtinentie.

¶ Quintum capitulum.

DE ieiunio hic dicendū quoniā ieiuniū ē
ſpecies abſtinentie. primo de inſtitutio
ne ieiunij. ſcđo de eſſētia ieiunij. tertio
de vtilitate ieiunij. quarto de tēporibꝰ
ieiuniorū. quinto de eis qui ſoluūt ieiuniū.

Aꝛ ꝙ papa CIrca primū ſic obijcitur. dn̄s papa iniū
peccauit. xit quinquēne ieiuniū quarta ⁊ vi. feria.
pro liberatione terre ſctē. ſed videtur ꝙ
peccat mortaliter ſic inſtituēdo qm̄ legi
tur in iudith ꝙ cū olofernes obſediſſet betuliā ſa
cerdos indixit ieiuniū quinqꝫ dierū. vt deus libe
raret populū ſuū de hoſtibus. qđ cū audiſſet iu-
dith redarguit ſacerdotes dicens. quid tentatis
dn̄m nō eſt iſte ſermo qui miam ꝓuocet. ſed potiꝰ
qui irā excitet ſi ergo peccauerūt mortaliter tale
ieiuniū inſtituēdo. ſimiliter papa peccat mortali
ter cōſimile ieiuniū inſtituēdo et de cauſa conſi-
Solutio. mili. ¶ Solutio. non eſt ſimile. qm̄ ieiuniū qđ in-
ſtituit papa fuit ſimplicis ſupplicatiōis nō artās
aliquo modo dn̄m ad aliquid agendū. vnde hoc
nō fuit tētare dn̄m. artabant em̄ ipꝫ quodāmodo
ad liberandū qm̄ ꝓponebant ſe reddituros ciui-
tatē niſi ſtatim poſt ieiuniū quinqꝫ dierū vel ante
liberaret eos. ⁊ ſic tētabant dn̄m. vnde peccabāt
ſicut iudei in deſerto tentauerūt dn̄m dicentes.
nūquid ⁊ panē poterit dare. ⁊c̄. ꝓponebant em̄ ſe
redituros in egyptū ad ollas carniū niſi dn̄s da-
ret eis panē. ſed papa in ieiunio illo nō propoſuit
ſe facturū aliquid inhoneſtū ſi dn̄s non redderet
terram ſanctam peracto ieiunio nec chriſtiani ie
iunantes ſimiliter vnde nō peccauit.

¶ Utrum ieiunium ſit actus temperantie.

¶ Secunda queſtio huius capituli.

SIc proceditur. ieiuniū eſt abſtinentia a
cibo ⁊ potu ſcđm formā eccl'ie cauſa ſa-
tiſfaciēdi pro pctis vel cauſa vitādi pec
cata vel cauſa habendi vitam eternam.
¶ Sed queritᷣ cum ieiunare ſit motus meritoriꝰ Aꝛ ꝙ tem-
cuius virtutis ſit. videtᷣ ꝙ temperantie. qm̄ ieiu- perantie.
nare eſt abſtinere a cibo ⁊ potu. ⁊ abſtinere motꝰ
eſt abſtinentie ⁊ ita tēperantie. ergo ieiunare eſt
motus tēperantie. ¶ Contra. aliquis ieiunat ſa- In oppm̄.
tiſfaciendo pro pctis ⁊ hoc ieiunare ē ſatiſfacere:
qm̄ nō ſūt ibi duo motus quorū vnus ſit ieiunare
alius ſatiſfacere. Sed cōſtat ꝙ ſatiſfacere motus
eſt iuſticie: ergo cū huiuſmodi ieiunare ſit ſatiſfa
cere tale ieiunare eſt motus iuſticie. nō ergo tem
perantie. ¶ Preterea. ieiunare eſt deuincere et Secundo.
reprimere motus illicitos carnis: ſed debellare ⁊
ſuperare motus eſt fortitudinis et eſt in iraſcibili
ergo ieiunare eſt motus fortitudinis: nō ergo tē-
perātie. ¶ Solutio. Nihil ꝓhibet motū exterio Solutio.
rem vnū ⁊ eūdem nūero eſſe duarū virtutū. vniꝰ Unꝰ ⁊ idem
vt imperantis. alterius vt elicientis. vnde cū ali actꝰ pōt eē
quis ieiunat vt ſatiſfaciat pro pctō. illud ieiunare duaꝝ ꝟtutū
eſt motus iuſticie vt imperantis et tēperantie vt Per hoc ad
elicientis. ¶ Et ſic patet ſolutio ad prīo obiectū primum.
¶ Ad ſcđm dicimꝰ ꝙ reprimere motus illicitos Ad ſcđm.
carnis vno modo eſt in cōcupiſcibili ⁊ eſt motus Reprimere
tēperātie. Alio modo in iraſcibili ⁊ eſt motus for motus car-
titudinis: qm̄ reprimere motus illicitos fugiēdo nis pōt eſſe
vel elongando ſe ab eis eſt in concupiſcibili et eſt duaꝝ viriū
motus tēperātie: reprimere aūt eos per modum ac duarum
belli ⁊ quaſi inſurgendo in ipſos eſt in iraſcibili ſi virtutum.
cut dicitur iraſcimini ⁊ no. peccare. ꝑ hoc patet
ꝙ aliquod ieiunare eſt a fortitudine imperāte: ſꝫ
tamē a tēperantia eliciente. Similiter aliqđ ieiu
nare eſt a caritate imperante ⁊ a tēperantia elici
ente: ſicut illud qđ ſit pure cauſa eterne vite ha-
bende. ¶ Sed obijcitur. ſatiſfacere eſt proprius Iterum aꝛ.
motus iuſticie: ſed huiuſmodi ieiunare eſt ſatiſfa
cere. ergo hoc ieiunare eſt proprius motus iuſti-
cie. ¶ Solutio. motus quo aliquis vult affligere Solutio.
ſe per ieiuniū. vt ſatiſfaciat pro pctis ſuis eſt pro Ieiuniū po
prius motus iuſticie ⁊ ex eo eſt illicitus. Motus teſt referri
aūt quo aliquis vult abſtinere a cibo ⁊ potu vt pu ad multas
niat ſe ⁊ ſatiſfaciat eſt ꝓprius motus tēperātie: ſꝫ virtutes.
ꝓut ē imperata a iuſticia. Motꝰ aūt q̄ aliq̄s vult
abſtinere a cibo ⁊ potu tm̄: ꝓpter hoc vt habeat
vitam eternam eſt proprius motus temperātie:
ſed prout imperata a caritate. hec igitur propoſi
tio: hoc ieiunare eſt ſatiſfacere proprie intellecta
eſt falſa: ſed topice loquēdo eſt vera vt intelligitᷣ
per cauſam: qm̄ ipſum ieiuniū ſiue abſtinētia a ci
bo ⁊ potu. cauſa eſt quare volūtas puniendi ſe ſit
ſatiſfactoria. volūtas em̄ puniendi dum punit eſt
ſatiſfactio proprie: ſicut verberatio qua aliq̄s ver
berat aliquē pro pctō. ſ. ſacerdos non eſt ſatiſfa-

ctio ſed volūtas ſuſtinendi penā dū ſuſtinet eam
Iterum af. eſt ſatiſfacere proprie. ¶ Itē. comedere eſt volū
tariū: ergo pōt eſſe meritoriū: ſi veſtiaꝛ debitꝫ cir
cunſtantijs: ſic igitur comedere tēperate eſt me=
ritoriū vt per aduerbiū importētur debite circū
ſtantie. ergo eſt motus alicuiꝰ virtutꝫ: ſed ſobrie=
tas idē eſt ꝙ abſtinentia. ergo comedere tempe=
Solutio. rate eſt motus abſtinentie. ¶ Itē. comedere tē=
ꝑerate ꝯſiſtit immediate: ergo eſt mediū inter ali
qua extrema nō niſi inter ſuꝑflue comedere ⁊ di=
minute comedere: qm̄ nō poſſūt alia extrema aſſi
gnari: ſed inter eadē extrema mediat abſtinentia
ergo comedere temperate eſt motus abſtientie.
Tertio. ¶ Itē. abſtinere ⁊ comedere tēperate ſūt eiuſdē
diſcretionis: qm̄ virtus que diſcernit qñ et vbi et
quantū ⁊ quomodo abſtinendū ſit: diſcernit etiā
quādo ⁊ vbi et quātū comedendū ſit. hoc aūt eſt
comedere tēperate. ergo eiuſdē virtutis ſunt ab=
ſtinere ⁊ comedere tēperate: ergo ſecūdū hoc co
In oppm̄. medere tēperate ē motꝰ abſtinētie. ¶ Sꝫ ſi hoc.
ꝗ comedere tēperate eſt abſtinere vel qui come=
Solutio ſꝫ dit abſtinet. quorū vtrūqꝫ eſt falſum. ¶ Ad hoc
aliquos. eſt cōmunis ſolutio ꝙ comedere nō eſt motus ab
ſtinentie ſed iuſticie: quia hoc debet homo ſibi.
Similiter coire cū ſua tēperate nō eſt motus cō=
tinentie: ſed iuſticie hoc em̄ debet maritus vxori.
ꝯtra hāc ſo= ¶ Sed eadē ratione poteſt dici ꝙ oīs motus vir
lutionē af. tutis erit proprius motus iuſticie: qꝛ debetur ali
cui. ſ. vel ſibi vel ꝓximo vel deo: ⁊ ita motus pa=
tiētie erit proprius motus iuſticie cū debeaꝛ deo
quod falſū eſt: quia patientia eſt ſpecies fortitu=
Solutio ſꝫ dinis. ¶ Dicimus ergo ꝙ comedere tēperate mo
doctorem. tus eſt cuiuſdā virtutis que idē eſt ꝙ abſtinentia
vnde motus eſt abſtinentie per accidens loquen
do. ſicut retinere retinēda eſt motus largitatis ꝑ
accidens loquēdo. quoniā virtus que mediat iſta
duo retinere oīa dare duos habet actus. ſ. retine
re retinenda: et dare danda et ex parte retinendi
vocatur parcitas ⁊ ex parte dandi vocatur largi=
tas. vnde proprie loquendo retinere retinenda ē
parcitas: dare danda proprie loquendo eſt largi=
tas tamē per accidens loquēdo retinere retinen=
da motus eſt largitatis: quia largitas idē eſt qꝺ
parcitas: et ſic nō ſequitur retinere retinenda eſt
motus largitatis. ergo retinere eſt dare vel ille ꝗ
Per hoc ad retinet dat. ¶ Eodē modo virtus que mediat in=
rationes. ter iſta duo extrema ſuꝑflue comedere ⁊ diminu=
te comedere: duos habet actus. ſ. abſtinere debi
to modo ⁊ comedere tēperate: ex parte abſtinen=
di vocatur abſtinētia ex parte comedendi nō ha=
bet nomen. Sic igitur comedere temperate motꝰ
ē abſtinētie per accidens loquēdo: nec ex hoc ſe=
quitur ꝙ comedere tēperate ſit abſtinere vel ille
qui comedit abſtinet: ſicut patet in ſimili.

¶ Quod ieiunium ſit vtile duabus de cauſis.
¶ Tertia queſtio huius capituli.

Circa vtilitatē ieiunij. Nota ꝙ ieiuniū
vtile eſt duabus de cauſis. Prima qa
Vtrū ieiu= ſatiſfactoriū. Scđa qꝛ medicina. ſatiſ
niū ſit ſatiſ= facit em̄ aliquis pro peccatis ſuis ie=
factorium. iunando ⁊ affligēdo corpus ſuū ſicut
dicit Apo. ꝙ ſi noſmetipſos dijudicaremus: non

vtiqꝫ iudicaremur. ¶ Sed obijcitur. ieiunare eſt Arguitur.
motus virtutis. ergo cōſiſtit in medio: ſed natura
delectatur in medio ⁊ cōtriſtatur in extremis. ſu
perfluitas em̄ ⁊ indigentia corrūpūt naturā ſicut
ergo viſus delectatur in medijs ⁊ contriſtatur in
extremis. ſic natura delectatur in medio ⁊ cōtri=
ſtatur in extremis. ergo ieiunium eſt delectabile
nature ſcđm ꝙ eſt motus virtutis. ergo nō ē ei pe
nale. ergo nō ſatiſfacit pro pena peccati: ⁊ ita ie=
iuniū nō eſt ſatiſfactoriū. ¶ Solutio. ſine dubio Solutio.
ieiuniū prout eſt in medio delectabile eſt nature
ſimpliciter ſūpte: ſed prout abſtrahit a corruptio
ne tamē penale eſt corrupte nature: quoniā natu
ra corrupta ſcđꝫ ꝙ corrupta plus exigit ꝗ̄ debet
vnde in Iob. verſus finē dicitur. venter exactor. Venter eſt
in alia auctoritate clamorē exactoris nō audit. i. exactor.
ventris. qꝺ intelligitur de viro ſancto qui nō ſa=
tiſfacit ventri in omni exactione ſua. igitur quo=
niā ieiuniū eſt penale nature corrupte: propꝛ hoc
ſatiſfactoriū eſt ⁊ quātū ad hoc vtile eſt. Itē vti=
le eſt inquātū medicina: qm̄ vt dicit auctor. Nō
ſanat oculum quod ſanat calcaneū ieiunio ſanā=
tur peſtes corꝑis: oratione peſtes mentis. ſic igi
tur ieiuniū eſt quaſi medicina ſanans peſtes cor=
poris: id ē reprimēs motꝰ illicitos carnis. ¶ Sꝫ Cōtra iſtud
videꝛ ꝙ ieiuniū ſanet etiam peſtes mētis. qm̄ ie= vltimū af.
iuniū nō ſolū eſt in abſtinētia a cibo ⁊ potu corpo
rali. etiā in abſtinētia ab omni pctō. vñ dominus
per Iſa. nōne hoc eſt magis ieiuniū qꝺ elegi diſ=
ſolue colligationes impietatꝫ ſolue faſciculos de
primentes. ⁊c̄. ibi dicit glo. ieiuniū deo acceptū
eſt nō ſolū a cibis. ſed ab omnibus rebus illicitis
abſtinere. ⁊ ſuꝑ illud. ecce ad lites ⁊ cōtentiones
ieiunatꝫ. ⁊c̄. dicit glo. homo interior veſcitur car=
nibus draconis. ſic igitur patet ꝙ ieiuniū nō tan
tum eſt in abſtinentia cibi ⁊ potus, ſed etiā in ab=
ſtinentia ab omni illicito et ſic ieiuniū non tm̄ ſa=
nat peſtes corꝑis. ſed etiā peſtes mentis. ¶ Itē Ad idem.
duplex eſt ieiuniū. ſ. meroris et exultationis. ie=
iuniū meroris fit aut pro ſpirituali abſentia ſpon
ſi aut pro abſentia corporali. pro ſpūali ſicut quā
do aliquis plorat ꝓ peccatis ſuis penitendo cre
dens ſe non habere gratiā dei ꝓ pctis que fecit.
pro abſentia corporali ſicut patres antiqui ieiu= Duplex ie=
nabant et flebant deſiderantes videre diē do= iunium.
mini et frui eius preſentia corporali hoc modo ie
iunat eccleſia in preſenti donec veniat ad ample=
xus ſponſi. ieiuniū exultatiōis eſt quando vir cō
templatur pre dulcedine cōtemplationis et a ci=
borum alimonia ieiunat et ab amore mūdi ſe pe=
nitus alienat ſic ieiunat ſponſa dicens in canticꝫ
nūciate dilecto quia amore langueo. qm̄ pre dul
cedine cōtemplationis languet et deficit oīs car
nalitas. ſicut dicit aucto. guſtato ſpiritu deſipit Auguſtinꝰ.
omnis caro. vnde propter dulcedinē cantus di=
ctum eſt. ipſeqꝫ balantū grex obliuiſcitur eſū. ſic
igitur ieiuniū nō ſolū eſt in abſtinentia a cibo et
potu. ſed etiā ab amore mūdi: ꝗ̄tū ad ieiuniū ex=
ultationis: ergo non tantū ſanat peſtes corporis
ſed etiam mētis. ¶ Preterea. ꝑ predicta pꝫ ꝙ ie= Tertio.
iuniū valet ad vitā actiuā ⁊ ad ꝯtemplatiuā. ⁊ ad
vitam eternā. falſū igitur videtur dicere Apľus

Ayuntamiento de Madrid

dicens exercitatio coꝛpoꝛis ad modicū vtilis eſt
Solutio. pietas aūt ad oīa vtilis eſt. ¶ Solutio. ieiunium
pꝛimo ⁊ per ſe nō eſt niſi in abſtinētia a cibo ⁊ po=
tu coꝛpoꝛali. vñ pꝛio et per ſe nō ſanat niſi peſtes
coꝛpoꝛis. verū eſt tamē ꝙ huiuſmodi ieiuniū nō
valet neq; eſt meritoꝛiū ſine abſtinentia ab omni
moꝛtali. ſed nō ſequitur pꝛopter hoc ꝙ abſtinētia
ab omni moꝛtali ſit de eſſentia ieiu. ⁊ ſic patet ſo=
Ad pꝛimū. lutio ad pꝛimo obiectū. ¶ Eodē modo dicim⁹ ad
Ad ſcđm. ſecđo obiectū. quoniā exultatio que eſt ex dulce=
dine cōtemplationis nō eſt de ſubſtantia ieiunij.
⁊ verū eſt qđ dicit apl's. exercitatio. ⁊c. intelligē
dum eſt reſpectu pietatis. qm̄ tale ieiuniū nō aſſi
milat nos deo ꝓpꝛie ⁊ per ſe. qm̄ de⁹ nō abſtinet
hoc modo. pietas autē aſſimilat nos deo per ſe.
qm̄ pietas eſt mia ⁊ deus eſt mia. Itē pietas ha=
bet pꝛomiſſionē vite que nūc eſt ⁊ future qm̄ iuſtū
eſt vt qui vitā tēpoꝛalē tribuit alijs. a deo recipi=
at nūc vitā tempoꝛalē et in futuro vitam eternā.
q̄o incidēs. ¶ Sed querit̄ quare dicit dñs in euāgelio. ꝙ filij
ſpōſi nō poſſūt lugere vel ieiunare q̄diu eſt ſpō=
ar̄ ꝯtra illđ ſus cū illis. videtur em̄ ꝙ tūc magis poſſūt luge=
re. qm̄ mali cū quibus nō eſt ſponſus nichil boni
poſſūt agere. vnde nec lugere nec ieiunare. ſ; bo=
Dictū iere= ni cū quibus eſt ſponſus poſſūt lugere. vnde Ie=
mie exponi remias. vie ſyon lugent. i. ſancti ⁊ pꝛelati qui ſūt
tur. via ad deū. exemplo ⁊ pꝛedicatiōe lugent ꝓ pec=
Solutio. catis alioꝝ. ¶ Solutio. dñs dixit ꝙ filij ſpōſi. i.
diſcipuli nō poterāt. ⁊c. i. nō erat in eis cauſa cur
ieiuniū indiceret̄ eis. qm̄ nec ſpūaliter nec coꝛpa
liter aberat ab eis ſpōſus. vñ nō erat in eis cauſa
quare ieiuniū meroꝛis indiceret̄ eis nec verū erat
cauſa quare ieiuniū exultatiōis īdiceret̄ eis. qm̄
adhuc habebant aliquid de vetuſtate vite. ſicut
patuit in petro qui ad vocē ancille negauit dñm.
vnde ad pꝛobandū ꝙ ieiuniū exultationis nō poſ
ſet eis indici. ſubiunxit. nemo mittit vinū nouum
in vtres veteres.

¶ De tempoꝛibus ieiunioꝛum.
¶ Quarta queſtio huius capituli.

Sequitur de tempoꝛib⁹ ieiunioꝝ. vñ no=
tandum eſt ꝙ eccleſia ieiunat in quadra
Ieiuniū q̄= geſima multiplici ratiōe. Pꝛimo vt ſol=
drageſim̄. uat decimā tēpoꝛis. qm̄ xxx. ⁊ vi. dies q̄
ſunt ieiunales in ſex ſeptimanis ante paſcha ſunt
decima totius anni. i. trecentoꝝ ⁊ lxvi. dierū q̄n=
q; dies reſidui nō habēt decimā. ieiunamus etiā
Tribus de vt purificati ⁊ mūdati poſſimus celebꝛare paſcha
cauſis ieiu= ieiunamus etiā in tempoꝛe illo in quo renouātur
namus illo creature. vt erubeſcat homo ſi nō renouet̄ exuen
tempoꝛe. do veterem hoīe; ⁊ induēdo nouū cū cetere crea
ture renouentur. quattuoꝛ aūt dies qui ſunt ante
ſex ſeptimanas illas nō ſūt de eſſentia decime. ſ;
ieiunamus illos pꝛeparādo nos ad digne ieiunā=
dum et digne reddēdo decimā. ieiunamus etiam
illos vt dies ieiunabiles ſimul fiant quadraginta
ad imitationē chꝛiſti q̄ ieiunauit quadragīta die=
bus. ieiunauit em̄ hoc nūero dierū duplici rōne.
Pꝛima eſt vt nos doceret ieiunare ⁊ penitentiam
Quare xp̄s facere ſcđm doctrinā decalogi ⁊ euāgelij quater
ieiunauit. narius ad euāgeliū ꝑtinet. denarius ad decalo=
Duplex cā. gum ⁊ quater decē ſunt xl. Alia etiā rōne ieiuna=
uit xl. diebus vt doceret nos per ieiuniū deo ac=
ceptū obtinere remiſſionē pctōꝝ partes em̄ qua=
dragenarij. i. aliquote ſimul ſūpte faciūt. l. ⁊ per
quinquaginta ſignificat̄ remiſſio pctōꝝ. qm̄ quin
quageſimus annus eſt iubileus. i. remiſſiuus qm̄
tūc remittebantur debita tūc liberi fiebant ſerui Remiſſio q̄
tūc quilibet redibat ad poſſeſſionē ꝓpꝛiā ꝑ quod fiebat in iu=
ſignificatur remiſſio pctōꝝ ⁊ liberatio ſpiritualis bileo.
¶ Sed videtur ꝙ in die paraſceue nō eſſet ieiunā Ar̄ pꝛimo.
dum. dicit em̄ Apoſtolus mihi aūt abſit gloꝛiari
niſi in cruce dñi noſtri ieſu chꝛiſti: ergo gloꝛiādū
eſt in cruce dñi. ſimiliter gloꝛiandū eſt in die cru=
cis dñi: ergo gaudendū nō ieiunandū ieiunio me
roꝛis. ¶ Itē celebꝛamus cū gaudio nō ieiunādo Secundo.
paſſionē beati Petri ⁊ alioꝛū ſanctoꝝ. multofoꝛ=
tius debemus celebꝛare diē paſſionis dñi cū gau
dio nō ieiunando. ¶ Solutio. nos ieiunamus in Solutio.
die paraſceue. qm̄ tūc dñs ieiunauit ⁊ ſitiuit. vñ
dicit Sitio. ſitiebat em̄ ſalutē noſtrā nec comedit
in illo die niſi vnicū latronū quē ſibi īcoꝛpoꝛauit
iuxta illud apl'i. Michi abſit. ⁊c. ſic eſt intelligen ad illđ apl'i.
dum. michi abſit gloꝛiari niſi in dilectione quam
nobis exhibuit et oſtēdit patiendo ꝓ nob; ¶ Ad Ad ſcđm.
ſcđm dicimus ꝙ nō eſt ſimile de paſſione petri et
paſſione dñi. qm̄ petrus paſſus eſt ꝓpꝛie ꝓ ſe. vñ
crucifixus eſt vultu verſo in celū. ac ſi diceret ego Nota.
patioꝛ pꝛo regno celi vt illud habeā. chꝛiſtus ve=
ro paſſus eſt pꝛo nobis non pꝛo ſe. vnde crucifix⁹
eſt vultu verſo in terram. ac ſi diceret pꝛo pecca=
toꝛibus patioꝛ. et qꝛ in illa die maxime apparuit
quantitas noſtri pcti pꝛo quo filium dei opoꝛtuit
pati. ideo in illa die ieiunamus artius q̄ in alijs
diebus. ¶ Ieiunamus aūt in alijs tempoꝛibus.
ſicut in quattuoꝛ tempoꝛibus. inſtituit em̄ eccle=
ſia ieiunia quattuoꝛ tēpoꝛū pꝛo pꝛimicijs in qua=
libet parte anni inſtituit tres dies ieiunari vt ieiu
nat ꝙ om̄e ieiuniū noſtrū in fide trinitatis eſt fa=
ciendū. qm̄ aliter non placet deo. qm̄ ſine fide im
poſſibile eſt placere deo. in ieiunijs quattuoꝛ tē= De ieiunio
poꝛū non eſt ieiuniū exultationis niſi in vno ſolo quattuoꝛ tē
tēpoꝛe ad ieiunādū ꝙ pauci ieiunāt ieiunio exul= poꝛum.
tatōis. fit aūt illud ieiuniū in ſeptimana pēthe co
ſtes: tūc em̄ acceperūt apoſtoli ſpiritū ſanctū: et
cōfirmati ſūt a ſpiritu ſancto illi ergo qui confir=
mati ſunt a ſpiritu ſancto et qui vix poſſunt ſepa=
rari a caritate chꝛiſti: poſſūt ieiunare ieiunio ex=
ultationis. ideo in illis ieiunijs cantatur canticū
exultatiōis. ſ. alla. qđ nō fit in alijs dieb⁹ ieiunio=
rum. ¶ Ieiunamus etiā in vigilijs quoꝛūdā ſan Quare non
ctoꝛū excellentium duplici ratione. Pꝛima eſt vt cātatur alla
imitemur eos crucifigēdo carnē noſtrā cū vicijs De ieiunio
⁊ cōcupiſcētijs ſicut ipſi crucifixerūt. Scđa ē vt vigiliarum.
melius et dignius celebꝛemus feſta eoꝛum: quo=
niā caro bene nutrita impedit feſtiuitates dei et
ſanctoꝛū. ¶ Sed obijcitur in veteri lege ante in= ꝯtra hoc ar̄
carnationē dies pꝛecedebant noctē: qꝛ homo ce=
cidit a ſtatu gloꝛie in ſtatū culpe. in tempoꝛe gr̄e
nox pꝛecedit diē quia homo redijt a ſtatu culpe ī
ſtatū gr̄e. Vñ Apo. Nox pꝛeceſſit. ⁊c. ſed nos ſu=
mus in tēpoꝛe gr̄e: ergo quādo ieiunamus debe=
mus in ieiunio noſtro abſtinere in nocte pꝛecedē
te et die ſequente: ſic aūt nō facimus. immo econ

Ayuntamiento de Madrid

Solutio. uerſo abſtinemus in die et nocte ſequente. ¶ Solutio. quãdo ieiunamus repreſentamus ſtatũ veterẽ ⁊ ideo dies precedit noctẽ: ſicut ecõuerſo in veteri teſtamento iudei repreſentabant ſtatũ grẽ in ſolẽnitatibus ſuis habebant cm̃ ſolẽnẽ noctẽ precedentẽ et diem ſequentem.

¶ Utrum electuaria ſoluant ieiunium.

¶ Quinta queſtio huius capituli.

Af ꝙ non. Queritur circa ſoluentia ieiuniũ. querit vtrũ electuaria ſoluant ieiuniũ. videt ꝙ nõ: qm̃ medicina ſũt ⁊ facta pro medicina. ergo nõ ſoluũt ieiuniũ.

In oppm̃. ¶ Contra. confortatiua ſũt ⁊ auferũt penalitatẽ ieiunij ergo ſoluũt ieiuniũ.

Solutio. ¶ Solutio. quedã electuaria ſũt que nõ cõfortant: et illa nõ ſoluũt ieiuniũ quedã confortant ⁊ illa ſoluũt ieiuniũ ſi cauſa cõfortatiõis ſumãtur et nõ tantum cauſa medicine. Sed ſi tantũ cauſa medicine ſumũtur ⁊ cauſa neceſſitatꝫ.

Opinio prepoſitiui. Dicebat prepoſitiuus ꝙ ſoluũt ieiuniũ quantũ ad eſſentiã ieiunij: ſed nõ quãtũ ad meritum.

ꝯtra hãc arĩ. ¶ Sed videtur ꝙ etiã ſoluãt quãtũ ad meritum: quoniã faciũt ieiuniũ nõ penale vel minus penale. ergo minus ſatiſfactoriũ: ⁊ ita minus meritoriũ remiſſionis pene ⁊ hoc bene concedimus: tñ nõ ſoluũt ipſum quantũ ad meritũ vite eterne.

Solutio doctoris. ¶ De vino ſimiliter queritur vtrũ ſoluat ieiuniũ

q̃o incidẽs. Af ꝙ ſic. videtur ꝙ ſic. Eſt em̃ cibus et potꝰ: ergo eque ſoluit ieiuniũ: ſi ſumimus poſt prandium ſicut ante:

Solutio. ¶ Solutio. ſi ante ſumit ſoluit ieiuniũ ſi poſt nõ ſoluit: qm̃ neceſſariũ eſt poſt comeſtionẽ bibere.

Uinũ ſũptũ añ prandiũ ſoluit ieiunium. qm̃ potus eſt ſequela cibi et ducit cibũ ad mẽbra ⁊ iuuat digeſtionẽ: ⁊ ideo ſuſtinet eccleſia bibere vinũ poſt comeſtionẽ abſq; ſolutiõe ieiunij. aqua vero ſiue ante ſiue poſt bibatur nõ ſoluit ieiuniũ:

Quiq; q̃ ſoluit ieiuniũ. qr tm̃ potus eſt. que aũt ſoluũt ieiuniũ notant in hoc verſu. Pre propere laute nimis ardenter ſtudioſe. pre propere: ſicut ſi aliquis comedit in .xl. ante maiorẽ miſſam ſoluit ieiuniũ. niſi excuſet eũ neceſſitas probabilis. laute. qñ nimis delicata cibaria facit ſibi parari: tunc ſoluit ieiuniũ. nimis. qñ ad ſupfluitatẽ comedit. ardenter qñ nimiꝰ eſt appetitus. ſtudioſe. qñ exquiſitas querit falſas ⁊ hmõi iſtis quiq; modis ſoluitur ieiuniũ.

Alia q̃ſtio incidens. ¶ Sꝫ queritur cũ multi piſces ſint eque delicati vel magis q̃ carnes: cur pmiſit eccleſia generaliter eſũ piſciũ ⁊ gñaliter ꝓhibuit eſum carniũ.

Solutio. ¶ Solu. pro peccato ade nõ fuit aqua maledicta. et ideo non prohibetur eſus piſcium qui viuũt in aqua. ſꝫ terra fuit maledicta. ⁊ ꝓpter hoc ꝓhibetur gñaliter eſus carniũ aĩaliũ que viuũt in terra. ⁊ probatur

Alia ratio. alia ratione qm̃ piſces ſunt frigidi generaliter nec bene nutriũt nec incitant carnẽ ad libidinẽ. ſed tot poſſent adiungi piperate ꝙ equipollerent carnibus ⁊ ſic poſſet. ſolui ieiunium.

¶ De continentia. ¶ Sextum capitulum.

Tríplex cõtinentia. Dicto de abſtinentia dicendũ eſt de continentia q̃ ſimiliter eſt abſtinentia a coitu illicito. Eſt autẽ triplex continentia. cõiugalis. vidualis. virginalis. Continentia cõiugalis eſt abſtinentia ab omni coitu illicito. vidualis cõtinentia eſt abſtinentia ab om̃i coitu poſt fractionẽ corporis. virginalis continentia eſt abſtinentia ab omni coitu cum integritate carnis.

Prima q̃o huiꝰ capli. ¶ Sed queritur vtrũ coire moderate. ſcꝫ cũ debitis circũſtantijs ſit motus cõtinentie cõiugalis.

Af ꝙ ſic. Q̃d videtur qr eadẽ virtus que in coniugibus moderatur abſtinentiam a coitu moderat etiã coitũ: ergo eiuſdẽ virtutis ſũt abſtinere a coitu qñ abſtinendũ. ⁊ ſic de alijs circũſtantijs. ſed abſtinere qñ abſtinendũ eſt a coitu eſt motus cõtinentie cõiugalis: ergo coire moderate eſt motꝰ continentie ꝯiugalis.

In oppm̃. ¶ Cõtra. tale coire eſt reddere debitum. ſed om̃e reddere vnicuiq; q̃d ſuũ ẽ. eſt proprius motus iuſticie. ſed reddere debitum vxori eſt reddere ei quod ſuũ eſt: g̃ reddere debitum vxori eſt proprius motus iuſticie nõ ergo cõtinentie.

Solutio. ¶ Solu. ſicut dictũ eſt ſupra ꝙ comedere tẽperate motus eſt abſtinentie. ita dicimꝰ hic ꝙ coire tẽperate ſiue moderate motus eſt continẽtie coniugalis. ⁊ ſicut dictũ eſt ſupra non eſt inconueniens eũdẽ eſſe motũ duarũ virtutũ vniꝰ vt elicientis alterius vt imperantis. vnde dicimꝰ ꝙ coire moderate eſt continentie cõiugalis vt elicientis: iuſticie vero vt imperantis. proprie autem dicitur motus aliquis meritorius illius virtutis eſſe q̃ ipſum elicit. vnde coire moderate proprie motus eſt cõtinẽtie nõ iuſticie. vnde hec eſt falſa omne reddere vnicuiq; q̃d ſuũ eſt. eſt propriꝰ motus iuſticie niſi fiat vis in appellatione. coire moderate ſcd̃m ꝙ dr̃ reddere debitũ nomen habet a iuſticia imperante nõ a iuſticia eliciente. vñ propter hoc magis videtur eſſe iuſticie vnde hec exceptio. quecũq; obiecta ſunt ſupra de comedere temperate poſſunt hic obijci de coitu moderato. et propter hoc ad preſens ſuperſedemus.

¶ De virginitate.

¶ Prima queſtio q̃ eſt ſcd̃a huius capituli.

Sequitur vt dicatur de virginitate ⁊ primo vtrũ virginitas ſit virtus. ſcd̃o de fructu ipſius. tertio vtrũ fructus centeſimꝰ ſit duplex premiũ. quarto vtrũ corrupte per violentiã debet aureola quinto de hac auctoritate hieronimi. Cũ deꝰ poſſit omnia nõ põt de corrupta facere incorruptam ſexto de hac auctoritate apoſtoli in prima epiſtola ad corin. vij. volo oẽs eẽ ſicut meipſ. ſeptio ꝙ tẽperantia in oĩbus ſenſibus debet obſeruari.

Af primo. Probatur ꝙ virginitas ſit virtus. ſic: illi ſiue eius motui debetur fructus centeſimus et ſic premiũ centeſimũ. ſed non debetur premiũ centeſimũ niſi virtuti vel motui virtutis. ergo virginitas eſt virtus vel motus virtutis ⁊ conſtat ꝙ nõ eſt motus virtutis: g̃ eſt virtus.

In oppm̃. ¶ Cõtra. Aug. dr̃ ⁊ ſi cõtinẽtia in cõiugio non ſeruetur de dãnatione nõ timetur: g̃ licet nõ ſeruetur cõtinentia in cõiugio: tñ nõ peccatur. alr̃ ſine cõtinentia cõiuges ſaluari poſſunt: ergo cõtinẽtia nõ eſt virtus: ergo nec virginitas. eſt em̃ virginitas ſub cõtinentia.

Secundo. ¶ Itẽ Apoſto. in prima epiſtola ad corin. vij. Si virgo nubat nõ peccat. ſit ergo ꝙ nubat ⁊ cognoſcatur a viro ſuo ⁊ ſit ita ꝙ nõ peccauerit. inde ſic. Quãcũq; virtutem habuit iſta habet modo: ſed prius habuit virginitatem. ergo ⁊ modo habet eã: ſed cõſtat hoc

Ayuntamiento de Madrid

eſſe falſum cũ prius eſſet virgo ⁊ modo nõ ſit. er=
Tertio. go virginitas nõ ē virtus. ¶ Itẽ. habet vnã vir=
tutẽ. ſ. caritatẽ. ſit ita: et tñ cognita eſt a viro ſuo.
ergo habet oẽs virtutes: ſed non habet virginita
Quarto. tem: ergo virginitas nõ eſt virtus. ¶ Itẽ. oẽs vir
tutes ſunt pares. ergo creſcente vna creſcũt oẽs
alie: creſcat ergo caritas in hac: ergo virginitas
creſcit. ergo iſta habet maiorẽ virginitatẽ ꝙ pri⁹
Solutio. ⁊ hoc falſũ. ¶ Solutio. hoc nomẽ ꝟginitas mul
Virginitas capitur multipliciter. tipliciter dr. quandoqꝫ dr mundicia corporis ſiue
integritas carnis: ſcd̃m ꝙ dicitur fatue virgines
nõ ſũpſerunt oleũ. ⁊ dicuntur fatue virgines que
ſeruant integritatẽ carnis propter inanẽ gloriã
vel propter aliquod lucrũ temporale. quãdoqꝫ di
citur virginitas oĩmoda continẽtia ſiue corporis
ſiue mẽtis ſcd̃z qd̃ dicit apoſtolus. Deſpõdi vos
vni viro ꝟginẽ caſtã exhibere chriſto. hoc modo
eccleſia eſt virgo que parit deo filios ſpirituali=
ter: ⁊ tamẽ manet virgo poſt partũ ad ſimilitudi=
nem beate marie Tertio modo dr virginitas oĩmoda abſtinentia coitus cũ integritate carnis et
ſic eſt virtus et eſt idẽ qd̃ cõtinẽtia: ſed importat
quoddã accidens. ſ. integritatẽ carnis que nõ eſt
de eſſentia virtutis: tamen eſt accidentalis perfe
ctio virginitatis ſecũdũ ꝙ virginitas. ¶ Siliter
continentia qñqꝫ dr oĩmoda abſtinẽtia a coitu et
ſic eſt virtus: importat tamẽ quoddã accidẽs qd̃
nõ eſt de eſſentia virtutis. ſ. vniuerſalitatẽ. q̃ im=
portatur per hãc dictionẽ oĩmoda que vniuerſa=
Auguſtin⁹. litas nõ eſt de eſſentia virtutis et gratia illi⁹ acci
Per hoc ad primum. dentis. dicit Aug. Continentia nõ ſeruari in ope
cõiugali: tamen ipſa eſſentia virtutꝫ. ſed deſtruit
accidens. ſ. integritas carnis Et ſic patet ſolutio
Ad ſcd̃m. ad primũ. ¶ Ad ſcd̃m dicimus ꝙ hec argumẽta=
tio nõ valet. Quãcũqꝫ virtutẽ habuit ⁊c̃. Dicitur
eñ amittere virginitatẽ nõ quo ad eſſentiã: ſed q̃
ad accidens et eſt fallatia ex mutatione predica=
Falſa figure dictiõis vl accidẽtꝫ. ti: vel etiã fallatia accidentis. Inſtãtia. micalus
muſicus corrũpitur ⁊ nullus hõ corrumpitur: er=
go mi. muſi. non eſt homo. ¶ Ad tertiũ dicim⁹ ꝙ
Ad tertiũ. hec argumẽtatio nõ valet. Hec mulier habet oẽs
virtutes: intellige in ſpecie: ergo habet virginita
tem. fallatia accidentis propter accidens qd̃ im=
Ad vltimũ. portat hoc nomen virginitas. ¶ Ad vltimũ dici=
mus ꝙ hec argumẽtatio nõ valet. virginitas cre
ſcit in iſta: ergo hec eſt magis virgo ꝙ̃ prius: qm̃
in prima hoc verbũ creſcit importat crementum
quo ad eſſentiam. in concluſione hec dictio magꝫ
ſignificat intenſionẽ reſpectu integritatis corpo
ris que non poteſt intendi vel remitti: etiam ſecũ=
dum ꝙ eſt in ſubiecto. vnde poteſt nullo modo ꝟe
dici. hec eſt magis integra ꝙ̃ illa.

## ¶ De fructu virginitatis.

### ¶ Secunda queſtio huius capituli.

Queritur de fructu virginitatꝫ. Sed pri
Triplex fructus. us notandũ eſt ꝙ triplex diſtinguitur:
fructus. ſ. triceſimus qui eſt coniugato
rum quibus ſufficit implere opa deca=
logi in fide trinitatis: triceſimus eñ numerus fit
ex terciano ducto in denariũ. ſecũdus eſt ſexage=
nari⁹ qui eſt viduarũ que debẽt habere opa pre=
cioſa. qm̃ ⁊ ſi licet cõiugatis theſaurizare. ꝓpter
filios tñ illd̃ nõ licet viduis. ⁊ multa hmõi habe=
mus. aut fit ex ſenario ducto ĩ denariũ. ſenarius
autẽ pfectionẽ ſignificat. qr deus impleuit opus
ſuũ ſex diebus ⁊ ſeptima requieuit. Itẽ cẽteſim⁹
fructus qui eſt fruct⁹ ꝟginũ predicatorꝝ martyrꝝ
qui debẽt habere maiorẽ pfectionẽ. ⁊ ob hoc aſſi
gnat eis centeſim⁹ qui tranſit ad dexterã a leua.
Et nota ꝙ virginibus debetur centeſimus fruct⁹
qm̃ ꝟgines angelicã vitã habẽt que ſignificat p
cẽtenariũ. ¶ Primo ergo ſic obijcitur demõſtre Ar primo.
tur aliqua que nupſit ꝟgo ⁊ eſt cognita a viro nec
amiſit caritatẽ quã prius habuit: ſed tantã habet
vel ampliorẽ. inde ſic. quãtãcũqꝫ caritatẽ habuit
prius habet modo. ergo quantũcũqꝫ premiũ pri⁹
debebatur ei debetur ⁊ modo. ſed prius debebat
ei fructus cẽteſimus: ergo ⁊ modo. ¶ Cõtra. cõ= In oppm̃.
iugata eſt: ergo nõ debet ei niſi triceſim⁹. ¶ Itẽ Secundo p
Aug. dicit ꝙ celibatus Iohãnis nõ pfertur cõiu auguſtinũ
gio abrahe ergo nec premiũ premio: g̊ nec fruct⁹ ad oppm̃.
fructui. ſed celibatui Iohãnis debet fructus cen
teſimus: ergo ⁊ cõiugio abrahe. ¶ Solutio. Ad Solutio ad
primũ dicimus ꝙ nõ valet hec argumẽtatio. quã primum.
tũcũqꝫ fructus prius debebatur huic ⁊ modo. ſꝫ
ꝙ importat per hũc terminũ eius fructus. qm̃ ſu
pra eſſentiã premij addit quẽdã decorẽ qui debet
ſolis virginibus predicatoribus martyribus. Ad Ad aliud.
aliud dicimus ꝙ nõ valet hec argumẽtatio: celi=
batus Iohãnis. ⁊c̃. ¶ Itẽ querit vtrũ virgini q̃ q̃o incidẽs.
nupſit: ſed nondũ eſt cognita a viro debet fruct⁹
centeſimus. videt ꝙ nõ. qm̃ ipſa eſt coniugata: g̊ Ar ꝙ non.
ei debet triceſimus fructus: nõ ergo centeſimus
¶ Itẽ nihil eſt meritoriũ niſi volũtariũ: ergo cũ Secundo.
iſta velit coire nõ habet virginitatẽ volũtariã, et
iſta nõ meret fructũ cẽteſimũ cũ ſit adulta: ergo
nõ debet ei fructus centeſimus ¶ Ad hoc dicũt Opinio aliquorum.
quidã ꝙ fructus centeſimus nõ debet alicui virgi
ni niſi tantũ illi qui vouit virginitatẽ quales ſũt
ſanctimoniales. ¶ Cõtra. in apocalipſi dicit de ꝯtra hãc ar
innocentib⁹. hij ſũt qui cũ mulierib⁹ nõ ſũt coin=
quinati. virgines eñ ſũt ⁊ ſequunt agnũ quocũqꝫ
ierit. qd̃ propriũ eſt virginũ. hoc eſt eñ expreſſiſ=
ſime imitari ipſũ. ſed talib⁹ qui expreſſiſſime imi=
tant ipm debet virginitatis fruct⁹. ſ. cẽteſim⁹. g̊
innocẽtes habent fructũ cẽteſimũ nec tamẽ emi=
ſerunt votũ virginitatis: g̊ votũ virginitatis non
exigit ad hoc vt debeat fruct⁹ centeſim⁹. ¶ Alij Alia opio.
dicũt ꝙ virgini que nupſit ⁊ nõdũ eſt cognita nõ
debetur fructus centeſim⁹. quia propoſuit ſe co=
gniturã virũ. ſed eadẽ ratione nulli ꝟgini ſiue ſit ꝯtra hãc ar
in cõiugio ſiue nõ. dũmodo ſe cogniturã virũ p=
ponat: debet fruct⁹ cẽteſim⁹. ¶ Nobꝫ videt ꝙ ſi Opinio doctoris.
talis ſit ꝟgo que ꝓpria voluntate ſine coactione
aliqua parẽtũ nupſit vel nubere ꝓponat cũ iã ſe=
cundũ hmõi ꝓpoſitũ preponat cõtinentiã ꝯiuga
lem virginali talis habenda eſt ꝓ cõiugata nec ẽ
ꝟgo veriſſime. vñ tali nõ debet fructus cẽteſim⁹ Ad primũ.
Nec valet hec argumẽtatio. ẽ ꝟgo mẽte ⁊ corpe:
ergo et debet fructus centeſimus. ⁊ ẽ ibi fallatia Falſa ꝯñtꝫ.
cõſequẽtis. qm̃ eſſe virginẽ mente et corpore ſu=
perius eſt ad eẽ dignũ fructu cẽteſimo. vel ſe hñt
vt excedẽtia ⁊ exceſſa. ſed ſi eſſet ꝟgo oĩb⁹ modis
bene ſequeret. ſi aũt ſit talis ꝟgo que ſit ĩ carita=



Ayuntamiento de Madrid

te ⁊ nullo modo proponat ſe cogniturã virū aut ſi
nupſit coacta nupſit ⁊ quaſi inuita: talis quantuʒ
in ſe eſt in ſtatu virginū eſt ⁊ ei debetᷣ fructus cen
Ad rōnes. teſimus. quoniã inuita eſt in ſtatu cōiugatorū. et
per hoc patet ſolutio ad obiecta.

¶ Utrū fructus virginitatis ſit duplex p̄miū.
¶ Tertia queſtio huius capituli.

Ar ꝙ ſic. Ueritur vtrū fructus centeſim⁹ ſit du
plex premiū. videtur ꝙ ſic: qm̄ dicitᷣ in
fine canti. Uir affert pro fructu ei⁹ mil-
le argenteos. i. aliquis viriliter agens
habet pro fructu eius. ſ. vinee mille argen. i. per-
fectū premium: qm̄ millenarius eſt nūerus perfe
Cōfirmatᷣ. ctionis. ¶ Et paulo poſt dr̄. ⁊ ducenti his qui cu
ſtodiunt fructū ei⁹. ſ. vinee. ſ. predicatores habe-
bunt perfectū premiū duplicatū. centenarius eſt
numerus eſt perfectionis ſicut millenarius. Pre
dicatores igitur qui cuſtodiūt fructus vinee ha-
bebūt duplex premiū ⁊ ita duo premia et equalia
quia centū ⁊ centū equalia ſūt. Si predicatorib⁹
debentur duo premia ⁊ nō debetur eis niſi fruct⁹
centeſimus: ergo fructus centeſimus eſt duplex
Confirmatᷣ premiū vel duo premia: ⁊ ita virginibus debenᷣ
ſecundo. duo premia. ¶ Et dicendū videtur ꝑ illud. exod.
Precepit em̄ dn̄s in menſa fieri quãdã coronã au
ream in terra: ⁊ ſuꝑ ipſaʒ altã coronã aureolã que
dicitur aureola: q2 minor erat ꝗ̃ inferior que dici
tur aurea. ſignificat vero aurea premiū illud qđ
debetur ſimplicibus fidelibus qui nō habuerunt
in vita iſta prerogatiuã operum. erat aūt in terra
aurea ad ſeruiendū diuerſitatē meritoꝝ. Aureo-
la vero ſignificat premiū quod debetur fidelibus
qui habuerūt in vita iſta prerogatiuam operū. ſ.
martyrij vel predicationis vel virginitatis. ⁊ di-
citur aureola diminutiue nō quia ſit min⁹ in eſſen
tia ꝗ̃ iſtud premiū quod ſignificatur per aureaʒ:
ſed qm̄ paucorū eſt. qm̄ pauci ſūt qui habent pre-
rogatiuã operū. igitᷣ cum aurea ⁊ aureola ſint di-
uerſe corone: ergo ſunt diuerſa premia. Sed vir-
ginibus debetur tam aurea ꝗ̃ aureola: ergo di-
uerſa premia. ⁊ ſic centeſimus fructus qui debetᷣ
Secundo virginib⁹ eſt duo premia. ¶ Hoc etiã videtur ꝑ
principalitᷣ. hoc quod eccl̄ia cantat de iohanne baptiſta. tri-
na centeno cumulata fructu te ſacer ornant. qm̄
fuit virgo/martyr/predicator. ſi trina ſerta: ergo
tres corone ⁊ ſic diuerſa premia. Si conceditur.
In oppm̄. ¶ Cōtra. ſit aliquis ſimplex fidelis qui nō habet
prerogatiuã operū: et ſit aliquis virgo equalem
habens caſtitatē cū illo ſimplici: ⁊ decedãt illi in
equali caſtitate. inde ſic. vtrūq; premiatur p̄mio
quod eſt aurea. ⁊ preterea virgo premiatur aureo
la quod eſt equale vel maius aurea: ergo ꝟgo ma
Secundo. gis premiatᷣ ꝗ̃ ille qui nō fuit ꝟgo. ¶ Hoc etiam
videtᷣ qđ dicitᷣ in leuitico: ꝙ cēteſim⁹ fruct⁹ ē ma
ior. lx. ⁊ ꝟgo premiatur centeſimo alius nō. ergo ma
Tertio. gis premiatᷣ ꝗ̃ ali⁹ ¶ Itē. fulgebūt iuſti ſicut ſol
Sʒ maior eſt claritas ſolis ꝗ̃ lune ⁊ aliaꝝ ſtellaꝝ
Claritatē ꝟo ſolis habebūt qui prerogatiuã ope
rum habuerūt. ergo maiorē claritatē habet virgo ꝗ̃
alius qui nō fuit ꝟgo. ergo magis p̄miatᷣ. ¶ Cōtra.
in equali caritate deceſſerūt. ergo equaliter pre-
Opinio ali mianᷣ. ¶ Ad hoc dicūt qdã ꝙ hec argumētatio

nō valet. vterq; premiatᷣ aurea: ⁊ inſuꝑ virgo pre quorum.
miatur aureola que eſt equalis auree vel maior.
ergo magis premiatur virgo ꝗ̃ alius: qm̄ nō ē ma
gis beatus illis duobus premijs ꝗ̃ altero illorū
tantū: ſicut ille non eſt magis bonus duab⁹ virtu
tibus equalib⁹ ꝗ̃ altera illarū tm̄. ¶ Sed cōtra. ↄtra hãc ar
illud premiū quod virgo habet preter aureã ē ali
quod gaudiū aut in deo aut in alia re. Si in deo:
ergo eſt ſubſtãtiale premiū. ⁊ ita idē eſt ꝙ aurea.
Si in alia re. ergo nō equale auree: ergo in infini
tum minus. aliter eſſet ibi pctm̄ mortale. qm̄ in in
finitū magis ē gaudiū deo ſiue in deo ꝗ̃ in alia re
igitᷣ nulla eſt illa ſolutio. qđ ↄcedimus. ¶ Unde Solutio do
dicimus ꝙ centeſimus fructus. vn̄ premiū eſt in ctoris.
eſſentia. ſ. in aureola. ⁊ in aurea ſupponit p̄mium
ſubſtãtiale. ſed cū quodã accidente. ſ. cū quodaʒ
ſigno quod erit in corꝑe eoꝝ qui habuerūt prero
gatiuã operū ⁊ gaudiū de illo accidente iproporz
tionabile gaudio de ſubſtãtiali premio. qm̄ ſe hʒ
ad illud ſicut pūctus ad lineã ⁊ ſuperficiē. ⁊ ꝑpt
hoc nō accidit ꝙ virgo magis premiatᷣ ꝗ̃ nō ꝟgo
qui deceſſit inequali caſtitate. ¶ Ad illud qđ dr̄ Ad rōnem.
ꝙ centeſimus fructus eſt maior lx. Dicim⁹ ꝙ veꝝ
eſt ꝗ̃tū ad dignitatē: q2 ſemꝑ dignior eſt ꝗ̃tū ad
ſtatū: ſed nō eſt ſemꝑ melior. ſed in plurib⁹ ¶ Si Ad aliud.
militer cū dr̄ maior eſt claritas ſolis ꝗ̃ lune. veꝝ
eſt vt in pluribus. ſed nō eſt verū intelligēdo hoc
ſecūdū ſignificatū. ad litterã aūt verū ē. ¶ Qđ Ad aliud.
aūt obijcitᷣ ꝙ btūs iohãnes baptiſta hʒ tres co-
ronas. Intelligendū eſt ſic. Coronatᷣ ꝓ trib⁹. et
ſic de cōſimilibus auctoritatib⁹. ¶ Itē dr̄ Aug.
ꝙ ſtatus celibū ſiue ꝟginū melior eſt ꝗ̃ ſtatus cō
tinentiū. ¶ Sed cōtra. Uirgines et cōtinētes ſe Contra di-
habent vt excedētia ⁊ exceſſa. qđ pʒ: q2 celibatus ctū auguſt.
iohãnis nō prefertur cōiugio abrahe: ergo aliqs con
tinens eſt melior aliquo virgine. ⁊ ecōuerſo. ergo
vnus ſtat⁹ nō eſt melior altero. ¶ Ad hoc dicūt Opinio ali
quidã. ꝙ ſtatus ꝟginū melior ē. i. dignior. ¶ Sʒ quorum.
cōtra. Decedãt in pari caritate duo. vn⁹ ſit conti ↄtra hãc ar
nens: alius virgo. cōſtat ꝙ equalia premia habēt
ꝗ̃tū ad illud gaudiū qđ eſt de fruitione dei: ergo
eque ſūt beati. qm̄ illđ gaudiū qđ hʒ virgo de illo
ſigno ꝑ qđ cognoſcitur eſſe virgo improportiona
nabile ē premio ſubſtãtiali. vt pʒ ꝑ predicta: ergo ꝑ
illđ nō elicitᷣ ꝟgo magis btūs. ergo cū ſūt eque bea-
ti ſūt eque digni: ergo nō eſt verū ꝙ ſtatus virginum
ſit dignior. ¶ Alij dicunt ꝙ ſtatus virginum me Alia opio.
lior eſt id eſt ſimilior deo: id eſt per eū magis aſſi-
milamur deo. ſed eodē modo poteſt improbari.
¶ Alij dicūt ꝙ ſtatus virginū melior eſt in gene Cōtra hãc
re ꝗ̃ ſtatus continentium. q2 optimū in ſtatu vir- ſicut prius.
ginum melius eſt optimo in ſtatu cōtinentiū. Uñ Tertia opi.
virgo ſimpliciter melior eſt continentie. ſicut ſi
optimus equus optimo aſino melior. equus ſim-
pliciter aſino eſt melior. ¶ Sed falſa videtur eē
ratio quã aſſignant: q2 non eſt neceſſarium ꝙ opti ↄtra hãc ar
mus virgo ſit melior optimo continente. q2 ſi celi
batus iohãnis nō prefertᷣ cōiugio abrahe. ergo abra
ham fuit vel potuit eē eque bon⁹. vt iohãnes Sʒ
nullus ē adeo bonus in hac vita quin poſſit fieri
melior. Potuit ergo abrahã melior fieri quocūq;
virgine. ⁊ ſic optimus cōtinēs poteſt eſſe melior

Ayuntamiento de Madrid

Solutio.
Stat⁹ ꝟginū ē melioꝛ

optimo virgine. ❡ Solutio. Dicimus cū Augu-
ſtino ꝙ ſtatus virginū melioꝛ eſt pꝛopꝛie loquen-
do ꝙ̄ ſtatus cōtinentiū aliis paribus: qm̄ coniu-
gatus eſt quodāmodo diuiſus. ⁊ quādoqꝫ cogitat
q̄ dei ſūt quādoqꝫ que ſūt mundi. Sed virgo inqꝫ-
tum virgo magis eſt intentus ad ea que dei ſunt.
vnde plura opa meritoꝛia facit ⁊ ſepius ꝙ̄ coniu-
gatus. ⁊ ſic auget deus in eo caritatē. Unde om-
nibus aliis paribus exēptis hiis que ad ſtat⁹ per
tinent aut ſemꝑ aut in pluribus maioꝛē caritateꝫ
habet virgo ꝙ̄ continēs. ⁊ ideo melioꝛ eſt. Et ſic
ad litteram. ſtatus virginum melioꝛ eſt ꝙ̄ ſtatus
continentiū. non poteſt plenius dici ꝙ̄ per hunc
comparatiuum melioꝛ.

❡ De aureola ⁊ vtrum per ſolam violentiam
debetur coꝛrupte.

❡ Quarta queſtio huius capituli.

Poſtea queritur vtrū coꝛrupte per ſolaꝫ
violentiā debetur aureola. videꝰ ꝙ ſic.

Arꝰ ꝙ ſic ꝑ auguſtinū.

qm̄ Aug. dicit ꝙ nō pōt coꝛrūpi coꝛpus
niſi pꝛius coꝛruptus fuerit animus. ſed
in iſta nō fuit coꝛruptus animus: ergo nec coꝛp⁹.
eſt igitur integra mente ⁊ coꝛpoꝛe: ergo virgo vel

Secundo.

pꝛo virgine eſt habenda: ergo aureola debetur ei
❡ Jtē. beata lucia dicit. ſi inuitam me violauerꝫ
caſtitas duplicabiꝰ michi ad coꝛonā. ergo ſi vio-
lata fuiſſet inuite adhuc debereꝰ ei duplex. et ſic
tam aurea ꝙ̄ aureola debereꝰ ei: ergo coꝛrupte ꝑ

Tertio per ambꝛoſium

ſolā violentiā debeꝰ aureola. ❡ Jtē. Ambꝛoſius
dicit ꝙ nullus mereꝰ eo ꝙ inuitus agit: ergo eadē
ratione nullus demeretur eo ꝙ inuitus agit. quo
niā oē meritū ⁊ demeritū conſiſtit in volūtate. ꝫ
iſta que per ſolā violentiā coꝛrumpiꝰ a nullo me-
rito cadit: ergo quicquid debebatur ei pꝛius ⁊ mo
do. ſed pꝛius debebatur ei aureola: ergo ⁊ modo.

Jn oppō.
Scdo per ieronimū.

❡ Cōtra. coꝛrupta eſt coꝛpe: ergo nō eſt virgo.
ergo ei nō debetur aureola. ❡ Jtē. dicit Jeroni-
mus. ꝙ ille que coꝛrupte ſūt: nō audeant ſe ſacris
virginibus cōparare. nec audeant cōſecrari. non
ſunt igitur tanti meriti coꝛrupte: quāti ſūt nō coꝛ
rupte. ⁊ ſic videtur ꝙ nō debebatur eis aureola:
quātū em̄ ad aliud pꝛemiū nō poſſūt eſſe equalis

Solutio.
Per violentiā nō ꝑdiꝰ ꝟginitas ſꝫ ꝑ ſolum cōſenſum.
Per hoc ad auguſtinū.

meriti. ❡ Solutio. nobis videtur ꝙ ſi per ſolam
violentiā coꝛrūpitur aliqua ⁊ nullomodo conſen
ſit inter veras virgines habēda eſt vnde ei debe-
tur aureola. dicit em̄ Auguſti. ꝙ cū quedā obſte-
trix vellet tentare de virgine an eſſet virgo coꝛru
pit illā manu: tn̄ illa nō amiſit pꝛopter hoc meri-
tum virginitatis. ❡ Similiter dicim⁹ ſi coꝛrūpiꝰ
aliqua: vel doꝛmiēdo vel alio modo: dū modo nō
conſentiat. nō amittit meritū virginitatis: necva
let eſt coꝛrupta carne. ergo non debetur ei aureo
la. qm̄ coꝛruptio coꝛpoꝛalis cui nō ē adiūcta coꝛ-
ruptio ſpiritualis nō deſtruit meritū virginitatꝫ.
ſed coꝛruptio coꝛpoꝛis cū cōſenſu: meritum virgi
nitatis deſtruit. ⁊ de tali coꝛruptiōe loquitur Au

Ad ieronimum.

gu. ❡ Ad auctoꝛitatē Jeronimi. dicim⁹ ꝙ coꝛru-
pte per conſenſum pꝛopꝛiū nō audent ſe cōpara-
re ſacris virginibus: ⁊ de talibus loquitur ieroni
mus. cōſilium eſt etiā vt ille que per ſolā violen-
tiam coꝛrupte ſūt: nō audeant ⁊c. q2 dubitare poſ
ſunt ꝓbabiliter an cōſenſerint aliquo modo: ⁊ ta-

les nō debēt cōſecrari niſi certū eſſet ꝙ nullomo
do cōſenſerint. ❡ Sed cū hoīes coꝛrupti poſſūt

ꝯtra dic. aꝰ

cōſecrari. ſiūt em̄ ſacerdotes ⁊ epi quare ſimiliter
mulieres coꝛrupte nō poſſūt ꝯſecrari. ❡ Ad hoc

Solutio.

dicimus ꝙ neqꝫ ſacerdos neqꝫ ep̄s eſt verus ſpō-
ſus eccleſie. ſ. chꝛiſti. vnde ipſe dicit. Nō ſum ego
ſponſus: ſed amicus ſponſi. quia ſacerdos nō ba-
ptiſat: niſi tm̄ miniſtrando ſed chꝛiſtus baptiſat q̄
aiam mūdat: illa vero que cōſecratur debet eſſe
vera ſpōſa chꝛiſti: ⁊ ideo opoꝛtet ꝙ ſit ꝟgo. ❡ Sꝫ

Jterum aꝰ.

obiicitur iterū de hac aucto. Si inuitā me viola-
ueris ca. du. mihi ad c. ſit ꝙ violetur inuita: ergo
caſtitas duplicatur ei ad coꝛonā: ergo magis me
retur caſtitate ꝙ̄ pꝛius. ꝫ modo meretur motu ca
ſtitatis. ❡ Cōtra. coꝛrūpitur coꝛruptiōe deſtru

Jn oppō.

ente caſtitatē. ergo nō mouetur motu caſtitatis.

Opinio aliquoꝛum.

qḋ concedut quidā dicentes ꝙ tunc motu patien
tie mouetur. ❡ Cōtra. Jn patientia ſunt duo ſcꝫ
volūtas patiendi ⁊ ipſa paſſio: ergo ſi moueꝰ mo

ꝯtra hāc aꝰ

tu patientie vult pati paſſionem ſiue ſuſtinere. et
hoc falſum: qm̄ inuita violatur. ⁊ ita patitur inui
ta. ❡ Pꝛopter hoc dixerūt quidā ꝙ motu foꝛtitu

Alia opio.

dinis mouetur tūc. qm̄ foꝛtitudo eſt in ſuſtinēdis
aduerſis. ❡ Sed cōtra. Queliber virtus cōſiſtit

ꝯtra hāc aꝰ

in medio: mediū autē reſpicit duo extrema: vnde
quelibet virtus reſpicit alio modo duo extrema.
vnde ſicut largitas dat quādo dādū eſt / ⁊ nō dat
quādo nō dandū eſt: ſic patientia ſuſtinet qn̄ ſuſti
nendū eſt / ⁊ rebellat vel reſiſtit quādo reſiſtendū
eſt. actiua debet eſſe quelibet virtus. ⁊ ita patien
tia debet eſſe actiua: nō tantū paſſiua: ꝙ̄uis ergo
lucia inuita patiatur ⁊ reſiſtat ꝙ̄tū pōt hmōi coꝛ
ruptioni: nihilominus motu patientie mouetur.

Opinio doctoꝛis.

❡ Qḋ cōcedim⁹. queliꝫ em̄ virtus habet ꝓpꝛiuꝫ
amoꝛē ⁊ ꝓpꝛiū odiū ⁊ delectaꝰ in ſibi cōuenienti:
⁊ contriſtatur in diſcōuenienti ⁊ ei reſiſtit ꝙ̄tū pōt
vn̄ Ariſt. in ethi. Jn vnaquaqꝫ virtute ſūt ꝓpꝛia
bona ⁊ delectabilia. Motu igiꝰ patiētie poſſet lu
cia reſiſtere ſi inuita coꝛrūpereꝰ. Coitus em̄ nō ē
tale quid ꝙ ſi ſuſtineatur ꝓmoueat hoīem ad me
lioꝛa. vnde patiētia debet ibi reſiſtere. Si contu-
melie ⁊ verbera ſuſtineātur ꝓmouent hoīem ad

Ad pꝛimū.

melioꝛa. vn̄ nō eſt opus reſiſtētie in hmōi. ❡ Ad
pꝛimo obiectū dicim⁹ ꝙ lucia nō volebat paſſio-
nem illā ſimpliͬ: ſed volebat eā anteꝙ̄ negaret fi-
dem: ⁊ poterat eē ꝙ ſimul. i. in eodē paruo tp̄e mo
uereꝰ motu fidei ⁊ patiētie ⁊ motu caſtitatꝫ. ⁊ ſi di
ceretur ꝙ ſimul. i. in eodē inſtāti moueret diuer-
ſis motib⁹ ſcꝫ diuerſas vires aīe. nō poſſet hoc
impꝛobari: cū videam⁹ ſimile in motib⁹ coꝛpali-

Alia q̄ſtio incidens.

bus. ❡ Jtē. queritur cui pꝛopꝛie debetur aureo-
la: an virginitati virtuti an motui eius. Si ꝟtuti
ergo ei que eſt in cōiugio que nōdū coiuit ſed pꝛo
ponit coire: cū ſit integra mente ⁊ coꝛpoꝛe debeꝰ
aureola. ⁊ hoc falſum. Si motui ei⁹. Contra. Sit

Arguitur.

ꝙ aliqua virgo perueniat ad adultā etatem ⁊ mo
uetur pꝛimo motu fidei vel ſpei vel caritatis. ⁊ ſic

Euaſio.

decebat. Jſta nunqꝫ motu fuit motu virginitatis

ꝯtra hoc aꝰ

ergo ei nō debeꝰ aureola. qḋ falſuꝫ. Si dicis ꝙ ei
debetur aureola: q2 parata fuit moueri motu vir-
ginitatis licet nō fuerit mota: ergo eadem ratio-
ne huic ſcholari qui habet ſcientiam pꝛedicādi ⁊



Ayuntamiento de Madrid

paratus eſt predicare: licet non predicauerit de-
betur aureola. ⁊ hoc falſū. qm̄ non eſt predicator
neqꝫ martyr nec virgo: ergo ei nō debet aureola.
Solutio. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ virginitati nullo modo
degenerāti debet aureola. qm̄ cū virginitas ſit fi-
lia caritatis ⁊ caritas ſemp̄ moueat ſurſū cum ſit
virtus ignea: virginitas nullo modo degenerās
ſemp̄ debet appetere oīmodā mūditiā tā menta-
lem q̄ꝫ corpalē. ⁊ ſic patet ꝙ virgo que eſt in con-
Per hoc ad rationem. iugio et appetit coire habet virginitatē alio mo-
do degenerantem. vnde non debetur ei aureola.
Aliter poteſt dici. ¶ Poteſt etiā dici ꝙ motui virginitatis exiſtēti
in actu vel habitu debetur aureola. nec oportet
propter hoc ꝙ huic ſcholari qui habet ſcientiam
predicandi debeat aureola: quia multi ſūt ita ti-
midi vel remiſſi qui ſi mitterentur nō reciperēt li-
Nota. benter officiū predicatiōis. Sed ſi aliquis ſcho-
laris habet ſcientiā ⁊ volūtatē promptiſſimā re-
cipiēdi officiū predicādi ita ꝙ nō deeſt niſi ꝙ mit-
tatur: tūc concedi pōt ꝙ ei debetur aureola.

¶ An deus poſſit corruptam integrare.
¶ Quinta queſtio huius capituli.

Queritur de auctoritate Hieronymi qui
dicit. cū deus oīa poſſit: non pōt ꝟginē
Cōtra aſ. ſuſcitare poſt corruptionem. ¶ Cōtra
hanc auctoritatem ſic obijcitur. In re-
ſurrectione integrabit penitus corpus huiꝰ cor-
rupte: ſed nō erit maioris potentie tunc q̄ꝫ modo:
ergo modo poteſt eā integrare. ⁊ ſic de corrupta
Secundo. pōt facere integrā corpore. ⁊ ſic virginē. ¶ Itē.
corruptā mente poteſt facere penitꝰ integrā men
te quod probatur. quia dicit Hieronymus ſuper
illud oſee. Sponſabo te michi in ſempiternū. Cō
iugiū hoim de virgine facit corruptam: ſed cōiu-
gium dei de corrupta facit virginē. Cū igitur cor
ruptā mēte penitus poſſit integrare. i. corruptā
Opinio prima. corpore pōt penitus integrare in corpore. ¶ Ad
hoc pōt ſolui dicendo primo ꝙ dn̄s nō poteſt cor
ruptā corpore integrare corpe. i. nō ſignificauit
ſe poſſe. ſignificauit autē ſe poſſe reſuſcitare mor
tuos quia ſuſcitauit aliquos: ⁊ ſe poſſe illumina-
re cecos: quia multos illuminauit. ſed nō legitur
Aliter poteſt dici. ꝙ corruptā corpore integrauit. ¶ Secundo mo-
do poteſt dici ꝙ corruptā integrare poteſt de po
tentia: nō de iuſticia. ſic pōt dānare pe. de poten
tia: ſed nō de iuſticia. quod nō eſt conſonū iuſti-
Per hoc ad primum. cie dei: vt huic que corrupta eſt det aureolā. ⁊ ſic
patet ſolutio ad primū. Concedimus em̄ conclu
Ad ſcd̄m. ſionē. ¶ Ad ſcd̄m dicimus ꝙ de iuſticia non pōt
deꝰ integrare mente illam que corrupta fuit men
te. ſicut em̄ aliqua dignitas inerit virgini ex eo ꝙ
non fuit corrupta corpore: ita quedā dignitas in-
erit anime ex eo ꝙ nō fuit corrupta naturaliter: ⁊
ad illā dignitatē ſiue ad ſtatum illū nō poteſt de
Amos. iuſticia deus illam inſtituere. vn̄de in amos. Nō
reſurget virgo in iſrael. quoniā cum anima reſur-
git a peccato: non reſurgit virgo. i. in omnimoda
Expoſitio aliquorum. integritate quā prius habuit. ¶ Quidam tamen
exponūt predictam auctoritatē ſic. deus nō pōt
facere de corrupta virginē. i. nō poteſt facere de
corrupta quin fuerit corrupta. ſed hoc dubiū eſt:
quoniā gilbertus dicit in gloſſis ſup̄ bocciū de tri
nitate. ꝙ deꝰ poteſt facere ꝙ mūdus nūq̄ꝫ fuerit.
⁊ qr dubiū eſt: alijs ſolutionibꝰ adheremus.

¶ Utrum auctoritas apoſtoli ſit vera.
¶ Sexta queſtio huiꝰ capituli.

Queritur de auctoritate apoſtoli. Uolo Contra dictū pauli aſ.
oēs homines eſſe ſicut meipſuꝫ. Uidet
ꝙ apoſtolus peccat mortaliter hoc vo
lendo. qm̄ deꝰ precepit creſcere ⁊ mul-
tiplicari: apoſtolus aūt volebat oēs homines eē
ſicut ſe. i. virgines vel continentes perpetua cō-
tinentia. volebat em̄ ꝙ nō creſceret vel multipli-
caretur genus humanū. ergo volebat cōtra pre-
ceptū domini. ergo peccauit mortaliter. ¶ Itē. Secundo.
ſciebat ꝙ nondū erat finis mundi: ergo ſciebat ꝙ
nondū erat cōpletus numerus electoꝝ ⁊ ſciebat
dn̄m velle cōpleri nūerū electorū. ipſe aūt vole-
bat non cōpleri nūerum electorum: cū vellet oēs
eſſe continentes continentia perpetua. ergo vo-
lebat contrariū eius quod ſciebat dn̄ꝫ velle. ergo
peccauit mortaliter. ¶ Solutio. ad preceptū di Solutio.
cimus ꝙ preceptū de matrimonio nō fuit eternū
ſed temporale. qm̄ illa ſola ſunt eterna precepta
in quorū impletione ſeruat anima ſimilitudinem
dei. in matrimonio aūt nō eſt neceſſariū ſeruare In oppm̄.
ſimilitudinē dei. temporale igitur fuit preceptuꝫ
de matrimonio. tūc em̄ fuit matrimoniū in prece
pto: quādo neceſſariū erat genus humanū propa
gari: ⁊ per vniuerſum mundū multiplicari ad pre Per hoc ad
ceptum dei. ſed in tempore apoſtoli erat matri- primum.
monium ad remedium tantum: ⁊ modo ſimiliter.
vnde apoſto. nō volebat contra preceptū dn̄i. et
ſic patet ſolutio ad primū. ¶ Ad ſcd̄m dicimꝰ ꝙ Ad ſcd̄m.
apoſtolus nō volebat coniunctim oēs hoīes eſſe
virgines: ſed diuiſim. i. volebat iſtū per ſe virgi-
nem: ⁊ illuꝫ per ſe. ⁊ ſic de alijs. ſicut aliquis vult
diuiſim de quolibet canonico huiꝰ eccleſie ꝙ ſit
epiſcopus nō tamen vult ꝯiunctim ꝙ quilibet ſit
cp̄s. ¶ Sed probatur ꝙ apoſtolus volebat iſtud Iterum aſ.
coniunctim. quoniā melius eſt illum eſſe virginē
q̄ꝫ in matrimonio eſſe. ſimiliter melius ē iſtos du-
os eſſe virgines q̄ꝫ eſſe in matrimonio. ⁊ ſic de q̄li
libet: ergo melius eſt omnes pariter acceptos eē
virgines q̄ꝫ aliquē eſſe in matrimonio: ſed qđ me-
lius eſt magis eſt eligendū ⁊ magis volendū. er-
go cū apoſtolus hoc ſciret debebat magis velle
omnes acceptos ſimul eſſe virgines q̄ꝫ aliquē eē
in matrimonio. ⁊ qđ magis debebat velle magis
volebat cū diſcretus eſſet: ergo volebat oēs ho-
mines coniunctim eſſe virgines. ¶ Itē. ſi anima
ſola eſt in toto ⁊ qualibet parte. cū eadē ſit ratio Secūdo ad idem.
in vna ⁊ in qualibet: ergo melius cū ſit iſtum eſſe
virginē q̄ꝫ eſſe in matrimonio melius ē omnes pa
riter acceptos eſſe virgines q̄ꝫ eſſe in matrimonio
⁊ inde vt prius. ¶ Itē. ſi oēs eſſent ꝟgines in tē- Tertio.
pore apoſtoli forte cōpletꝰ eſſet numerꝰ electoꝝ.
et hoc erat dubiū apoſtolo. ergo cū dubia ſint in
terpretanda in meliorē partē et melius eſſet oēs
pariter acceptos eſſe virgines q̄ꝫ eſſe in matrimo
nio. ⁊ magis debebat velle apoſtolus oēs pariter
acceptos eſſe virgines: ſaltē in futuro. cuꝫ ſuper
hoc ignoret dei voluntatē. ſicut ſi video aliquem
ſumme indigentem debeo velle ipſum eſſe ſum-

Ayuntamiento de Madrid

me indigentẽ in hoc inſtanti. cũ ſciam deum velle illud ſed debeo velle ꝙ in futuro habeat vnde ſuſtentetur cũ ſup hoc ignorẽ volũtatẽ dei.

Solutio.

¶ Solutio. Melius eſt ſimpliciter omnes pariter acceptos eſſe virgines ꝙ aliquẽ eſſe in matrimonio non tamẽ eſt magis eligendũ vel magis volendũ: quia nõ eſt magis fructuoſum vel vtile reipublice eccleſie. vt in canti. Sponſa inuitat ſponſum: veni dilecte mi egrediamur de cubili. ꝯmoremur in villis. mane ſurgamus in vineas. quaſi dicat. ſurgamus ad opera actiue que ſũt fructuoſiora ꝙ opa cõtemplatiue ⁊ ſic pꝫ ſolutio ad oĩa obiecta

Ad ratiões

¶ De vita cõtemplatiua et de temperantia.

Poſt hoc ſciendũ ꝙ contẽplatiua nõ tantum conſiſtit in guſtu ⁊ tactu: ſed etiam in aliis ſenſibus. Cõtingit eñ peccare per alios ſenſus: quod probaẜ. Dicit eñ Gregorius. Cũ vox blanda queritur: vita ſobria deſeritur. ⁊ ſic per auditũ peccaẜ. ¶ Itẽ Augu. Cũ cantus me delectat magis ꝙ res que cantaẜ grauiter me peccaſſe cõfiteor. Itẽ Iſaias. Cithara ⁊ lyra ⁊ tympanũ ⁊ tibia ⁊ vinũ in cõuiuiis veſtris. ⁊ opus dñi non reſpicitis nec opera manuũ eius cõſideratiꝭ. ergo pctm̃ ẽ audire talia. ¶ Itẽ in exodo. Cũ dixiſſet Ioſue ad moyſen. vlulatus pugne auditur in caſtris. Reſpondit moyſes. Nõ eſt clamor adhortantiũ ad pugnã neqꝫ vociferatio cõpellentiũ ad fugã: ſed vocẽ ludentiũ ego audio quaſi diceret. vocẽ peccãtiũ ego audio. ergo pctm̃ eſt in cantando et in audiendo.

Af etiã per gregorium.
Secũdo p auguſtinũ.
Tertio per iſaiam.
Quarto p exodum.

In oppm̃.

¶ Sed contra. Dauid citharizabat corã dño ⁊ pſallebat. et hoc faciẽdo merebatur: ergo bonũ eſt citharizare ⁊ audire ſonũ cithare: ergo nõ eſt pctm̃. ¶ Itẽ dauid per vocẽ cithare ⁊ pſalterii excitabat in ſe ſpm̃ prophetie. ⁊ hoc erat bonũ: ergo bonũ erat citharizare. ⁊ inde vt prius. ¶ Itẽ. bonũ eſt videre pulchritudinẽ firmamẽti ⁊ ceterarũ creaturarum: vt per hoc miramur: cognoſcam⁹ ſapientiã creatoris. ergo licitũ eſt audire dulcẽ ſonũ cithare. vt per dulcedinẽ creature cognoſcam⁹ dulcedinẽ creatoris: ergo audire talia nõ eſt peccatũ.

Secundo.

Tertio.

Solutio.

¶ Quod cõcedim⁹ ſi hac intẽtione audiam⁹. duplici eñ de cauſa libet hmõi inſtrumenta audire. Pria eſt. vt per dulcedinẽ ſoni cõſiderem⁹ dulcedinẽ dei: q̄ dulcedinẽ ſoni creauit. Scḋa cauſa ẽ. vt cõſolationẽ aliquã hmõi ſonis habeam⁹ ad fugiendũ triſticiã ſeculi q̄ aliquãdo mortẽ aie operatur: ⁊ ad fugiendũ inhoneſtas ⁊ illicitas occupationes. Sola ergo volũtas improba delectãdi in citharã cũ cõſenſu rationis reprehenſibilis et vituperabilis in hmõi eſt. ſicut patet in auctoritate Grego. et Aug. Hoc etiã patet per Iſa. dicentem. Cithara ⁊c̃. id eſt nõ reſpicitis voſmetipſos ad quid facti eſtis: ⁊ opa manuũ ei⁹ nõ conſideratis. i. inſtrumẽta quorũ ſonos auditis nõ conſideratis. nec per dulcedinẽ ſoni dulcedinẽ dei conſideratis. ⁊ hoc vobis culpabile eſt.

Per hoc ad rationes.

¶ De iuſticia. Tractatus Octau⁹. De elemoſina. Capitulum primũ.

Dicto de tẽperantia: dicendũ eſt de iuſticia de qua hoc ordine agem⁹. primo de ſpeciebus ei⁹. ſcḋo vtrũ oĩs motus cuiuſlibet virtutis ſit motus iuſticie. Mi. ſicut dẽ Aug. iuſticia eſt in ſubueniẽdo miſeris. De opere ergo mie qḋ eſt elemoſina: dicendũ ẽ prio. q̄ videndũ qḋ elemoſina: que vtilitas ei⁹. Scḋo. i quo articulo omittit aliqs: ſi nõ dat elemoſinã. Tertio. de electiõe elemoſine. ſ. cui dandã ſit elemoſina. Quarto. de quãtitate. ſ. quãtum dandũ ſit. Quinto. de qbus põt fieri elemoſina. Sexto. qliter mereẜ dñs p elemoſinã factã p manum ſerui.

¶ Elemoſina põt ſic deſcribi. Elemoſina ẽ indigenti ꝑpter deũ rei neceſſarie erogatio. Vtilitas magna eſt. ſicut dicit dñs in euãgelio luce. Date elemoſinã indigenti: ⁊ ecce oĩa mũda ſũt vobis. Et daniel dicit nabu. Redime pctã tua ele. ⁊ iniquitates tuas miſericordiis pauperꝫ: forſitã ignoſcet delictis tuis. Et Apoſto. ad timotheũ. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt. pietas animi. i. opa pietatis. ſ. elemoſina vtilis ẽ ad oĩa.

Diffinitio elemoſine ⁊ ei⁹ vtilitas.

¶ Cõtra primã auctoritatẽ ſic obiicitur. Multi eñ faciũt largas elemoſinas: ⁊ tñ pmanẽt i pctõ mortali. ergo p dationẽ elemoſine nõ ſũt omnia mũda. ⁊ ſic falſa eſt illa auctoritas. ¶ Solu. Auctoritas ſic eſt intelligenda. Date elemoſinã ordinate ⁊ ſicut debetis: ⁊ oĩa munda ſunt vobis. qm̃ dans elemoſinã debet incipere a ſe. vñ in eccl'iaſtico dicitur. Anime veſtre ſitiunt vehementer: ⁊ eſuriũt ſimiliter ⁊ moriũtur frigore. qui ergo vult dare elemoſinã debet prius cibare aiam ſuã cibo fidei ⁊ ſpei ⁊ caritatis: ⁊ veſtire eã veſtimẽtis virtutũ. de quib⁹ dicitur. Btũs qui cuſtodit veſtimẽta ſua. ⁊c̃. ⁊ tunc faciendo elemoſinã erũt ei munda omnia. qm̃ mundus erit a culpa ⁊ a pena. Põt etiã exponi auctoritas illa de illis q̄ ſunt in pctõ mortali. ſic. Date elemoſinam. i. exercete vos in operibus mie: ⁊ ecce omnia mũda ſũt vobis. i. in promptu eſt quod vos mundemini. qm̃ ſi preparetis vos: deus infundet vobis grãꝫ: ⁊ remittet culpam ⁊ penã.

Contra primam auctoritatem arguitur.
Solutio.
Dans elemoſinã debet incipere a ſe.
Aliter intelligitur aucto-

¶ Contra ſcḋaꝫ auctoritatẽ ſic obiicitur. Daniel ſciebat nabuchodonoſor eẽ infidelem: ergo ſciebat ꝙ non poterat redimere peccata ſua elemoſinis. ergo nullũ erat illud conſilium Redimere peccata tua elemoſinis. ¶ Ad quod dicunt quidam ꝙ nõ conſulebat redimere peccata elemoſinis niſi per quas euitaret penã eternã quia ſciebat hoc eſſe impoſſibile: ſed cõſulebat ei per elemoſinas redimere ⁊ vitare penã illam tẽporalem quã predixerat ei. ſ. ꝙ eiciẽdus erat a cõſilio hominũ ⁊ fenum quaſi bos comeſtur⁹. ⁊ hãc temporalem penam poterat vitare per donationem elemoſinarum. ¶ Sed iterũ obiicitur. Daniel predixerat ei penam illã: ergo ſciebat deum velle ſe illaturũ illi penam illam: ⁊ conſulebat ei ꝙ per elemoſinas redimeret illam. ergo conſulebat contra id quod ſciebat deum velle: ergo peccat mortaliter. ¶ Solutio. Hec eſt falſa. Daniel ſciebat deum velle ſe illaturum penã illam. quoniam non ſciebat hoc ſimpliciter: ſed ſub cõditione ſcꝫ meritis nabuchodonoſor mouentibus. ſed merita poterant mutari: et ſic pena redimi. ſicut Iſa. nõ ſciebat ezechiam moriturũ ſimplr cuꝫ dt. Diſpone domui tue: qr morieris et non viues. ſed ſciebat ipſum eſſe moriturum meritis manẽtib⁹

Cõtra ſecũdam auctoritatem arguitur.
Opinio aliquorum.
Iterum arguitur.
Solutio.
Iſaias.



Ayuntamiento de Madrid

Alr̄ pt̄ dici. ¶ Poteſt tamē dici ꝙ daniel cōſulebat nabucho
donoſor redimere pctā ſua ꝑ elemoſinas ad vitā=
dum penā eternā. nec illō erat impoſſibile: qꝛ po
terat facere tā largas elemoſinas ꝙ deus infūde
ret ei grām et ſic dimitterentur ei pctā. vnde me=
diante poterat per elemoſinas vitare penā eter=
Contra au= nam. ¶ Contra auctoritatē apl̄i obijcitur. Uide
ctoritatem tur eñ falſa eſſe. quoniā ieiuniū quod eſt exercita
apoſtoli ar. tio corporis vtilius eſt ꝗ pietas. i. ꝗ datio elemo
ſine quod eſt opus pietatis. Sit eñ ꝙ aliqs ieiu=
net ex caritate ⁊ illeidē det elemoſinā ex caritate
cōſtat ꝙ hoc ieiuniū ⁊ hec datio elemoſine inꝗtū
exeūt ab eadem caritate eque ſunt meritoria vite
eterne: ergo quo ad hoc paria ſūt. ſed ꝗtū ad di=
Confirmat miſſionē pene vtilius eſt ieiunium. ¶ Probatio.
Ieiuniū magis grauat ꝗ datio elemoſine: ꝗ ma=
gis eſt penale: ergo magis remiſſiuum pene. ⁊ ſic
ieiuniū ſimpliciter vtilius eſt ꝗ datio elemoſine
ſiue ꝗ elemoſina. ꝗ hec eſt falſa: Exercitatio cor
Solutio. poris ⁊c. ad modū ⁊c. ¶ Solu. Hec eſt falſa gñā
liter intellecta. Ieiuniū magꝭ grauat ꝗ datio ele
moſine. vnde ꝗtū ad dimiſſionē pene ſe habēt vt
Alr̄ pt̄ dici. excedentia ⁊ exceſſa. Dato etiā ꝙ ieiuniū vtilius
ſit ꝗtū ad dimiſſionē pene ꝗ datio elemoſine ⁊ ex
Elemoſina eadē caritate ꝓcedat: nō tamē ꝓpter hoc ſimpli=
prefertur ie citer vtilius eſt ꝗ datio elemoſine. ſunt eñ in da=
iunio. tione elemoſine multa bona que nō ſūt in ieiunio
qm̄ in datione elemoſine eſt mētis iocūditas: per
quā excitatur deuotio q̄ valet ad augmentū cari
tatis. in ieiunio aūt nō eſt mētis iocūditas. ideo
ſolent hoīes eſſe triſtiores in diebus ieiuniorū ꝗ
in alijs diebus. ⁊ ſic quodāmodo vtilior eſt ad vi=
Alia ratiōe tam eternā pietas: ꝗ exercitatio corpis. Itē alia
probatur. ratiōe. qm̄ mīa aſſimilamur deo. in ieiunio nō. vñ
dr̄: Eſtote miſericordes ſicut pater veſter celeſtꝭ
Itē ſup illū locū apoſtoli. Pietas ad oīa vtilis ē
Ambroſius dicit Ambro. Oīs diſciplina aīe religionis cōſi=
ſtit in operibus mīe: quā ſi aliquis ſequit̄ ⁊ lubri=
cum carnis patiatur: vapulabit ſed non peribit.
Contra di= ¶ Sed cōtra. aut intelligitur de mortali lubrico
ctū ambro= carnis: aut de veniali. Si mortali: ergo hec ē fal=
ſij arguitur ſa: vapulabit ſed nō peribit: ideo peribit. Si ve=
niali. ſimiliter nō periret ſi nō faceret opa mīe. ꝗ
Solutio. fruſtra dicit̄ illud. ¶ Solutio. De vtroqꝫ lubrico
ſcꝫ tam mortali ꝗ veniali pōt intelligi. qm̄ ſi ali=
quis ſit in lubrico mortali ⁊ inſiſtat operibus mi=
ſericordie punietur quidē pro pctō. ſꝫ nō peribit:
quia per operibus miſericordie preparabit ſe ad
obtinendū gratiā: qua data nō peribit. Similiter
ſi ſit in lubrico veniali. ſ. ſentiendo primos motus
carnis vapulabit. i. punietur pro illis peccatis.
ſed nō peribit: quia opera iuſticie ſuſtētabūt ipꝫ.
Iterum ar. ¶ Item. ponatur ꝙ hic ſint duo habētes pares
caritates ⁊ dent pares elemoſinas ⁊ ſint pares in
oībus. excepto ꝙ vnus dat cū maiori grauamine
ꝗ alius. ꝙ aūt dare elemoſinā ſit penale patet:
quoniā aliter non eſſet ſatiſfactoriū pro pena. cō
ſtat ſecūdū poſitionem ꝙ iſte due elemoſine ſint
equaliter meritorie vite eterne: ſed queritur vtra
illarū ſit magis meritoria dimiſſionis pene. vide
tur ꝙ que magis grauat. eſt eñ penalis magis: ꝗ
meritoria dimiſſiōis pene: cū oīa alia ſint paria.

¶ Sed cōtra. Elemoſina eſt ſatiſfactoria ꝓ pena In oppm̄.
ergo equales elemoſine ſūt equaliter ſatiſfacto=
rie. igitur illi duo equaliter merentur ꝗtū ad di=
miſſionē pene. ¶ Itē. Hylarē datorē diligit deꝰ Secundo.
ergo magis hylarē magis diligit. ergo gratior ē
deo elemoſina eius qui dat cum hilaritate: ꝗ eiꝰ
qui dat cum grauamine: ergo magis eſt merito=
ria dimiſſionis pene. ¶ Solutio. Ille dationes Solutio.
equaliter ſunt meritorie dimiſſionis pene: omni=
bus alijs paribus. ⁊ hec argumentatio non valet
hec datio eſt magis penalis. ergo ⁊c. ſecundum In oppm̄.
ꝙ penale ſumitur in actu: ⁊ quaſi ſcd̄m quid reſpe
ctu iſtius. Sed ſi eſſet magis penalis ſcd̄m natu= Per hoc ad
ram ⁊ ſimpliciter tunc teneret: ſed prima eſſet fal primum.
ſa. quod patet ꝑ ſimile. qm̄ cū albuꝫ modificatur
ex parte aīe dicitur albū: ideo ꝙ iudicatur albuꝫ
ab depoſito ſecudū viſum. ſimiliter ſanū in cibis
cū modificatur ex parte hominis dr̄ ſanū. qd̄ ſa=
num eſt omni homini bene habenti corpus. vt di
cit Ariſto. ſimiliter penale ſimiliter ē ideo illi gra
uans ꝙ penale eſt nature bene diſpoſite. vnde li=
cet hec datio ſit magis penalis huic melācolico:
non tamē magis eſt penalis ſimpliciter. ideo iſte
due datiōes ſūt eque penales nature bene diſpo
ſite: cū ſint equales. ¶ Itē. ex alia parte non va= Hec argu=
let hec argumētatio. hec datio magꝭ placet deo: mētatio nō
ergo magis eſt meritoria dimiſſionis pene. qm̄ li valet.
cet magis placeat: nō eſt tamē maior. vnde neqꝫ
magis ſatiſfactoria. et patet inſtantia in duobus.
quorū vnus dat obolū ex maiori caritate: aliꝰ. v.
ſol. ex minori caritate. datio primi magis placet
deo qꝛ ex maiori caritate: nō eſt tamen magꝭ me=
ritoria dimiſſiōis pene. ¶ Sed cōtra hoc obijcit̄ ꝯtra iſta ar.
Sint hic duo quorū vnus valde pauper: ⁊ dat du
os denarios. alius valde diues ⁊ dat centum flo.
inde ſic. elemoſina eſt meritoria dimiſſiōis pene.
ergo maior elemoſina magis eſt meritoria dimiſ
ſionis pene: ergo elemoſina diuitis cuꝫ ſit maior
eſt magis meritoria dimiſſionis pene. Hoc etiaꝫ Cōfirmat.
videtur per iſtud quod dicitur in eccl̄. Utilior eſt
virtus cum diuitijs. quoniaꝫ per diuitias poteſt
diues exiſtens in caritate mereri regnū celorum.
quod non poteſt pauper. ⁊ ita plures modos ha=
bet diues ſatiſfaciens pro peccatis: ꝗ paup. qd̄
ſic dicitur. videtur ergo ſtatus diuitis melior eſſe In oppm̄.
ꝗ ſtatus pauperis. quare ergo dicitur in euange
lio: Beati pauperes. ¶ Item dominus in euan= Secundo.
gelio de paupercula muliere que poſuit duo era
minuta in gazophilaciū. dicit ꝙ plus miſit ꝗ om
nes alij. ergo non magis meretur diues dans. c.
ſol. ꝗ pauper duos denarios. ¶ Quod concedi= Solutio.
mus. vnde dicimus ꝙ argumentatio non valet.
Elemoſina eſt ſatiſfactoria: ergo maior ⁊c. debet
enim addi. alijs paribus. hoc autem non eſt verū
in propoſito caſu. Concedimus etiā ꝙ ſtatus pau
peris melior eſt ſimpliciter ꝗ ſtatus diuitis. quo
niam licet diues habeat diuitias quibus pōt me
reri dimiſſionem pene: tamen pauper poteſt ma=
gis compati ꝗ diues. ⁊ plus eſt ꝯpati ꝗ dare pe
cuniā. quoniā cōpatiendo dat de ſuo: dando pe= Nota.
cuniā dat quaſi de alieno. quoniā diuitie ſūt acci
dentia diuitis. ⁊ plus eſt de ſuo dare ꝗ de alieno.

Ayuntamiento de Madrid

vt dicit Grego. Tamen quo ad quid ⁊ ſimpliciter melior eſt ſtatus diuitis ꝙ̄ pauperis. Q̄tum ad hoc.ſ.qm̄ per diuitias pōt mereri diminutionem pene. quod non poteſt facere pauper. et ſic intelligitur auctoritas que eſt in eccle.

¶ Quādo omittat aliqs ſi non det elemoſinā.

¶ Secunda queſtio huius capituli.

Queritur quādo omittat aliqs ſi nō det elemoſinam. Ponatur ꝙ hic ſit aliquis pauper cuius paupertas euidens eſt. ⁊ aliquis diues qui habet ſuꝑflua multa videt̃ ꝙ in hoc caſu iſte diues omittat niſi det elemoſinā huic pauperi: qm̄ preceptū eſt dare elemoſinā. ergo diues iſte tenetur dare huic pauperi pro loco ⁊ tēpore. ſed modo eſt tp̄us ⁊ locus cū videat ip̄m indigere et habeat multa ſuperflua. ergo omittit ſi non dat modo. Secundo. ¶ Itē in euāgelio. Que eṁ vultis vt faciant vobis hoīes et vos eadē faciatis illis. Sed iſte diues iuſte et diſcrete vellet ſibi dari elemoſinā ſi eſſet in ſtatu pauperis huiꝰ. ergo iſte diues tenet̃ dare elemoſinā huic pauperi in hoc caſu: ergo ſi nō dat peccat. Tertio. ¶ Item. in prima canonica. Qui habuerit ſubſtantiā mundi huius ⁊ viderit fratrē ſuū neceſſitatem habere et clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo caritas dei manet in eo? Sed iſte diues habet ſubſtātiā huiꝰ mundi ⁊ videt fratrē ſuū neceſſitatē habere: ergo ſi clauſerit viſcera ſua ab eo ſi nō dat elemoſinam et caritas dei nō manet in eo: ergo ſi nō dat elemoſinaʒ et caritas dī nō manet ī eo. ergo omittit. Euaſio. Si dicit ꝙ nō clauſit: qr cōpatitur. Cōtra quā arguitur. Cōtra. Ad hoc tenetur tam diues ꝙ̄ pauꝑ. ergo ꝓ nihilo premiſit apſus. Qui habuerit ſubſtātiā mūdi huiꝰ. niſi daret intelligi ꝙ diues tenet̃ dare. Quarto. ¶ Itē Ierony. Aliena rapere cōuincitur qui vltra neceſſaria ſibi retinere cōprobat̃. ergo niſi iſte diues det huic indigenti de ſuꝑfluis: pro raptore eſt habendus: igitur peccat mortaliter niſi det. Confirmat̃ ¶ Ad idē facit hec auctoritas. Omni petenti te tribue rem. ſ. ſi habes rem: ſi nō habes ſaltem bonā volūtatē: ergo cū iſte diues habeat rem tenet̃ eā dare. et ita omittit ſi nō dat iſti. In oppm̄. ¶ Cōtra. Poteſt dare eque indigenti. ⁊ ſi dat abſolutus eſt: ergo non tenetur dare iſti. Iuxta hoc ſolet obici de illo cui obuiat aliquis in extrema neceſſitate cōſtitutus. cōſtat ꝙ tenet̃ ei dare modo. Ar̃ ꝑ caſuʒ Sit ergo ꝙ preparet ſe ad dādum ⁊ interim occurrit alius in extrema neceſſitate cōſtitutus. queritur vtrū tenet̃ dare primo. Videtur ꝙ ſic: qr prius tenebatur ei dare. ⁊ nō eſt ab illa tentione abſolutus: ergo adhuc tenetur ei dare modo. Cōtra hoc ar̃ ¶ Cōtra. Si det ſecūdo: abſolutus eſt poſito ꝙ nō poſſit reficere niſi alterū tantū: ergo nō tenetur dare modo primo. Solutio. ¶ Solu. In duobꝰ caſibus omittit aliquis ſi nō det elemoſinā. Primus eſt qñ credit aliquē eſſe in extrema neceſſitate. tūc aūt credit hoc cū dictat ei cōſciētia ꝙ niſi det huic iſte nō habebit vnde ſuſtentet̃. in hoc caſu ſi non dat huic: peccat mortaliter. Etiā monachus tenetur in hoc caſu dare: licet abbas precepit ei ꝙ nullomodo det. De monacho. quoniā preceptū abbatis non ligat aliquē cōtra preceptū dei. vnde abſolutus eſt a precepto abbatis in hoc caſu Alius caſus eſt. qñ videt alium indigētē valde: licet nō in vltima neceſſitate: ⁊ habet multa ſuperflua nec proponit melius diſpenſare tenet̃ dare illi modo Alius caſꝰ Sed tamen hec eſt cōcedenda. Iſte diues tenet̃ dare huic indigenti pro loco ⁊ tēpore. ſed hec eſt falſa: modo eſt locus et tempus: ſi eſſet locus et tempus ſi non proponeret melius diſpenſare. Et ſic patet ſolutio ad primo obiectū per interēptionē. Per hoc ad primum. ¶ Ad ſcd̓ʒ dicimꝰ ꝙ ille diues ſi eſſet indigēs indiſcretā haberet voluntatē: ſi omnibus modis vellet ſibi dari ab aliquo ſiue melius diſpenſare proponente ſiue nō. Ad ſcd̓m. ¶ Ad tertiū dicimus ꝙ iſte diues nō claudit viſcera ſua ab hoc indigente ꝙ̄uis nō det. qm̄ habet bonā volūtatē dandi niſi ꝓponeret melius diſpēſare. Ad tertiū. ¶ Ad auctoritatē Ieronymi dicimus ꝙ iſte diues ꝓ raptore habetur ſi vltra neceſſaria retinere cōprobaretur: ſed ſi ſuperflua ꝓponit bene diſpenſare: non eſt habēdus pro raptore nec comprobare retinere ſuꝑflua hoc caſu. Ad ieronymum. ¶ Ad iſtam auctoritateʒ. Omni petenti te tribue. dicimus ꝙ ſic intelligenda eſt. ſi rē vel bonam voluntatē vel bonū verbū. Ad aliā auctoritatem. Unde iſte diues non eſt tranſgreſſor huiꝰ precepti cū habeat bonam voluntatē dandi ſicut dictū eſt. ¶ Ad illud quod queritur de duobus in extrema neceſſitate cōſtitutis vtrū tenetur dare iſti. demōſtrato primo. dicimus ꝙ ſic ⁊ ſimiliter ſcd̓o. ſed neutri tenetur dare modo. tamen tenet̃ dare alteri modo. vt iſte terminus alteri teneatur confuſe. ⁊ patet. Ad aliud.

¶ Quibus danda eſt elemoſina.

¶ Tertia queſtio huius capituli.

Queritur de perſonis quibus danda eſt elemoſina. queritur vtrū magis danda ſit elemoſina corporalis cōſanguineis quibuſcūqꝫ ꝙ̄ extraneis. ¶ Videtur ꝙ ſic. Ar̃ ꝙ ſic. quoniā iſte eſt ordo caritatis: vt prius diligamus propinquos. deinde extraneos. ergo magis danda eſt elemoſina cōſanguineis: ꝙ̄ extraneis. ¶ Contra. in eccle. dr̄ deſudet elemoſina in manu tua: donec inuenias iuſtū cui des: ergo magis dāda eſt elemoſina iuſto: ꝙ̄ iniuſto. In oppm̄. ergo ſi extraneus ſit iuſtus et cōſanguineus non: magis danda eſt elemoſina extraneo iuſto: ꝙ̄ conſanguineo malo. ¶ Itē. deus magis diligit iuſtū extraneū ꝙ̄ tuū conſanguineū malū. Secundo. ſed tu debes illū magis diligere queʒ ſcis magis diligi a deo. ergo tu debes magis diligere extraneū bonū ꝙ̄ conſanguineum malū. ſed probatio dilectionis eſt exhibitio operis. ergo magis debes dare elemoſinaʒ extraneo bono: ꝙ̄ propinquo malo. ¶ Solutio. Solutio. Quedā elemoſina danda eſt melioribus ⁊ iuſtioribus pauperibus. vt elemoſina que eſt de teſtamento. quoniā per preces ſanctorum pauperum citius liberatur a pena ille qui mortuus eſt. ſed Nota. elemoſina quā facimus de proprijs facultatibus. magis danda eſt propinquioribus ꝙ̄ extraneis melioribus: alijs paribus. ¶ Similiter concedimus ꝙ iuſtioribus pauperibus magis danda eſt elemoſina alijs paribus. Per hoc ad primum. ſed pro quāta propinquitate debeā preferre ꝓpinquū extraneo: nō determinat ars: cōiunctio ¶ Ad iſtd̓ qd̓ obicit̃. ꝙ magis iuſtū magis debemꝰ diligere: cū deꝰ magis dili= Ad aliud.



Ayuntamiento de Madrid

gat ipſum. bene cōcedimus eo modo ꝙ deus ma=
Nota. gis diligit ipſum maiori affectu vel maiori motu.
quoniā de⁹ nō afficitur nec moueƭ: ſed magis di=
ligit. i. ad maius. Similiter et nos ad mai⁹ debe=
Correlariū mus ipm̄ diligere: nō tamē maiori affectu. ¶ Ex
predictis patet quibus danda eſt elemoſina. ſcʒ
pauperibus in quib⁹ eſt imago dei ⁊ noſtra. et qꝺ
eis damus quodāmodo deo dam⁹. cū ipi ſint ima
ꝯtra iſta aƭ. go dei ⁊ eis dem⁹ inq̄tū tales ſunt. ¶ Sed cū in
hiſtrionibus ſit imago dei: videƭ ꝙ dare hiſtrioni
Jeronym⁹. bus nō ſit peccatū. mentitur ergo Jeronym⁹ di=
cens qui dat hiſtrionibus immolat demonibus.
Secundo. ¶ Itē. hiſtriones vtūtur arte ſua ſine pctō. quo=
niā nō eſt pctm̄ citharizare vel pſallere. qꝺ ptʒ ꝑ
helyſeū. qui cū conſuleretur a tribus regib⁹ iuſſit
ſibi adduci pſaltē. ⁊ cū caneret pſaltʒ facta eſt ſu=
per eū manus dn̄i. ergo ſcꝺm hoc dare hiſtrioni=
bus nō eſt peccatū: cū hiſtrio non ſonet in viciū.
Tertio. ¶ Item. ille qui dat hiſtrioni nō cogitat de dia=
Solutio. bolo: ergo nō immolat diabolo. ¶ Solutio. Hi=
ſtrio ꝓprie dr̄ qui geſticulatiōe corpis ꝓuocat ad
riſum hoīes. Unde hyſtoria rerū. g. narratio. ſed
modo ampliatū eſt nomē vt dicaƭ hiſtrio quicūqʒ
ioculator qui per muſica inſtrumēta vel alio mo=
do excitat hoīes ad voluptatē ⁊ gaudiū hmōi. et
Aduerte. ſic ſonat in viciū. ⁊ hac intentiōe dare eſt demoni
bus immolare. qm̄ cui⁹ dicitur eſſe res ei⁹ eſt fru=
ctus rei. vnde cū diaboli ſit fructus huius datio=
Ad primū. nis: ꝓpter hoc dr̄ dari diabolo. ¶ Nec valet hec
argumentatio. Iſte non cogitat de diabolo: ergo
Falla ꝯn̄tʒ. nō imolat diabolo. Et eſt fallacia ꝯn̄tʒ. qm̄ exce=
dentia et exceſſa ſūt immolare diabolo ⁊ cogita=
Nota. re de diabolo. ſed ſi alia intentione detur hiſtrio=
ni. ſ. aut q̄tū indiget aut q̄tū volum⁹ habere cō=
ſolationē ad remouēdū triſticiā hui⁹ ſcl̄i que mor
tem aīe operatur: hui⁹ dare nō eſt peccatum.

¶ De q̄titate elemoſine.

¶ Quarta queſtio huius capituli.

Queritur de q̄titate elemoſine. ⁊ querit
de illo qui vēdit oīa que habet ⁊ dat oīa
pauperibus nō retinēdo ſibi aliq̄d vtrū
Af ꝙ ſic. peccet mortaliter ¶ Videƭ ꝙ ſic. qm̄ da
re ſuꝑflue eſt peccatū mortale: qm̄ prodigalitas
eſt peccatū mortale. ſed nulla ſuꝑfluitas eſt ma=
ior in dando q̄ʒ dare oīa ⁊ nihil retinere ſibi: ergo
Cōfirmaƭ. qui ſic facit peccat mortaliter. Dicit em̄ Apoſto.
Rationale ſit obſequiū ⁊c̄. Facit ergo cōtra pre
In oppm̄. ceptū apl̄i. inicit manus in ſe: ergo peccat morta
liter. Si cōceditur. ¶ Contra. Hoc eſt opus per
fectionis. ſicut dr̄ in euangelio. Si vis perfectus
Solutio. eſſe vade ⁊c̄. ergo nō peccat qui ſic facit. imo opti
me agit. ¶ Solutio. Si dat oīa ſicvt non habeat
ſpem habendi aliūde neceſſaria peccat mortalit.
ſed ſi oīa dat habent ꝓpoſitū intrandi clauſtrum
in quo habebit oīa neceſſaria: tunc multa ſibi re=
tinet. vnde nō peccat ſed bene agit. nec dat ſuper
Iterum aƭ. flue: qm̄ retinet oīa neceſſaria ſibi. ¶ Sed obijci
tur de illo qui nimis macerat corpus ſuū. non eſt
ſimile: quoniā ille inicit ſibi manū. iſte nō. cū oīa
Queſtio. ſibi neceſſaria retineat. ¶ Sed queritur ad q̄tuʒ
Opinio cō= tēpus poſſumus nobis reſeruare neceſſaria. Ma
munis. giſtri dicūt vſqʒ ad annū. vnde exponūt ſic illud
euāgelij. Nolite ſolliciti eſſe de craſtino. i. de an=
no futuro. ¶ Sed queritur quare dn̄s ꝓhibet nō q̄o incidēs.
eſſe ſollicitū de craſtino: cū bonū ſit ſollicitudinē
et curam habere de ſibi neceſſarijs. ¶ Ad hoc di Solutio.
cimus ꝙ duplex eſt ſollicitudo. ſ. prouidentie: et Duplex ſol=
ita non prohibetur. et ſollicitudo ſuffocans et ita licitudo.
prohibetur. hec impedit hoīem ⁊ retrahit a mul=
tis operibus bonis. vnde dicit dn̄s. Sufficit diei
malicia ſua. quoniā viuendo quiete ⁊ ſine ſollici=
tudine de craſtino ſatis impedimur ⁊ retrahimur
a bonis operibus. vnde non eſt bonum magis in=
uoluere ſe et anguſtiare ſe.

¶ De quibus habeat fieri elemoſina.

¶ Quinta queſtio huius capituli.

Queritur de quibus habeat fieri elemo
ſina. ⁊ dicit ꝙ nullo modo pōt fieri ele
moſina de vſura / de rapina / de reb⁹ ma
le acquiſitʒ. vnde in eccl̄. Qui offert ſa Notes.
crificiū ex ſubſtantia pauperū quaſi victimat fi=
lium in cōſpectu patris ſui. qm̄ pro homicida ha=
betur qui aufert pauperi illud vnde debet ſuſten=
tare vitā ſuā. ¶ Sed cōtra. In euāgelio dicitur. ꝯtra illꝺ aƭ
Facite vobis amicos de mām̄ona iniquitatʒ. ⁊c̄.
ergo licet facere amicos de pecunia iniquitatʒ. ⁊
de pecunia male acquiſita licet facere elemoſinā
¶ Solutio. Uſurarius pōt facere elemoſinaʒ de Solutio.
denarijs quos habuit de vſura: ſi proponat red=
dere de alijs denarijs. aliter ꝟo nō pōt. Hec au= Hec aucto=
ctoritas Facite vobis amicos ⁊c̄. tripliciter expo ritas tripli=
nitur. Primo ſic. Facite vobis amicos de mām̄o citer expo=
na iniquitatis. i. de diuitijs que vt in pluribus et nitur.
inique ⁊ cū pctō ſolent acquiri. ſed nō inde iubet
vel cōſulit facere amicos de pecunia male acqui
ſita. Scꝺo ſic exponiƭ facite ⁊c̄. i. de pecunia que
inique retineret ſi non daretur. Tertio modo ſic.
Facite ⁊c̄. i. de pecunia inequalitatis. i. que ineq̄=
liter poſſideƭ. vn⁹ em̄ pl⁹ habet: alius minus. ille
em̄ qui pl⁹ habet ſuppleat defectū eoꝝ qui nō ha
bēt vel q̄ min⁹ habēt. Hoc fuit ſignificatū in mā= Māna qꝺ
na. qm̄ qui plus colligerat nō plus reperit q̄ʒ go= ſignificat.
ergo pꝛopter beatitudinē increataʒ. vna eni eſt fi
nis per aliā. qm̄ ꝑ beatitudinē creatā quieſcimus
in beatitudine increata. vn̄ cū vtraqꝫ pōt poni di-
ctio excluſiua. ¶ Ad ſm dicimꝰ ꝙ diligere virtu-
Ad ſcđm. tes eſt diligere ſe: qꝛ diligere virtutes eſt eas vel
le ſibi: ⁊ hoc eſt velle bonū ſibi: ⁊ hoc ē diligere ſe
Alr̄ p̄t dici. Vel poteſt dici ꝙ cum Auguſtinus dicit tantum
quattuoꝛ eſſe diligenda ex caritate. loquitur tan-
tum de ſubſtantijs: non de foꝛmis.

¶ Utrum fruendū ſit perſonis.

¶ Tertia queſtio.

Ar ꝙ ſic. Augustinꝰ Ueritur vtrum fruendū ſit perſonis ſm
ꝙ ſunt perſone ¶ Videt ꝙ ſic. qm̄ Aug.
dicit ꝙ tantū tres res ſunt quibus fruē-
dum eſt. ſ. pater/filius/ ſpūſſanctꝰ: ğ fru
endum eſt tota trinitate: ergo fruendū eſt filio. ſʒ
frui eſt amoꝛe inherere alicui ꝓpter ſe: ergo filius
eſt diligendus ꝓpter ſe tm̄: non ğ pꝛopter patrem
Secundo. et hoc falſum eſt. ¶ Item. pater eſt finis oīm. vn̄
in euāgelio Ioh. Dn̄e oſtende nobis p̄rem ⁊ ſuffi
cit nobis. Filius ergo eſt diligēdus pꝛopter p̄reʒ
tanqꝫ ꝓpter finem oīm. non ergo eſt diligendꝰ tm̄
Augustinꝰ pꝛopter ſe. ¶ Sed cōtra. Augu. dicit ꝙ vna ſola
imago dei colenda eſt q̄. ſ. eſt id quod ipſe eſt que
non pꝛo patre: ſed cum patre colenda: ğ filius non
eſt diligendus pꝛo patre ſiue pꝛopter patrē: ſʒ cū
Ad idem. patre. ¶ Iteʒ. deus eſt diligendus ꝓpter t̄palia
qm̄ eccleſia ita dicit. Agimus tibi gratias oṗs de
uʒ pꝛo vniuerſis bn̄ficijs tuis: ergo ſi deꝰ eſt dili-
gendus ꝓpter t̄palia: non ergo tantuʒ pꝛopter ſe.
Solutio. ¶ Solu. Sine dubio fruenduʒ eſt perſonis. ſunt
eni vna ſumma bonitas. vnde ſunt vnꝰ ſummꝰ fi-
nis. ⁊ pꝛopter hoc non ſeqͥtur: filius eſt diligendꝰ
tm̄ pꝛopter ſe. non ğ pꝛopter patreʒ: qꝛ non exclu
ditur pater cum ſit idem finis ꝙ filius. ⁊ ſic p̄ʒ ſo
Ad duas lutio ad duas pꝛimas obiectiōes ¶ Ad tertio ob
iectum dicimus ꝙ auctoꝛitas ſic eſt intelligenda. pꝛimas.
Imago dei nō eſt colenda pꝛo patre tanqꝫ ꝓ alio Ad tertiā.
fine: ſed cū p̄re tanqꝫ cū eodeʒ fine. ¶ Ad vltimo Ad vltimā.
obiectum dicicimus ꝙ cuʒ đꝛ: deus eſt diligēdus
pꝛo t̄palibus. hec pꝛopoſitio pꝛo: nō notat cauſaʒ
finalem: ſed materialem. t̄palia eni ſunt cauſa ma
terialis ꝓuocatiua dilectiōis dei. ⁊ ſic p̄ʒ ſolutio
¶ Item. Aug. dicit ꝙ perſone fruūtur ſeipſis: ğ Aliđ dictū
pater fruitur filio: ergo diligit ipſuʒ tm̄ pꝛopter fi auguſtini.
lium. ſed hec dictio ꝓpter: notat cauſam finalem ꝯtra qđ ar̄.
ad quā ē motꝰ: ergo pater moueť ad filium vt ad
finem ſed omne quod mouetur ad aliquid vt ad fi-
nem indiget illo ergo pater indiget filio. ⁊ hoc fal
ſum. ¶ Solutio. Cum dicitur pater diligit filiuʒ Solutio.
pꝛopter filium: hec dictio pꝛopter ponitur ibi pꝛi
uatiue pure. ⁊ eſt ſenſus. diligit filium non ꝓpter
aliud: ſicut pater carnalis diligit filium carnaleʒ
pꝛopter ſe. i. non pꝛopter aliud: quia diligit illuʒ.
⁊ ſi nihil aliđ debeat inde ſibi accidere: ⁊ nō opoꝛ
tet ꝙ pater indigeat filio.

¶ De raptu in deum.

¶ Decimuſquartus tractatꝰ.

Icto de fruitione dei: dicendū eſt de ra
ptu in deum quo videlʒ aīa rapiť ad con
templandū deū. ſicut ei fuit raptus pau
lus vſqꝫ ad tertiū celum. ſicut ipſe dicit
in. xiiij. ad coꝛ. Scio hoīem in xp̄o ante annos.
xiiij. ſiue in coꝛpoꝛe ſiue extra coꝛpus neſcio deꝰ
ſcit raptum vſqꝫ ad tertiū celum. et ſcio hmōi hoī
nem ſiue in coꝛpoꝛe ſiue extra coꝛpus: neſcio deꝰ
ſcit qui raptus eſt in paradiſuʒ ⁊ audiuit archana Tertiū ce-
verba q̄ non licet hoī loqui. ¶ Tertiuʒ celum ad lū qđ eſt.
quod dicit ſe raptum tripl'r intelligitur. pꝛimo vt
dicatur tertiuʒ celum. celū empireū vt ſit pꝛimū
celum aereū: de quo đꝛ. volucres celi comederūt
illud. ſm ſydereū de quo fiant luminaria in firma
mento celi. tertium empireū de quo đꝛ. In pꝛinci
pio creauit deꝰ celum ⁊ terram vſqꝫ ad tertiū ce-
luʒ. ſ. empireū raptus fuit Ap̄ſs vt videret archa
na celeſtia. ¶ Scđo modo đꝛ tertiū celum tertia Scđo intel
viſio. ſ. intellectualis. Eſt eni triplex viſio. pꝛima ligitur.
eſt coꝛpalis. ſcđa imaginaria ſiue ſpūalis. tertia triplex viſio
intellectualis. Viſio coꝛpoꝛalis eſt cum ipſa res
coꝛpoꝛalis videtur. ⁊ hec viſio coꝛpalis đꝛ pꝛimū
celum inqꝫtū celat aliquod ſecretū. ſicut viſio bal
thaſar qua vidit manū ſcribentē in pariete: mane
thetelphares quod ſignabat ip̄m in pꝛoximo amiſ
ſurum regnum. ⁊ ſicut fuit viſio qua moyſes vidit
rubum ardentē qui nō comburebať. ymaginaria
viſio eſt que fit non ꝑ coꝛpoꝛa: ſed ꝑ coꝛpoꝛū yma
gines. ſicut fuit viſio bti petri qua vidit quadrupe
dia ⁊ reptilia in diſco: ⁊ dictū eſt ei macta ⁊ mādu
ca. i. occide vicia et traijce poſtea ſubiecta in coꝛ
pus eccleſie. Intellectualis viſio ē qn̄ ipſa res in
coꝛpoꝛea nō per figuras vel ꝑ imagines: ſʒ ꝑ ſeip-
ſam nude conſpicitur: ſicut deus cōſpicitur in pa-
tria. ⁊ hec intellectualis viſio đꝛ tertium celū ad
quam viſionem raptus eſt vt ip̄m deuʒ ⁊ archana
celeſtia videret. ¶ Tertio modo đꝛ celum tertiū Tertio in-
tertia hierarchia angeloꝛū. Sunt hierarchie an- telligitur.
geloꝛum tres. pꝛima continet angelos archange
los: virtutes: ⁊ hoc eſt pꝛimū celum. ſcđa cōtinet

Ayuntamiento de Madrid

principatus/poteſtates/dñationes.et hoc eſt ſe-
cundum celū.tertia continet thronos/ cherubin/
ſeraphin.⁊ hoc tertium celu3 eſt ad quod raptus
eſt Aplus vt videret deū eo modo quo āgelus de
ſuperiori ordine videt ipſum.

¶ De viſione Apoſtoli in raptu.

Circa igitur queſtionē iſtā.Primo queri
tur vtrum iſte terminꝰ hoiem tenetur ꝓ
prie aut improprie.cū dr. Scio hoiem.
⁊c.Scdo vtrū illa viſio quā in raptu ha
buit Aplus fuit viſio cōprehenſoris vel viatoris.
Tertio vtru3 illa viſio fuerit ꝑ mediū aut ſine me
dio.Quarto qualiter factꝰ fuit raptus ille in pa-
radiſum.ſicut dicit glo.Quinto qualiter ſc3 ſit ve
rum:ꝙ vidit archana dei que non licet hoi loqui.

¶ De hoc quod Aplus queſiuit.

¶ Prima queſtio:

Circa primū q̄ritur ſic. Apo.qñ dixit.
Arguitur. Scio hoiem ⁊c.aut aſſumpſit hūc ter
minum hoiem proprie.i.pro cōpoſito
ex aia et corpe:aut improprie ſiue ſino-
dochice:ſc3 tm̄ pro aia. Si primo mo-
do ⁊ ſciuit qualiter ſumpſit. ergo ſciuit hoiem ra-
ptum in corpore ⁊ aia. ergo falſū eſt quod dixit.ſi
ue in corpore ⁊c.qr ſciuit ꝙ in corpore.ſiue impro
prie:ſc3 tm̄ pro aia et ſciuit qualiter ſumpſit.ergo
ſciuit hoiem raptum tm̄ in aia:ḡ extra corpus. er
Solutio. go falſum dixit cu3 dixit.ſiue in corpore ſiue extra
corpus neſcio deus ſcit. ¶ Solutio.Aplus ſum-
pſit hunc terminum hoiem tm̄ ſinodochice : quia
ſciebat ꝙ quocunq3 modo fuerit aia raptum fuit.
non ſequitur ergo ſciuit aiam raptam tm̄ : vel ho-
minem raptum tm̄ in aia.prius enim dictio exclu
ſiua determinabat hanc dictionem raptum et eſt
fallacia compoſitionis ⁊ diuiſionis.

¶ Utrum viſio Apli in raptu fuit
comprehenſoris vel viatoris.

¶ Secunda queſtio.

Queritur vtrū viſio qua3 habuit Apo.in
Oplo cōis raptu fuit comprehenſoris vel viatoris.
Et dñt magiſtri:ꝙ medio mō ſe habuit.
qm̄ nec ita limpida fuit:ſicut eſt viſio cō
⁊tra hoc af prehenſoris:nec ita enigmatica: ſicut viſio viato
ris.¶ Sed contra.aut videbat per ſpeculu3: aut
non.ſi per ſpeculum.ḡ ad modum viatoris.ſi non
per ſpeculum.ḡ facie ad faciē.ḡ ad modum cōpre
Secundo. henſoris non ḡ medio modo videbat cū nichil ſit
medium.¶ Preterea Aug.dicit.ꝙ intellectus vi
ſio eſt qua in ipſa forma corporea firma dei poten
tia mentis intuitus fugitur.ḡ intellectuali viſiōe
videtur res aperta.videtur ḡ per modū cōprehē-
In oppm̄. ſoris.¶ Sed contra.dñs dicit ꝑ moyſen:non vi-
debit me homo ⁊ viuet.ergo ſi Aplus viuebat tūc
non videbat deu3 facie ad faciē.⁊ ita non videbat
Secundo. ipſum per modu3 comprehenſoris ⁊ hoc ſciebat.
¶ Item.ſi videbat deū per modū cōprehenſoꝛ.
et hoc ſciebat.ſed ſciebat deū dixiſſe hoc.Non vi
Tertio. debit me homo ⁊ viuet: ḡ ſciebat ſe non viuere:er
go ſciebat ſe raptum extra corpus. ¶ Item.vide
bat deum facie ad faciem ⁊ ita legebat res in ſpe-
culo eternitatis.ſed ſpeculū eternitatis eſt exem-
plar vniuerſi:ergo videbat oīa cum videret exem

plar oīm.ergo videbat an eſſet raptus in corpe an Solutio.
extra corpus.qd eſt cōtra predicta ¶ Solu.Cō Viſio Apli
cedimus ꝙ viſio Apli in raptu fuit viſio compre- fuit viſio cō
henſoris.nec vidit deū ꝑ ſpeculū:ſicut dr Augu. prehenſoꝛ
tamen ſi aia fuit in corpore qñ Aplus raptus fuit
non potuit ita limpide videre deū propter ipedi-
menta carnis ſicut vidiſſet ſi eſſet aia ſepata a cor Contra da
pore. ⁊ ſi huius viſionē non ita clarā vocent magi maſce.
ſtri mediaſtinā viſionem: bene concedimꝰ in vno
caſu ꝙ mediaſtina viſiōe vidit deū nec de noīe eſt
contendendu3:ſed tñ facie ad faciē vidit deū.qm̄ Ad primū.
hmōi viſio bñ recipit magis ⁊ minus. ¶ Ad illd
quod obijcitur.non videbit hō ⁊ viuet.dicimus ꝙ
ſic eſt exponēda auctoritas illa. Non videbit me
homo viuens.i.hō vtens ſenſibus ⁊ imaginatiōe
Aplus aute3 in raptu non viuebat vt hō.i.nō vte
batur ſenſibus et imaginatione q̄uis aia eſſet in
corpore. ¶ Ad aliud dicimꝰ ꝙ q̄uis Aplus ſci- Ad aliud.
ret ſe videre deū per modum cōprehenſoris: non
tamen videbat in ſpeculo eternitatis an in corpe
aut extra corpus videret deū. Non enī quicunq3
legit in ſpeculo eternitatis legit ibi oia: ſed tm̄ il-
la quorum deꝰ ſe oſtendit exemplar eſſe. ſicut pt3
in prophetis qui non videbāt oia in ſpeculo eter-
nitatis: ſ3 tm̄ illa que deꝰ illis reuelabat ⁊ pt3 etiā
in quibuſdam angelis q̄ incarnationis miſterium Iſayas.
ignorauerūt.in pſona quoꝝ dicit Iſay. Quis eſt
iſte qui venit de edō.⁊c.vel ſi dicatur ꝙ Aplus vi Alr pt dici.
derit hoc in ſpeculo eternitatis oblitus eſt poſtea Contra di-
quando redijt ad priorē ſtatū.vñ verū cū dr.Ne- cta af.
ſcio an in corpore an extra corpꝰ ¶ S3 probatur Auguſtinꝰ.
ꝙ in nullo caſu vidit Aplus deum mediaſtica vi-
ſione.qm̄ Aug.dicit ꝙ Aplus vidit in raptu facie
ad faciē quā viſionē petijt moyſes a dño cū dixit
Oſtende mihi faciē tuam.viſionē enī imaginariā
non petebat.qm̄ viderat deū i rubo/ in caligine/ i
ſaphiro viſionem ḡ per ſpeciē querebat:ḡ viſio in
tellectualis qua videbat Aplus deū erat viſio ꝑ
ſpeciem.non ḡ erat viſio mediaſtica. ¶ Solutio. Solutio.
Hec vltia argumentatio nō valet. qr q̄uis Apls Ad rōnem.
videret deu3 facie ad faciē:tñ ſi aia eiꝰ erat in cor
pore non ita limpide videbat ſicut vident ſcti quo
ru3 anime ſeparate ſunt a corpe.vñ viſio ſua erat
mediaſtina ⁊ inter viſionē ſanctorū ⁊ viſionē enig
maticam. ¶ S3 videtur ꝙ quilib3 poſſit rapi vſq3 Af a ſimili.
ad tertium celū ⁊ videre deum per ſpeciē qñcūq3
vult quia quil3 pōt ſeparare ſe ab oibus ſenſibili-
bus ita ꝙ non vtaṫ aliquo ſenſu vel imaginatione
ſicut ille dixit Rēnuit conſolari aia mea.nolebat
enī habere conſolatorem in ſenſibꝰ.Quilibet igiṫ
pōt ſeparare ſe ſic a ſenſibꝰ:ſed cu3 ſic ſepatus eſt
non viuit hō.ſed quia Aplus non viuebat hō pro
pter hoc raptꝰ eſt vſq3 ad tertiū celu3.i. vſq3 ad in
tellectualem viſionē:ergo qua ratione iſte non vi
uit hō rapitur vſq3 ad tertium celū.i.vſq3 ad intel
lectualem viſione3.⁊ ita quilibet pōt rapi qñcūq3
vult vſq3 ad tertiū.celum. ¶ Item.in canti.dicit Secundo.
ſponſa:paululū cū pertranſiſſē inueni quē diligit
aia mea:eccña ptrāſit cuſtodes muroꝝ.i.Aplos
petrum ⁊ alios:inuenit in illis magnā religione3
magnā fidem.⁊ ſic de alijs.Ipſis aūt pertranſit3
inuenit deu3 quem diligit.Apli enī immediate ſe

BIBLIO...
Ayuntamiento de Madrid

habent ad deuꝫ. vnde illis pertrāſitis: eccleſia im
mediate coniũgitur deo Sed quilibet pōt pertrā
ſire Apl'os: ğ q̄libꝫ pōt imediate coniungi deo. ⁊
ſic pōt imediate videre deum: qñ vult. hoc aũt eſt
rapi vſqꝫ ad tertiuꝫ celum: ergo quilibet pōt rapi
Tertio. vſqꝫ celũ quando vult. ¶ Item. intellectus mun=
dus imediate ſe habet ad videndum deum. vnde:
Beati mundo corde. qm̄ ipſi deũ videbũt et quili
bet poteſt habere mundiſſimũ intellectum ſi vult:
ergo quilibet qñ vult poteſt videre deum imedia=
Solutio. te. ⁊ inde vt prius. ¶ Solutio. Ad primũ dicimꝰ
Ad primũ. ꝙ duplex eſt ſeparatio a ſenſibus. vna affectꝰ alia
intellectus. Quilibet poteſt ſeparare ſe a ſenſibꝰ
quantũ ad effectũ: ſed q̄tum ad intellectũ nō pōt
qꝛ videmꝰ nunc ꝑ ſpeculũ in enigmate. nec aliter
q̄ in nobis eſt poſſumus videre deum i preſenti ni
ſi per ſpeculũ creaturarũ. Inuiſibilia eni dei. ⁊c̄.
Ad ſcḋm. propter hoc nō eſt verũ ꝙ quilibꝫ pōt rapi vſqꝫ ad
tertiũ celũ qñ vult. ¶ Ad ſcḋm dicimꝰ ꝙ duplex
eſt ꝑtrāſitio: ſcꝫ pertrāſitio imediationis et ꝑtrā
ſitio trāſlationis. primā non pōt habere aliquis i
preſenti q̄tũ in ſe eſt ⁊ ſic non rapit ad tertiā viſio
nem qñ vult: ſed ſcḋam tranſitionē pōt habere: ſꝫ
Ad vltimũ. illa habita nō eſt verũ ꝙ imediate videat deũ ⁊ ſic
patet ſolutio. ¶ Ad vltimo obiectũ dicimꝰ ꝙ hec
eſt falſa: intellectus mũdus imediate ſe habet ad
videndum deum qm̄ neceſſariuꝫ eſt ꝙ per ſpeculũ
ceratur e videat deum niſi vtatur ſeipſo vt ſpeculo
ad videndũ deũ. et quodāmodo imediate ſiue per
ſe videt deum. i. non per aliud: ⁊ quodāmodo me=
diate. qm̄ per quoddam ſpeculum.

¶ Utrum Apoſtolus raptu ſuo
vidit deum ſine medio.

¶ Tertia queſtio.

Ueritur vtrũ Apl'us raptu ſuo vidit deũ
per mediũ aut ſine medio: qḋ eſt querere
vtrum viſio patrie ſit ꝑ imaginē vel ſimi
Arguitur litudinem ſicut modo videmꝰ vel intelli
ꝙ ſcri. ⁊c̄. gimus: aut ſine imagine. ¶ Uidetur ꝙ ſine imagi
Auguſtinꝰ. ne. qm̄ Augu. dicit ꝙ tm̄ genus viſionis eas res
continet que nō habent imagines ſiue ſimilitudi=
nes que non ſunt quod ipſe dilectio eni non aliter
videtur preſens in ſpecie q̄ eſt. ⁊ aliter abſens in
imagine ſui ſimili. ſed quantũ mente cerni poteſt
ab aliquo magꝫ ab alio minꝰ ipſa cernitur hō aut
arbor ⁊ alia corporalia ⁊ preſentia vidētur in ſuis
formis ⁊ abſentia cogitantur imaginibus aīs im=
Inoppm̄. preſſis ergo ꝑm primā partē huiꝰ auctoritatꝫ: de
us non pōt videri ſub imagine q̄ ſit ipſe. ¶ Sꝫ cō
tra. ſcḋa viſio imaginata eſt: ⁊ illa viſione pōt vi=
deri deus. ergo per imaginē poteſt videri: ⁊ con=
ſtat ꝙ illa imago non eſt id qḋ deus. ergo deꝰ pōt
Solutio. videri ſub imagine que non eſt idem quod ipſe eſt.
Duplex eſt ¶ Solu. duplex eſt imago rei. ſ. familiaris et ex=
imago rei. tranea: ſi liceat ſic loqui. familiaris eſt quā gene=
rat res apprehenſa in aīo auditoris ſiue apprehē
dentis: ⁊ hec eſt paſſio aīe ⁊ ſimilitudo rei: vt ha=
bet in libro periarm̄. imago extranea eſt ſicut ſpe
culum. ⁊ ſic creatura eſt imago creationis. ꝑ ima
ginem eni extraneā poteſt videri deꝰ ſꝫ ꝑ imaginē
familiarem q̄ ſit aliud q̄ ipe nō pōt videri. ⁊ de ta
Iterum aꝛ li imagie itelligit Aug. ¶ Itē. Apo. i ſcḋa ad co

rinthios. velamen poſitũ eſt ſuꝑ faciē moyſi: nos propter di=
autem reuelata facie gl'iam dei ſpeculamur: ergo cum pauli.
ſine velamine dn̄m in preſenti videmꝰ: qꝛ remoto
velamine tam littere q̄ pcti gl'iam in xp̄o cōtēpla
mur ergo videmꝰ deum facie ad faciē. qḋ eſt ꝯtra
Euaſio. predicta. ¶ Forte dicet ꝙ in preſenti videmꝰ deũ
amoto velamine tā littere q̄ pcti. ſ. amoto velami
ꝯtra hoc aꝛ ne creaturarũ. ¶ Sed ꝯtra. Creature extra intel
lectus hũanos ſunt. deus aũt eſt preſens intelle=
ctui hũano cũ ſit eēntialiter vbiqꝫ: ergo creature
non velant deũ intellectui hũano ergo nō impedi
unt qnin intellectus hũanus videat deũ facie ad
faciē. nec aliḋ eſt velamen niſi creaturaꝝ: ğ simpli
citer intellectus hũanus videt in preſenti deũ fa=
Secundo. cie ad faciem ¶ Itē. eadē caritas q̄ modo eſt gr̄a
erit gloria cũ perficiet. Similiter iuſticia q̄ modo
eſt gr̄a erit gloria: ğ eadem rōne viſio dei q̄ modo
eſt gr̄a fiet gl'ia. ⁊ erit facie ad faciē: ergo ē modo
Solutio. facie ad faciē. aliter eni non eſſet eadē ¶ Solutio
Duplici de Bene concedimꝰ ꝙ in preſenti videmꝰ deũ remo=
cā ꝓ iſto ſta to velamine tam littere q̄ pcti: ſed nō amoto vela
tu nō videt mine creaturarũ. tn̄ creature non ipediunt qui in
eſſentia dei tellectus videat deũ facie ad faciē. ſed impedimē
tum eſt ex parte intellectus: qꝛ intellectus nō eſt
creatus in ſua optima ⁊ vltima ꝑfectione: imo ſi=
cut viſus noctue ſe hꝫ ad iſtum ſolem viſibilē vni=
uerſaleꝫ: ſic intellectus nr̄ ſuo modo ad ſolē intel
ligibilem. Eſt ğ vna cauſa ꝓpter quam non poſſu
mus videre deum facie ad faciē. imꝑfectio intelle
ctus qua impotēs eſt videre in acceſſibilē clarita
Alia cauſa tē lucis eterne Alia cauſa eſt quā aſſignat Greg.
gregorius. ſuper illud exodi. Non videbit me hō ⁊ viuet. vbi
dicit ꝙ propter imenſitateꝫ dei non poſſumꝰ eum
modo videre facie ad faciē. qm̄ itellectꝰ modo ſtri
ctꝰ eſt nimis ad hoc vt deũ incircũſcriptũ videat
incircũſcripte. ⁊ hec ipotentia non eſt pena: ſꝫ im
perfectio intellectꝰ in parte. perfectionē eni opti
mam debet acquirere intellectꝰ per merita quam
Ad vltimũ. cũ habebit videbit deũ facie ad faciē. ¶ Per hoc
ptꝫ ſolutio ad vltimo obiectũ qñ ex impotētia in=
tellectus eſt ꝙ nō eſt eadē viſio dei in preſenti. cũ
illa que erit in futuro proprie qm̄ iſta per ſpeculũ
Itē aꝛ cō creaturarũ illa ſine ſpeculo. ¶ Poſtea obijcit de
tra auguſt. hoc quod dicit Aug. ꝙ tm̄ genus viſionis cōtinet
res que non habēt imagines ſui ſil'es que nō ſunt
quod ipe: ſicut delectatio: iuſticia par ⁊ ſimilia: q̄
ꝯtra hoc aꝛ oīa videt aīa in ſe cũ ſint ei preſentia. ¶ Sed con
tra. ſicut forme viſibiles ſe habent ad viſũ ita for=
me intelligibiles ad intellectũ. ſꝫ forme viſibiles
vidētur per imagines que nō ſunt id qḋ ipſe: ergo
Secundo. forme intelligibiles intelligũtur per imagines q̄
non ſunt id qḋ ipe. ¶ Itē. intellectus hũanꝰ in fu
turo intelliget āgelũ ⁊ nō per ſui preſentiā. qm̄ an
gelus non erit eſſentialiter in hũana aīa: ğ intelli=
get ipm per imaginem q̄ non eſt qḋ ipſe angelus
eadem ratione ꝓprietates āgelicas. ſ. virtutes et
ſcientias intelliget per imagines q̄ non ſunt idem
Tertio. quod ipſe. ⁊ ita tm̄ genus viſionis ꝯtinet res q̄ ha
bent imagines q̄ non ſunt idē qḋ ipſe. ¶ Itē. ſi in
patria videtur res ſine imaginibꝰ: ergo Apl'us in
raptu ſuo vidit deũ ⁊ alia archana. nō per imagi=
nes: ſed preſentiā ipſarũ rerum: ğ quādo rediit ad

Ayuntamiento de Madrid

ſtatum priores nulle imagines rerũ quas viderat remanſerunt in eo: qꝛ nullas pri⁹ habuit. nec etiã imago viſionis quã habuit qñ nihil penitus de viſione illa remanſit in eo: ergo nihil habuit per qð poſſet recolere ſe habuiſſe viſionem illã. qualiter ergo dicit ſe raptuꝫ vſqꝫ ad tertiũ celũ. ⁊c̃. ex quo non recolebat. Uidetur ergo ꝙ aliqua imago remanſit in ip̃o. ⁊ ita viſio illa fuit ꝑ imaginatiões. ⁊ ita viſio patrie eſt per imaginem: ſicut viſio mea.

Quarto.

¶ Preterea. Aug. dt ꝙ q̃libꝫ res gñat ſciẽtiã ſui in aĩam. ſꝫ nõ niſi ꝑ imaginẽ: g̃ q̃libꝫ res hꝫ imaginem ſui ſimilẽ q̃ nõ eſt idẽ qð ipſa res.

In oppm̃.

¶ Si ꝯceditur: hoc eſt contra auctoritatẽ Aug. predictam

Secundo.

¶ Iteꝫ. vbi veritas rei eſt non eſt neceſſaria imago. qui eñi cogitat ſcit ſe cogitare: et hoc nõ eſt ꝑ imaginẽ cogitationis: ſed per ip̃am cogitationẽ q̃ preſens eſt aĩe. Similiter. qui ſcit aliq̃d ſcit ſe ſcire illud: habet ergo ſcientiã. ⁊ hoc non eſt per imaginem ſcientie: ſed per ipſam ſcientiã que preſens eſt: ergo cognitio eorũ que ſunt preſentia aĩe ipſi non eſt per imagines: imo per ipſas res preſentes ergo in futuro videbunt res preſentes ſine imagine. quod cõcedimus cũ Auguſtino.

Ad primũ.

¶ Ad primũ dicimus ꝙ hec eſt falſa. ſicut forme viſibiles ſe habent ad viſum: ita ⁊c. ſi intelligat generaliter: qm̃ non oĩ eodẽ modo ſe habent: qꝛ forme viſibiles nõ ſunt preſentes ipſi viſui. non eñi ſunt in ipſo oculo et propter hoc imago eſt neceſſaria: ſed q̃dam forme intelligibiles ſunt preſentes intellectui ſi aũt intelligat particulariter vera eſt: ſed argumentatio ſequẽs nõ valet. qm̃ ex particularib⁹ non eſt ſillogiſandũ

Ad ſcðm.

¶ Ad ſcðm dicimus ꝙ humanus intellectus intelliget ãgelũ per imaginẽ. ſꝫ non ꝑ imaginem q̃ procedet ab ipſo angelo: ſed ꝑ aĩam: que imago eſt angeli. aĩa eñi per ſeip̃am intelligit ſe ⁊ oĩa ſibi ſimilia: qꝛ ſicut multiplex eſt ymaginatiõ: ita multiplex eſt intelligẽtia.

Ymãgĩatio multiplex.

Eſt aũt imaginatio recolens qua imaginamur illud qð pri⁹ fuit in ſenſu noſtro eo ꝙ ſcim⁹ fuiſſe in ſenſu nr̃o. Et ẽ imaginatio aſſimilans q̃ imaginamur illud qð nõ fuit in ſenſu: ſed cuius ſimile fuit. ſicut imaginor herculẽ per aliquẽ ſimilẽ ei q̃ fuit in ſenſu meo ⁊ eſt imaginatio confingẽs qua imaginor chimerã. ſiliter eſt intelligentia recolens ⁊ intelligentia aſſimilans. et ſm̃ hanc intelligentiam intelligit aĩa angelũ ꝑ hoc ꝙ intelligit ſe q̃ eſt ſimilis angelo.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertio obiectũ dicim⁹ ꝙ aliquid remanſit in Ap̃lo qñ rediit ad priorẽ ſtatũ de viſione illa quã habuit in raptu. qꝛ ei remanſit cognitio rõnis illi⁹ viſionis et eorũ q̃ vidit q̃ ẽ rõ ponẽs altera noĩa. dt Ariſt.

Duplex cognitio.

Eſt eñi cognitio realis et cognitio noĩalis liceat ſic loq̃. realis eſt q̃ fit per p̃ſẽtiã rei vel ꝑ imaginẽ que procedit ab ipſa. hmõi cognitio nõ remanſit ĩ Ap̃lo de eis que vidit ĩ raptu. noĩalis q̃ fit per nomina aliquomodo exponẽtia rem. ſicut cecus natus cognoſcit colorẽ per rationẽ iſtã color ẽ qð cognoſcitur ꝑ oculũ. cec⁹ aũt natus hꝫ cognitioneꝫ aliquam de colore: ſed longe minorẽ q̃ꝫ ille qui videt. conſimileꝫ cognitionẽ habuit. Apo. poſtq̃ꝫ rediit ad priorẽ ſtatũ qm̃ ſciuit ſe vidiſſe archana dei et ſciuit dicere diffinitionem illius viſionis q̃ aliquomodo exponebat per noĩa illam viſionẽ. vnde cognitionem noĩalem habuit de illa viſione ⁊ nõ realem.

¶ Dicim⁹ aũt ꝙ non oĩs res generat imaginem ſui in aĩa ſed tm̃ res illa q̃ corꝑalis aut ſenſibilis eſt. ⁊ de illo intelligit Auguſtinus.

Nota.

¶ Si Ap̃lus raptus fuit vſqꝫ ad tertium celum ſicut dicit gloſa. ¶ Quarta queſtio.

Queritur de hoc ꝙ glo. dicit Ap̃lm̃ fuiſſe raptũ vſqꝫ ad tertiũ celũ. i. vſqꝫ ad tertiã ierarchiaꝫ. qm̃ dicit glo. ꝙ Ap̃lus vidit archana dei eo modo quo illi q̃ ſũt de ſuprema ierarchia vidẽt.

¶ Sed videtur ꝙ male exponat glo. qm̃ aſſerit ꝙ Ap̃lus dubitat an ille raptus fuerit in corꝑe an extra corpus. ſꝫ ſi fuerit in corꝑe Ap̃lus nõ ita clare vidit archana dei: ſicut illi q̃ ſũt de ſuprema ierarchia. ⁊ glo. Aug. aſſerit hoc: ergo aſſerit qð Ap̃lus dubitat g̃ male

Ar contra gloſam.

¶ Solutio. glo. non aſſerit ꝙ Ap̃lus viderit ita clare: ſicut illi qui ſunt de ſupremis ordinib⁹. ſꝫ ꝙ eodem modo vidit ſicut illi vidẽt: ⁊ hoc dicit trib⁹ de cauſis.

Solutio.

¶ Una eſt ꝓpter imediationem viſionis. qm̃ Ap̃ls in illo raptu imediate vidit deũ ſicut dictũ eſt. licet nõ ita clare ſicut vidẽt ãgeli vel aĩe ſeparate a corꝑe.

Prima cã.

¶ Scða cauſa eſt quare raptus fuerit vſqꝫ ad viſionẽ illam eſt: ꝓpter ꝯformitatẽ quã habebat cũ illis ſupremis ordinib⁹ Seraphin interpretatur ardens ⁊ ipſe erat ardẽs in amore dei vnde ipſe dicit q̃s me ſeꝑabit a caritate dei. Cherubin plenitudo ſcientie ⁊ Ap̃ls erat plen⁹ ſciẽtia throni iudiciũ ⁊ Ap̃lus erat ſpũalis iudicãs oĩa ⁊ a nemine iudicatus. vñ propter hanc ꝯformitateꝫ raptus fuit vſqꝫ ad illã tertiã viſionem.

Scða cã.

¶ Tertia cauſa eſt qm̃ ipſe erat ſũmus ierarcha ⁊ ierarche officiũ eſt. ut dicit btũs Dionyſius. hoĩes facere deiformes. ⁊ ſummi ierarche eſt facere oẽs hoĩes deiformes. ſicut dñi pape q̃ eſt ſumm⁹ ierarcha in ierarchia hũana eſt facere oms̃ hoĩes deiformes ſiue mediate ſiue imediate. ⁊ ſi officium ſuuꝫ compleat ſicut debet: perueniet ad beatitudinẽ ſupremi ordinis: ergo quia Ap̃lus erat ſũm⁹ ierarcha raptus fuit vſqꝫ ad viſionẽ ſupremi ordinis. ydenditas eñi viſionis nõ attenditur quantũ ad claritatem. ſed quantũ ad immediationem.

Tertia cã.
Dionyſius

¶ De hoc quod Ap̃lus vidit archana dei que non licet loqui. ¶ Quinta queſtio.

Queritur qualiter hoc ſit qð Apoſtolus vidit archana dei que non licet hoĩ loq̃

¶ Uidetur eñi ꝙ omnia archana dei liceat homini loqui. qm̃ licꝫ loqui de vnitate eſſentie. de trinitate perſonarũ de notionib⁹ que ſunt ſecretiſſima dei: ergo multo forti⁹ licet loqui alia archana. ⁊ ſic oĩa archana dei licꝫ hoĩ loqui.

Ar ꝯtra dictũ pauli.

¶ Item. ſuper illud prime ad cori. non potui vobis loqui quaſi ſpũalibus: ſed quaſi carnalib⁹. dicit Auguſti. non eſt neceſſitas aliqua ꝙ aliquid occultetur paruulis quod reuelatur maioribus. ſed maioribus ſunt reuelãda archana dei ſicut reuelata fuerunt Apoſtolo: g̃ minoribus ſunt reuelanda: ergo archana dei que vidit Apoſtolus licꝫ homini loqui.

Secundo.
Auguſtin⁹

¶ Itẽ. per fidẽ videtur etiã de⁹ ab infirmis quod eſt premiũ iter oĩa ſpũalia: ergo ab infirmis poſſunt videri oĩa ſpiritualia: ergo ⁊ oĩa archana. ſed quod licitũ eſt intelligere: licituꝫ eſt

Tertio.

reuelare:ergo oīa archana dei licet homini loqui
In oppm̄. ¶ Si conceditur. Contra cū dicitur in euāgelio. mul
ta habeo vobis dicere q̄ non poteſtis portare mo
do:ergo non oīa ſunt dicēda oībus. q2 nō poſſent
portare. ⁊ ita multa ſunt occultāda paruulis que
non poſſunt capere que ſunt reuelāda maioribus
qui poſſunt portare:ergo falſa eſt auctoritas Au=
Secundo. guſtini predicta. ¶ Itē nemo mittit vinū nouū in
vtres veteres:ergo eis qui habent aliquid de ve=
tuſtate nō ſunt predicāda vel reuelāda ea que ad
nouitatē pertinēt:ergo nec oīa archana dei licet
Tertio. oībus reuelare. ¶ Itē. apl's tanq̄ puulis in xp̄o
lac dedi vobis potū nō eſcā. ſed archana dei ſunt
Quarto. eſca:ergo non ſunt reuelāda puulis. ¶ Itē ſi cib9
ſolidus corpalis daretur paruulo corpali necaret
ip̄m:ergo a ſimili ſi cib9 ſpūalis ſolid9 detur puu=
lo ſpūali necabit ipſum. ⁊ ita maiora non ſunt par
Solutio. uulis reuelanda. ¶ Solu. Oīa archana dei licet
homini loqui q̄ expedit hoīem ſcire. ſed quia non
expediebat hoī ſcire illa archana q̄ viderat Apl's
propter hoc dixit q̄ non licet homini loqui. multa
enī ſunt q̄ non expedit ſcire. ſicut ſi pater nimis di
ligit filiuꝫ non expedit q filius ſciat hoc. q2 forte
deterior fieret inde:aut ſi velit ip̄ꝫ exheredare nō
expedit q filius ſciat hoc. qđ ergo dicit Auguſti.
non eſt neceſſitas aliqua q aliqđ occultetur puulis
quod. ⁊c̄. hoc in caſu illo intelligitur ī quo paruu
lis expedit ſcire:ĝ oīa archana dei. licꝫ hoī loqui
Ad primuꝫ cum expedit ſcire. ¶ Ad primo obiectū dicim9 q
Verbū dei verbum dei portabile eſt duobus modis primo p
dupliciter intellectuꝫ ſiue per fidē. ſecūdo p affectū ſiue per
portatur. operationeꝫ. per fidē ſiue per intellectū portatur
cum intelligitur ⁊ creditur ⁊ nō portatur qñ non cre
ditur ſicut patꝫ in hoc verbo dñi. Niſi māducaueri
tis carnem filij hoīs ⁊ biberitis ei9 ſanguinē non
habebitis vitā in vobis. multi audientes hoc dixe
runt durus eſt hic ſermo: ⁊ quis pōt eū audire. vñ
abierunt retrorſum nō intelligētes illud verbum.
aliqñ igitur portabile eſt verbū dei per fidem:ali
quando per affectū vel operationē. ſicut qñ fides
infirma non ſufficit traducere verbū dei in effectū
et ſic erat in Apl'is anteq̄ eſſent induti virtute ex
alto. poterant enī portare verbū dei per fidē ⁊ in
tellectuꝫ. ſed non per operationē. vñ non erat eis
indicenduꝫ ieiuniū exultationis tunc qñ aliquid
de vetuſtate habebant tunc. ſed quādo induti fue
runt virtute ex alto. tunc fides roborata tranſdu=
Per hoc ad xit verbū dei in effectū ⁊ operationē:ſicut patꝫ in
ſcđm. Apl'o dicente. Mihi aūt abſit gloriari niſi in cru=
Ad tertiū. ce. ⁊c̄. p hoc patꝫ ſolutio ad ſcđo obiectū. ¶ Ad
tertio obiectū ſciendū eſt q vnum ⁊ idē verbū dei
quibuſdā eſt venenū: quibuſdā cib9. verbi gratia
verbū crucis quibuſdā eſt venenū. ſ. iudeis. quibuſdaꝫ
eſt ſcandalum. fidelibus auteꝫ eſt cibus. ſed quibuſ=
dam fidelibus ſolidus cibus. quibuſdā lac. verbū
crucis eſt lac his qui in cruce intelligunt tm̄ virtu
tes hūanas:ſicut manſuetudinē patiētiā ⁊ hmōi.
illis eſt ſolidus cibus qui in cruce dñi conſiderāt
virtutē dei ⁊ qualiter p crucē triumphauerit dia=
bolum igitur puulis ⁊ maioribus predicandū eſt
verbum crucis. cum ipſum ſit lac ⁊ ſolidus cib9 re
ſpectu diuerſorꝫ. qđ ergo dicit Apo. tanq̄ puulis

in xp̄o lac dedi vobis potū non eſcam. ſic eſt intel
ligendum. dedi vobis verbū predicatiōis in rōne
lactis qđ vnum ⁊ idē numero eſt eſca ſm aliā con
ſiderationē. ſciendū aūt q ſi predicatio interfuit
tam maiores q̄ minores predicandū eſt tā maio=
ra q̄ minora. ſi tm̄ maiores tm̄ maiora. ſi tm̄ mino
res tm̄ minora. vel etiā aliqua de maioribus ad p
motioneꝫ paruulorū. ¶ Ad vltimū dicim9 q non Ad vltimū.
eſt ſimile de ſolido cibo corpali: ⁊ ſolido cibo ſpi=
rituali:qm̄ nō idē eſt ſolidus cibus corpalis ⁊ lac
ſed ideꝫ eſt ſolidus cib9 ſpūalis ⁊ lac:vt dictū eſt.
Et hoc videtur per aucto. Gregorij dicentis. q ſa= Gregorius
cra ſcriptura eſt fluui9 in quo agnus peditat ⁊ ele=
phas natat. ⁊ dicit q fluui9 iſte ſm oēm ſui parteꝫ
eſt talis q in ipſo peditat agnus ⁊ elephas natat.
et ita idē verbū dei eſt cibus lacte9 ⁊ ſolidus cib9
Agnus dr qui in ſimplicitate cordis audit verbū Agn9 q̄s dr
dei ⁊ eſt paruul9 in xp̄o et facilia capit et propter
hoc dicitur peditare in fluuio ſacre ſcripture. ele=
phas dr hō perfectus ⁊ capaciſſimi ingenij qui tm̄
dicitur nature. qm̄ non oīa ſubtiliora in ſacra ſcri=
ptura poteſt capere: tam agn9 q̄ elephas bonus
eſt. ſed peruerſi nec peditant nec natant in ſacra
ſcriptura. ſed potius ſubmerguntur.

¶ De ordine virtutum.

¶ Decimuſquintus tractatus.

Dicto de virtutibus. dicendū eſt de ordi
ne virtutum. circa quē modo tria princi
paliter q̄renda ſunt. ¶ Primo vtrū vna
virtus ſit naturaliter prior omnib9 alijs
et que ſit illa. ¶ Secundo. vtrum fides vera ſiue
formata ſit naturaliter prior q̄ caritaꝫ vel ecōuer
ſo. ¶ Tertio: vtruꝫ naturali ordine neceſſe ſit ſpē
eſſe mediam inter fidem ⁊ caritatem.

¶ Prima queſtio.

Sic obijcitur. Oēs virtutes naturaliter Arguitur.
ſunt ſibi connexe:q2 qui habet vnā habꝫ
omnes vt dicūt ſancti. ĝ oēs virtutes na
turaliter ſimul ſunt:ergo nulla naturali
ter precedit alias. ¶ Item. oēs virtutes ſimul in Secundo.
fundūtur a deo naturaliter: ĝ oēs virtutes natu=
raliter ſimul ſunt. ¶ Itē. quicquid eſt aut eſt a ca Tertio.
ſu aut a voluntate:aut a natura: ĝ connexio virtutū
vel eſt a caſu vel a voluntate vel a natura. ſꝫ conſtat
q non eſt a caſu. qm̄ tūc poſſent nō eſſe connexe Itē
conſtat q non a volūtate q2 nō ſubeſt libero arbi=
trio: ergo eſt a natura virtutū: ergo oēs virtutes
naturaliter ſūt ſimul connexe ſibi: ĝ naturaliter ſūt
ſimul. ¶ Item indirecte ſi fides ſicut dicūt multi Quarto.
prior eſt naturaliter oībus virtutib9 ſicut dr pru=
dentius non pōt dici q ſit prior oīb9 alijs niſi q̄ſi
cauſa illarū. vñ ſup illud mathei. Abrahā genuit
yſaac. yſaac Iacob. i. fides ſpē. ſpes caritatē: ĝ fi
des ſi generat ſpē: hoc nō habet a caſu vel a volū
tate:ergo habet a natura ſua: ergo ſpes naturali=
ter generatur a fide: ĝ ſpes eſt a natura non a gr̄a:
quod eſt inconueniēs. ¶ Itē. nullum incōueniēs Quinto.
ſequitur ſi dicatur q caritas vel alia virt9 ſit prīa
¶ Itē. forma non agit proprie loquendo: ſꝫ ſubie Sexto.
ctum cuius eſt illa forma: ſicut potentia currendi
non currit: ſed ſubiectū cui9 eſt illa potētia. magis
proprie etiā dicitur calidū calefacit q̄ calor calefa=

Ayuntamiento de Madrid

cit:ergo ſi fides generat ſpē magis ꝓpꝛie ſubiectū
fidei generat ſpē:ğ hō in ſe generat ſpē.eadē rōne
et caritatē ⁊ ceteras virtutes:ergo mētitur Aug.
Ad idē ař. qui đt ꝙ fides vł virtus eſt bona qualitas mentis
quā deus generat ī nobis ſine nobis. ¶ Itē. in ec
cleſiaſtico dicitur: initiū oīs pcti ſuperbia. ⁊ alia
auctoꝛitas dicit ꝙ ſupbia eſt pꝛima recedentibus
a deo: ⁊ vltima accedentibꝰ ad deū:ergo ſupbia ē
Ad idē ař. pꝛima inter oīa vicia:ergo hūilitas ē pꝛima inter
omnes virtutes.nō ergo fides. ¶ Itē. obediētie
eſt facere qđ pꝛecipitur. ſed facere qđ pꝛecipitur
generale eſt ad opera oīm virtutum qꝛ quodlibet
opus virtutū eſt in p̄cepto:ergo obediētia eſt vni
uerſalis ad oēs virtutes.ſed quāto aliquid eſt vni
uerſalius tanto naturaliter eſt pꝛius:ergo obedi=
Ad idem. entia naturaliter eſt pꝛioꝛ oībus ꝩtutibus.non er
go fides. ¶ Itē. velle comedere pꝛius eſt natura
liter q̄z comedere ⁊ velle currere q̄z currere.ğ vel=
le facere qđ pꝛecipiť naturaliter eſt pꝛiꝰ q̄z facere
quod pꝛecipiť. ſꝫ velle facere qđ pꝛecipiť eſt ꝓpꝛi
us motus obediētie:cuiuſlibꝫ autē virtutis motꝰ
eſt facere qđ pꝛecipiť:ergo ꝓpꝛius motus obediē
tie naturaliter eſt pꝛioꝛ quolibꝫ motu alteriꝰ vir=
Ad idē per tutis:ergo obediētia eſt pꝛioꝛ naturaliter qualibꝫ
auguſtinū. alia virtute. ¶ Itē. Aug. đt de btō Paulo.ꝯuer=
ſus eſt paulꝰ nō qñ pꝛoſtratꝰ cecidit in terrā:ſꝫ qñ
dixit dñe quid vis vt faciā. hoc aūt dixit ex obedi
entia qua paratꝰ erat facere qđ pꝛeciperet ei dñs
ergo motus obediētie pꝛimꝰ fuit in eiꝰ ꝯuerſione:
ergo ſiliter in aliis:ğ motus obediētie pꝛimus eſt
inter oēs motus virtutū.ğ ⁊ obediētia eſt pꝛioꝛ in
Ad idē per ter virtutes. ¶ Itē ſup illud pꝛimi regū. Melioꝛ
Gregoꝛium eſt obediētia q̄z victima. dicit Greg. ꝙ obediētia
mactat pꝛopꝛiā voluntatē ⁊ pꝛopꝛiā carnē. ſed in
victima mactatur caro aliena pꝛopꝛia aūt volun=
tas facit hoīem veterē. ğ obedientia remouet ab
hoīe vetuſtatē. ergo renouat hoīem: ğ eius motꝰ
eſt pꝛimus in renouatione hoīs. ergo eſt pꝛimus
inter motus virtutū. ergo ⁊ obediētia eſt pꝛioꝛ in=
In oppm̄. ter virtutes:nō ergo fides ¶ Contra naturaliter
opꝫ cognoſci deū debito modo pꝛiꝰ q̄z obediatur
ei debito modo. ergo fides naturaliter pꝛioꝛ eſt q̄z
Solutio. obedientia. ¶ Solu. Dicimꝰ ꝙ fides naturaliter
Fides ē pꝛi= pꝛioꝛ eſt oībus aliis virtutibus:qꝛ ipſa eſt cogni=
oꝛ ceteris tio finis ad quē mouētur oēs alie virtutes. ¶ Ad
ꝩtutibus. pꝛimū dicimus ꝙ oēs virtutes nat::raliter ſimul
Ad pꝛimū. ſunt. fides enī eſt neceſſaria cauſa ſpei ⁊ caritatꝫ.
caritas autē eſt neceſſaria cauſa oīm ſequentiū.
ſed non valet hec argumentatio:oēs virtutes na=
turaliter ſimul ſunt.ğ nulla ē naturaliter pꝛioꝛ oī=
bus aliis. fides enī inq̄ꝫtum eſt cauſa ſpei ⁊ carita
tis naturaliter eſt pꝛioꝛ eis inq̄ꝫtum eſt neceſſaria
cauſa illarum qua poſita ponūtur ille eſt ſimul cū
Siľe ī igne. illis ⁊ ita ex eadē natura eſt pꝛioꝛ illis ⁊ ſimul cū
illis ſed ſm aliud ⁊ aliud: ⁊ eſt ſimile in igne ⁊ ſplē
doꝛe. vnde Iohannes criſoſtomus ſup epiſtolam
ad hebꝛeos dicit in pꝛincipio: ꝙ ſplendoꝛ de igne
Per hoc ad pꝛocedit ⁊ eſt naturaliter coeuus illi: ⁊ eſſet ei co=
tria. eternus:ſi ignis eſſet eternꝰ. ⁊ ita pꝫ ꝙ ignis na=
turaliter eſt pꝛioꝛ ſplendoꝛe et tamen naturaliter
eſt ſimul cum illo ex hoc pꝫ ſolutio ad tria pꝛimo
Ad q̄rtum. obiecta. ¶ Ad quarto obiectum dicimus ꝙ ſpes

eſt a natura fidei. natura enim tripliciter accipiť:
ſicut dicit Boetius in libꝛo de duabus naturis et
vna perſona xpī. quia natura đꝛ qñ q̄ꝫ pꝛincipium
motus per ſe:non per accidēs. Scđo modo đꝛ na Natura ca=
tura vnuſcuiuſq̄ꝫ rei ſpecifica dr̄ia. Tertio mō đꝛ piť tripliciť
natura quelꝫ res que intellectu capi pōt ſm ſuam
ſignificationē đꝛ ꝙ ſpes eſt a natura. ſed nō ideo
ſequitur ꝙ non ſit a gr̄a:quia natura fidei eſt gr̄a.
¶ Ad quinto obiectum dicimus ꝙ fidelis habet Ad quintū
duo genera effectuum. quoſdam eſſentiales:quoſ
dam voluntarios eſſentiales ſunt qui faciunt hoī
nes filios dei dignos vita eterna ſimiles deo. ⁊ qꝛ
fides purificat animam ſi aliquid eſt purgandum
in ea effectus voluntarii fidei ſunt credere dilige=
re opera aliarū ⁊ imperare hominibus ſuo modo
eſſentiales motꝰ fidei ſunt a deo ſolo q̄ dat ei eſſē=
tiam. qm̄ dum deus infundit in nos fidē facit nos
filios ſuos ſimiles ſibi:et hmōi motus voluntarii
fidei. qm̄ ſunt liberi arbitrii ſunt hominis haben=
tis fidem. ad hoc data eſt fides vt homo ꝑ fidē li
berum arbitriū leuet ad credendū vere in deū. pa
tet ergo ꝙ non eſt generaliter verū ꝙ oīs effectus
foꝛme ſit effectus ſui ſubiecti. ¶ Ad ſexto obie= Ad ſextum.
ctum dicimus ꝙ initium oīs pcti eſt ſuperbia : nō
ideo ꝙ oīs peccans pꝛimo peccet neceſſitate pec=
cato ſuperbie: ſed a pctō ſuperbie luciferi ⁊ pꝛimi
parentis habet oꝛiginem omne pctm̄. ſic determi
nat Auguſti. in libꝛo de fide ad petrum. ꝙ aūt di= Auguſtinꝰ.
citur ꝙ ſuperbia eſt pꝛima recedentibus a deo : et ita deťmiat
vltima accedentibus ad deum. dicimus ꝙ hoc ge
neraliter non eſt verum: ſed frequentius ita con=
tingit. homo enim naturaliter magis diligit ſe q̄z
alios. et ideo pꝛopter coꝛruptionē liberi arbitrii:
valde pꝛonus eſt ad amoꝛem ſue excellentie ⁊ ma=
gis pꝛonus q̄z ad aliquē aliū amoꝛē. ⁊ ideo ſuper=
bia que eſt amoꝛ pꝛopꝛie excellentie magis infe=
ſtat hominē q̄z aliquod aliud pctm̄ ¶ Ad ſeptimo ad ſeptimū
obiectū dicimus. ꝙ obedientia ex parte materie
ſue eſt generalis ad motus virtutū: ſed nec eius
eſſentia generalis eſt ad alias virtutes nec ꝓpꝛiꝰ
motus eius generalis eſt ad motus aliarū virtu=
tum. qm̄ facere quod pꝛecipitur non eſt pꝛopꝛium
opus obedientie. ¶ Ad aliud dicimus ꝙ velle co Ad octauū
medere pꝛius naturaliter eſt q̄z comedere ſed non
eſt ita in ſingulis. quoniam velle credere non eſt
pꝛius q̄z credere:nec velle diligere pꝛius q̄z dilige Ad nonum
re: ſed ecōuerſo vt dictū eſt ſupꝛa. ¶ Ad aliud ob
iectum dicimꝰ ꝙ illud qđ dicit btūs Paulus. dñe
quid vis vt faciā:potuit eē ex humilitate ⁊ obediē
tia infoꝛmi per quā pꝛeparauit ſe ad ſuſcipiendum
gratiam ſufficienter. vnde ſuſcepta gratia ſtatim Alr̄ p̄t dici.
conuerſus eſt vel poteſt dixiſſe hoc ex obedientia
foꝛmata. ſed non ſequitur ex hoc ꝙ pꝛimus motus
in conuerſione ipſius fuerit motus obedientie. im
mo pꝛimus fuit fidei quo credidit verbū dei dicen
tis. Ego ſum Ieſus nazarenus quē tu perſequeris Ad decimū
¶ Ex hoc patet ſolutio ad aliud obiectum quoni
am obedientia non interficit veterem hominē. ſed Gregoꝛius
fides que purificat coꝛ. dicit enim beatus Grego
rius ꝙ per obedientiam mactatur pꝛopꝛia volun=
tas. ideo quia motus obedientie impedit ne pꝛo=
pꝛia voluntas ſurgat in hominem.

¶ Utrũ fides vita ⁊ formata prior ſit naturaliter
¶ Scđa queſtio huius capituli.

Ueritur vtrum fides vera ſiue formata
prior ſit naturaliter ꝙ̃ caritas. ¶ Pro
Af ꝙ ſic. batur ꝙ ſic. qm̃ auctoritas dicit pria pe
Secundo. tit camꝑ. ¶ Itẽ Apl̃us. fide iuſtificati
Tertio. ſumꝰ. ¶ Itẽ. iuſtꝰ ex fide viuit: ꝗ ex fide vere dili
Quarto. git: ꝗ fides eſt prior naturaliter ꝙ̃ caritas. ¶ Itẽ
ſup illud: Abrahã genuit Iſaac. ⁊c̃. vt glo. fides
Quinto. generat ſpẽ. ſpes caritatẽ ¶ Itẽ Apl̃s ad thimo.
Sexto per ꝙ caritas eſt ex fide nõ ficta. ¶ Itẽ. orig. dicit ſu
origeñ. per librũ numeri ꝙ fides eſt primogenita iter oẽs
Septimo. virtutes. ¶ Itez fides eſt generalior oibus alijs
virtutibus. qm̃ fides eſt de oibus rebus viſibilibꝰ
et inuiſibilibus vt ptꝫ per ſimbolũ: ergo cũ fides
Octauo. generalior ſit ꝙ̃ caritas: prior ẽ ꝙ̃ caritas. ¶ Itẽ
prius eſt vere cognoſcere finẽ ꝙ̃ debito modo mo
ueri ad finẽ illum. ſed fides eſt vera cognitio finis
caritate autẽ mouetur ad finẽ ergo fides eſt prior
Nono. naturaliter ꝙ̃ caritas. ¶ Itẽ vis rationabilis ha
bet imperare concupiſcibili ⁊ iraſcibili. qm̃ ratio
eſt rex ſpũalis regni aĩe. vñ ſup illđ eccleſiaſtes
ve terre cuius rex puer eſt: dicit glo. rex. i. rõ ſi ꝗ
ratio tanꝙ̃ rex habet regere alias virtutes: ꝗ vir=
tus q̃ ſita eſt in rõne regere hꝫ oẽs alias ꝟtutes: ꝗ
ſicut ratio prius debet diſcernere ⁊ impare ꝙ̃ vis
concupiſcibilis cõcupiſcat: ita fidei oꝑatio debꝫ
precedere motus ſiue opus caritatis. ⁊ ita motus
fidei formate debꝫ precedere motũ caritatꝭ: ergo
fides formata naturaliter precedit caritatez. quia
ſicut aliq̃s ex eo ꝙ plene credit plene diligit ita ex
eo ꝙ aliquis eſt plene abilis ad credendũ eſt ple=
Decio per ne abilis ad diligendum. ¶ Itẽ. in motu fidei eſt
auguſtinũ. delectatio. qm̃ Augu. dicit. crede ⁊ manducaſti.
et in euangelio. Amice accomoda michi tres pa=
nes. per tres panes itelligitur fides ſpes caritas
Gloſa. ſicut dicit glo. ergo cũ fides ſit panis ipſa eſt re=
fectio aĩe. ſed ſi ipſa eſt eſſentialiter vera refectio
aĩe in ipſa eẽntialiter delectatio. nõ niſi in pria
veritate ſiue in prima pulchritudine. qđ ꝓbatur
etiam per hoc ꝙ viſus corꝑalis delectatur in pul
critudine corꝑali: ꝗ multo fortiꝰ viſus ſpũalis. ſ.
intellectus delectatur in ſũma pulcritudine ſpũa
li nõ niſi per fidẽ. ergo fides ex eẽntia ſua delecta=
tur in prima veritate ſiue in prima pulcritudine. ꝗ
eſſentialiter diligit illã. ergo fides eẽntialiter eſt
habitus diligendi primã veritatẽ ſiue primã pul=
critudinem. ergo fides eſt amor eſſentialiter: licet
non ſit ille amor q̃ eſt caritas ⁊ ille amor ẽ gratui=
tus: quia nõ tendit niſi ad deũ: ergo ille amor me=
ritorius eſt ergo ipſe eſt ꝑfectus: non ꝗ perficitur
a caritate. ꝗ fides nec eẽntiam ſuã nec perfectio=
nem ſuam habꝫ a caritate. ergo caritas nõ eſt na=
turaliter prior ꝙ̃ fides. ſed ꝯſtat ꝙ altera eſt prior
quia ordo eſt in virtutibꝰ ergo fides ẽ naturaliter
Undecimo prior ꝙ̃ caritas. ¶ Itẽ. ſup illud ad galatas. In
xp̃o ieſu neqꝫ circuncilio valet neqꝫ prepuciũ. ſed
Auguſtinꝰ. fides q̃ ꝑ dilectionẽ oꝑatur dicit Aug. Fidei opꝰ
eſt dilectio. ergo fides eſt efficiens cauſa caritatꝭ
In oppm̃. ergo naturaliter prior ꝙ̃ caritas. ¶ Sed probat
econtrario: ꝙ caritas ẽ prior naturaliter ꝙ̃ fides
qm̃ caritas eſt forma omniũ virtutum ⁊ forma eſt
naturaliter prior ꝙ̃ ſuũ formatuꝫ. vt albedo prior
eſt ꝙ̃ albus. ergo caritas eſt prior naturaliter qua
libet virtute. ꝗ naturaliter prior ẽ ꝙ̃ fides. ꝙ aũt
caritas ſit forma oim virtutũ ptꝫ ꝑ hoc qđ Aug. maior ptꝫ ꝑ
dicit ſup illud pſalmi. Latũ mandatũ tuũ nimis. auguſtinũ.
ꝙ oia in caritate radicãtur ⁊ formãtur. ¶ Itẽ om Secundo.
nes virtutes ex eo ſunt ꝟtutes: ꝙ referũtur ad ſũ
mum bonũ. ergo oẽs alie virtutes per ipſam refe
runtur ad ſummũ bonũ. ergo ab ipa habẽt ꝙ ſunt
virtutes. ergo ea eſt prior naturaliter qualibꝫ vir
tute alia. ¶ Item. ſuper illud ad galatas. Fructꝰ Tertio per
autem ſpũs eſt caritas/ gaudiũ/ pax. ⁊c̃. dicit Au auguſtinũ.
gu. attende ꝙ in enumeratione fructuũ ipe capit
virtutum premiſit caritatẽ: caritas eſt caput vir=
tutum. ergo naturaliter eſt prior ꝙ̃ aliqua alia vir
tus. ſuper eundẽ locuꝫ dicit Ieronimus. que alia Ieronimꝰ
inter fructus ſpũs debuit tenere primatuꝫ: niſi ca confirmat.
ritas ſine qua cetere virtutes non reputantur eſſe
virtutes ⁊ ex qua naſcũtur vniuerſalia bona ergo
fides naſcitur ex caritate. ergo caritas ẽ prior na=
turaliter ꝙ̃ fides. ¶ Itẽ. nullum opus eſt merito Quarto.
rium apud deũ niſi fiat ex amore dei. qm̃ ſi in ſolo
timore aliquis faceret aliquod opꝰ illud non eſſet
meritorium apud deũ. ꝗ nullum opꝰ eſt perfectuꝫ
niſi ſit ex amore dei. ergo caritas perficit omnia
opera virtutum. ergo caritas perficit omnes ali= Quinto.
as virtutes. ergo eſt prior illis. ¶ Item. quelibꝫ
virtus habet duos fines. vnum ſubſtantialem; et
primum alium accidentalẽ ⁊ ſcđarium. ſicut ptꝫ
in iuſticia. cuius primꝰ finis eſt reddere vnicuiqꝫ
quod ſuuꝫ eſt. ſcđus ⁊ vltimꝰ propter deũ ſiue ſum Auguſtinꝰ
mum bonũ: ſicut dicit Aug. i libro de trinitate. ꝙ
voluntas qua aliq̃s vult ire ad feneſtras vt vidcat
tranſeũtes habet duos fines. primus ⁊ ſubſtãtia=
lis eſt ire ad fene. ſcđus et accidentalis eſt videre
tranſeuntes hoc modo omnis virtus habet duos
fines. ſ. vnũ propriũ ⁊ ſubſtãtialẽ primũ: ⁊ vltimũ
qui eſt cõmunis oibus virtutibꝰ. ſ. ſummũ bonuꝫ.
caritas habet eundẽ finem primũ ⁊ vltimũ. ſ. ſum
mum bonũ. Eſt ei caritas dilectio ſummi boni ꝓ=
pter bonum. quod ergo accidẽtale eſt virtutibus
alijs ſubſtantiale eſt caritati: ⁊ ita qđ per ſe eſt ca
ritatis. per accidens eſt aliaꝝ virtutum. ſed qđ ꝑ
ſe eſt tale prius eſt eo quod per accidens eſt tale:
id eñi quod per accidẽs eſt tale quod eſt tale habꝫ
ab eo quod per ſe eſt tale. ergo oẽs alie virtutes il
lum finem ſibi accidentalẽ habent a caritate. cuiꝰ
ille finis eſt ꝑ ſe ⁊ ſubſtantialiter. ſed ille finis eſt
perfectio omniũ virtutũ: ergo omnis illa virtus a
caritate hꝫ ſuam perfectionẽ a caritate ꝙ ſit virtꝰ ſolutio cõis
ergo caritas eſt prior omnibꝰ alijs. ¶ Solutio.
multorum opinio eſt ꝙ caritas precedit omnẽ vir
tutem formataꝫ propter cauſas predictas dicunt
tamen ꝙ fides ꝧm eſſentiam ſuam precedit carita
tem. ⁊ motus fidei precedit ꝧm eſſentiam ſuaꝫ mo ꝯtra hãc aſ
tum caritatis. ¶ Sed contra hoc obijcitur. quo=
niam ſi cognoſcere naturale precedit diligere na= Alia opio.
turale: ergo cognoſcere gratuitum precedit dili=
gere gratuitũ. ¶ Quidã qui ſuſtinent hãc opinio
nẽ dicũt: ꝙ illa auctoritas Abrahã genuit Iſaac ꝯtra hãc aſ
⁊c̃. intelligitur de motibꝰ non de virtutibꝰ. dicũt
eñi ꝙ credere informe ꝓcedit caritatẽ ¶ Sed hec

Ayuntamiento de Madrid

ſolutio pōt improbari per hoc. qꝛ ſi per hoc ꝙ cre
dit aliquis diligit: ergo ꝑ hoc ꝙ aliquis eſt abilis
ad credendū eſt abilis ad diligendū: ergo ſi mot⁹
eſt cauſa mot⁹ ꝛ habitus. habit⁹ ſiue virtus virtu
Opinio doctoris.
tis. ¶ Nos aūt ſeq̄ntes auctoritatē Apl'i ꝛ expo
ſitiones ſanctoꝝ dicim⁹ ꝙ fides formata precedit
oēm aliam virtutē maxime ꝓpter illā rationē. qꝛ
cognitio finis naturaliter ꝓcedit motū ordinatū
ad illum finē ꝛ ꝓpter hoc quia virtus que eſt in ra
tiōe regere dʒ ꝛ mouere virtutes que ſunt in alijs
virtutibus ſicut ratio debʒ regere alias vires. eſt
enī naturaliter communis cōceptio ꝙ ratio debʒ
Iſtud ꝓbatꝰ
regere vim ꝯcupiſcibilē ꝛ vim iraſcibilē ꝛ nō ecō
uerſo: ꝛ eis debet imperare. ꝛ ꝙ ita ſit probatur ꝑ
Sicut appetit⁹ non mouetꝰ ſine aliqua eſtiatione boni vel mali ita nec voluntas.
ſimile ſumptum a brutis animalib⁹. quia ouis nō
fugit lupum niſi per hoc ꝙ eſtimat eum ſibi noci
uum. ſi enī eſtimaret de lupo ꝙ eſſet canis non fu
geret. eodem modo nullū animal brutum appetit
aliquid niſi naturaliter prius eſtimaret illud ami
cabile ſibi. cū ergo in brutis ita ſit ꝙ eſtimatio ge
neret in illis appetitū ꝛ fugā. a ſimili: ita eſt in rō
nalibus ꝙ eſtimatio rōnis generabit appetitū rō
nalem et fugam rōnalem: ſed conſtat ꝙ eſtimatio
boni fidei eſt: ergo fides precedit caritatē: cuius
Ad rōnes.
caritatꝭ ē appetere bonū. ¶ Ad obiectiōes vero
quibus vult ꝓbare ꝙ caritas eſt prior q̄ȝ fides. re
Ad primū.
ſpōdemus per ordinē. Ad primo obiectū dicim⁹
ꝙ caritas dꝛ forma virtutū ideo quia reuera infor
Charitas quō ē forma virtutum.
mat omnes virtutes ſeq̄ntes dando eis ꝛ eēntiā
et perfectionē ſuā. Fidei aūt forma pōt dici tripli
ci de cauſa. Primo ſicut actus eſt perfectio potē
Prima cā.
tie. digniſſimū enī opus fidei eſt caritas ſiue dile
Scda cā.
ctio. vñ eoipſo ꝙ fides generat caritatē: ꝑficitur
in ſuo effectu ſiue in ſuo poſſe. Scda cauſa eſt qꝛ
licet mot⁹ fidei ſit in ſe delectabilis: delectabilior
tamen eſt ex cōſortio motus caritatis. cū enī mo
tus quo q̄s credit ſe fruiturū ſūmo bono ineternū
ſit delectabilis in ſe: delectabilior tñ eſt ex deſi
derio caritatꝭ quo deſiderat frui illo ſūmo bono.
tanto enī delectabilior eſt fides et ſpes quāto eſt
de re magꝭ deſiderata: qꝛ ergo caritas ꝑficit fidē
in dilectione ſui motus merito dicitꝰ forma illius.
Tertia cā.
Tertia cauſa eſt quia caritas ſepe mouet fidē ad
ſuum actū. ꝛ tunc eius motū perficit retorquēdo
eū ad ſuū finē. caritas enī q̄nq; mouet finē. ſicut
aliquis ex deſiderio fruēdi muliere deſiderat eam
videre ꝛ naturalꝭ amor facit credere ei quā amat
Ad ſcdm.
ſicut dicit Apl'us: caritas oīa credit. ¶ Ad ſcdo
obiectum dicimus ꝙ caritas dꝛ caput virtutū ꝓ
pter: hoc quia ſua dulcedine maxime mouet oēs ꝛ
trahit. deſideriū enī rei amate mouet ꝛ ad viden
dum rem ꝛ faciendū voluntatē eius: eſt ergo fides
caput origine ꝛ magiſterij regimē. caritas autem
eſt caput mouēdo et trahēdo oēs alias pre nimia
dulcedine ſui. inde eſt ꝙ ſacra ſcriptura q̄nq; oīa
bona attribuit fidei: q̄nq; caritati. propter etiā eā
Ad tertiū.
dem cauſā dicit eadē glo. caritatē habere prima
Fides eſt amor.
tum inter virtutes. ¶ Ad ſequēs obiectū dicim⁹
ꝙ nullus motus eſt meritori⁹ niſi ſit ex amore: ſed
nō ſola caritas eſt amor: qm̄ fides eſt amor prime
veritatis ſiue prime pulcritudinis. caritas aūt eſt
amor prime bonitatis ſiue prime ſuauitatis. iuſti
cia etiam eſt amor reddendi vnicuiq; q̄d ſuū eſt.
Auguſtin⁹
et ſic de alijs. Dicit enī Aug. in libro de moribus
eccleſie in principio ꝙ quelʒ virtus eſt amor ꝙ au
tem fides ſit amor probatū eſt ſuꝑius. ꝛ etiā alio
modo probari pōt. qm̄ xp̄us eſt via ꝛ veritas ꝛ vi
ta. via eſt ipſe inq̄ꝫtum hō. veritas inq̄ꝫtum de⁹ ſʒ
inq̄ꝫtum deus non eſt via. ergo inq̄ꝫtū veritas: nō
eſt via: ſed finis. finis autē non eſt niſi intellectus
qui naturaliter querit veritatem. ꝗ xp̄us inq̄ꝫtum
eſt prima veritas eſt finis intellect⁹. ergo eſt finis
virtutis ſite in intellectu. ſ. fidei: cum enī fides ſit
perfectio intellectus: intellectus nō perficitur in
acquiſitiōe ſui finis: niſi per fidē. ergo fides habʒ
quieſcere in prima veritate. ſed oē q̄d habet quie
ſcere i aliquo quod acquirere poteſt: mouetur ad
illud fide. ergo ex natura ſua mouetur ad primam
veritatem. non niſi per deſiderium ſiue appetitū.
ergo deſiderium prime veritatis fidei eſt. ſed deſi
deriū ſiue appetitus prime veritatis eſt amor pri
me veritatis. ergo fides eſt habitus quo amatur
prima veritas. ꝗ fides eſt amor. quod concedim⁹.
Ad vltimū.
¶ Ad vltimo obiectū dicim⁹ ꝙ reuera bonū eſt:
materia caritatꝭ ꝛ finis ſm ꝙ intelligitur in ratio
ne boni nichilominus tñ fidei eſt finis ꝛ materia.
materia tamen eſt inq̄ꝫtum verū. idem enī eſt ve
rum ꝛ bonum in genere. ſed verum inq̄ꝫtum eſt ſi
ne motu bonum inq̄ꝫtum eſt cū motu. opʒ enim ꝙ
bonum prius cadat in eſtimationē q̄ȝ in deſideriū
Aliter enim deſideraret caſu homo bonū: niſi pri
us eſſet eſtimatum iudicatum. qm̄ vere eſt bonū:
qm̄ caſu mouetur in finē qui non predeterminat fi
nem: eſtimatio vero ſiue iudiciū ſiue ꝓdetermina
Ad aliud.
tio boni ſiue finis: opus fidei eſt. vñ ptʒ ꝙ bonum
prius eſt de eſſentia fidei q̄ȝ de ſubſtantia caritatꝭ
Qm̄ autem ipſe opponit quod bonū eſt finis acci
dentalis oībus virtutibus alijs a caritate. dicim⁹
ꝙ hoc eſt falſum immo eſt ſubſtantialis finis oīm
virtutum inq̄ꝫtum ſunt virtutes. qm̄ circunſtantie
ſunt de eſſentia virtutū tamen ille finis acciden
talis eſt motibus omniū virtutum: etiā motui ca
ritatis/ ꝛ a fide habet illum finē tam caritatis q̄ȝ
Euaſio.
motus eius. ¶ Sed forte dicet ꝙ iſti motus quo
quis credit ſe habiturū vitam eternā: ſiue merea
tur cum propoſito merendi eſt mot⁹ caritatꝭ. qm̄
propoſitum ſiue voluntas bñ agēdi motus eſt ca
ritatis. ergo mot⁹ caritatis naturaliter ꝓcedit mo
tum ſpei: ꝛ ſemꝑ. ꝗ caritas naturaliter ꝓcedit ſpē.
Secundo.
¶ Item. eſtimatio qua aliquis eſtimat ꝑ fidē de
um eſſe bonū ſūmū ſiue ſūmū delectabile ſuū ge
neratiua eſt deſiderij illius boni. q̄d ptʒ per ſile i
brutis aīalibus. cum enī canis eſtimat ſibi os de
lectabile ſiue amicabile ſtatim mouetur ad illud.
et illa eſtimatio brutalis imediate generat deſide
rium illius boni. ꝗ motus fidei imediate generat
motum caritatis. ꝗ nichil eſt mediū inter fidem ꝛ
Solutio.
caritatē. nō ergo ſpes eſt media. ¶ Solu. reuera
fides ſm quendā motū ſuū generat motū ſpei: ſcʒ
illo quo quis credit ſe habiturū vitā eternā ſi me
reatur. tamen cum ſuppoſitione propoſiti meren
di ſiue prefixio fidei: non eſt caritatis hoc enim
proprie rationis eſt prefigere: ꝓdeterminare: pre
ponere. motus aūt ſpei conſtat ꝙ generat motū



Ayuntamiento de Madrid

caritatis. ⁊ ſm hanc viaꝫ motuũ ſpes naturaliter eſt media inter fidẽ ⁊ caritatẽ: ſed ſm aliã viam im mediate ſe habet caritas ad fidẽ vt oſtenſuꝫ eſt ꝙ motus fidei imediate generat motũ caritatis. ſcꝫ eſtimatio ſummi boni deſiderium eiuſdem.

¶ Utrũ ſpes ſit media inter fidẽ ⁊ caritatẽ.

¶ Tertia queſtio huius capituli.

Queritur vtrũ neceſſariũ ſit ſpẽ eẽ mediam inter fidẽ ⁊ caritatẽ. ⁊ vtrũ fides motu ſuo generans motum caritatis ex neceſſitate pri⁹ generet motũ ſpei per quã generet motũ caritatis. *Arḡ ꝙ ſic.* ¶ Uideť ꝙ ſic. q: Apls dicit: finis pcepti eſt caritas de puro corde ⁊ conſcientia bona ⁊ fide nõ ficta. i. fide ⁊ ſpe: ergo ſpes precedit caritatẽ ⁊ fides eſt prima oim: ḡ ſpes eſt media inter fidẽ ⁊ caritatẽ. *In oppm.* ¶ Sed ꝯtra. fides nõ generat ſpẽ immediate niſi q̇a ſm quendã ſuũ motum gñat motuꝫ ſpei imediate eo eni ꝙ aliq̇s credit ſe habiturũ vitã eternam: per merita ſperat ſe habiturũ. ſpes eni eſt certa expectatio future btitudinis prouenienſ ex grã ⁊ meritis precedẽtib⁹ ſed ſimili modo fides ſm quendã ſuũ motuꝫ generat immediate motũ caritatis. eo eni ꝙ credo me habiturum vitã eternã de bonitate dei diligo ipſum: ergo qua ratione generat fides ſpem imediate eadẽ ratiõe ⁊ caritatẽ: ergo ſpes non eſt media inter fidẽ ⁊ caritateꝫ. *Euaſio.* ¶ Forte dicet ꝙ motus quo quis credit ſe habiturũ vitam eternã ex meritꝭ nõ eſt motus fidei quia hoc eſt incertũ. fides autem q̃uis ſit de inuiſibilibus. eſt tñ de certꝭ. quia fide nichil certius. ſed ſi hoc dixerint: queritur ergo quo motu fidei generetur immediate motus ſpei. *q̃ſtio ſcidẽs* ¶ Dicet forte ꝙ hoc motu quo credo me habiturum vitam eternã ſi eã merear. *Euaſio.* ¶ Sed ꝯtra. illud *ꝯtra hoc arḡ* conditionale nõ generat motũ ſpei cum taꝫ antecedens q̃ꝫ conſeq̄ns ſit incertũ cũ nichil intelligatur ibi niſi incertũ per hoc non gñatur certa expectatio ergo cũ fides non ſit de incertꝭ illud cuius *alia euaſio.* antecedens eſt incertũ nõ eſt mot⁹ fidei. ¶ Dicet forte ꝙ hoc me habiturũ vitã eternã ex meritꝭ cũ hac ſuppoſitione ꝙ ego merear eſt certũ certitu- *ꝯtra hoc arḡ* dine fidei. ⁊ iſte mot⁹ gñatiu⁹ eſt mot⁹ ſpei. ¶ Sꝫ contra. cũ certus ſuꝫ ex meritis me habituꝝ vitã eternã: ſi merear: deſidero habere merita. hoc autem deſideriũ eſt caritatis: ḡ caritas pcedit motũ *Solutio.* ſpei: ⁊ inde vt prius. ¶ Solu. Spes imediate eſt *Ad rõnem.* media inter fidẽ ⁊ caritatẽ. ¶ Ad hoc q̇d contra obiicitur dicimus ꝙ fides generat motũ ſpei i aliquo q̄ñ credit ſe habiturũ vitam eternã ex meritꝭ precedentibus cuꝫ quadam ſuppoſitiõe leui ſcꝫ ſi mereatur: ⁊ ſperat etiã fides mereri. vñ ꝓpoſituꝫ ſiue volũtas merendi nõ eſt opus caritatis: ſed fidei imperantis. talis eni voluntas eſt in rationali. ex hoc patet ſolutio ad obiecta.

¶ Utrũ fides ſpes caritas ſint prime omniũ virtutũ. ¶ Quarta q̃ſtio hui⁹ capli.

Ad vltimũ queritur vtrũ fides ſpes caritas ſint prime oĩm virtutũ. q̇d videtur ꝑ *Arḡ ꝙ ſic.* hoc ꝙ iſte ſole imediate ſunt in deũ: vnde theologice dicũtur. ¶ Sed cõtra. di- *In oppm.* cit eccleſiaſtic⁹. xxv. Timor dei initiũ dilectiõis eſt: fidei aũt eſt initiũ agglutinãdũ ei: ḡ timor eſt initium dilectiõis: ḡ timor precedit caritatẽ. nõ ḡ ille tres ſole precedũt alias ꝟtutes ¶ Itẽ in iuſti- *Secundo.* ficatione impii prima eſt fides cui⁹ motus voluntarii ſunt. ḡ põt habere oculuꝫ ad penas eternas prio ſicut ad gaudia etna. Eſto ꝙ igiť habeat oculum ad penas etnas. certũ ẽ ꝙ tunc non mouebiť motu ſpei vel caritatis: imo motu timoris vel luctus. mouebiť eni per viã meroris: nõ per viã gaudii. ergo fides in iuſtificatiõe ipſi nõ generat primo ſpem de neceſſitate: imo põt generare timorẽ ergo timor coeuus ẽ ſpei. ⁊ inde vt prius. ¶ Itẽ. *Tertio.* xxvii. precepit dñs fieri altare cõcauũ ad recipiẽdũ ignẽ. ꝯcauitas altarꝭ hũilitas eſt. ignis ingẽs caritas. ergo hũilitas neceſſaria eſt ad ſuſcipiendũ caritatẽ: ḡ precedit caritatẽ. non ḡ ille tres ſole ſunt prime inter virtutes. ¶ Iteꝫ Greg. caput *Quarto ꝑ gregoriũ.* omnium virtutũ eſt hũilitas qua ille ſaluãtur ⁊ ſi cetere laudantur ſalus eſt in toto: ḡ humilitas eſt caput virtutũ. ergo prĩa. ⁊ inde vt pri⁹. ¶ Itẽ. ſu- *Quinto.* per canonicã primã petri: dicit glo. ꝙ modeſtia ẽ caput virtutũ: ḡ prima. ⁊ inde vt pri⁹. ¶ Solu. di- *Solutio.* cimus ꝙ ille tres virtutes ſole prime ſunt. ¶ Ad *Ad primũ.* primũ ergo dicim⁹ ꝙ timor eſt initium dilectiõis non ꝑ modũ cauſe: ſed ꝑ modũ expeditiõis. q̄ñ timor dñi expellit pctm̃. ⁊ ita mũdat palatũ cordis quo mundato ſentiť dulcedo dei ⁊ expedite mouetur caritas ad diligendũ deũ: cuius dulcedo pri⁹ impediebatur per reliquias pctõruꝫ ⁊ ꝓpter hoc quia non eſt ſimpliciter initiũ: dicit eccliaſticus. fidei aũt initiũ agglutinãdũ eſt ei: ideo q: fides ẽ principiũ dilectiõis ꝑ modum cauſe. ¶ Ad ſcd̃o *Ad ſcd̃m.* obiectum dicim⁹ ꝙ timor dñi eſt initialis. ſꝫ nõ a ſolo motu fidei habꝫ generari. ſꝫ a motu fidei cum motu caritatis. q: timor initialis duos habꝫ oculos: principalem ad amorẽ dei. ſcd̃arium ad penã et impoſſibile eſt ꝙ motus fidei ſolus generet aliquem timorẽ. non eni eſſet ſeruilis cuꝫ ille non ſit in caritate nec initialis cũ initialis habeat oculũ ad amorem. ¶ Ad tertiuꝫ dicim⁹ ꝙ humilitas dr̃ *Ad tertiũ.* caput virtutũ per modũ preparatiõis: q: ſi ſit humilitas informis preparat ad habendũ caritateꝫ dñs eni reſpicit humiles. humilibus eni dat gratiam. Et vaſa vacua implet helyſeus. Si vero ſit *Figura.* humilitas formata: preparat aĩam ad recipiendũ augmentum caritatis ⁊ aliarũ virtutum. hoc modo intelligitur auctoritas Gregorii. q̄ñ cũ virtutes cetere leduntur quantũ ad feruoreꝫ vel freq̄ntiam motuum ⁊ feruorẽ. ¶ Ad vltimũ dicimus ꝙ *Ad vltimũ.* modeſtia eſt tẽperantia a malo vt comprehendat large: etiam manſuetudinẽ. ⁊ de hac dicendum ſicut de humilitate: preparat eni hoiem ad ſuſcipiẽdum virtutes vel augmentum earum.

¶ De merito virtutũ. ¶ Tra. decimuſſextus.

Dicto de ordine virtutũ: dicenduꝫ eſt de merito virtutũ. circa quã q̃ſtionẽ quinq̧ ſunt diffinienda. ¶ Primo. in qua virtute ſit prĩa vis merendi. ¶ Scd̃o. vtrum operibus meritoriis mereť q̇s ex cõdigno vitam eternaꝫ. ¶ Tertio. vtrũ eiſdẽ meretur q̇s augmẽtum virtutũ. ¶ Quarto. q̇bus opibus mereť prĩmo re. ¶ Quinto. vtrũ magis mereamur vel minus pluribus opibus caritatis q̃ꝫ vno illorum.

Ayuntamiento de Madrid

¶Utrū vis merendi p̄ꝛiº ſit ī fide vel ī caritate.

¶Unicum capitulum.

¶Pꝛima queſtio huius capituli.

Q Ueritur vtrū vis merēdi pꝛimo ſit ī fide/
an in caritate. ꝯſtat enī ꝙ pꝛimo cōſiſtit
Af ꝙ in caritate. in altera iſtaꝝ. ¶Pꝛobatur pꝛimo ꝙ cō
ſiſtunt in caritate.q̄m fides eſt ſubſtātia
liter imperfecta:ꝗ nihil perfectū eſt ab ipſa:ꝗ nul
luʒ ꝑfectū meritū eſt ab ipſa:ꝗ motus fidei nō eſt
plene meritoꝛius ab ip̄a : ꝗ ſi ē plene meritoꝛiꝰ eſt
ab aliq̄ meritoꝛiꝰ nō niſi a caritate. ⁊ ita ī caritate
Secundo. eſt pꝛimo meritoꝛiū. ¶Itē opꝰ optimū eſt qᵭ eſt
meritoꝛium vite eterne:ꝗ tale opus inq̄ʒtū eſt ta=
le eſt perfectiſſimū: ꝗ nō eſt ab eo qᵭ eſſentialiter
imperfectū. ⁊ ita non eſt a fide ⁊ ita nullū opꝰ eſt
a fide meritoꝛiū reſtat ꝗ ꝙ a caritate ¶Itē Apo
Tertio. ſtolꝰ dicit īpletio eſt dilectio:ergo caritas eſt im=
pletio cuiuſlibet pꝛecepti: ergo eſt īpletio motus
fidei.motus enī fidei eſt impletio.ſed nō niſi quia
infoꝛmat.q̄m ipi non dat eſſe ꝗ facit ip̄ʒ eē merito
Quarto ꝑ auguſtinū. rium.¶Itē.Aug.ſuper illud pſal.latū mādatuʒ
tuum nimis dicit: ꝙ oē bonū opus in caritate ra=
dicatur ⁊ infoꝛmatur:ꝗ caritas infoꝛmat oē opus
Quinto. bonum:ꝗ facit ip̄m meritoꝛium. ¶Itē.cuʒ dr̄ fi=
de credit quis pꝛīe veritati ꝓpter ſe ſuꝑ oīa. que=
ritur quid ſignificet hec p̄poſitio ꝓpter videtur ꝙ
cauſam finalē.q̄m pꝛima veritas eſt finis intelle=
ctus.ad hoc enī datus eſt intellectus vt ꝑ ip̄m q̄e
ſcat homo in pꝛima veritate hoc aūt facit per fidē
q̄m quod natura difficile facit hoc ars vel virtus
facile operatur.motus ergo fidei quo tendit intel
lectus in ſuum vltimū finē eſt in talem quietem ⁊
ita hec dictio ꝓpter notat cauſam finalē. motu ꝗ
fidei mouetur quis in pꝛimā veritatem vt quieſcat
in pꝛima veritate: ſed ſi aliquid mouetur ī aliquid
pꝛopter aliud naturaliter mouetur in illud aliud:
ergo anteq̄ʒ aīa moueatur in pꝛimā veritatē:vt in
illa quieſcat pꝛiꝰ mouetur naturaliter in illā quie
tem: ſed non mouetur in illā niſi per deſideriū. ſed
deſideriū illiꝰ quietis ſiue delectatiōis eſt vis cō
cupiſcibilis.q̄m ſicut dr̄ Ariſt. cōcupiſcentia eſt
appetitus delectatiōis:ſed illud deſideriū eſt mo
tus caritatis. q̄m deſideriū fruēdi pꝛima caritate
eſt deſideriū fruendi deo: ꝗ motus caritatis natu
raliter pꝛecedit motū fidei:ergo caritas infoꝛmat
motum fidei ſicut ⁊ aliarū virtutū ſequētiū: ⁊ oīa
Exemplum de vetula. patent in exemplo de vetula q̄ deſiderās beatitu
dinē vult ſeruire deo:vt hoc poſſit facere vult eſſe
ſana.⁊c̄.pꝛima enī volūtas qua deſiderat btītudi
nem:cauſa eſt oīm ſequentiū ⁊ ad ſuū finem alias
retoꝛquet. ⁊ ita infoꝛmat a ſimili.ſi motus:motus
Confirmat ꝑ dionyſiū. caritatis pꝛimus eſt omēs alios infoꝛmat ¶Hoc
etiam dicit btūs Dionyſius in ierarchia hūana ꝙ
Euaſio. pꝛimarius motus anime rationalis eſt dilectio.
ꝯtra hoc af ¶Foꝛte dicʒ ꝙ ille pꝛimariꝰ motus q̄ eſt dilectio
fidei nō caritatis.qꝛ eſt dilectio veritatis. ¶Cō
tra.hec eſt differentia inter verū ⁊ bonū qᵭ verū
eſt verū eſt ſine motu:bonū cū motu veꝝ eſt finis
ſpeculatiōis bonū affectꝰ tn̄ idē eſt ꝙ bonū cū er
go motus eſt in verū eſt in ip̄m motū ſm̄ ꝙ bonūt
ergo motus ille de quo loq̄tur dionyſius eſt in bo
num ſm̄ ꝙ bonū. ⁊ ita eſt dilectio boni ſcd̄m ꝙ bo=
nuʒ. ſed dilectio boni ſm̄ ꝙ bonū eſt caritatʒ opꝰ:
ergo pꝛimariꝰ motus aīe rōnalis eſt motꝰ carita=
tis ⁊ inde vt pꝛius. ¶Contra.ꝓbatū eſt ſuperius In oppm̄.
ꝙ oīs virtus eſt amoꝛ:ergo fides ē amoꝛ:qᵭ etiaʒ Confirmat
pꝛobatur.quia ira per zeluʒ eſt amoꝛ.qꝛ eſt amoꝛ
victoꝛie qua homo ſubiicit ſibi vicia ⁊ amoꝛ ſui fi=
nis.eadeʒ rōne fides eſt amoꝛ ſui finis.ſ. amoꝛ pꝛi
me veritatis ⁊ eſt amoꝛ gratuitus.quia ip̄a eſt pꝛi
ma gratia diligit enī pꝛimā veritatē pꝛopter ſe ſi=
cut caritas pꝛimam bonitatē ꝓpter ſe:ergo fides
ſubſtantialiter eſt meritoꝛia . quia eſt amoꝛ ſub=
ſtantialiter gratuitus. ſed ꝯſtat ꝙ ſubſtātialiter ē
ipſa pꝛioꝛ q̄ʒ caritas : ꝗ in ea pꝛius eſt meritū q̄ʒ in
caritate. ꝙ autē fides ſubſtātialiter ſit pꝛioꝛ q̄ʒ ca
ritas.ꝓbatur per hoc.quia cognitio finis ē pꝛioꝛ Pꝛobatio
naturaliter q̄ʒ motus virtutis ad illū:ergo natura minoꝛis.
liter cognitio ſummi boni pꝛioꝛ eſt q̄ʒ deſideriū il=
lius:et ita fides eſt pꝛioꝛ naturaliter q̄ʒ caritas.
¶Iteʒ.conſtat ꝙ in libero arbitrio pꝛimo eſt me Secūdo ꝑ
ritum inter potentias aīe qᵭ eſt potentia eligēdi auguſtinū.
bonum a malo.vt dicit Aug.Conſtat aūt ꝙ potē
tia eligendi eſt ratio ⁊ ita inter potentias aīe pꝛio
eſt meritum in ratione.ergo inter virtutes pꝛimo
eſt meritum in virtute ſita in ratione. ⁊ ita in fide
pꝛimo eſt meritū. ¶Pꝛeterea.frequenter inueni Tertio.
tur in gloſis meritum fidei vel merces fidei. nūq̄ʒ
meritum vel merces caritatis:quare hoc. ¶Itē Quarto.
per fidem abnegat homo ſeip̄m: pꝛimo.ſ.pꝛopꝛio
intellectui abrenūciat. ꝑ caritatē abnegat homo
pꝛopꝛiam voluntatem. ⁊ ita vterq̄ʒ ꝓpter deum ⁊
vtrūq̄ʒ meritoꝛium ⁊ hoc meritoꝛiū ſcʒ qꝛ talibus
motibus pꝛeponitur deꝰ creaturis pꝛius ergo eſt
meritum in fide:q̄ʒ in caritate:cū pꝛiꝰ ſit abrenun
ciare ꝓpꝛio intellectui:q̄ʒ ꝓpꝛie volūtati. ¶Itē.
potentia faciendi miracula datur merito fidei vn̄ Quinto.
in euangelio. Si habueritis tantā fidem in vobis
quantū eſt granū ſynapis.⁊c̄. queritur quare eo=
dem modo merito fidei pꝛimo non dicatur dari vi
ta eterna. ¶Item. ſupꝛa naturam eſt id qᵭ credi Sexto.
tur:ideo difficilius eſt credere talia. ſed diligere
ſummum bonū non eſt cōtra naturā. laudabilius
ergo eſt credere credenda ſiue credere in deuʒ q̄ʒ
diligere deum:ergo potius eſt meritum in fide q̄ʒ
in caritate. ¶Quod concedimus his ratiōibus. Solutio.
¶Ad pꝛimo obiectuʒ dicimꝰ ꝙ hec argumētatio Ad pꝛimū.
non valʒ.fides ſubſtātialiter eſt impfecta.ꝗ nihil
eſt perfectū ab ipſa.q̄m nimis generaliter cōclu=
dit.dicimus enī concludere. ꝗ nichil ſubſtantiali
ter eſt perfectū ab ipſa: ⁊ hoc verū eſt.q̄m motus
fidei ſubſtantialiter eſt imperfectus: tn̄ eſt perfe=
cte meritoꝛius.q̄m ex eo ꝙ eſt ſubſtātialiter impꝑ=
fectus:magis eſt meritoꝛiꝰ q̄ʒ ex eo quod eſt.pꝛo=
pter hoc enī quod credimꝰ deo pꝛopter ſe ⁊ ſuper
omnia.licet non viderimus ip̄m.ideo eſt merituʒ
in fide. ¶Similiter non valet hec:opus merito=
rium ⁊ perfectiſſimū.ꝗ non eſt ab īperfecto ſubſtā Ad ſcd̄m.
tialiter. et eſt ibi fallacia vniuocationis.quia hec
dictio perfectiſſimū tenet in pꝛima vna perfectio Falſa equiuocatio.
ne.ſ.ꝑ perfectione merendi.⁊ ipſe concludit taq̄ʒ
teneretur pꝛo perfectione ſubſtantiali. ¶Ad ter
tio obiectum dicimꝰ ꝙ caritas eſt impletio legis: Ad tertiū.
ſiue perfectio. ⁊ quia ſua dulcedīe mouet ⁊ trahit



Ayuntamiento de Madrid

omnes virtutes ad ſuũ finẽ: etiã ⁊ fidẽ ⁊ ſpẽ. ſicut
dicit Apl'us. caritas oĩa credit / oĩa ſperat / oĩa ſu=
ſtinet. ⁊ qm̃ oẽs motus virtutũ perfecti ſunt ⁊ me
ritorij. ideo q̃ referũtur ad primũ finẽ caritat; .ſ.
ad ſummũ bonũ: ⁊ quia caritas ſua dulcedine aug
mentat delectationẽ q̃ eſt in alijs virtutib⁹: etiam
illam que eſt in fide. magis eni delectatur aĩa co=
gnoſcendo deũ: q̃ȝ diligẽdo ip̃m. ⁊ ſic intellige de
alijs operibus virtutũ. propter has tres ratiões
Auguſtin⁹ dicit Augu. q̄ omnia formantur .i. perficiũtur in
Ad q̃rtum. caritate. ❡ Ad aliud dicim⁹ q̄ cũ dicitur fide cre
dit quis prime veritati ꝑpter ſe. hec dictio ꝑpter
notat cauſam finalẽ vt dictũ eſt in opponẽdo. ⁊ ve
rum eſt q̄ aĩa motu fidei mouetur in primã verita
tem vt illa quieſcat. ſed hec ꝑpoſitio non eſt gene
raliter vera. ſi aliquid mouet̃ in aliq̃d ꝑpter aliud.
⁊c̃. hoc eni tenet in motibus vniuocis: quorũ qui
libet eſt ad habendum: vt in exemplo de vetula.
ſed non tenet in motu ad cognoſcendũ: ⁊ motu ad
quieſcenduȝ ſiue ad habendũ: ſeq̃tur cognitio rei
Duplex mo tus aĩe. habende. Eſt ergo duplex motus aĩe in primã ve
ritatem ſiue duplex dilectio prime veritatis. vna
qua mouetur ad cognoſcẽdũ ip̃am: vt delectemur
in ea: ita q̄ hec dictio ad: notȝ finẽ quo quieſcitur
non in quo quieſcitur. alia que mouetur in ip̃aȝ .i.
ad habendum ip̃am vt mot⁹ ſit primo in ipſam de
lectationẽ. ⁊ ſic eſt motus caritatis. de prima ob=
Dionyſius iectione que eſt fidei dicit btũs Dionyſi⁹ q̄ eſt pri
marius motus anime rationalis. ip̃m eni credere
vel aſſentire non eſt proprie motus. qm̃ motus ꝑ
prie eſt ad habendum vel ad acquirenduȝ aliquid
modo deſideriũ prime veritatis cognoſcende effi
cax ſiue perfectũ q̃d eſt fidei primus eſt mot⁹ aĩ=
me rõnalis quo intellectus deſiderat primã veri=
tatem ſiue cognitionẽ vel viſionẽ ei⁹: vt in ea quie
ſcat. q̄ autẽ delectatio dei ſit in intellectu: patȝ ꝑ
Auguſtin⁹ hoc quod dicit Aug. q̄ diligere deũ ex toto corde
eſt diligere ip̃m in intellectu ſine errore. diligere
ipſum tota anima eſt diligere ipſum voluntate ſi=
ne ꝯditiõe ſine ꝯtrarietate. dilectio autẽ dei qua
diligimus ipſum intellectu vt videndo quieſcat ĩ
ipſo fidei eſt ⁊ primarius motus in deum: ſicut di=
Ad vltimũ. cit beatus Dionyſius. ❡ Ad vltimo obiectum
dicimus q̄ iſte terminus motus in bonum vel di=
lectio boni duplicem habet intelligẽtiam. qm̃ po
teſt intelligi q̄ dilectio ſit primo in hoc ip̃m bonũ
ſecunduȝ q̄ eſt in ratione boni. ⁊ ſm̃ hoc dilectio
dei ſolius caritat; eſt. vel poteſt intelligi dilectio
boni .i. eius quod eſt bonũ: quia eſt bonũ vt boni=
tas ſit vltimus finis non materialis finis primus
et ſm̃ hoc quelibet virtus alia a caritate eſt dile=
ctio boni. vt ptȝ i ira ꝑ zeluȝ q̃ diligit homo victo
Contra di= cta aĩ. riã de vicijs. ⁊ quia bonum q̃d eſt eodẽ modo di=
lectio ſui finis eſt in fide. immo ipſa eſt amor ſui fi
nis inq̃tũ eſt finis ſuus. ❡ Sed obijcitur. quidlȝ
quod habet motũ moueri habet in ſuũ finem: ſȝ fi
nis fidei eſt quiſcere in prima veritate: ꝑ motus in
illam quietem fidei eſt: ſed ille motus non eſt niſi
deſiderium illius quietis ſiue delectandũ in deo:
ergo deſiderium illius quietis ſiue delectandum
in deo eſt fidei ergo deſideriũ delectatiõis in deo
eſt motus fidei: quod patet eſſe falſum. quia eſt ca

ritatis. eſt in vi concupiſcibili. ❡ Solutio. Dici= Solutio.
mus q̄ ꝑprie prima veritas eſt finis fidei ad quaȝ
tendit in quo quieſcere habet: ſed quies in illa eſt
tantum finis quo ſiſtit ⁊ delectat̃ in illa. ⁊ ideo nõ Solutio ad
habet moueri in illam quietẽ proprie. ſed alia vir= primum.
tus ſcȝ caritas que eſt in vi cõcupiſcibili cuius eſt
appetere delectationem vt ad quam tendit cuius
eſt inueſtigatrix. ⁊ ideo patet q̄ licet illa q̃es quo
dammodo ſit finis fidei. tñ non eſt ei⁹ materia nec
primus finis ⁊ ideo deſideriũ illius quietis nõ eſt
fidei ſed poti⁹ caritatis. ❡ Itẽ oẽs virtutes ideo Iterum aĩ.
meritũ habent: q̃ referunt̃ ad ſummũ bonũ: ergo
ſola caritas per ſe habet. alie virtutes ꝑ accidens
habent meritũ. ſed alie virtutes ab alio nõ habẽt
niſi a caritate q̃ hoc habet ſola per ſe: ergo meri= Solutio.
tum primo cõſiſtit in caritate. ❡ Solutio. circun
ſtantie ſunt eſſentia virtutũ. qm̃ intelligunt̃ in dif
finitione virtutis q̃ talis eſt. virtus eſt habitus vo
luntarius ĩmediate exiſtens quo ad nos. per hoc
q̄ dicitur ĩmediate exiſtẽs intelligunt̃ circunſtan
tie. eſſe aũt in medio eſt eſſe veſtitum debitis cir=
cunſtãtijs .i. per hoc eſſentialiter eſt illud qm̃ vir=
tutis eſſe cõſiſtit ĩ hoc vt actũ volũtarium veſtiat
debitis circũſtantijs vt ipſum mediet. tñ nulla cir
cunſtantia eſt de eſſentia alicuius motus virtutis
volũtas eni qua volo ire ad eccleſiã eſt eiuſdẽ ſpe
ciei quocunq̄ȝ fine hoc faciã. finis eni vltimus nõ
eſt de eſſentia motus: ſicut dicit Aug. q̃ vero poſ Auguſtin⁹
ſumus diligere ſummũ bonuȝ diuerſis finibus .ſ.
propter tp̃alia vel propter ſe: eiuſdem eſt ſpeciei
vtrũq̄ȝ diligere. vñ ptȝ q̄ finis vltimus in bono ꝑ
pter quem motuȝ virtutũ ſunt meritorij acciden= Ad ſcd̃m.
talis eſt omnibus motib⁹ virtutũ: ſed eſſentialis
omnibus virtutib⁹. ⁊ ita per hanc viã non põt ip̃e Alr̃ p̃t dici.
probare q̄ in caritate ſit meritũ primo: immo ĩ fi=
de. qm̃ fides dilectioni oſtẽdit ſuũ finẽ ⁊ modo im
perij mouet eã ad illum. fides autẽ diligit ſe ad ſu
um finem ⁊ aĩ. ad eum diligit ⁊ mouet: ſic enim ra
tio ſe habet ad alias virtutes.

❡ Utrũ ex cõdigno mereamur vitã eternã.

❡ Scd̃a queſtio huius capituli.

Queritur vtrum aliquis ex condigno me
retur vitã eternã. videtur q̄ non. Apo. Aĩ q̄ non.
dicit. Non ſunt ꝯdigne paſſiões ❡ Itẽ Secundo.
ſeruitium omnibus modis debitum nõ
obligat recipientẽ ad remunerationem vt ſeruiti=
um quo miles ꝑ feudo ſeruit regi terreno: ſȝ quic
quid habet homo tenet a rege celeſti. ſcilicet cor=
pus ⁊ animã. ergo omnibus modis debet ſeruire
deo de tali feudo. ꝑ ſeruitium hominis quo ſeruit
deo cum ſit omnino debitũ non obligat deũ ad re
munerandum. ergo non iniuſte ageret deus cuȝ il
lo: ſi non remuneraret. ergo iſte non meruit ex cõ=
digno vitam eternam a deo. ❡ Itẽ. ſunt hic duo Tertio.
qui fuerũt diu in caritate ⁊ bonis operib⁹: ⁊ ſunt
in omnibus pares: excepto hoc q̄ vn⁹ moritur in
peccato mortali: alius in caritate. bona opera illi
us qui deceſſit in mortali aut ſunt remunerata ſuf
ficienter aut non. ſi non. ꝑ deus inſufficiẽter remu
nerat opera meritoria q̃d nefas eſt dicere. ſi ſuffi=
cienter. ꝑ cuȝ eadẽ ſunt oĩa opa amborũ opera al
terius ſunt ſufficienter remunerata ergo non opȝ

Ayuntamiento de Madrid

ꝙ remunerētur in vita eṫna. ḡ iſte nō meruit ex cō
Quarto. digno vitam eternā illis operibꝰ. ¶ Itē. qui pſe
ueraueri t vſqꝫ in finē hic ſaluus erit. ḡ nulla opa
ſufficiūt ad habēdū vitā eternā: niſi hō pſeueret.
ergo nullus mereṫ ſimpliciter habere vitā eternā
niſi ſub hac cōditiōe: ſi perſeueret. cōtinuatio er
go boni facit ad efficatiā meriti. ſꝫ cōtinuatio bo
ni eſt circūſtātia opis. ergo aliqua circūſtātia fa
Quinto. cit ad vim merēdi. nō ergo penes ſolā caritatē cō
ſiſtit vis merendi ¶ Itē. meritū ſe hꝫ ad pmiū
ſicut ſe hꝫ labor in vinea ad mercedē tpalē: ſicut
habeṫ in euāgelio. ſed labore cōpleto in vinea ne
ceſſariū eſt vt merces reddatur aliter fieret iniu=
ria laboranti. ḡ eadē rōne ex quo hō meruit vitā
eternā neceſſariū eſt vt reddaṫ ei q̄cq̄d poſt acce=
Eodēmodo dat ſiue peccet hō ſiue non ¶ Eadē obiectio pōt
fieri de pcio et de eo quod emitur. qm̄ meritū ſe
habet ad pmiū ſicut preciū ad illud qd̓ emitur
vñ illud. cōſiderauit agrū ⁊ emit illū ⁊c̄. ⁊ in euā=
gelio. Simile ē regnū celorū homini negociato=
ri ⁊c̄. precio em̄ ſoluto neceſſariū eſt vt reddatur
res empta. q̄cq̄d poſtea fiat. ergo eadē rōne: cum
iā fuerit meritū: neceſſariū eſt vt pmiū detur q̄c=
Sexto. quid poſt fiat. ¶ Itē. ſi meritū cōſiſtit penes ſolā
caritatē. ergo opa caritatis ſcd̓m ꝙ ſūt caritatꝫ
per ſe: ſūt meritoria vite eterne. ergo quicq̄d poſt
accidat ſūt meritoria. ḡ nihil qd̓ poſt accidat fa=
Septimo. cit illd̓ cadere a merito. ¶ Itē. abrahā facit opa
caritatꝫ. ḡ meruit ex ꝯdigno vitā eternā: ⁊ poſtq̄
deceſſit nō potuit cadere ab illo merito: ḡ poſtq̄
deceſſit neceſſariū erat ꝙ haberet vitā eternā: ḡ
ſiue chriſtus incarnaretur ſiue nō neceſſariū erat
ꝙ habiturus eſſet eā: ḡ incarnatio xpi fuit inutilis
abrahe ⁊ oibus antiquis patribus. quare ḡ ꝓ eis
Octauo. paſſus eſt xps. ¶ Itē ſup illud aplī nō ſunt ꝯdig.
paſſ. ⁊c̄. dicit glo. nō ſūt ꝯdig. ad ꝓmerendū. qm̄
ꝯtra hoc af tribulatio erit cū fine: merces erit ſine fine. ſed ſi
hoc eſt eadē rōne pctm̄. q̄ eſt cū fine nō ex condi=
gno mereṫ mortē eternā que eſt ſine fine. ¶ Itēꝫ
Nono. apoſto. nō ego ſꝫ gr̄a dei mecū ſi ergo hō opatur
cū gratia bona opa ⁊ inquātū eſt ex gratia non ē
ab homine/ imo a deo a quo ſolo eſt gratia: ſed cō
ſtat ꝙ nō eſt opus meritoriū niſi inquātū ex gr̄a:
ergo ab hoīe nō eſt opus meritoriū. nō ergo ope
bono meretur hō vitā eternā ex cōdigno. ¶ Itēꝫ
Decimo. indirecte homo ex cōdigno mereṫ vitā eternā: ſꝫ
mereri ex condigno eſt facere de debito debitum
vel de debito magis debitū. ita ꝙ iniuſte agiṫ cū
eo niſi reddatur ei quod meruit: ergo deꝰ ageret
iniuſte cū iſto niſi redderet ei vitā eternā: ḡ teneṫ
ei reddere: ergo obligatus eſt ad hoc: qd̓ etiā vi=
detur per hoc ꝙ deꝰ ꝓmiſit iurauit pepigit ſe da=
Figura. turū illā in figura terre ꝓmiſſionis: ſicut legiṫ in
geneſi ⁊ in multis alijs locis. ſi ergo deus ꝓmiſit
eā ⁊ iurauit ⁊ pepigit ſe daturum abrahe ⁊ ſemini
eius. i. oibus fidelibus: ergo tenetur ⁊ obligatus
Confirmaṫ eſt ad dandū. ⁊ ita deus eſt obligatꝰ ad dandū ali
quid quod videtur incōueniens: quod pōt etiā p
bari. quia deus liberrimꝰ eſt ita ꝙ liberior nō pōt
excogitari: ergo nō eſt obligatꝰ ad aliqd. ¶ Pre=
Undecimo terea. ſi deus per promiſſiones ⁊ pacta et iuramē
ta eſt obligatus: ſed iſta inceperūt eſſe: ergo obli
gatio dei incepit eſſe. ſed cōſtat ꝙ talis obligatio
nō eſt niſi in deo: ergo aliquid incepit eſſe in deo
quod prius nō fuit: ḡ deus eſt mutabilis. ¶ Pro= Opinio ali
pter has rōnes dicūt quidā ꝙ nullus meretur ex quorum.
cōdigno vitā eternā: ⁊ maxime ꝓpter duas vlti= In oppm̄.
mas. ¶ Sed ꝓbatur multipliciter ꝙ hō ex cōdi= tamen aṙ.
gno meretur vitā eternā. qm̄ homo ex condignis
malis operibꝰ mereṫ mortē eternā: aliter ageret
deus iniuſte cū eo infligendo eam: ergo cuꝫ bona
opera magis ſūt bona q̄ꝫ mala opa ſint mala: mul
to fortius bonis opibus meretur vitam eternam
ex cōdgno. ¶ Itē. aliquis fodiens in vinea mere Secundo.
tur recta rōne merendi ab homine illud quod di=
ctū eſt: ergo multo fortius aliquis laborando in
vinea dñi meretur rōne merendi illud qd̓ dictum
eſt. ſcꝫ denariū diuinū qui eſt beatitudo eterna.
¶ Si dicit ad iſtas duas obiectiōes ꝙ non eſt ſi= Euaſio.
mile. qm̄ bona opa nō ſunt hoīs: ſed dei q̄ dat gra
tiam. ¶ Cōtra. ſicut deus dedit gr̄am ita ⁊ libe= ꝯtra hāc aṙ
rum arbitriū. ⁊ ſicut dedit homini liberū arbitriū
vtatur illo. ita et gratiā vt bene vtatur illa: ergo ſi
cut bonus vſus leberij arbitrij eſt hoīs. ita ⁊ bo=
nus vſus gratie eſt hoīs: ergo bonū opus non tm̄
inquātū eſt liberi arbitrij. ſed etiā inquātū ē gra=
tie eſt hominis. ⁊ ita nō valet illa ſolutio. ¶ Itē Secundo.
contraria debenṫ ꝯtrarijs pctō mortali debetur
ex cōdigno mors eterna: ergo virtuti vel opi eiꝰ
debetur ex cōdigno vita eterna. ¶ Forte dicet ꝙ Alia euaſio
nō eſt ſimile. qm̄ pctm̄ eſt ꝓportionale pene eter
ne: ſed bonū opus nō eſt ꝓportionale vite eterne
pctm̄ em̄ qd̓ eſt offenſa dei a quo homo habet oia
in infinitū puniri debet. ⁊ eſt offenſa infinita rō=
ne obiecti. qm̄ offenſa alius hoīs magna eſt ergo
offenſa dei in infinitū maior eſt vel peior: ergo in
infinitū magna eſt. nō ergo pena maior et ita pro
portio eſt culpe ad penā eternā. ſed nō proportio
premij ad meritū. ⁊ ideo dicit ꝙ non valet p̄dicta
argumētatio. ¶ Sed hec ſolutio nulla videṫ. qm̄ ꝯtra hāc aṙ
licet offenſa dei ſit in infinitū magis mala q̄ꝫ illa
que eſſet ſolius hoīs: tamen in ſe finita eſt: ſicut li
nea reſpectu puncti infinita eſt. tñ in ſe finita eſt.
¶ Preterea bonū opus quod fit propter deū de Secundo.
bito modo infinitū melius eſt q̄ꝫ illud qd̓ fit pro=
pter hoīem tm̄: ergo eſt bonū in infinitū. nō ergo
vita eterna melior ſecūdū tuā rōnē. ¶ Preterea Tertio.
mors eterna eſt eterna ſeparatio a deo in qua erit
triſticia ſine ſolatio ⁊ ſine omni ſpe. ergo in morte
eterna erit pura triſticia: ⁊ purus dolor: ergo ſi=
cut plura delectatio que eſt in paradiſo nō ſe ha=
bet in aliqua proportione ad illā que modo ē. ita
triſticia que eſt in inferno cū ſit pura triſticia non
ſe habet in aliqua ꝓportione ad triſticiam preſen
tis temporis que eſt in peccato mortali. que eſt ḡ
cauſa quare nō mereatur homo vitā eternam bo=
nis operibus. ſicut mortē eternā malis. hec enim
nō eſt cauſa ꝙ culpa eſt proportionalis pene: ſed
bonū opus nō eſt ꝓportionale premio. ſimiliṫ nec
hec eſt cauſa ꝙ bonū opus nō eſt hoīs: qm̄ oſten=
ſum eſt ꝙ eſt hoīs ⁊ ita videtur ꝙ nō pōt aſſignari
ratio diuerſitatis. ¶ Itē ſeruitiū gratis impen= Item argui
ſuꝫ obligat recipientē: hoc ē cōmunis animi con= tur ad idem
ceptio: qm̄ cōtrariū eiꝰ nō recepit hūana liberali

Ayuntamiento de Madrid

tas. aliter eniꝫ facere eſt ingratitudo. ſe ſeruitium
impenſum deo ex caritate eſt gratis impenſum et
ergo obligat deuꝫ ad remunerationē. ergo tenetᷣ
reddere pmiū aliter eſſet ingratꝰ. ergo iniuſte
faceret cū tali: niſi redderet: ꝗ iſte meruit ex cōdi
yſaias gno. ideo dicit dñs per yſa. Venite et redarguite
Quinto. me. ſ. niſi vos remuneraueꝛo. ¶ Itē. operibꝰ vir-
tutū tendit homo ad beatitudinē ⁊ ſapienter. er-
go iſte pōt peruenire ꝑ illa ad illā ⁊ recte. ergo ꝑ
opera bona pōt hō acquirere recte btitudinē: nō
niſi per modū meriti. ergo ꝑ bona opa meretᷣ ho
Sexto. mo vitā eternā: recta rōne merēdi. ¶ Itē. ſuꝑ il-
lud pſalmi. Miſericoꝛs ⁊ miſeratoꝛ ⁊ iuſtus. dicit
gloſa Miſericoꝛs dū expectat: miſeratoꝛ in exhi-
bitione dum iuſtificat: iuſtus dum remunerat.
Septimo. ¶ Itē. ſuꝑ illud ad thimoteū. Repoſita eſt mihi
coꝛona iuſticie quā reddet michi dñs in illū diem
iuſtus iudex. dicit glo. ꝙ deus eſt iuſtus in remu-
nerando. ⁊ ita tam textꝰ ꝙꝫ gloſa vult ꝙ vita eter-
na reddatur de iuſticia. ergo hō meretur eā ex cō
digno. hoc eniꝫ dicimus mereri ex cōdigno. ſ. face
Opinio ali- re debitū ſibi de iuſticia. ¶ Ad hoc dicunt ipſi ꝙ
quoꝛum. deꝰ dr̄ iuſtus duobꝰ modis. vno mō a iuſticia vir-
tute qua redditur vnicuiqꝫ quod ſuū eſt. alio mo-
do ex pmiſſo: ⁊ ſcd̄m hoc deus eſt iuſtus. i. fide
lis in pꝛomiſſis ⁊ ſic eſt iuſtus in remunerando: et
ſecūdū hoc nō ſequitur ꝙ hō mereatᷣ ex cōdigno
vitā eternā. qm̄ cōdignū reſpicit iuſticiā pꝛio mo
ꝯtra hāc ar- do. ¶ Sed hec ſolutio nō valet. qm̄ veritas ſiue
fidelitas in pmiſſis eſt ſpecies iuſticie. hoc ei di-
cunt philoſophi. veritas eniꝫ qua homo eſt veridi
cus pꝛimo virtus eſt ⁊ eſt ſpecies iuſticie: eadem
rōne in deo eſt virtus exemplaris nō niſi iuſticie
ſpecies. qm̄ nō eſt ſpecies temperātie vel alteriꝰ.
Secundo. ¶ Preterea. pōt ne deus eſſe iuſtus in agēdo bo
num. ſi non. ergo non eſt ꝑfecte iuſtus qm̄ iuſticia
habet duas ptes. ſ. declinare a malo. ⁊ facere bo-
num. ſi ſic. ſed nō pōt eſſe iuſtus in agendo bonū
niſi in remunerando bonos ⁊ ſemꝑ ſumatur iuſti-
cia ſcdꝫ ꝙꝫ eſt virtus remunerandi bonū qd̄. ſ. ē ꝗ
deus remunerat de iuſticia bonū pꝛemio eterno:
ergo ipſi meruerūt illud ex cōdigno. ¶ Item ſu-
Tertio per per iohā. in fine. dicit Aug. Facile dicerē magis
auguſtinuꝫ diligentē melioꝛē ⁊ magis diligentē felicioꝛem ſi
ſcirem defendere iuſticiā minus diligētis/magis
diligenter ergo de iuſticia debet deus magis dili
gere magis diligentē. ergo de iuſticia debet dili
gere diligentē: ergo de iuſticia remūerat ſeruien
Quarto. tem. ¶ Itē. deus nō puniendo malos negaret ſe
ipſum: ergo multofoꝛtius negaret ſeipſum nō re-
munerando bonos cum magis ſit liberalis ⁊ ma-
gis ſe habeat ad opera beniuolentie ꝙꝫ ad ope-
ra punitionis. ſed ſi non remuneret bonos nega-
ret largitatē ſuam et magnificentiā: ergo nō pōt
nō remunerare ꝓpter ſuā magnificentiā: ſed illa
eſt ſpecies iuſticie: ergo non pōt nō remunerare
de iuſticia. ¶ Itē dicit rebeca filio ſuo iacob. ꝓ-
Quinto. para duos edos quibus libēter veſcitur yſaac. ꝑ
yſaac xp̄us intelligitur/ cui penitentes pꝛeparāt
Figura. duos edos ſcꝫ peccati abominationē ⁊ ſatiſfactio
nem: quibus libēter veſcitur homo: ergo pꝛepa-
rat deo ad comedēdū cibos ſibi delectabiles. vn̄

in apocalipſi. Si quis aparuerit michi intrabo ⁊ Apocalipſi
cenabo cū eo et ipſe mecū/ ſed cocus regis meretᷣ
a rege non tm̄ ꝙ comedit de eiſdem cibis: ſed etiā
magna alia munera: ergo multofoꝛtius homo qui
pꝛeparat cibū delectabilē deo meretur recta ra-
tione: nō tm̄ ꝙ edat de eodem cibo ſcꝫ de eiſdē bo
nis operibus ſed etiam aliquid aliud magnū ⁊ ita
vitam eternā. ¶ Ad hoc dicimus ſine pꝛeiudicio Solutio do
ꝙ bonis operibus meretᷣ homo vitā eternā ex cō ctoꝛis.
digno: ſic eniꝫ gratioꝛ erit hoī vita eterna ⁊ tamen
totū debet deo attribui: qꝛ dedit grām et quia ſi- Nota dili-
ne ipſo etiā cū gratia nō pōt hō facere bona opa genter.
ſcꝫ niſi ipſi pꝛincipaliter cooperetur ad illa ⁊ mo-
ueat: ⁊ pꝛopter etiā ipſa vita eterna dicitur grā i Quare bti-
ſacra ſcriptura ſicut dicit gloſa ſuꝑ illud apoſto. tudo dr̄ grā
repoſita eſt mihi coꝛona iuſticie. dicitᷣ eniꝫ grā ꝓ-
pter fundamentū ſed moꝛs eterna tantū debetur
meritis ⁊ ideo dixit Apoſto. ſtipendia pctī moꝛs
grā aūt dei vita eterna. ¶ Ad pꝛimo ꝗ obiectum Ad pꝛimū.
dicimus ꝙ nō ſūt cōdigne paſſiones huiꝰ tēpoꝛis
ad futurā gloꝛiā. ſ. ad ꝓmerēdū ſicut dicit glo. id
eſt ad ꝓpoꝛtionaliter merendū ſūt eniꝫ tamē cōdi
gne ad ſimpliciter merendū. ¶ Ad ſcd̄o ob. dici Ad ſcd̄m.
mus. ꝙ reuera ſeruitia omnino debita non obli-
gāt recipientē ſi fiant hoc intuitu qꝛ ſunt debita: Seruitium
ſed caritas nō habet hunc reſpectū immo et ſi nō charitatiſē
eſſent debita moueret ad illā ꝓpter ſoluꝫ deū. et gratuitum.
ita gratuitū eſt eius ſeruiū rex autē terrenus qui
nō videt intus nō reſpicit niſi ad debitū feudi ſui
et ita nō eſt ſimile. ¶ Ad tertio ob. dicimus ꝙ re Ad tertium
uera homo bonis operibus meretur vitā eternā:
ſed tm̄ ſub cōditione: nō ſub cōditione merendi qꝛ
ſimpliciter eā meretur. ſed ſub cōditione habēdi:
qm̄ ſi per pctm̄ moꝛtale cadit a merito: nō debet
habere quod meruit. ⁊ ſunt opa caritatis illiꝰ qd̄
cadit a caritate ſufficiēter remunerata: quātū ad
ſtatū ſuū. Sūt eniꝫ remunerata iocūditate mentꝫ
ſicut dicit pſalmiſta. in cuſtodiēdis illis retribu-
tio multa: ſed a merito vite eterne cecidit: qꝛ illā
nō meruit niſi ſub cōditione pꝛedicta. ſicut cōtin
git etiā in merito moꝛtꝫ eterne. ¶ Et per hoc pa Ad quartū
tet ſolutio ad quarto obiectū: qꝛ perſeuerantia ſi
ue cōtinuatio boni nō facit ad quātitatem pꝛemij
vel meriti: ſed qui cōtinuat bonū nō cadit a meri
to ⁊ talis ſolus recipit pꝛemiū. ¶ Ad quīto obie Ad quintū.
ctū ꝙ ille q̄ fodit in vinea hoīs poſtꝙꝫ fodit: poſſet
tamē quid facere ꝙ nō deberet habere illud quod
meruit vt ſi iſtud quod fecit in vinea diſſiparet to
tum. Eodē modo ille qui poſt opa caritatꝫ cadit
ꝑ moꝛtale diſſipat quicq̄d facit qm̄ diſſipat carita
tem ex qua meruerat. ⁊ in q̄ erat vt actus illi eēnt
deo placētes ⁊ meritoꝛij. ¶ Eodē modo reſpon- Ad vltimū.
dendū eſt ad quīto obiectū: qm̄ qui dedit pꝛeciuꝫ
pꝛo re tēpoꝛali: poſſet tale quid facere ꝙ nō debe
ret habere illud quod emit ſcꝫ ſi nūmos quos de
dit ꝓ illa ſua pꝛiuaret bonitate vt ſi auferret eis Ad ſextum.
argentū. ¶ Ad ſexto obiectū dicimus ꝙ non va-
let hec argumētatio. Opera caritatꝫ ſūt ꝑ ſe me
ritoꝛia vite eterne: ꝗ nihil quod poſt accidat facit
ꝙ cadat a merito: immo debuit inferre nichil qd̄ ad ſeptimū
poſt accidat pōt facere quin meruit illā. ¶ Ad ſe
ptimo obiectū dicimus ꝙ abꝛahā meruit ex con-

Ayuntamiento de Madrid

digno vitã eternã: ſꝫ illud meritũ exceptionẽ ha=
bet ſicut meritũ illius qui decedit cũ ligno/ feno/
ſtipula: habet exceptionem dilatoriã. qm̃ ſi talis
peteret ſtati vitã eternã quã meruit diceret. Red
de prius quod debes: ſcꝫ penã purgatorij. Eodẽ=
modo ſi abrahã ſtatim poſt mortẽ ſuã vel alij pa=
tres antiqui petijſſent vitã eternã quã meruerãt
ex cõdigno dictũ fuiſſet eis. Redite ꝙ debetis. ſ.
ſatiſfactionẽ ꝓ peccato originali: ⁊ qm̃ nullus ho
mo purus potuit ſatiſfacere: ideo neceſſarius fu=
Ad octauũ it aduentꝰ chriſti. ¶ Ad octauũ obiectũ dicimꝰ
ꝙ ad hoc qd̾ dicit glo. ſ. ꝙ nõ ſunt cõdigne paſſio=
nes huius tẽporis. ⁊c̃. qꝛ ſi tribulatio ẽ cum fine:
merces ſine fine: dicimꝰ ꝙ paſſiões nõ ſunt cõdi=
gne ad promerendũ. i. ad proportionabiliter me
rendũ. ſũt tamẽ cõdigne ad merendũ: qꝛ ſũt ſerui
tiũ et honor dei. eodẽmodo dicendũ eſt de malis
operibꝰ: qꝛ em̃ ſũt offenſa ⁊ dedecus dei ſufficiũt
ad merendũ penã eternã: licet nõ ad proportiona
Ad nonum biliter merẽdũ. ¶ Ad. ix. obiectũ dicimus ꝙ ita
eſt intelligendũ qd̾ dicit Apoſto. Non ego ſꝫ gr̃a
dei mecũ. q. d. nõ ego per liberũ arbitriũ pricipa
liter: ſed per gr̃am principaliter illud ago. ⁊ ſic nõ
ſequit̃ ꝙ bona opa nõ ſũt ab hoĩe: imo ſũt ab ho=
Ad decimũ mine vtente gr̃a ſibi data ⁊ merẽte: ſed per gr̃am
datã ſibi. ¶ Ad. x. di. ꝙ deꝰ nõ põt eẽ obligatus
vel dici obligatꝰ niſi tranſſũptiue. ſ. qꝛ nõ põt qui
ita faciat nec põt negare ſeipſũ qui remũeret ſer=
uiẽtes ſibi: ⁊ nõ valet hec argumẽtatio. liberrimꝰ
ẽ. ergo nõ eſt obligatus: qm̃ hec eſt ſũma liberalitas:
ꝙ nõ põt facere niſi liberaliter. ⁊ ꝙ nõ põt nõ re
munerare ſuos: ſicut vera libertas eorũ qui ſunt
Ad vltimũ. in patria: eſt ꝙ nõ poſſunt non velle ꝙ deus vult.
¶ Ad vltimo obiectũ dicimꝰ ꝙ obligatio que di
citur de deo: eſt ipſa diuina eſſentia: ſed cũ dꝛ deꝰ
incepit eſſe obligatus inceptio nõ notatur in pri=
cipali ſignificato: ſed in cõnotato. ſ. in merito ho
minis per quod dꝛ deus eſſe obligatus ⁊ propter
hoc nõ ſequit̃ ꝙ deus ſit mutabilis. ſed ſequitur
vnde habeant opa caritatis ꝙ ex cõdigno ſũt me
ritoria vite eterne nõ ex bonitate ſua: qm̃ premiũ
eſt multo melius: ⁊ in infinitũ melius ꝗ meritũ.
ſi dicet ꝙ hec eſt a largitate vel magnificẽtia dei
Iterum arguitur. ¶ Contra. Quãto maiori fiunt ſeruitia: tãto ſũt
magis debita: et quãto magis debita tanto minus
grata: ⁊ quãto minus grata: minus meritoria: er=
go a primo quanto altiori ⁊ maiori fiunt ſeruitia:
tanto minus meritoria. nõ ergo eo ꝙ fiunt largiſ=
Secundo. ſimo: meritoria ſũt ex ꝯdigno vite eterne. ¶ Itẽ.
videtur ꝙ nõ ſit ſimile de merito vite eterne. ⁊ de
merito pene eterne: qꝛ pctm̃ eſt eque malũ vel ma
Aſſũptũ pꝫ gis malũ ꝗ pena eterna: qd̾ ꝓbatur. qm̃ in infini
tum magis peccat q̃ peccat in deũ ꝗ qui peccat i
hoĩes tantũ. ſed quicũqꝫ peccat. peccat in deũ: ergo
oĩs offenſa dei infinita eſt: ſed pena gehenne fini=
ta eſt quo ad culpã: ergo culpa eſt magis mala vl̾
Tertio. nõ minus mala ꝗ pena eterna. ¶ Preterea: con=
iungi deo eſt magis bonũ ꝗ ſit malũ ſuſtinere pe
nam gehenne: ergo offenſa ſeparans a deo eſt ma
gis mala ꝗ pena gehẽne: ⁊ ſi ita eſt non eſt in bo=
nis operibus: qm̃ vita eterna eſt multo melior ꝗ
bona opa: ergo per hoc ꝙ aliquis meretur ex con

digno mortẽ eternã nõ põt probari ꝙ aliqs mere
tur ex cõdigno vitã eternã. ¶ Itẽ. ex incidenti q̃ qo incidẽs.
ritur vtrũ cõparabilia ſint pctm̃ ⁊ pena eterna. vi Ar ꝙ nõ.
detur ꝙ nõ qm̃ malicia peccati priuatio eſt. pena
aũt paſſio eſt. ⁊ eſt alius: ergo nõ ſũt eiuſdẽ gene=
ris: ergo nõ ſũt cõparabilia. ¶ Cõtra in apoca= In oppm̃.
lip. Quãtum glorificauit ſe ⁊ in delicijs fuit date
ei tormẽtũ ⁊ luctũ ſcꝫ babiloni: ergo culpa eſt cõ
parabilis pene. ¶ Solutio. dicimus ꝙ bona opa Solutio.
a duobus habent ꝙ ſunt meritoria vite eterne. ſ.
a bonitate ſua qua delectãt deũ: ⁊ ſũt cibus eius
⁊ magnificentia dei in cuiꝰ honore fiunt. ſicut ma
la opera ſũt meritoria pene eterne ꝓpter duo. ſ.
ꝓpter ſui prauitatem ⁊ ꝓpter offenſam dei eterni
oim iudicis. ¶ Ad primo obiectũ dicimus ꝙ ſer= Ad primũ.
uitia quãto magis ſunt debita: tanto minus ſũt gra
ta. qm̃ fiũt intuitu debiti: ſed qm̃ fiunt ex ſola di=
lectione ⁊ fierent/licet nõ eſſent debita: grata ſũt
⁊ meritoria. ¶ Ad ſcd̾m obiectum dicimꝰ ꝙ hec Ad ſcd̾m.
argumẽtatio nõ valet. In infinitũ magis peccat
qui peccat in deũ ꝗ qui peccat in ꝓximũ tantum
Sit ꝙ aliquis poſſit peccare in proximũ tantũ: ergo
in infinitũ magis peccat qui peccat in deũ. ſicut Exemplum
linea eſt in infinitũ maior pũcto: ⁊ tamẽ nõ eſt in=
finita. ¶ Ad ſequens dicimus ꝙ hec argumenta Ad aliud.
tio nõ valet: q̃ vident̃ fieri a ꝯtrarijs cõiungi deo
⁊c̃. ergo offenſa ſeparans a deo. ⁊c̃. qm̃ delectatio q̃
eſt in deo nõ habet ꝯtrariũ nec delectatio dei ea
dem rõne: qm̃ nihil ẽ ſumme malũ. ¶ Ad vltimũ Ad aliud.
obiectũ dicimus ꝙ culpa eſt cõparabilis pene ra
tione delectationis vel dilectionis que eſt in cul=
pa: nõ rõe priuatiõis eſt ei ꝓportiõalis: qm̃ dele
ctatio q̃ modo eſt nõ eſt pura delectatio ĩ deo cũ
ſit admixta vel quaſi admiſcibilis triſticie alicui:
ſed in pena eterna eſt pura triſticia. ſ. vermis qui
non morit̃. vnde licet ſint cõparabiles: nõ tamẽ
ſũt ꝓportionabiles ſicut diameter nõ ẽ ꝓportio=
nabilis coſte: tñ eſt ei cõparabilis: quia maior. Aliud exẽ=
¶ Similiter angulus rectus ẽ maior angulo cõ= plum.
tingentie: ⁊ tamẽ improportionabilis. illa aucto Ad dictũ in
ritas quãtũ glorifi. ⁊c̃. intelligitur in gñe ſit multũ apocalipſi
multũ. ¶ Cũ dictũ ſit ꝙ antiqui patres merebã= contra vnũ
tur ex cõdigno vitã eternã. videt̃ ꝙ multo fortius dictũ prius
meruerũt ex cõdigno: qd̾ minus eſt. ſ. incarnatio= arguitur.
nem. ¶ Preterea ipi petierũt eã pie: ꝑſeuerãter Secundo.
pro ſe: ⁊ ad ſalutẽ. vnde dicebant. Dñe: inclina ce
los tuos ⁊ deſcende. ⁊ yſaac. Utinã diſrumperes
celos ⁊ deſcẽderes: ergo merebantur exaudiri. ⁊ ita
meruerũt incarnationẽ. vñ ꝓpter miſeriã inopũ
⁊ gemitũ pauperũ nũc exurgam: dicit dominus.
¶ Pretea. deꝰ promiſerat hoc ⁊ non põt negare Tertio.
ſeipm̃: qm̃ eſt veritas: ergo neceſſariũ erat ꝙ ĩcar
naret̃. nõ niſi de veritate ꝓmiſſionis: ergo antiqs pa
tribus debebatur incarnatio de iuſticia: ⁊ eã me=
ruerũt. ergo ex cõdino. ¶ Preterea. antiqui patres Quarto.
erant amici dei ergo ſuis precibus merebant̃ ex=
audiri/⁊ ex cõdigno qm̃ de iuſticia qua amicus te
netur amico: ergo ex cõdigno meruerũt incarna=
tionẽ. ¶ Cõtra. Ex cõdigno meruerũt et nõ po= In oppm̃.
terant cadere a merito poſt mortẽ: ergo neceſſari
um erat ꝙ incarnaretur: ergo mentitus eſt Aug.
dicens ꝙ alius modus noſtre liberatiõis fuit deo

Ayuntamiento de Madrid

Secundo. poſſibilis. ¶ Itē Apoſto. Non ex opibus iuſti-
cie q̄ fecimus nos ⁊c̄. ergo antiqui patres nō me-
ruerūt ex cōdigno incarnationē: qḋ cōcedimus.
Solutio. ¶ Nec ſequitur: meruerūt maius ex cōdigno: er
go minus quia illud tantū cadit ſub merito quod
ꝓponitur nobis vt corona vel directa via ad co
ronam ſiue pars corone: qꝛ repoſita eſt nobis (vt
Quare pe- dicit apoſtolus) corona iuſticie quā ⁊c̄. Uirt⁹ em̄
tebāt incar que eſt fūdamentū merēdi nō tēdit niſi ad illā. cū
nationem. ergo incarnatio non ſit corona vel pars illius nō
cadit ſub merito. petierūt autē illā antiqui pr̄es
ſicut medicinā noſtre infirmitatis: quia medicina
omniū eſt in feſtinatione nebule. ¶ Itē. nihil eſt
ita inflāmatiuū ad amorē dei. ſicut ꝙ fili⁹ dei vo-
luit fieri frater noſter et mori pro nobis. hoc aūt
inſuſpicabile et nouum nullus eſſet auſus petere
niſi deus ꝓmiſiſſet prius. Multis alijs cauſis in
Ad rōnem. carnatus eſt: ſicut dictū eſt ſupra. ¶ Ad ſequens
obiectū dicim⁹ ꝙ antiqui patres petētes pie. ⁊c̄.
meruerūt exaudiri. ⁊ hoc vel in equipollenti. ſed
non ſequitur: ergo meruerūt ex cōdigno incarna
Falſa ꝯñtꝫ. tionē impediente fallatia ꝯñtis. qm̄ ad hoc ꝙ ali-
quis mereatur aliquid ex cōdigno: oportet ꝙ illḋ
Ad aliud. reddat̄ ei vt corona vel pars corone. ¶ Ad vlti-
mum dicimus ꝙ d̄us ꝓmiſit illud: ſed non erat ne
ceſſariū deū ꝓmiſiſſe ſicut nec ꝓphetā dixiſſe nec
etiā prouidiſſe. Eodēmodo iudicandū eſt de pro
miſſione incarnatiōis. ſicut ⁊ de alijs ꝓphetijs.

¶ Utrū ex cōdigno mereamur augmētū grē.

¶ Tertia queſtio huius capituli.

Queritur vtrum ex condigno mereamur
Arḡ ꝙ ſic. augmentum gratie. ¶ Probatio ꝙ ſic:
qꝛ ex cōdigno meremur maius. ſ. vitam
Secundo. eternā. ¶ Preterea. ex cōdigno mere-
mur totā coronā. ergo partē: qꝛ beatitudo preſēs
Tertio. eſt quaſi pars future. ¶ Preterea. nō deeſt fun-
damentū merendi neqꝫ dei ꝓmiſſio: qm̄ ipē dixit.
habenti dabitur ⁊ abūdabit. ergo ex cōdigno me
Contra eua remur illud ſicut vitā eternā. ¶ Nō em̄ pōt dici
ſionem. ꝙ ſit res nō cadens ſub merito. qꝛ dicit pſalmiſta
Auguſtin⁹. In cuſtodiendis illis retributio multa. ⁊ Aug. ca
Secundo. ritas nata meretur augeri ⁊c̄. ¶ Itē. ſi qḋ petie-
ritis in noīe meo fiet vobis. ſed apoſtoli petierūt
augmētū grē dicentes. Dn̄e adauge in nobis fi-
dem. ḡ cū amicicia ſit idē velle: idē nolle. ⁊ amici
cia ſit ſpecies iuſticie de iuſticia debebat̄ eis aug
In oppm̄. mentū grē. ḡ ex cōdigno merebant̄ illud. ¶ Cō-
tra. Si bonis operib⁹ meremur augmētū carita-
tis. ḡ quolibet opere bono augetur caritas in ho
mine. ḡ ex multis multū augetur. quod manifeſte
falſū eſt. qm̄ ſi hoc eſſet exteri⁹ apparerēt ſigna: qꝛ
ignis nō pōt abſcōdere ſe: nec pōt obſcōdi ciuitas
Secundo. ſupra mōtē poſita. ¶ Itē. imo ex denario diurno
ꝯueniſti mecū. denarius diurn⁹ eſt vita eterna. ḡ
cōuenit nobiſcū deus de vita eterna danda meri
tis bonorū operū. ſed ſi illud reddat in quo cōue
nit nobiſcū nō tenetur ad amplius: nec debet am
plius. ḡ nō debet ex iuſticia augmentū grē. ergo
Solutio. nō meremur illud ex cōdigno. ¶ Solutio. Cōce
dimus ꝙ meremur augmentū grē ex cōdigno: ſed
nō quibuſlibet opibus caritatis: imo tātū opib⁹
ſupererogatiōis ⁊ ſtrēnuitatis. Cū em̄ operibus
caritatis mereamur vitā eternā ſcḋꝫ menſurā ca
ritatis nō venitur ad augmentū glorie niſi ꝑ opa
ſupererogationis. nec ad augmentū grē. ¶ Per Ad primū.
hoc patet ſolutio ad primo obiectū qm̄ nō opor-
tet ꝙ ꝓ quolibet bono opere augmentet̄ caritas
¶ Ad ſequens obiectū dicim⁹ ꝙ denarius diur- Ad ſcḋm.
nus eſt vita eterna. ſed vita eterna iam eſt in no-
bis. in futuro aūt perficiet̄. qm̄ nō tm̄ imago re-
gis in futuro vita erit impreſſa nobis: ſed etiā in
preſenti. ¶ Cōtra hāc ſolutionē obijcit̄. Si ex cō- ꝯtra hāc ſo
digno meretur aliquis augmentū grē ꝑ opa ſu- lutionem arḡ
pererogatiōis: ergo quandocūqꝫ faciet opera ſu-
pererogationis augmentabitur in eo caritas. qḋ
videtur falſū in monachis. ¶ Forte dicet ꝙ aug- Euaſio.
mentatur caritas in tali caſu: ſi expedit. ſed nō ſꝑ
expedit: imo forte inde ſupbiret homo ſicut luci-
fer ſuperbiuit ex pinguedine bonoꝝ ſuoꝝ ¶ Sed ꝯtra hāc arḡ
cōtra. Oīa cooperant̄ in bonū. ⁊c̄. ḡ augmētum
grē cooperatur iſti in bonū ſi detur ei: ḡ ad min⁹
in talibus ſemꝑ augmētatur caritas ex quocūqꝫ
opere ſuperogationis. qḋ videt̄ falſum cū nō ap-
pareat extra. etiāꝫ poſt multa talia opa. ¶ Pre- Ad idem.
terea. opa nō ſūt meritoria niſi ſcḋm menſurā ca-
ritatis. ſed ſiue ſint ſimplicia ſiue ſupererogatio-
nis ſūt ex eadē caritate: ergo quicqḋ meret̄ quis
his operibus ⁊ illis. ſed ſimplicibus nō meretur
ex cōdigno aliquis augmentū grē: ḡ nec opibus
ſuperogationis. ¶ Itē. opibus ſimplicib⁹ cari- Ad idem.
tatis meret̄ aliquis ex cōdigno vitā eternā. ergo
⁊ quod minus eſt. ſ. augmentū grē cū illud cadit
ſub merito. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ opibus ſup- Solutio.
erogatiōis meretur quis augmentū grē ſub hac
cōditione: ſi expedit. nō dicimus ſub cōditiōe me
rendi: ſed ſub cōditione habendi. Nō em̄ deus ſꝑ
dat quod petitur: qꝛ nō expedit: ſed equipollēs vł
melius ei qui petit vel meretur. nec etiā oībus p̄-
deſtinatis ꝓdeſt magis vnū maius q̄ꝫ minus. vel
aliud magis ꝓdeſt ei. ſicut paulo magis ꝓfuit ſti
mulus q̄ꝫ amotio eiuſdē licet vtrūqꝫ cooperaret̄
ei in bonū. ¶ Ad ſcḋm dicimus ꝙ hec argumen- Ad ſcḋm.
tatio nō valet. Opera ſimplicia ⁊ ſuperogatiōis
ſūt ex eadē caritate. ⁊ penes caritatē eſt vis merē
di: ergo ⁊c̄. ⁊ hoc ideo: qꝛ licet penes caritateꝫ ſit
tota vis merendi primo. nō tn̄ totus effectus vel
efficatia. i. diſpoſitiōes operū faciūt ad efficatiā
merēdi. ſicut idē calidū: vt ſol: quedā magis que-
dam minus calefacit. ita caritas eadē in quibuſ-
dam opibus maiorē habet efficatiā merendi q̄ꝫ in
alijs. ¶ Ad vltimo obiectum dicimus ꝙ hec ar-
gumentatio nō valet. Meremur maius ſimplici- Ad tertium
bus operibus: ḡ ⁊ minus: qꝛ illud minus tale ē ex
quo de neceſſitate ſequit̄ maius prio maiori ⁊ ita
mai⁹ ē per ꝯſequētiā/ licet ſit minus ꝑ eſſentiam.

¶ De merito remiſſionis pene.

¶ Quarta queſtio huius capituli.

Queritur de merito remiſſiōis pene vtrū
cōſiſtat circa intenſionē caritatis an pe
nes magnitudinē operū vel penes gra-
uamen operantis. ¶ Ʋ᷈ nō penes intē- Arḡ primo.
ſionē caritatis patet. qꝛ ſcḋm hoc diues dans de
cem ex caritate maiorē remiſſionē pene meret̄ q̄ꝫ
pauper dans centū ex minori caritate: qḋ pꝫ eſſe

Ayuntamiento de Madrid

Secundo. falſum. ¶ Itē non ſcđm magnitudinē operis qđ
patet quia plus meruit vetula ponendo duo mu-
nita ꝗ zacheus dimidiū patrimonij: ſicut dñs te
ſtatur. ⁊ cōſtat ꝙ dñs loquebaꝛ de merito remiſ-
ſionis pene ⁊ nō de merito vite eterne. quia aliter
nō eſſet ad propoſitū. qm̄ ipſe dixit paupculā po
ſuiſſe totū victū ſuū. hoc em̄ non videtur ptinere
ad meritū vite eterne: quod in ſola caritate totuꝫ
cōſiſtit. videꝛ ergo ꝙ meritū remiſſionis pene cō
In oppm̄. ſtat penes grauamē operātis. ¶ Sed cōtra. Po
nātur duo pares in caritate ⁊ in oibꝰ: excepto ꝙ
ꝙ alter dat cū triſticia: alter cū hilaritate. Inde
ſic. Si penes grauamen intendiꝛ meritū remiſſio
nis pene: plus meretur qui dat cū triſticia: ꝗ qui
dat cū hylaritate. Cōtra. Hylarē datorē diligit
Secundo. deus: ergo hylaritas non facit ꝙ hylaris mereaꝛ
minorē pene remiſſionē. ¶ Itē. grauamē ſiue tri
ſticia pōt accidere iſti ex pctō veniali qꝛ plꝰ iuſto
diligit tēporalia, licet ſub deo: ergo illa triſticia
nō debet ei patrocinari: ergo ꝑ cōtrariū: hylari-
tas nō debet facere preiudiciū alicui in dando. ⁊
Tertio. inde vt prius. ¶ Itē. aliquis multa dat paupibꝰ
⁊ tanta caritate ⁊ tanta hylaritate ꝙ nullo modo
grauatur in dando. nūqd iſte meretur apud deū
remiſſionē pene: eſto ꝙ hac intentiōe det. Videꝛ
ꝙ ſic: qꝛ aliter faceret ei preiudiciū ſua hylaritas
Cōtra. aut deꝰ punit aut hō punit: ſed homo nō
punit in hoc caſu. qm̄ iſte non ſentit vel habet pe
nam: ergo deus punit: ꝙ iſte nullā meruit pene re
Solutio. miſſionē tali datione. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ pe
nes grauamen ſiue penalitatē nature operātꝫ at-
tenditur meritū remiſſionis pene: qm̄ pena eſt re
ſolutoria pene vñ alijs paribus plus mereꝛ pau-
per ꝗ diues. Cōſtat em̄ ꝙ diuitie date ſūt homi-
ni a deo ad cōſolationē nature. vñ eccleſia in can
ticis. leua eius ſub capite meo. ⁊ ideo melancoli-
cus qui naturaliter eſt magis auarus magis me-
retur ꝗ ſanguineus quantū ad remiſſionē pene
Ad primū. alijs paribus. ¶ Ad primū ꝙ dicimus ꝙ pariter
mereñ meſtus ⁊ hylaris alijs paribꝰ. ⁊ qđ obijci
tur ꝙ hylaris nō grauaꝛ: dicimꝰ: verū eſt quo ad
actū: ſed nō eſt verū quo ad nature ſtatum q̄ pau
ciora hꝫ ꝓpter hoc cōſolātia. vnde in illo caſu hō
punit, licet nullā ſentit penā actualē ꝓpter men-
tis iocūditatē: ⁊ dandi ſtrēnuitatē. grauat em̄ ſta
tuꝫ nature ſue ei tēporalia ſubtrahēdo q̄ data ſūt
Per hoc pa ei ad ſolatium. vnde Apoſtolus. Ipſe me refrige
tet ad alia. rauit. Per hoc patet ſolutio ad preobiecta.

¶ Utrū multitudo bonoꝝ opeꝝ valet ad meritū.

¶ Quinta queſtio huius capituli.

Queritur vtrū multitudo bonoꝝ operuꝫ
valet ad meritū. ⁊ hāc q̄ſtionē diſtingui
mus in quattuor. Primo pluribꝰ bonis
opibus meretur hō vtrū maiorē btitu-
dinē ꝗ vno illoꝝ. Scđo vtrū pluribus ꝟtutibus
ſit homo melior ꝗ vna illaꝝ. Tertio ad quid vale
ant bona opera ex quo non valent ad maiorē glo
riam. Quarto vtrū ſtatus valet ad maius meritū
Ad primo. ¶ Primo ꝓbatur ꝙ pluribus bonis opibus me-
retur homo maius premiū ꝗ vno illoꝝ. Primo ꝑ
locū a maiori ſic. pluribꝰ malis opibus meretur
hō maiorē penā ꝗ vno illoꝝ: qm̄ pro quolꝫ malo
opere puniꝛ homo pena ꝓpria: ꝙ cū bona opera
magis ſint bona ꝗ mala opa ſint mala: multofor
tius pluribus bonis opibꝰ meretur hō maius pre
miū ꝗ aliquo illorū. ¶ Itē. vnū pctm̄ eſt maius Secundo.
alio: ꝙ maior pena debetur ei qđ eſt maiꝰ. ⁊ ita ſin
gulis malis opibus debeꝛ pena ꝓpria. eadē rōe
ſingulis bonis opibus ꝓpriū premiū. ¶ Itē. de- Tertio.
merito inq̄ntū demeritū debetur pena: ꝙ vni de-
merito debeꝛ vna pena: ⁊ pluribꝰ plures: ꝙ p̄miū.
¶ Itē. deus eſt ꝓnior ⁊c̄. ergo ſi quodlibet malū Quarto.
opus punit ꝓpria pena. multofortius pluribꝰ bo
nis cōfert ꝓpriū premiū. ¶ Itē. plura mala opa Quinto.
augent malitiā: ergo plura bona augent bonita-
tem. ⁊ ita ſūt cauſa maioris premij. ¶ Itē merito Sexto.
inq̄ntū meritū debetur premiū: ⁊ pluribꝰ meritis
plura premia. ¶ Cōtra. ponaꝛ ꝙ duo in pari cari In oppm̄.
tate decedāt, ſed vnus fecit plura bona opa ꝗ re
liquus, iſti decedūt eque digni quia eque boni: ꝙ
equaliter remunerabūtur: ꝙ neuter habebit maiꝰ
premiū ꝗ reliquꝰ: ergo pluribus bonis opibꝰ nō
debeꝛ maius premiū ꝗ vni illorū. ¶ Preterea. Secundo.
vbi par caritas, par premiū: ꝙ multitudo opeꝝ nō
facit ad maius premiū. ¶ Qđ concedimꝰ ⁊ dici- Solutio ad
mus ꝙ prima argumētatio nō valet nec eſt ſimile primum.
de malis ⁊ de bonis operibus qꝛ ideo mali ſumꝰ ꝙ
male agimus ſed non ideo ſumus boni quia bene
agimus, immo ecōuerſo. vñ opa a radice habent
ꝙ ſint meritoria. patet ꝙ plura nō ſunt meritoria
maioris premij ꝗ vnū illoꝝ. ſed mala opera nō a
radice ſed a ſe ſunt demeritoria ⁊ ideo cuilibet de
betur pena ꝓpria. ¶ Ad ſcđm dicimus ꝙ deꝰ eſt Ad ſcđm.
pronior ad remunerandū bona opera ꝓprie ⁊ de-
bito modo ꝗ ad puniendū mala. ¶ Ad tertio ob- Ad tertium
iectū dicimus ꝙ hec argumētatio nō valet. Plu-
ra mala. ⁊c̄. qꝛ mala opa habent generare malici
am. et ideo poſſūt augmentare illā: ſed bona opa
ſicut nō poſſūt generare in homīe virtutē ita nec
augmētare. ¶ Ad aliud dicimus ꝙ hec argumē Ad aliud.
tatio nō valet. vni merito debetur vnū premiū ſe
cundū ꝙ vni: ergo pluribꝰ plura, ſi plura dicanꝛ
rōne cauſe: qm̄ oia bona opa ex eadē caritate fa-
cta ſūt: plura tamē ſūt rōne ſubſtantie: ſed vnū in
forma ſiue in perfectiōe. ſicut volūtas ⁊ actꝰ ſunt
plura pctā ſubiecto: ſed vnū forma que vnicā ma
litiā generat in aia q̄ eſt ꝑfectio pctī. ¶ Sꝫ obij ꝯtra dic. af.
citur. Cōſtat ꝙ ex pluribus malis opibus oritur
malus habitus quo fit homo malus. ex illo autē
habitu malo poſtea ꝓcedunt multa mala opera.
Queriꝛ ergo vtrū illis pluribꝰ malis opibus de-
beantur plures pene. cōſtat ꝙ ita: qꝛ eis fit homo
magis malus. Si ergo plura opera bona vnꝰ tm̄
premij ſūt meritoria qꝛ ſūt ab vna radice: eadem
rōne plura mala opera ab eadē radice ſūt merito
ria eiuſdē pene tantū ¶ Solutio. Dicimus ꝙ nō
Solutio. eſt ſimile: qm̄ quodlibet malum opus facit ꝓpriū
augmētū malicie, vel ꝓpriā malicā: ⁊ ideo cuilꝫ
debeꝛ ꝓpria pena. ſꝫ nō eſt ita in bonis opibus.

¶ Utrū pluribꝰ ꝟtutibꝰ ſit hō melior ꝗ vna illaꝝ.

¶ Sexta queſtio minꝰ principalis.

Sic obijcitur. Aliquis eſt magis malus
Ad primo. pluribus malicijs ꝗ vna illaꝝ: ergo a ſi-
mili. aliqs eſt magis bonus pluribꝰ vir-

tutibus ꝗ̃ vna illarũ. modo eñ nõ põt recurrere
Euaſio. ad radices cũ virtꝰ nõ habeat radicẽ. ¶ Ad hoc
forte dicet ꝙ nõ eſt ſimile: qm̃ cũ vnica ſit btitudo
plures virtutes nõ faciũt hoiem dignũ niſi vnica
ꝯtra hãc arg btitudine: ſed plures ſũt pene in inferno. ¶ Con
tra Greg. dicit ſuꝑ Joh. ꝙ ſicut videre deũ ē vi=
ta eterna: ita nõ videre deũ eſt mors eterna. ğ ſi=
cut vnica eſt vita eterna que debetur oibus opi=
bus bonis: ita vnica eſt mors eterna que debetur
omnibus operibus malis. ⁊ ita ratio ſua nulla eſt
alia euaſio. ¶ Forte dicet ad hoc: ⁊ verũ eſt ꝙ cũ dr. Non vi=
dere deũ eſt mors eterna: non debet hoc intelligi
pure priuatiue: ſed poſitiue. i. triſticia de ſepara
tione a viſione dei eſt mors eterna. hec eñ eſt ver
mis q̇ nõ morit̃ ⁊ quot ſũt malicie: imo quot male
affectiões fuerũt in hoie tot ſñt tales triſticie. ⁊
ita quodlibet malũ opus punit̃ pena ꝓpria: ſed
eodẽmodo de quolibet bono opere delectabitur
iuſtus in paradiſo vnde in principio ad Roma. di
cit grego. cogitatiões nr̃e in die iudicij: vel accu
ſabunt nos vel defendent. non ille que tunc erũt
ſed ille que modo ſũt: quarũ note tũc erũt impreſ
ſe in aiabus nr̃is. vnde in euangelio. Operamini
cibũ qui nõ perit. i. bona opa que reficient vos ſi
ne fine. igitur ſicut erũt plures triſticie ex pluri=
bus malis operibꝰ in inferno: ita in paradiſo plu=
res erũt delectationes ex pluribus bonis: ğ ſicut
quodlibet malũ opus ſuã ꝓpriam penã habebit:
ita qđlibet bonũ ſuã ꝓpriam habebit remunera=
tionẽ. ergo ſicut hõ pluribꝰ malis opibus maio=
rem penã meretur: ita pluribꝰ bonis maius p̄miũ
⁊ ſicut diuerſe malicie faciũt dignos diuerſis pe
nis: ita diuerſe virtutes: diuerſis premijs. ergo ſi
cut hõ magis eſt malus pluribꝰ malicijs: ita ma=
gis bonus pluribus bonitatibꝰ ſiue virtutibus.
Scđo prin= ¶ Preterea. vita eterna non eſt delectari in eter
cipaliter. nitate de bonis operibꝰ quibus meruimus cõiũ=
gi cũ deo: ſed delectatio qua delectabimur in cõ=
iunctiõe cũ ipſo deo. ğ a ſimili per cõtrarũ mors
eterna nõ eſt triſticia qua triſtant̃ mali in inferno
de malis operibꝰ q̇bus meruerũt ſeparari a deo.
ſed triſticia qua triſtant̃ de ipſa ſeparatione: de q̄
cõſtat ꝙ cogitabunt ſicut ⁊ de opibus. ergo ſicut
boni pluribꝰ opibus nõ merentur: niſi vnicã bea=
titudinẽ: ita mali pluribꝰ malis ſiue malicijs nõ
merentur: niſi vnicã mortẽ eternã: nõ merent̃ ma
gis pluribus opibꝰ bonis ꝗ̃ vno: eadem rõne de
bes dicere ꝙ mali quantũ ad mortẽ eternã. non
Tertio. magis demerent̃ pluribus malis ꝗ̃ vno. ¶ Itẽ.
quelibet vis remunerabit̃: ⁊ quelibet virtꝰ q̄ erit
in patria fiet gloria. ⁊ ita q̄libet vis delectabit̃ in
deo: ⁊ ita erũt plures delectationes in deo: ergo
videtur ꝙ non ſit ibi vnica beatitudo: ſed plures.
ergo ſicut homo pluribus malicijs dignꝰ ē diuer
ſis penis: ⁊ ideo magis malus eſt dignus pluribꝰ
malicijs ꝗ̃ vna: ita cum hõ pluribus ꝟtutibus ſit
dignus pluribus p̄mijs: magis eſt bonꝰ pluribus
In oppm̃. ꝟtutibus ꝗ̃ vna. ¶ Sic cõceditur. Contra. oẽs
virtutes ſũt equales. ergo tres virtutes ſũt equa
les quarte: ſicut tres hoies bicubiti ſunt eqaules
quarto bicubito. ergo tres ꝟtutes nõ ſunt magis
bone ꝗ̃ quarta. ergo plures ꝟtutes nõ faciũt ho=
minẽ magis bonũ ꝗ̃ vna. ergo eodẽmodo plures
malicie equales nõ faciũt hoiem magis malũ ꝗ̃
vna illarũ quod falſuʒ aperte. ¶ Ad hoc dicimꝰ: Solutio.
ꝙ reuera pluribꝰ ꝟtutibꝰ nõ eſt homo magis bo Pluribꝰ vir
nus ꝗ̃ vna: ⁊ cũ eterna quies in deo ſit btitudo ſi tutibus hõ
ue eterna in ipſo: delectatio nõ eſt niſi vna btitu= nõ ē magis
do: etiã creata: tamẽ erũt ibi due delectatiões q̄= bnꝰ ꝗ̃ vna.
bus immediate delectabimus in ipſo: ſcʒ vidẽdo
eius pulcritudinẽ ⁊ diligẽdo eiꝰ bonitatẽ: ⁊ bona
eius: ſicut in queſtione de dotibꝰ aīe plenius ap=
parebit. alie aũt virtutes habent ſuas delectatio
nes: ſed nõ in deo immediate. ſed qr videndo ⁊ ex
videndo erit delectatio / ⁊ delectatio. ideo dr vna
beatitudo ⁊ vna vita eterna eſſe dei viſio ad quaʒ
tendimus: vt in ea quieſcamꝰ. qm̃ in illa veritate
erit ſumma delectatio: ⁊ finis ipſius delectatiõis
⁊ ibi quieſcet tam intellectꝰ ꝗ̃ affectus ⁊ ideo di=
cit dñs. Hec eſt vita eterna ⁊c̃. qm̃ aũt oẽs vires
aīe ⁊ oẽs virtutes mouentur ꝓpter illã nec labo=
rant fieri ꝓpter illã: ideo oibus operibus virtutũ
meremur illã: ſed qr oẽs ꝟtutes ſunt eiuſdẽ diffi=
cultatis eiuſdẽ coherẽtie ⁊ eiuſdem finis prorſus
ideo nõ maioris btitudinis faciunt hoiem dignũ
plures virtutes ꝗ̃ vna illarũ. ⁊ cũ opa a ꝟtutibꝰ
ſint meritoria. nõ maiꝰ premiũ meret̃ homo plu=
ribus opibus ꝟtutũ ꝗ̃ vno illorum ex quo ſũt in
equali caritate. Meretur eñ homo quod intẽdit
maxime qr cũ quid ꝓponitur ei ad merendũ. ſed q̄
demeret̃ nõ demeret̃ quod intendit: ſʒ quod iudex
ſapiens iudicat. ¶ Ad iſtud ergo qđ obijcitur di
cimus ꝙ mors eterna eſt triſticia de ſeparatione Ad rõnem.
ſiue ipſa ſeparatio cũ dolore quẽ habebit aīa de Quid ſit
tormẽtis corpis. ſʒ qr pluribus opibꝰ malis ma= mors etna.
gis ſeparatur a deo ꝗ̃ vno. ideo qr magis malꝰ ē
pluribus pctĩs ꝗ̃ vno. ideo magis demeret̃ pluri
bus ꝗ̃ vno. ⁊ pluribus malicijs magis eſt malus
ꝗ̃ vna illarũ licet ille ſunt equales. qm̃ per quãli
bet ſeparata eſt aīa a deo aliquãtũ ⁊ quelibet pu
nietur pena ꝓpria ſiue ſeparatiõe ꝓpria / licet fa=
ciens nõ intendit hoc. ⁊ ideo ꝓpter plures penas
patet ꝙ magis punietur q̇s pluribus malicijs ꝗ̃
vna illarũ. vñ dicimꝰ ꝙ licet malicie ſint equales
tñ eis eſt homo magis malus ꝗ̃ vna. ſicut duo la
pides pariter accepti equalis põderoſitatis ſunt
magis ponderoſi ꝗ̃ vnus illoꝝ. ⁊ eſt malicia ſicut
ponderoſitas qua elongat̃ hõ ab altitudine q̄ de
us eſt. ⁊ ideo duabus malicijs pariter acceptis ē
homo magis malus ꝗ̃ vna illaꝝ. Virtus aũt ē ſi=
cut leuitas ⁊ deo eque leuia pariter accepta non
magis ſũt leuia ꝗ̃ vnũ illorũ delectatio aũt qua
delectabitur homo in bonis opibꝰ q̄ fecit nõ erit
de ſubſtãtia premij. qm̃ nõ eſt ei ꝓportionalis / ſi=
cut neq̧ punctus linee. ſed triſticia qua triſtabit̃
q̇s de ſuis malis opibꝰ in inferno bene erit de ſub
ſtantia premij. ſ. mortis eterne. qm̃ nihil impedit
qn ſit ꝓportionabilis triſticia de ipſa ſeparatiõe
virtus aũt magis p̄miabit̃ ꝗ̃ viciũ puniet̃. lʒ om=
nibus virtutibus detur vnicũ premiũ: ⁊ ſingulis
vicijs ſingule pene. ¶ Sed cõtra hoc qđ dictũ ē ꝯtra dic. ar.
ꝙ opus meritoriũ habet a radice ꝙ ſit meritoriũ
obijcitur. ꝓbatur multipliciter ꝙ opus melius ē
ꝗ̃ virtus: qm̃ per opus virtutis notum eſt aliqđ

Ayuntamiento de Madrid

bonū fieri.ſed nō eſt neceſſariū ꝙ per virtutē fiat
aliquod bonū.qꝺ patet in doꝛmiēte:ḡ opus ꝟtu=
Secundo. tis melius ē ꝗ̄ virtus. ¶ Itē.mereri eſt gratis fa
cere aliquod bonū ad honoꝛē vel cōmodū alicu=
ius.ſed ſolo opere virtutis fit hoc:ergo ſolū opus
virtutis eſt meritoꝛiū vite eterne. nō eñ coꝛona=
Auguſtinꝰ. bitur niſi qui legittime certauerit.Vñ Aug. in li=
bꝛo de articulis fidei.dꝛ ꝙ tam aīe ꝗ̄ coꝛpoꝛi pꝛo
qualitate facti pena vel pꝛemiū cōferendū ē qua
re pꝛemiū pꝛimo debetur non virtuti:ſed operi.
Tertio. ¶ Itē.opera virtutū per ſe ſūt delectabilia. vir=
tutes aūt non per ſe:ſed per actus:ergo pꝛemiū.
Quarto. ¶ Itē. finis melioꝛ eſt ꝗ̄ iſtud quod eſt ad finē.a
Paulus. fine eñ dꝛ res bona. ⁊ ſicut dicit apl's ꝙ cuiꝰ cau=
ſa fit aliquid potiſſimū eſt ⁊ finis alioꝝ voluit eē.
ſed actus virtutis eſt eius finis :⁊ pꝛopter ip̄m da
tur virtus:ergo actus virtutis melioꝛ eſt ꝗ̄ ꝟtus
Quinto. ¶ Itē. laus eſt optimoꝝ.qm̄ oīe laudabile lau=
datur ꝓpter illud qꝺ eſt optimū in ip̄o.ſed homo
maxime laudabilis eſt ꝓpter bonā operationem
ſuā.ipſa etiā virtus laudatur pꝛopt bonā oꝑatio
nem:ergo qꝺ maxime laudabile eſt in hoīe illud
eſt bonū opus:ergo bonū opus eſt iſtud quod eſt
Sexto. optimū in hoīe:ergo pꝛemiū. ¶ Item . in futuro
gloꝛia eterna erit videre qꝺ diligis ⁊ diligere qꝺ
vides:ergo cū diligere ſit opus virtutꝫ : glia eter
na eſt opus virtutis.glia aūt eterna melioꝛ eſt ꝗ̄
Septimo. virtus:ergo pꝛemiū. ⁊c̄. ¶ Item.quod ꝓpinquiꝰ
eſt fini magis eſt eligendū. ſed actus virtutis eſt
Octauo. pꝛopinquioꝛ fini:ergo pꝛemiū. ¶ Itē. melioꝛ eſt
fructus ꝗ̄ arboꝛ.qm̄ arboꝛ nō diligitur niſi ꝓpter
fructū:fructus aūt virtutis eſt eiꝰ actus . qm̄ aīa
iuſti ē paradiſus ſpūalis:ſicut ſpōſus dicit ſpōſe
in canticis.Emiſſiones tue ſicut paradiſus. ⁊ cuꝫ
in hac paradiſo arboꝛes ſūt virtutes:fructꝰ oꝑa:
folia bona verba : ergo cū opus bonū ſit fructus
Nono. virtutis ipſum eſt melius ꝗ̄ virtus. ¶ Itē. meli=
oꝛ eſt vſus rei ꝗ̄ ipſa res:vt equitare ꝗ̄ ip̄e equꝰ:
ergo cū opus ſit vſus virtutis melius eſt ꝗ̄ virtꝰ.
ſed ſi hoc eſt . ergo ꝙ opus ſit meritoꝛiū non eſt a
In oppm̄. virtute. Si dicit.pꝛopter pꝛedictas rōnes ꝙ actꝰ
virtutis melioꝛ eſt ꝗ̄ virtus. ¶ Cōtra. Pꝛopter
quod vnūquodqꝫ eſt tale ip̄ꝫ eſt m.t. ſicut ignis ē
magis calidus ꝗ̄ aqua que ab ip̄o eſt calida ergo
cū actus ꝟtutis ſit bonꝰ a virtute quia eſt ab ip̄a
⁊ ab ipſa dirigitur ad finē : ergo virtus eſt melioꝛ
Secundo. ꝗ̄ actus. ¶ Item. virtus eſt diuturnius bonū ꝗ̄
Auguſtinꝰ opus virtutis.quia ſicut dicit Aug . Virtutes in
celeſti patria nō ſūt operoſe vel laboꝛioſe. nō eñ
Tertio. opere pꝛudentie libido ibi refrenat̄:qꝛ virtus diu=
turnius bonū ꝗ̄ opus ꝟtutꝫ :ḡ eſt melioꝛ. ¶ Itē.
virtus magis aſſimilat hominē deo ꝗ̄ motus vir=
tutis:ergo facit pꝛopinquioꝛē deo : ergo pꝛimum
Quarto. ¶ Item. virtus ſcꝺm ſuam ſubſtantiā facit homi
nem dignū vita eterna . ſed motus virtutis acci=
dentaliter eſt meritoꝛius vite eterne.ergo virtus
eſt melioꝛ actu.qꝺ patet ꝑ hoc ꝙ motꝰ ꝟtutꝫ ha=
bet ꝙ ſit meritoꝛius ab vltimo fine:qui eſt ei acci
dentalis.vltimus eñ nō ponit motū in ſpecie: qa
ſi hoc eſſet oēs motus virtutū eſſent vniꝰ ſpeciei
Solutio. tantū. ¶ Solutio.nobis videtur ſine pꝛeiudicio
ꝙ virtus eſt melioꝛ ꝗ̄ actus : iſtis quattuoꝛ vlti=
mis ratiōibus. ¶ Ad pꝛimo obiectū dicimꝰ ꝙ ꝑ Ad pꝛimū.
actū virtutꝫ neceſſe eſt aliquod bonū fieri.ſꝫ hoc
habet a virtute.vnde in hoc nō debet pꝛeferri vir
tuti.potius eñ eſt virtutis id bonū.qm̄ ꝟtus oꝑa Per hoc ad
tur illud quaſi per ſuū inſtrumētū. eodēmodo di= ſcꝺꝫ ⁊ tertiū
cimus ad ſecūdo ⁊ tertio obiectū. ¶ Ad quarto Ad q̄rtum.
obiectū dicimus ꝙ pꝛopꝛie loquendo motꝰ ꝟtutꝫ
nō eſt finis virtutis:ſed quedā via ad ſuū finē . vł
ſi eſt finis :nō eſt finis quem intēdit:ſed quo intē=
dit. ⁊ talis finis potius debet dici via ꝗ̄ finis.
¶ Ad quintū dicimus ꝙ laus eſt optimoꝝ:ſed ꝓ Ad quintū.
pꝛie eſt de virtutibus:nō de oꝑibus: ſed de virtu
tibus.per oꝑa quaſi per ſigna virtutū. vñ cum vi
dentur bona oꝑa in hoīe : dicimus ꝙ bonus ē iſte
qm̄ ſicut dicit Aug.octauo de trinitate.hoc lau=
damus in hominibus qꝺ videmus in pꝛima ꝟita=
te quā habemus in nobis. ¶ Ad ſextū dicimꝰ ꝙ Ad ſextum.
motus virtutis pꝛout eſt gloꝛia : ſiue delectatio i
deo:melioꝛ eſt ꝗ̄ virtus.qꝛ ſic ſumitur motus vir
tutis cuꝫ fine virtutis: qꝺ eſt ipſa delectatio ſiue
quies in deo. ¶ Ad ſeptimū dicimꝰ ꝙ reuera me ad ſeptimū.
lius eſt quod eſt pꝛopinquius fini:ſed motus non
eſt in oꝛdine virtutis. homo eñ nō intendit ꝑ ꝟtu
tem moueri in deū:ſed quieſcere in deo ꝑ motum
⁊ ideo nō eſt obiectio/de motu q̄ nō eſt pꝛopinqui
oꝛ fini/ſcꝺm pꝛopꝛiā oꝛdinationē.vel etiā ſi eſt ꝓ
pꝛie pꝛopinquioꝛ nō tñ melioꝛ. qꝛ illa pꝛopinq̄tas
eſt ei accidentalis:vt pꝫ ex p̄dictis.ſi autē ſubſtā
tialis eſſet ei ſua pꝛopinquitas : vt virtus bonus
eſſet pꝛoceſſus. ¶ Ad octauū dicimus ꝙ fructus Ad octauū
virtutis ꝓpꝛijſſime eſt ipſe deus:ipſe eñ eſt illud
quod comedimꝰ in quo delectamur. actus autem
virtutis fructus eſt pꝛout eo delectamur in deo:⁊
dictū eſt ꝙ ſcꝺm hoc motus virtutis melioꝛ eſt ꝗ̄
virtus. ¶ Eodēmodo ſoluimus ſequēs obiectū. Ad aliud.
¶ Sed obijcitur. Si actus ꝟtutis ſcꝺm ꝙ eſt de ꝯtra p̄di. ar̄
lectatio in deo melioꝛ eſt ꝗ̄ virtus : ergo ſimplici
ter motus virtutꝫ melioꝛ eſt ꝗ̄ virtus ¶ Dicimꝰ Solutio.
ꝙ nō valet:qꝛ delectatio qua delectat̄ aīa in deo
licet ſit annexa motui:tñ nō ē niſi a dulcedine dei
nec eſt a motu:ſed cū motu . per id quod hꝫ motꝰ
a virtute.ſ.ꝙ ꝓpter deū mouet in deū:qꝛ ergo de
lectatio illa finis eſt virtutis pꝛopꝛie . ideo meliꝰ
quid eſt ꝗ̄ virtꝰ. ⁊ ip̄a virtꝰ facit delectari in deo
per id quod facit in motu. motus autē per hoc qꝺ
habet a virtute. tñ cōſupponitur motus ille cum
illa delectatiōe vt ei annexa:ſcꝺm hoc melioꝛ eſt
ꝗ̄ virtus:nō rōne ſui:ſed rōne annexi quod ei per
virtutē eſt annexū. Cū ergo pluribꝰ oꝑibus non
meretur homo maius pꝛemiū ꝗ̄ vno illoꝝ videt̄
ꝙ ocioſa ſit multitudo bonoꝝ operū. qm̄ ſi aliq̄s
artifex eque bonū opus faceret:penitus vno ope
vt pluribus oīa pꝛeter vnū eſſent ocioſa: ḡ eadeꝫ
ratione ocioſa ſunt oīa bona opera pꝛeter vnum.
¶ Itē.ſi dicis ꝙ valet ad illud.ſ. ad augmentum Secundo.
vel cōfirmationē. Cōtra. Nihil potens eſt confir
mare vel augmentare aliquid niſi ſit generatiuū
illius. cū ergo bona oꝑa nō poſſint generare gra
tiam nō poſſūt augmētare eā vel cōfirmare. ⁊ ita
videtur ꝙ ad nichil valeant. ¶ Dicimꝰ ꝙ licet nō Solutio.
valeant ad maius pꝛemiū tñ valent ad multa.ſcꝫ
ad mentis iocūditatē. ad ꝟtutū cōfirmationem :

Ayuntamiento de Madrid

ad augmentū gr̄e: ad diminutionē pctī: ad debili
tationē fomitis: ad remouendū tētationē diaboli
Ad qd valꝫ multitudo actuum. ꝛ ad cauendū omiſſionē ꝛ negligentiā. ꝛ ad merē
dum firmius ꝛ efficatius. Ad oīa iſta valet multi
tudo operū que his verſibus notātur. Iocūdat/
Verſus. ſtabilit auget: pctā remittit. Debilitat/remouet:
robořat atqꝫ cauet. Valet aūt ad iocūditatē men
tis. nō tamē in preſenti ſed in futuro qñ cū exulta
tiōe portātes manipulos nr̄os gaudebim⁹ de ſin
gulis bonis opibus q̄ fecim⁹: vt dictuꝫ eſt. ꝙ aūt
multitudo bonořū operū valeat ad octo p̄dicta.
ad quedā tñ valet p modū meriti. tñ vt ad augmē
tum gr̄e. ad quedā per modū meriti et per modū
cauſe efficientis vt ad remiſſionē pctī: qꝛ ratione
cōtrarietatis purgāt a pctō et merentur vt magꝫ
ꝛ magis purgenť a deo. Eodēmodo ad confirma
tionē virtutū vtroqꝫ modo. qꝛ ex ipſo ꝙ effectiue
valet ad remiſſionē pctōꝝ cōfirmat in virtutib⁹.

¶ Vtrū ſtatus valeat ad efficatiā meriti.

¶ Septima queſtio huius capituli.

Arǵ ꝙ ſic. Vtrū ſtatus valet ad efficatiā meriti: vi
deť ꝙ ſic qm̄ dñs dicit in euāgelio. In
ter natos mulierū nō ſurrexit maior Io
hanne baptiſta. qui autē minor eſt in re
gno celořū maior eſt illo. cōſtat autē ꝙ ruina an
gelořū reparabitur de oībus ꝛ cum aliqui angeli
de ſupremo ordine ceciderint aliqui hoīes habe
bunt premiū angeloꝝ ſupremi ordinis. vñ beata
virgo aſſumpta eſt ſuper choros angelořū. et de
Nota de paulo. paulo dꝛ ꝙ raptus eſt vſqꝫ ad tertiū celum id eſt
vſqꝫ ad cōſimilitudinē cōtēplatiōis ſupremoꝝ an
geloꝝ. ꝛ in apocalip. dꝛ. Menſura hoīs q̄ ꝛ ange
li: ergo aliquis homo mereť in via p̄mium equale
premio alicuius angeli. ad minus beata ꝟgo me
ruit equale vel maius. nō ergo pure ſecūdū quā
titatē caritatis dabitur quātitas p̄mij: cū maior
ſit q̄ꝫtitas in quocūqꝫ angelo ꝗ̄ in quolibet viato
Euaſio. re. ¶ Forte dicet ꝙ ſtatus facit ad quātitatē pre
mij. ſed hoc nō niſi ꝓpter difficultatem: ꝗ difficul
tas ſtatus facit ad quātitatē p̄mij: ſed difficultas
ſtatus eſt circūſtātia ꝑſone: ꝗ facit circunſtantia
ꝑſone ad quātitatē meriti. quod ptꝫ eſſe falſū per
Alia opiō. predicta. ¶ Alij dicūt ꝙ hoc nō facit difficultas
ſed cōfirmatio angeloꝝ que facit ꝙ angeli ex ma
iori caritate minus premiū merētur ꝗ̄ aliqui via
ꝯtra hoc arǵ toꝛes eořū minori caritate. Sed cōtra. ¶ Cōfir
matio angelořū nō eſt niſi de eſſentia caritatis. ꝗ
eſt circūſtātia: ergo ipſa non facit ad difficultatē
Alia opio. meriti. ¶ Alij dicūt ꝙ caritas gratie in preſenti
ſtatu facit ꝙ viator in minori caritate meretur ma
ius premiū ꝗ̄ angelus ex maiori qm̄ omne rarū.
ſicut vinū in hibernia eſt maioris precij ꝗ̄ in fran
cia. Sed redit eadē obiectio q̄ prius qꝛ ꝙ in via ē
gratia rarior ꝗ̄ in patria nō facit niſi difficultas
Alia opio. ſtatus ꝛ ita redit in predictū incōueniēs ꝙ circū
ſtantia auget meritū. Alij aſſignāt aliā cauſam
ꝯtra hoc arǵ ſcꝫ ꝙ angelus mereť ex gloria ſed viator meretur
ex gratia. ¶ Cōtra. Chriſtus ex gl̄ia merebatur
Alia opio. ſed hoc nō faciebat meritū ſuū minus: ergo eadē
cauſa nō facit angeloꝝ minus. ¶ Sūt alij q̄ aſſi
ꝯtra hoc arǵ gnant aliā rōnem premij. ſ. ꝙ angelus mereť iam
habitū. homo vero mereť habendū. ¶ Sed con

tra. Virtus placet deo ex ſeipſa eſſentialiter: ſed
qđ extrinſecū eſt virtuti nō auget eius eſſentiam
ergo neqꝫ placentia eius. ſed hñdū extrinſecū eſt
virtuti: ergo ex hoc nō augeť placentia: ſed ex eo
ꝙ virtus placet aut opus virtutis hꝫ meritū. non
ergo ex eo ꝙ homo mereť habendum augeť in eo
meritū. ¶ Preterea. ex hoc iteꝝ ſequiť ꝙ circū Secundo.
ſtantia augeat meritū: cū illud qđ aſſignatur pro
cauſa nō ſit de eſſentia caritatꝫ. ¶ Propter hoc Alia opio.
dixerūt quidā ꝙ caritas nō augebiť in futuro in
eſſentia ſua. ſed ei⁹ motus erit maior in patria ꝗ̄
fuit in via. ꝛ dicunt ꝙ hoc non ē incōueniens qꝛ ē
in via ex eadē caritate manente in eadē quātitate
elicitur ꝛ maior: ꝛ minor motus. auctoritatē que
dicit. qui maior eſt in regno celoꝝ: maior eſt Iohā
ne baptiſta. dicūt debere intelligi ex maioritate
quātū ad cōfirmationē: nō quātū ad caritatis in
tenſionē. ¶ Sed ꝙ hoc ſit falſuꝫ: ptꝫ per hoc qđ ꝯtra hoc arǵ
dicit iſay. viuit dñs cuius ignis in ſyon ꝛ qm̄ cari
tas que eſt hic paru⁹ ignis in futuro erit camin⁹.
id eſt magnus ignis. ꝗ caritas augebiť in patria.
¶ Itē ſup illud apo. equalia ſūt latera ciuitatis. Secundo.
dꝛ. glo. latera ciuitatis ſūt fides/ſpes/caritas/ et
bona opatio. ergo fides que eſt cognitio dei ꝛ ca
ritas ſūt equales in via. ergo eodē modo cognitio
dei ꝛ caritas ſūt vel erūt eq̄les in patria. ſꝫ mul
to maior erit in patria cognitio ꝗ̄ modo ſit. ergo
multo maior erit caritas. ¶ Preterea ſicut eſti Tertio.
matio rei contriſtabilis generat fugam illius. ſi
militer eſtimatio rei delectabilis generat appeti
tum illius. vbi maior eſtimatio: maior fuga: ꝛ ma
ior appetitus. ſed in futuro erit maior eſtimatio
ſummi boni: ꝗ̄ modo ſit. qm̄ ex maiori cognitiōe
magis eſtimabimus ꝙ de⁹ ſit ſūmū bonū noſtrū.
ergo in futuro maior erit appetius ſummi boni. ꝗ
maior dilectio: ꝛ ita maior caritas. ꝛ ita predicta
opinio eſt falſa q̄ dicit ꝙ caritas augebitur in fu
turo. ¶ Nobis videtur ſicut dictū eſt ꝙ fons me
rendi eſt in fide in hoīe habente fidē qđ eſt illđ p̄ Solutio.
mium quo homo leuat ſe ſupra ſe. fides aūt ſubſtā
tialiter habet quādā difficultatē ſicut ſubſtantia
liter habet imperfectionē ꝛ ex difficultate que pri
mo eſt in ipſa: habet efficatiā merendi. vñ dꝛ Au Auguſtin⁹.
guſtinus. laus fidei eſt credere quod nō vides: et
cū fides ſit prima ꝟtutū ei⁹ difficultas ē difficul
tas aliarū virtutū. Dicim⁹ ꝙ difficultas ſubſtan
tialis fidei eſt cauſa quare hō viator ex minori ca
ritate meretur maius p̄miū angelo habente ma
iorē caritatē. ꝛ illa difficultas nō eſt circunſtātia
fidei cū ſit de eſſentia ipſius. ¶ Oēs ergo predi
cte ſolutiōes poſſunt reduci ad hanc ſolutionem
preter illā que dicit ꝙ caritas nō augmētabitur ī
futuro. ꝛ ſic oēs ille ſolutiōes vere ſūt: qꝛ omnes
ſolutiōes ſi recte intelligātur ponūt difficultatē
cauſam quare hō in minori caritate mereť maius
premiū angelo. vnde ſi intelligatur de ſubſtātia
li difficultate fidei oēs vere ſūt. Virtus em̄ ē me Quare ꝟt⁹ ē meritoria
ritoria his tribus ex ſua bonitate: ex ſua difficul
tate: ex ſui operis libertate: qꝛ ē a libero arbitrio
ſicut dꝛ in laude beati viri. Qui potuit tranſgre
di. ꝛc̄. Alie difficultates q̄ ſūt circūſtātie non fa
ciūt ad min⁹ meritū. ¶ Qđ aūt obijciť de merito Ad aliud.

Ayuntamiento de Madrid

chriſti: cũ chriſtus non habeat fidem. Reſpõdemus
ꝙ bonitas chriſti cui datus eſt ſpiritus non ad men
ſuram ſua intenſione: preualet etiã quantũ ad effica
ciam merendi difficultati noſtre fidei.

## ¶ Tractatus decimuſſeptimus.

## ¶ De connexione virtutum.

DIcto de merito virtutũ: dicẽdũ eſt de cõ=
nexione virtutũ. Et primo de virtutibus
theologicis. Secũdo de polyticis. Que
Prima q̃o. Ar. ꝙ ſic. ritur ergo vtrũ q̃ habet vnã virtutẽ theo=
logicã habet oẽs? ¶ Probat̃ ꝙ ſic. Eſai. dicit. xvj.
Venter meꝰ ad moab ſicut cythara ſonabit. vẽter ꝓ
phete mens ꝓphete: qꝛ ſicut in ventre cibi preparã=
tur ad nutrimentũ corporis: ſic in mente preparant̃
cibi virtutũ ad nutrimẽtũ ſpũalis hoĩs. Sonat autẽ
ad moab. i. ad pctõrẽ ſicut cythara qñ eſtimãs pctõ
rem eſſe filiũ dei / vel poſſe eſſe de facili. habet ſpẽ de
venia eiꝰ: ⁊ diligit ꝓximũ ſicut ſe / ⁊ compatit̃ ei. ⁊ ſic
Hieronymꝰ de alijs virtutibꝰ. Dicit eñ Hierony. ſuꝑ illũ locum
Sicut cythara ſonũ cõpoſitũ nõ emittit ſi vna chor=
da rupta fuerit: ſic ſpũalit̃ vẽter ꝓphete. ſi vna chor
da virtutũ defuerit dulce melos non reſonabit / nec
ad latericiũ murũ cũctis clamabit viſceribꝰ: quorũ
verboꝝ ſententia eſt ſibi virtutes eſſe cõnexas. ⁊ ita
cui vna deeſt: deſunt oẽs. Ex his patet ꝙ ſm Hie=
rony. ⁊ plures. et ita verũ eſt ꝙ qui habet vnã: habet
Secundo oẽs. ¶ Item. dñs in fine Mar. Qui crediderit ⁊ ba
ptiſatus fuerit: ſaluus erit. ergo fides cũ baptiſmo
ſufficit ad ſalutẽ. ſed nullus eſt ſaluus ſine charitate
ergo qui habet fidem habet charitatẽ. ſed qui habet
charitatẽ habet alias virtutes. qm̃ diligit ꝓximũ: ꝗ
iuſte ſe habet erga illũ: ergo cõpatit̃ illi ⁊ miseret̃. et
Confirmat̃. ſic de alijs: ergo qui habet fidẽ habꝫ oẽs. Similiter
qui habet vnã aliarũ habet oẽs. qm̃ q̃ habet vnã alia
rũ habet fidẽ. ⁊ qui habet fidẽ habet oẽs: ergo q̃ ha=
Tertio. bet vnã virtutẽ quecũqꝫ illa ſit habet oẽs. ¶ Item.
ouis viſo lupo eſtimãs ipm̃ inimicabilem et nociuũ
ſibi / ſtatim fugit. ⁊ ſicut ſe habꝫ eſtimatio horribilis
ad fugere: ita eſtimatio delectabilis ad appetere. ſꝫ
eſtimato horribili adeſt fuga d̾ neceſſitate: ꝗ eſtima
to delectabili adeſt appetitꝰ illius de neceſſitate: ꝗ
eſtimans deũ delectabilẽ ſibi de neceſſitate appetit
illũ ſibi. ſed qđ difficile operat̃ natura virtꝰ facile fa
cit: ergo qñ aliquis fide virtute eſtimat deũ ſibi dele
ctabilẽ appetit illũ ſibi. ſꝫ hic appetitꝰ nõ eſt niſi cha
ritatis: ergo habet charitatẽ. et ꝑ ꝯſequẽs oẽs alias
In oppoſitũ virtutes. ⁊ inde vt prius. ¶ Sed cõtra. Augu. dicit
ꝙ non eſt ſententia diuina: ſed humana. ꝙ qui habet
vnã habet oẽs. ſed oĩs vera ſentẽtia eſt ſententia di=
uina. et hec nõ eſt ſententia diuina: ergo nõ eſt vera.
Secundo. ergo nõ qui habet vnã habet oẽs. ¶ Itẽ q̃ habet vnã
habet oẽs: ergo q̃ habet charitatẽ: habet oẽs virtu=
tes. ſed virginitas eſt virtꝰ: ergo q̃ habet charitatꝫ
Tertio. habet virginitatẽ: qđ patet eſſe falſum. ¶ Itẽ qui ha
bet. ⁊c̃. ergo a ſimili. econtrario. qui habet vnũ vitiũ
habet oĩa. qđ ſit ſimile probat̃: qm̃ ſicut vna eſt radix
oĩm virtutũ. ſ. fides: ita eſt vna radix oĩm vitioꝝ: ſcꝫ
libido. qm̃ ſicut dicit Augu. libido eſt cauſa oĩs pec
Auguſtinꝰ. cati. ¶ Item Augu. dicit: ꝙ multi ſunt in pctõ mor
tali: qui tñ a pijs precibꝰ nõ deſiſtunt. Sit igit̃ ꝙ ali
quis habeat caſtitatẽ informẽ: eſt tñ ambitioſus vel
ſuperbus. cõſtat ꝙ iſte abſtinet ab illecebris carnis
quãtũ debet: ⁊ cuiꝰ gr̃a. qm̃ ꝓpter deũ: ⁊ qñ debet. ⁊

ſic de alijs circũſtãtijs: ergo adueniẽte charitate / re
manet eadẽ caſtitas nõ mutata. qm̃ nõ addit̃ alia cir
cũſtãtia: aut ipi / aut opibꝰ eiꝰ: imo elicit morꝰ veſti=
tos eiſdẽ circũſtãtijs quibꝰ ⁊ prius eliciebat: ꝗ prior
ſus manet eadẽ virtꝰ. ⁊ modo eſt virtꝰ theologica: ꝗ
⁊ prius. ꝗ talis habebat ꝯtinẽtiã virtutẽ: et nõ alias
virtutes. ꝗ nõ qui habet vnã habet oẽs ¶ Itẽ. videt̃ Quarto.
ꝙ Augu. ſit ꝯtrariꝰ Hierony. qm̃ Hierony. dicit ꝙ
ſentẽtia eſt bti Iaco. Qui habet vnã: habet oẽs. Au
gu. dicit: ꝙ nõ ẽ ſentẽtia diuina. ¶ Solutio. Qui ha Solutio.
bet vnã: habet oẽs. Ad prĩo obiectũ dicimꝰ: ꝙ ideo Ad primũ.
dicit Augu. ꝙ nõ ẽ ſentẽtia diuina: ⁊ ꝙ ſentẽtia illa
nõ ſit vera: qꝛ nõ ẽ expreſſuꝫ manifeſte i textu biblie
Hierony. dicit ꝙ hec eſt ſententia bti Iaco. ideo qꝛ
põt haberi ab illo v̾bo. Qui in vno offendit oĩm reus
eſt. ⁊ ita q̃ caret vna virtute: caret oĩbꝰ. ꝗ q̃ habet vnã
habet oẽs. nõ eſt aũt hic manifeſte expreſſum. qm̃ p̃=
dicta auctoritas põt trahi ad multa alia ¶ Ad ſcđꝫ Ad ſecundũ
dicimꝰ: ꝙ nõ valet. Qui habet ⁊c̃. ꝗ virginitatẽ. ⁊ eſt Fallacia ac=
falla. acci. qꝛ hoc nomẽ v̾ginitas. ⁊ ſi ſupponat eſſen cidentis.
tiã v̾tutis: tñ iponit̃ a quodã accidẽte: ꝓpter qđ ar=
gumẽtũ nõ valet. Inſtãtia. Omẽ aĩal eſt hic intus ſi
at diſtributio ꝓ generibꝰ ſinguloꝝ. ſicut ſit cũ dicit̃
Qui habet vnã: habet oẽs. ſed homo albus eſt aĩal:
ergo homo albus eſt hic intus. patet ꝙ ibi eſt falla=
cia accidẽtis. ¶ Ad tertiũ dicimꝰ: ꝙ nõ ẽ ſimile de Ad tertium
virtutibꝰ ⁊ vitijs ꝓpter duo. Primo ꝙ nõ eſt vna ra= Prima cã.
dix oĩm virtutũ. qm̃ libido eſt genus ad ꝯcupiſcẽtiã
carnis: ⁊ ꝯcupiſcentiã oculoꝝ. et iterũ ꝯcupiſcentia
carnis genꝰ eſt ad ꝯcupiſcẽtiã q̃ eſt i luxuria: et q̃ eſt
in gula. Secũdo: qꝛ vitia ſunt oppoſita adinuicẽ: ſi= Scđa cauſa
cut auaricia ⁊ ꝓdigalitas. ſed virtutes nõ. nõ poteſt
ergo ꝓbari ꝙ ita ſit in vitijs: ſicut in virtutibꝰ. ꝑ lo=
cũ a ſimili. neqꝫ ꝑ locũ a ꝯtrarijs: qꝛ virtus ⁊ vitiũ nõ
ſunt ꝯtraria imediata: imo quãtũ ẽ de natura ipoꝝ:
duo habẽt media ꝑ poſitionẽ: ⁊ ꝑ priuationẽ. ꝑ poſi=
tionẽ: qꝛ inter fidẽ / virtutẽ / ⁊ infidelitatẽ eſt media fi
des informis. ꝑ priuationẽ vero: qꝛ adã in ſtatu ino=
cẽtie: nec charitatẽ habuit: nec v̾tutẽ / vt modo: ideo
nõ ſunt virtus ⁊ vitiũ ꝯtraria imediata in ſpeciebus
ſuis: licet ſint imediata i genere reſpectu adulti. qm̃
neceſſariũ eſt ꝙ adultꝰ habeat virtutẽ aut vitiũ. ſed
nõ eſt neceſſariũ ꝙ habeat vitiũ incõtinẽtie: aut cõti
nẽtiã virtutẽ formatã vel informẽ: ſicut patꝫ in gẽtili
q̃ cũ venerit ad ãnos diſcretiõis ⁊ nõdũ cogitauerit
de operibꝰ carnis: nec incõtinẽs eſt: nec cõtinẽs ali
quomodo. ¶ Ad vltimũ dicimꝰ: ꝙ ille q̃ habet caſti Ad vltimũ.
tatẽ iformẽ abſtinet: ⁊ iquãtũ debet. et eomodo quo
debet ab illecebris carnis. qm̃ debꝫ ita abſtinere ꝙ
diligat carnis mũdiciã pluſqꝫ oẽ tpale. hoc autẽ nõ
poteſt facere: niſi habeat charitatẽ: ⁊ ita adueniente
charitate mutatur cõtinentia q̃ prius fuit. ⁊ ſic ꝙ nõ
ꝓcedit obiectio patere poteſt. dictũ eſt ꝙ qui habet ꝯ dicta ar̃.
vnã habet omẽs: ideo qꝛ vna eſt radix ſpecialis vir=
tutũ. ſ. fides. ergo pari ratione: qui habet vnũ vitiũ /
habet oĩa: cũ ſit vna radix oĩm vitiorũ ſuperbia. ſ. ꝙ
initiũ oĩs peccati eſt ſuperbia. ¶ Forte dicet ꝙ non Euaſio.
eſt ſimile: ideo quia fides ẽ neceſſaria cauſa virtutũ.
ſuperbia vero nõ ẽ neceſſaria cauſa oĩm vitioꝝ: ſꝫ oc
caſionalis accidẽtalis. vñ dicit magr̃ in ſentẽtijs: ꝙ Magiſter in
ideo dicit̃ ſupbia radix oĩm vitioꝝ. qꝛ nõ ẽ aliqđ ge= ſententijs.
nus peccati cuiꝰ nõ ſit ſupbia cauſa aliqñ. ſed eadꝫ
ratione poſſet dici: ꝙ luxuria ẽ radix oĩm vitioꝝ. nõ



Ayuntamiento de Madrid

eſt em̄ aliquod genus peccati: cuius non ſit luxuria cauſa aliquando. *Secundo.* ¶ Item. fides eſt neceſſaria cauſa oīm virtutū. ergo a ꝯtrarijs: infidelitas cauſa eſt neceſſaria oīm vitioꝝ. ⁊ ſic qui habet vnū vitiū: de neceſſitate habet oīa. *Tertio.* ¶ Item. motus virtutū ſunt voluntarij. ſed nullū voluntariū habet neceſſariā cauſam: ergo motus fidei nō eſt neceſſaria cauſa motuū aliarum virtutū: ergo fides non eſt neceſſaria cauſa aliarū virtutū. quia ſicut ſe habet motus ad motum ſic virtus ad virtutē. ergo nō ex hoc ꝙ fides eſt cauſa neceſſaria aliarum virtutū: neceſſariū eſt ꝙ qui habet vnā habeat oēs.

*Solutio.* ¶ Solutio. dicimus ꝙ fides eſt cauſa neceſſaria oīm virtutum: ⁊ de virtute generat oēs virtutes. maxime quia oēs virtutes tendunt ad finem fidei. qm̄ cognitio ſummi boni de neceſſitate generat dilectionē de deo. et ſic de alijs.

*Ad primum* ¶ Ad primū dicimus: ꝙ non eſt ſimile de ſuperbia. qm̄ ipa nō eſt neceſſaria cauſa alicuiꝰ vitij. nec oīa vitia tendūt ad finem ſuperbie. determinatur aūt in libro de fide ad Petrū: quare dicitur ſuperbia initiū omīs peccati: eo. ſ. quia ſupbia fuit primū peccatū luciferi quo inidit homini: tentauit / et preualuit. ex eo fomes eſt in nobis qui eſt origo oīm vitioꝝ. *Sūpbia initiū peccati.* concedimus tn̄ ꝙ ſuperbia eſt aliquando cauſa alioꝝ vitioꝝ. ſicut dicit magiſter in ſentētijs. nec eſt ſimile de luxuria. qm̄ magis innatus eſt nobis amor proprie excellentie: q̄ꝫ amor luxurie / aut pecunie / ⁊ huiuſmodi. vnde cū apoſtolus dicit. Radix omniū maloꝝ eſt cupiditas. *Cupiditas radix maloꝝ* nō ſumitur ibi cupiditas pro appetitu pecunie tm̄: ſed generaliter pro appetitu pecuniarū: vel deliciarū carnis: vel ꝓprie excellentie. patet ergo ꝙ ſuperbia dicitur initiū omīs peccati. ⁊ quia fuit primū peccati angeli: ⁊ qr ex corruptela nature magis innatus eſt nobis amor proprie excellētie q̄ꝫ aliud vitium. *Gregorius.* vnde Gregoriꝰ dicit: ꝙ ſuperbia eſt primū vitium cū recedimus a deo / et vltimū cū accedimꝰ ad deū. vnde verſus. Cū bene pugnaris: cū cuncta ſubacta putaris. Que magis infeſtat: vincenda ſupbia reſtat. Similiter ſpernere mūdū: ſpernere nullū ⁊c̄.

*Ad ſecundū* ¶ Ad ſcd̄m dicimus: ꝙ nō eſt ſimile de fide ⁊ de infidelitate. quia fides in pluribus eſt. qm̄ exigitur ꝙ fidelis credat articulum eſſe implicite vel explicite. *Figura.* vnde in leuitico comparatur ſextario olei quē leproſus pro ſua emūdatione debet offerre: cui ſi deſit aliquid non eſt ſextarius: et qr eſt oīm articuloꝝ: ideo eſt cauſa oīm virtutū. quia finis aut materia nō exigit articulos. ſed īfidelitas in paucioribus eſt: quia qui diſcredit in vno articulo / infidelis eſt. et ideo nō eſt cauſa neceſſaria oīm vitiorum: neq̄ꝫ etiā alicuius qm̄ infidelitas eſt indifferenter reſpectu huius articuli et illius. *Alia cauſa.* ¶ Preterea. fides ⁊ infidelitas nō ſunt contraria proprie: licet opponantur vt contraria. qr nata ſunt in eodem ſuſceptibili et mutuo ſeſe expellunt. ſed non ſunt ſub eodem genere poſita: cum vitium nichil ſit: ſicut motus et quies non ſunt ꝓprie contraria: licet ad modū contrarioꝝ opponantur.

*Ad vltimū* ¶ Ad vltimū dicimus: ꝙ argumentatio non valet: ideo quia motus fidei per modū voluntatis eſt cauſa motuū aliarum virtutū: ſed habitus fidei eſt cauſa alioꝝ habituū per modū eſſentie ⁊ nature: ⁊ ꝓpter hoc de neceſſitate habitus generat habitū. non tamē motus motū generat de neceſſitate. dicimꝰ tn̄ ꝙ motus fidei eſt cauſa ſufficiens motuū aliarū virtutum: ⁊ ſm̄ ſe: et ꝑ ſe generat illos quātū in ipo eſt.

¶ Itē aplŝ dicit: diuiſiões gratiarū ſunt. alij datur ſermo ſapientie / alij ſermo ſcientie ſm̄ eundem ſpm̄ alij fides in eodē ſpiritu: ergo aliquis habet ſapientiam qui nō habet ſcientiā aut fidem. nō ergo qui habet vnā virtutē habet om̄s. *Item arguit* ¶ Item ſuper Matheū dicitur: ꝙ gradus eſt in virtutibus: qm̄ aſcenditur a paupertate ſpūs ad manſuetudinē. ⁊ ſic de alijs: ſed vbi eſt gradus aſcenſionis prius oportet aſcendere vnū gradū q̄ꝫ alium: ergo prius habetur vna de illis virtutibus q̄ꝫ alie habeantur. nō ergo qui habet. ⁊c̄. *Secundo.* ¶ Itē. Jacob prius duxit Lyā q̄ꝫ Rachelē. qm̄ priꝰ eſt inſiſtendū operibꝰ actiue q̄ꝫ cōtemplatiue. *Tertio.* vnde Gregoriꝰ. qui arcem cōtemplationis poſſidere deſiderat: oportet vt prius in campo actionis ſe exerceat: ergo prius habētur virtutes actiue q̄ꝫ cōtēplatiue. ⁊ inde vt prius. *Gregorius.*

*Solutio.* ¶ Solutio. dicimꝰ ꝙ diuerſe ſūt gratie quātū ad ꝓrogationē vſuū: nō quātū ad eſſentiā virtutū. *Quō. grē ſūt diuerſe.* ideo aliqs pōt habere ſapientiā de eternis: ita vt ſit paratꝰ ꝑdicare alijs de veris et eternis bonis: qui tn̄ non eſt paratus defendere fidē ꝑ rationes ⁊ auctoritates efficaces ad fidē defendendā inducere.

*Ad ſecundū* ¶ Ad ſcd̄m dicimꝰ: ꝙ aſcenſus eſt in virtutibus: non ſm̄ eſſentiā virtutū: ſed quātū ad expeditionem vſus. quoniā prius oportet eſſe exercitatū in operibus paupertatis manſuetudinis luctus ⁊ miſericordie q̄ꝫ expeditus ſit aliquis ad opera aliarū beatitudinū. ꝓcedentia em̄ fuerunt quātū ad cordis mūdiciā. qm̄ cū maiori difficultate operamur opa virtutū purgati animi q̄ꝫ opera virtutū purgatoriarū ꝓpter impedimenta nature corrupte. attenditur ergo aſcenſus ſm̄ expeditionē vſus ⁊ facultatē operandi: non ſm̄ eſſentiā virtutū. per hoc patet ſolutio ad obiecta. *Per hoc ad rationes.*

¶ Sed ſm̄ hoc obijcit cōmunis animi ꝯceptio eſt ꝙ nō quicūq̄ꝫ poteſt minus / pōt maius: *Item arguit* nec quicūq̄ꝫ poteſt facilius / pōt difficilius: ergo nō ex eo ꝙ aliquis eſt abilis ad ꝓducēdū faciliora opa virtutū / abilis eſt ad ꝓducendū difficiliora: ſed ꝑ fidem / ſpem / charitatem: eſt homo abilis ad faciliora opa: per alias virtutes ad difficiliora opera: ģ nō ex eo ꝙ aliquis habet fidem / ſpem / charitatē: habet alias virtutes. *Secundo.* ¶ Itē ex hoc videtur falſum quod diximus: ꝙ oēs virtutes ſunt eiuſdē difficultatis.

*Solutio.* ¶ Solutio. dicimus ꝙ hec ꝓpoſitio eſt falſa in virtutibꝰ. nō quicūq̄ꝫ poteſt facilius: poteſt difficilius. qm̄ virtus leuat cor hoīs ſupra ſe. vnde charitas leuat cor hoīs ſupra ſe: vt magis diligat deū q̄ꝫ ſe. ⁊ magꝫ beatitudinem q̄ꝫ vitam temporalem: et propter hoc qui abilis eſt ad opa charitatis: abilis eſt ad opera manſuetudinis: licet ſint difficiliora eo ꝙ difficilius eſt ſpernere ſe ſperni: q̄ꝫ ſpernere ſe ſe. verū eſt ergo in virtutibus: ꝙ qui abilis eſt ad facilius: abilis eſt ad difficilius producendū ſm̄ eſſe. licet nō ſit abilis ad producendū illud de facili. ſicut dicimus ꝙ qui habet charitatem potens eſt reſiſtere cuilibet tentationi: ⁊ tentationi mortis. quoniā ex quo diligit deū plus q̄ꝫ ſe: ſi occurrat mortis tentatio et ipe cōferat ⁊ bene vtatur charitate quā habet vincit illam: licet nō de facili.

*Ad vltimū.* ¶ Ex hoc patet ſolutio ad vltimo obiectum. ſunt em̄ virtutes eiuſdem difficultatis quātū ad productionem vel perfectionem operū: licet non quantū ad facilem productionem eorūdem.

¶ Secunda queſtio huius capituli.

Ayuntamiento de Madrid

¶Utrum verum ſit in polyticis.

Ar.ꝙ ſic. Ueritꝰ vtrũ verũ ſit ĩ polyticis: ꝙ q̇ habet
vnã habet oẽs? ¶Pꝛobatꝰ ꝙ ſic.pꝛudẽtie
eſt oĩa opera bona ẜm noꝛmã rõnis diri-
gere:⁊ humanis actibus tanꝗ̃ diuinis ꝓ
uidere: ergo q̇ habet pꝛudẽtiã ꝓuidet oĩbus actibꝰ
humanis tanꝗ̃ diuinis:ꝫ actibus iuſticie tẽperãtie
foꝛtitudinis:ꝫ q̇ habet pꝛudentiã habet oẽs alias.ſi
cut igitꝰ per fidẽ ꝓbatꝰ de theologicis: ꝙ q̇ habet vnã
habet oẽs.ita ꝑ pꝛudentiã ꝓbatꝰ in polyticis:ꝙ q̇ ha
Secundo. bet.⁊c̃.¶Itẽ indirecte ſic.Nõ qui habet vnã virtutẽ
nõ habet oẽs:ꝫ aliquis põt habere ꝯtinẽtiã: ⁊ nõ ha
bebit oẽs:imo erit ĩ pctõ moꝛtali.¶Cõtra.ẜm phi
loſophũ virtꝰ facit dignũ beatitudine:ꝫ iſte q̇ habet
Tertio. ꝯtinẽtiã dignus eſt beatitudine. ¶Itẽ.ꝓ pctõ moꝛ
tali dignꝰ eſt ſumma miſeria: ergo ſimul ⁊ ſemel di-
gnus eſt ſumma btitudine et ſumma miſeria.qd̛ eſt
impoſſibile: ꝫ ⁊ pꝛimũ eſt impoſſibile.ſ.q̇ habet cõti
nentiã exiſtens in pctõ moꝛtali.reſtat ꝫ ꝙ qui habet
Quarto. vnã habet oĩs.¶Itẽ.pꝛius eſt cõſideratio finis ꝗ̃
operũ ad finez:ꝫ ſi aliquis eſt caſus ꝓpter qd̛ faciat
opa caſtitatis:opoꝛtet ꝙ appꝛehẽdat tanꝗ̃ finẽ ope
ris deũ.ſꝫ finis nõ mouet niſi appetatꝰ: ergo appetit
deũ tanꝗ̃ bonũ ſibi:ꝫ diligit deũ:ergo q̇ eſt caſtꝰ di
ligit deũ.aut ergo diligit deũ quãtũ debet aut nõ.ſi
nõ:nõ eſt virtutis.ſi diligit deũ quãtũ debet et eius
gr̃a motus eſt charitatis:ꝫ qui habet caſtitatẽ poly
ticã habet charitatẽ.Sed ꝓbatũ ẽ ꝙ q̇ charitatẽ ha
bet/habet oẽs.ergo a pꝛimo q̇ habet caſtitatẽ habet
oẽs.Similitꝰ põt ꝓbari de alijs virtutibꝰ polyticis.
In oppoſitũ ⁊ ita patet ꝙ ĩ polyticis vera ẽ ſentẽtia ꝑdicta.¶Sꝫ
ꝯtra.virtus eſt ex frequẽti bene agere.qm̃ ex frequẽ
ti bene agere caſte fit caſtus.Sed ꝯtra.nõ eſt neceſ-
ſariũ ꝙ qui pꝛimo frequẽter operatꝰ opera caſtitatis
ꝙ frequẽter operatꝰ opa foꝛtitudinis/aut alterꝰ vir-
tutis:ergo nõ eſt neceſſariũ ꝙ qui habet caſtitatẽ ha
Secundo beat alias polyticas virtutes.¶Itẽ.virtutes poly-
tice ſunt naturales.qm̃ nõ excedunt metas liberi ar
bitrij:qd̛ eſt naturale. Sed ꝯſtat ꝙ nõ quicũꝗ̃ natu
raliter abilis eſt ad opera foꝛtitudinis: eſt abilis ad
opa ꝯtinentie aut alterꝰ virtutis. nõ ergo qui habꝫ
Solutio. vnã polyticã habet oẽs.¶Solutio. Uirtutes poly
tice dupliciter ſumuntꝰ.Quandoꝗ̃ em̃ dicuntꝰ virtu
tes polytice virtutes cõſuetudinarie.de quibꝰ agit
Ariſto.in ethicis q̃ ⁊ in pctõ moꝛtali poſſunt haberi
Uirtutes po quãdoꝗ̃ dicũtur virtutes polytice:pꝛudentia/iuſti-
lytice nõ fiũt cia/timoꝛ/foꝛtitudo/eo ꝙ reguntvitã humanã quã-
ex frequenti tũ ad opa exterioꝛa.de quibꝰ in libꝛo ſapientie.Ille
bene agere. habẽt pꝛincipiũ extrinſecũ:fidẽ/ſpem/charitatẽ.Si
ergo hoc ſecũdo modo ſumantꝰ virtutes polytice:di
cimus ſicut dictũ eſt de theologicis: ꝙ q̇ habet vnã
Duplices habet oẽs.qm̃ tales nõ fiunt ex frequẽti bene agere
virtutes po- ſed cõfirmãtur.Si aũt Ariſto.de talibus intellexit
lytice. dicimus ꝙ nõ fit in eſſentia ex frequenti bene agere
ſed fit virtus: ⁊ ẜm hoc virtus eſt accidens ſonãs in
cõfirmationẽ.Si aũt pꝛimo modo dicũtur virtutes
polytice/dicimꝰ ꝙ nõ quicũꝗ̃ habet vnã habet oẽs.
qm̃ ẜm hoc virtutes polytice nõ excedunt fines na-
Ad pꝛimũ. ture niſi in confirmatione.¶Ad pꝛimũ igitur dici-
mus: ꝙ pꝛudentie eſt hũanis actibus tanꝗ̃ diuinis
pꝛouidere.tñ q̛ ad hoc ꝙ ꝓuideat efficaciter operi
bus alterꝰ virtutis cũ diſcretione ſua exigitur ſciẽ-
tia de illa.Dicimus ꝙ non eſt neceſſariũ ꝙ ꝓuideat

efficaciter operibꝰ aliarũ virtutũ.qm̃ multi habent
ſcientiã operũ foꝛtitudinis qui non habent ſcientiã
operũ caſtitatis:aut ecõuerſo.¶Ad ſcd̛m dicimꝰ: Ad ſecundũ
ꝙ aliquis põt cõtinens eſſe ꝓpter deũ ex dilectione
naturali:tñ in pctõ moꝛtali eſt.nec ẽ verũ ꝙ talis cõ
tinẽtia faciat dignũ btitudine:ꝗ̃uis philoſophi ſen
ſerint ita.Errauerũt em̃ in hoc putãtes: ꝙ ex ſolo li Erroꝛ philo
bero arbitrio poſſet aliquis ad beatitudinẽ ꝑuenire ſophoꝝ.
¶Ad tertiũ dicimus: ꝙ qui cõtinẽs eſt diligit deũ Ad tertium
dilectiõe naturali:⁊ diligit deũ quãtũ debet ẜm ſta-
tũ charitatis. vnde ſi ꝓpter hoc abſtineat ab illece-
bꝛis carnis:talis abſtinentia eſt motus virtutis po-
lytice. nõ tñ ſimplicitꝰ ꝟtutꝫ.qm̃ ẜm pꝛimã ſumptio-
nem nõ ſunt virtutes polytice ſimpliciter virtutes.
¶Itẽ.ſentẽtia eſt tã ſctõꝝ ꝗ̃ philoſophoꝝ ꝙ virtꝰ ẽ Itẽꝝ arguit
ꝑfectio aĩe:ꝫ q̇ habet vnã virtutẽ habet aĩe ꝑfectio-
nẽ:ergo q̇ habet vnã virtutẽ ꝑfectus eſt:ſed ei qd̛ ꝑ-
fectũ eſt nichil deeſt:ꝫ nichil deeſt ei q̇ habet vnã vir
tutẽ:ꝫ habet oẽs virtutes.¶Itẽ.ꝟtutis eſt operari Secundo.
ẜm rectã rationẽ:ꝫ ẜm diſcretionẽ:ergo q̇ habꝫ vnã
virtutẽ opatꝰ ẜm diſcretionẽ rectã:ꝫ aut ẜm diſcreti
onẽ nature/aut artis/aut virtutis.nõ nature vel ar-
tis.qm̃ virtus eſt certioꝛ ⁊ melioꝛ oĩ arte ⁊ oĩ na
tura:ergo quelibet virtꝰ operatꝰ ẜm diſcretionẽ vir-
tutis.nõ pꝛudẽtie:ergo qui habet vnã virtutẽ habet
⁊ pꝛudentiã.¶Item.ratio eſt caput mẽtis: ergo rẽ Tertio.
git affectũ:ergo nõ eſt virtꝰ ĩ affectu quin ſit in rõne
ſed virtus polytica ſita in ratiõe nõ eſt niſi pꝛudẽtia:
ergo qui habet polyticã aliquã habet pꝛudentiam.
¶Itẽ.ſicut ſe habet fides ad virtutes theologicas: Quarto.
ita pꝛudẽtia ad polyticas.qm̃ ſicut fides ẽ cognitio
oĩm credendoꝝ ⁊ fugiendoꝝ imperans eligere eli
genda:⁊ fugere fugienda:ſic fides imperat credere
credenda:ergo ſicut qui habet aliquã virtutẽ theo-
logicã habet fidẽ.ita q̇ habet aliquã polyticã habet
⁊ pꝛudentiã.Sed qui habet pꝛudẽtiã/habet oẽs.qd̛ ꝓbatꝰ minoꝛ.
pꝛobatꝰ per hoc ꝙ pꝛudentia ſicut dictũ eſt habet im
periũ ⁊ diſcretionem oĩm eligendoꝝ:⁊ ita qui habꝫ
pꝛudentiã habet omẽs.ergo a pꝛimo qui habet vnã
habet oĩs. ¶Item Iacobus.Qui offendit in vno Quinto.
oĩm reus eſt: ergo qui habet aliquod peccatũ nullã
habet virtutẽ: ergo qui caret vna virtute caret oĩbꝰ
virtutibus.⁊ inde vt pꝛius.Si conceditꝰ.¶Contra. In oppoſitũ
Gregoꝛius dicit ſuꝑ Iob in pꝛincipio.intellectꝰ in-
utilis eſt ſine ſapientia.conſiliũ vile eſt ſine foꝛtitu-
dine.ergo intellectus poteſt haberi ſine ſapientia:⁊
conſiliũ ſine foꝛtitudine.nõ ergo quicũꝗ̃ habet vnũ
donoꝝ infoꝛmiũ: habet oĩa dona.ergo nec quicũ
ꝗ̃ habet vnã potentiã:habet omẽs.¶Item Grego- Secundo.
rius. Qui virtutes ſine humilitate aggregat quaſi
puluerem in ventũ poꝛtat:ergo virtutes poſſunt ha
beri ſine humilitate.⁊ inde vt pꝛiꝰ.¶Item. aliquis Tertio.
poteſt eſſe qui cũ audierit ꝙ coꝛpus noſtrũ eſt tem-
plum:ſpiritus ſancti ex hac fide ſola abſtinet ſe ab il-
lecebꝛis carnis: non tamen nouit dare ſua:imo exi-
ſtimat ꝙ nõ tenetur dare ſua in aliquo caſu. certum
eſt ꝙ talis habet cõtinentiã polyticam/⁊ non largi-
tatem:patet ergo ꝙ non quicũꝗ̃ habet vnam habet
omẽs.¶Solutio.dicimus ꝙ nõ quicũꝗ̃ habet vnã Solutio.
polyticam habet omẽs: ẜm ꝙ polytica virtus dicitꝰ
que nõ exceditꝰ metas nature:niſi quãtũ ad facilita-
tem operandi.¶Ad pꝛimũ dicimus: ꝙ hec pꝛopo- Ad pꝛimũ.
ſitio:quod perfectũ eſt nichil ei deeſt/eſt vera de ꝑ-



Ayuntamiento de Madrid

fectione ꝗ̄ ſimpliciter eſt ꝑfectio. virtus autē polyti
ca nō eſt ꝑfectio ſimpliciter/nec facit ꝑfectū ſimpli=
citer: cū nō ſit virtus ſimpliciter: ſicut dictū eſt. qm̄
caret circunſtantia nobiliſſima: hac. ſ. inquātū debet
Ad ſecundū vnde diminuit de ratione virtutis. ¶ Ad ſcd̄m dici
mus: ꝙ virtus polytica operaꝛ ſm̄ diſcretionē pru=
dentie perfecte vel imperfecte. qm̄ ſicut aliquoꝝ ar
ticuloꝝ quaſi dimidia: ſicut fides vnius dei ⁊ vnius
remuneratoris ſufficit i ꝗbuſdā philoſophis ad ge=
nerādū alias virtutes informes in illis. ita ⁊ prudē=
tia quaſi dimidia ſufficit ad generationē caſtitatꝫ ꝓ=
pter qd̄ nō oportet: ꝙ qui habꝫ caſtitatē habeat pru
dētiā ꝑfectā. multi em̄ habēt diſcretionē in operibꝰ
Ad tertiū. carnis ꝗ nō habēt in dandis. ¶ Ad tertiū dicimꝰ: ꝙ
nō eſt aliqua virtꝰ polytica ſiue prudētia ꝑfecta vel
Ad quartū. ipfecta. ¶ Ad quartū dicimꝰ: ꝙ hec ꝓpoſitio/ſicut
ſe habꝫ fides ad virtutē theologicā: ita prudētia ad
polyticā. falſa eſt: ſi de vniuerſali ſimilitudine itelli=
gaꝛ. ⁊ hec ratio: qꝛ fides impfecta non pōt generare
aliquā virtutē theologicā: ſꝫ prudētia impfecta pōt
Ad vltimū. gn̄are aliquā virtutē polyticā. ¶ Ad vltimū dicimꝰ
ꝙ auctoritas iſta/ ꝗ offendit ⁊c̄. duobꝰ modis expo=
Pctm̄ tripliꝛ niꝛ ad p̄ſens. vno modo ſic: qui offendit in vno māda
opponiꝛ cha to ꝑ peccatū mortale reus eſt oim̄. i. in charitate per
ritati. quā implenꝛ oia mādata. plenitudo em̄ legis eſt di=
lectio. qm̄ charitati opponiꝛ omne peccatū ſm̄ tria.
Primo. Primo: qꝛ peccatū ſeparat a deo: ſed charitas cōiū=
Secundo. git deo. qm̄ charitas eſt vnio ſpirituū. Scd̄o: qꝛ pec
Tertio. catū ē offenſa dei: charitas aūt facit gratū deo. Ter
tio: qꝛ ſicut peccatū eſt mors aie: ita charitas ē vita
aie. ⁊ qui peccat interficit ſe: qd̄ eſt cōtra charitatē:
qꝛ quis debet diligere ſe. patet igitur ſm̄ hāc expo=
ſitionē: ꝙ nō quicūqꝫ habet vnā polyticā habet oēs:
qꝛ polytice virtutes poſſunt haberi ſine charitate: ſi
Aliter expo cut dictū eſt. Scd̄o modo ſic exponiꝛ. qui offendit.
nitur. ⁊c̄. id eſt qui habet peccatū mortale om̄ia opera ſua
reddit inutilia ad ſalutē. nec ex hac expoſitione ſeꝗ
tur: ꝙ qui habet vnā habeat oēs. quoniā opa virtutū
polyticarū nō valent ad ſalutē niſi adſit charitas.

¶ Tertia queſtio huius capituli.

¶ De contrarietate virtutū polytice ⁊ theo=
logice.

Ueritur/ vtrum ſit contrariū virtuti poly
Af. ꝙ ſic. tice ⁊ virtuti theologice. Uideꝛ ꝙ ſic. ſm̄
philoſophū/ virtuti polytice ꝯtrarius eſt
habitus ad male agendū. quoniā ſicut ex
frequēti bene agere relinquitur bonus habitus ad
bene agendū de facili: ita ex frequēti male agere re=
linquitur malus habitus ad male agendū de facili.
⁊ ita ſm̄ philoſophū virtuti cōtrarius eſt malus ha=
bitus: ſed virtuti theologice idē eſt contrariū: eo ꝙ
ſicut virtꝰ theologica facit dignū vita eterna: ſic ma
lus habitꝰ facit dignū pena eterna. ⁊ ita idem eſt cō
Secundo. trariū virtuti polytice ⁊ theologice. ¶ Item. eadeꝫ
eſt lex naturalis ⁊ lex ſcripta: ſicut dicit Auguſtinꝰ
ꝙ lex naturalis per peccatū deprauata: per ſcriptu=
rā reparata eſt. ergo eadem eſt tranſgreſſio legis na
turalis ⁊ legis ſcripte: ſed tranſgreſſio legis natura
lis eſt contraria virtuti polytice: et trāſgreſſio legis
ſcripte contraria eſt virtuti theologice: ergo idē eſt
contrariū vtriqꝫ virtuti. et hoc ſequiꝛ ꝙ virtus theo
logica et virtus polytica ſint eadem virtus vel ideꝫ
Euaſio. contrariū duobus ¶ Forte dicet ꝙ idem eſt contra

rium: ſed non eodēmodo. quoniā vitium eſt contra=
riuꝫ virtuti polytice imediate: ſed theologice medi
ate. vt patet in continentia: quia ſunt qui neqꝫ conti
nentiam virtutem habent: neqꝫ incontinentia luxu=
rie. habent autē cōtinentiā informem. ⁊ ita quod eſt
extremum in polyticis: medium eſt in theologicis.
¶ Item. quelibet virtus opponitur vitio mediate: Ad idem.
ergo cum virtus ⁊ vitium non habeant oppoſitionē
niſi ratione ſuorū contentorum: erunt virtus ⁊ vitiū
contraria ſiue oppoſita mediata: quod patet eſſe fal
ſum. quoniaꝫ neceſſariū eſt virtutem aut vitiū ineſſe
ſuo ſuſceptibili: ⁊ loquimur de adulto. qm̄ omis ad=
ultus dignus eſt beatitudine vel gehēna ¶ Dicimꝰ Solutio.
ꝙ virtus opponitur vitio mediate quantū ad quedā
ſed imediate quantū ſm̄ rationē generis et per mo=
dū cōtrarietatis: ⁊ imediate etiā in quibuſdā ſpecie
bus. vt in fide ⁊ in fidelitate. dicimus em̄ ꝙ adultus
tenetur credere in deum. vnde ſi non credit omittit Infidelis nō
⁊ eſt infidelis quantū ad omiſſionem fidei. nec habꝫ habꝫ plures
plures omiſſiones: licet habeat omiſſionem pluriū: omiſſiōes: ſꝫ
eo ꝙ habeat omiſſionem fidei que eſt radix et cauſa habeat omiſ
neceſſaria oim̄ aliarum virtutū/ et ob cuius difficul= ſione pluriū.
tatem vna eſt in virtutibus difficultas. et ꝓpter hoc
dicit Auguſt. ꝙ peccato infidelitatis retento omia Auguſtinꝰ.
retinentur. ⁊ eo deleto omnia delentur. quoniā tale
vitium non poteſt deleri niſi per fidem virtutem. et
qui non habet fidem virtutem: habet peccatū infide
litatis/ ſaltem per modum omiſſionis. ¶ Ex hoc pa Ad rōnem
tet ſolutio. quoniā reſpondendū eſt per interempti=
onem huiꝰ/ quelibet virtus theologica mediate op=
ponitur ſibi vitio contrario. Concedimus tamen in
quibuſdam virtutibus: ſicut in continentia et largi=
tate: et huiuſmodi/ que habent cōtrarietatem ad vi=
tia mediatiua: ſcꝫ per modum negationis: et nō per
modum vere poſitionis. quia informis continentia
non eſt medium inter peccatū luxurie et cōtinentiā
virtutem. ideo quia manet cum altero extremorum
poteſt em̄ aliquis habere peccatū luxurie ⁊ continē
tiam informem. ¶ Item. quidā dicunt ꝙ nullus ha Opio aliqrū
bitus ad male agendum eſt in homine. ſed continen
ti ex ſimilibus actibꝰ ſimiles habitus fiunt: ergo ſi=
cut ex bene cytharizare relinquitur bonus habitus
cytharizandi. ita ex praue cytharizare relinquiꝛ pra
uus habitus cytharizandi. ergo ſicut ex bene agere
relinquitur habitus ad bene agendum. ita ex male
agere relinquitur habitus ad male agendū. ¶ Itē. Scd̄a rō co=
decor anime eſt habitus ad bene agendum. ergo a rum.
ſimili econtrario. turpitudo anime eſt habitꝰ ad ma
le agendum. ¶ Forte dicet: ꝙ peccatum non eſt ha= Euaſio.
bitus. quoniam nullus habitus anime eſt malus.
¶ Sed cōtra. multi ſunt qui quaſi inuincibiliter pro= ꝯ hāc arguiꝛ
ni ſunt ad luxuriam: vel ad aliud peccatum. ⁊ ex illa
pronitate operantur frequenter/ et frequentius ꝙ̄
plures iuſti ex ſua virtute. ¶ Queritur ergo/ vtrum Af. inqſitie.
illa frequentia ſit ab habitu: aut a pura potentia li=
beri arbitrij: aut a predicto vulnere: a pura potētia
non. quia ſm̄ hoc quilibet habens illam potentiam
haberet frequentiam talium operū. Item. nec a vul
nere. quoniam vulnus potius impedit frequentiam
operum ꝙ̄ expediat. ſicut equus vulneratꝰ potius
vellet quieſcere ꝙ̄ laborare. reſtat ergo ꝙ frequen=
tia malorum operum eſt ab habitu malo. et inde vt
prius. ¶ Sed contra. Eſto ꝙ aliqs tranſeat ab aūs ꝯ hoc tn̄ af.

Ayuntamiento de Madrid

ricia ad pꝛodigalitatē ſine penitētia. conſtat ꝙ pec=
catum auaricie non eſt deletum in ipō:adhuc habet
peccatū auaricie/et habet habitum pꝛodigalitatis.
ergo ſimul eſt abilis ad opera auaricie: et ad opera
Solutio. pꝛodigalitatis: quod eſt impoſſibile. ¶ Dicimus ꝙ
ſicut eſt habitus ad bene operādum:ita eſt habitus
Ad rationē. ad male operandum. ¶ Ad illud quod obijcitur di
cimus ꝙ in pꝛedicto caſu peccatuȝ auaricie tranſit
actu ⁊ habitu: tamen remanet reatu.quoniā reatus
In pctō moꝛtali tria ſunt non aufertur niſi per penitentiā. ¶ In peccato moꝛ
tali tria ſunt/ actus/habit⁹/vulnus/naturaliū: duo
pꝛima ſunt peccatū pꝛopter tertiū. quoniā coꝛrum=
punt ymaginē dei in anima:et ex hoc faciunt dignū
moꝛte eterna.pꝛima duo bene tranſeunt ſine penitē
tia:ſed tertiū non.quoniā ymago ſiue naturalia non
reparantur niſi per virtutem. igitur ſicut oꝛiginale
peccatum tranſit reatu.ſed remanet actu:ita moꝛta
le peccatū tranſit quandoq̧ ⁊ actu et habitu.

¶ Tractatus decimuſoctauus.

¶ Utrum omnes virtutes ſint pares.

DIcto de connexione:dicendū eſt de equa
litate earūdem. Pꝛimo/ vtrum omēs vir=
tutes ſint pares in eodem: Secūdo/ pꝛo=
pter quā pꝛeeminentiam charitas ⁊ fides
dicuntur maioꝛes alijs: Tertio/ in quo ſapientia et
intellectus pꝛeemineant ceteris donis.

¶ Unicum capitulum.

¶ Pꝛima queſtio.

CIrca pꝛimū capitulū pꝛobatur ꝙ omnes
Ar. ꝙ ſic. virtutes in eodem ſunt pares.ſuper illud
apocal. Paria ſunt latera ciuitatis.dicit
glo.fides/ſpes/charitas/et opatio bona:
ergo fides/ſpes/charitas.⁊c.et alia gloſa.latera ci=
uitatis ſunt pꝛudentia/timoꝛ/foꝛtitudo/iuſticia: er=
go tam cardinales virtutes q̄ theologice ſūt equa=
Secundo p Auguſtinū. les:ergo omēs. ¶ Item Auguſtinus pꝛobat ꝙ vir=
tutes ſunt pares ſic.ſi temperantia eſſet minoꝛ pꝛu=
dentia in iſto: temperantia eſſet minus foꝛtis ⁊ ſimi
liter pꝛudentia:ergo iſte eſſet minus foꝛtis ⁊ magis
foꝛtis:qđ eſt impoſſibile.ſimiliter ſi temperantia eſt
minoꝛ q̄ foꝛtitudo accidit ꝙ iſte ſit magis pꝛudens
⁊ minus quod nō poteſt eſſe. relinquitur ergo ex pꝛo=
Tertio. batiōe Auguſtini:ꝙ oēs virtutes ſunt pares. ¶ Itē
ex amore veniali: vite temporalis illius qui q̄ritur.
Ad rōnem. ¶ Ad illud quod obiicitur de auctoritate auguſtini
dicimus: ꝙ ſic intelligenda eſt. Ne forte dū vitā alte
rius ſeruat ⁊c̄. vnde nullus debet mentiri. ne ponat
ſe in periculo. neſcit eñ an illud mendaciū ſit venia-
le an mortale: quia neſcit an ex radice veniali proue
niat: an ex mortali. vñ augu. nō aſſerit ꝙ hmōi menti
Ad ſecundū ens perdat aīam ſuā: ſed in dubio ponit. ¶ Ad ſecū
do obiectū dicimus: ꝙ mendaciū obſtetricū potuit
eſſe mortale: potuit eſſe veniale. q̄ ſi radix fuit mor-
talis. i. ſi magis dilexerūt vitā ſuā: tēporalē q̄ deum
tunc mendaciū fuit mortale. ſi vero venialis: menda
Ad dictum gregorii. ciū fuit veniale: nec facit illas indignas vita eterna.
⁊ quod dicit gregorius: ꝙ merces benignitatis eat
que in eterna vita: potuit retribui precedente culpa:
mendacii in terrenā mercedē declinata eſt: exponūt
hoc magiſtri: ꝙ mendaciū licet veniale: potuit impe
dire ne daretur eis gratia: ⁊ ita nō eſſent digne vita
eterna. ¶ Ad tertium dicimus: ꝙ mēdaciū illud nō Ad tertium
eſt veniale ꝓpter benignitatē: ſed q̄ ꝓcedit ex amo-
re veniali vite temporalis. ¶ Ad quartū dicimus: ꝙ Ad quartū.
hec ꝓpoſitio eſt falſa: ſi eſt mendaciū veniale mēda-
daciū eſt ⁊c̄. nō eñ ſcitur eſſe veniale. ¶ Ad illud qđ Ad aliud.
obiectū eſt de ꝑplexitate: dicimus ꝙ vir ꝑfectus nō
poteſt eſſe perplexus: neq̄ ꝑplexitate abſoluta: neq̄
conditionali ſed poſito illo caſu neq̄ debet tacere /
neq̄ debet prodere / ſed debet deludere ipos appa-
ritores. ſicut dicebat p̄poſitinus ſic dicēdo. creditis
ꝙ ſi ipſe eſſet hic ꝙ ego dicerē vobis. vel debet reſpō
dere ſicut reſpōdit ille ſanctus epūs: de quo narrat
auguſtinus hoc modo. nec poſſum mentiri: nec poſ-
ſum eſſe ꝓditor. ¶ Sed contra. illa q̄ dicta ſunt vide Ꝯ iſta ar.
tur eſſe glo. hieronymi q̄ dicit ſuper Eſa. verſus finē
ꝙ dñs preparauit obſtetricibus domos eternas. er
go mendaciū nō impediuit quin eis infunderet̄ gr̄a
¶ Solutio. hieronymus loquit̄ ſm vnū caſum ꝙ po Solutio
tuit cōtingere. ⁊ gregorius in alio. loquit̄ eñ grego
rius ſm ꝙ peccauerūt obſtetrices mortaliter: ꝑ mē
daciū illud. aut etiā venialiter. quod tñ veniale pec-
catum non fuit deletū. ſed hieronym⁹ loquitur ſm il
lum caſum quo potuit contingere illas peccaſſe ve-
nialiter: quod tñ veniale eſſet deletū: in ipſis per pe-
nitētiam aliquā. vnde ſm diuerſos caſus poteſt eſſe
ꝙ ita fuerit: ſicut dicit hieronymus.

¶ De generibus mendaciorum.

¶ Tertia queſtio: vtrū mendacium ſit ſuffici
enter diuiſum.

Dicendum eſt de generibus mendaciorū.
diuidit autem auguſtinus mendacium in
tria. ſ. in mendacium pernicioſum / ⁊ ioco
ſum / ⁊ officioſum. diuidit etiā ſm aliā di-
uiſionē mendaciū: in octo genera menda-
ciorum. ⁊ cum vtraq̄ diuiſio ſit ſufficiens: neceſſe eſt
ꝙ altera reducatur ad aliam: ⁊ ita ꝑnicioſum genus
mendacii continet tria: prima mendacia q̄ ſunt in di
uiſione octonarii. ſ. mēdaciū quod eſt contra doctri
nam religiōis. quod eſt primū ⁊ capitale mendaciū:
⁊ quod nulli prodeſt: ⁊ alicui obeſt quod eſt ſcđm mē
daciū. ⁊ mendaciū quod alicui ꝓdeſt: ⁊ alicui obeſt:
quod eſt tertium. iocoſum autem mēdaciū continet Quō octo re
quartū ⁊ quintū mēdaciū: quod fit ſola mētiēdi ⁊ fal ducuntur ad
lendi libidine qđ eſt minimū mēdaciū: vt dicit aug. tria.
quintū eſt quod fit placendi cupiditate de ſuaui lo-
quio. officioſum aūt mendaciū: cōtinet ſextū ⁊ ſepti-
mū ⁊ octauū mendaciū. ⁊ eſt ſextū mendaciū: quādo
mentitur aliquis ꝓ pecunia alicui⁹ ſaluanda. ſepti-
mum eſt qñ mentitur aliquis pro vita alicuius ſaluā
da. octauū qñ mentitur aliquis pro caſtitate alicui⁹
ſaluanda: nullo illorum mendaciorum vt dicit augu
ſtinus: mentiendum eſt: ⁊ aſſignat rationem de quo-
libet. Primo genere non eſt mentiendū: quia illud
eſt contra doctrinā religionis. Secundo non eſt mē
tiendum quia nemini eſt iniuriandum. Tertio nō eſt
mentiendum: quia nemini in detrimentum alterius
eſt conſulendum. Quarto non eſt mētiendum: quia
ipſa libido mentiendi in ſe vitioſa eſt. Quinto nō eſt
mentiendum: quia nec veritas propter fauorem hu
manum dicēda eſt. multominus falſitas. Sexto nō
eſt mentiendum: quia veritas teſtimonii non eſt cor-
rumpenda pro comodo alterius. Septimo non eſt
mentiendum: quia ſalus alterius non eſt preponēda

Ayuntamiento de Madrid

fidei. Octauo non eſt mētiēdū: q: caſtitas corporis
non eſt ꝓponenda caſtitati mētis. quolibet ergo iſto
regła gñalis rum octo: eſt peccatū ſm augu. ⁊ dat generalē regu
lam de iſtis generibus: ꝙ quanto aliquod mēdaciū
magis accedit ad primū ⁊ capitale mendaciū tanto
maius eſt: et quanto magis recedit tanto minus eſt
peccatū: de quolibet iſtoꝝ dicendum eſt: ⁊ primo de
Ar̄ primo. quo dicemus. ¶ Et probat̄ ꝙ ſcd̄m mendaciū maiꝰ
peccatum ſit ꝙ̄ primū. quia ſi dicat ꝙ abraham non
exiuit de hur caldeoꝝ: vel ꝙ dñs non aſcendit ſuper
aſinam in ramis palmaꝝ: iſte mentitur in primo ge=
nere mendacij. dicit em̄ contrarium et ꝙ ſcriptū eſt
in lege dei: ⁊ minus peccat ꝙ̄ ille qui mētiendo per=
ſequitur aliū ad mortē: ſicut ille qui mentitur dicēs
illum rapuiſſe: vel furatū eſſe: vel interfeciſſe aliquē:
iſte autē mentit̄ in ſcd̄o genere mendacij. ergo ſcd̄m
Secūdo. genus mendacij maius peccatū eſt ꝙ̄ primū. ¶ Itē
dicitur in euangelio ꝙ qui dixerit filiū eſſe minorem
patre: mentitur: ſed q̄ dixerit verbū in filiū mentitur
in primo genere mendacij. ergo primū genus men=
dacij remiſſibile eſt. ſed q̄ dixerit v̄bum in ſpiritum
ſanctum nō remittet̄ ei: ſicut q̄ dixerit in beelzebub.
principe demonioꝝ eijcit demonia. hoc autē mēda=
cium in ſecūdo genere mēdacij: impugnat̄ em̄ gra
tia fraterna: ⁊ ita fit iniuria proxio. cū ergo ſcd̄m ge=
nus mēdacij ſit irremiſſibile ⁊ primū remiſſibile ſcd̄z
maius peccatū eſt ꝙ̄ primū. peccatū em̄ remiſſibile
Tertio maius eſt peccato remiſſibili. ¶ Item primū genus
mendacij directe eſt cōtra fidē: ⁊ ſcd̄m genus mēda
cij directe eſt contra charitatē. charitas aūt excellē=
tior eſt ꝙ̄ fides. vt ait aplus: ergo ſcd̄m genꝰ mēda=
cij excellētiorē virtutē deſtruit ꝙ̄ primum: ergo eſt
maius peccatū ꝙ̄ primū. quod eſt contra auguſtinū
Quarto. ¶ Itē. videtur ꝙ nullū peccatū ſit mendaciū preter
primū: quia ſi rex eſſet pariſius et dicā regē non eſſe
pariſius dimitto v̄itatē huius enūciabilis regē eſſe
pariſius: ⁊ adhereo falſitati ſui oppoſiti: ſed veritas
illius enūciabilis cōmutabilis eſt: ergo ibi ſolum di
mittitur bonū icōmutabile ꝓ re cōmutabili: ſed pec
care eſt ſpreto incōmutabili bono rebus cōmutabi=
Euaſio. libus adherere: ergo ibi non eſt peccatū. ¶ Si dica
tur ꝙ non ſolū dimittitur veritas enunciabilis: ſed
etiā veritas ipſius hoīs qua debet eſſe verus/ adhuc
remanet eadē obiectio: quia illa v̄itas eſt bonū crea
tum vt manifeſtū eſt: ergo eſt bonū cōmutabile. ⁊ in=
Solutio. de vt prius. ¶ Solutio. Doctrina religionis quādo
ꝙ̄ large quandoꝙ̄ ſtricte ſumitur. ſtricte ſm ꝙ dicit̄
doctrina religiōis: doctrina articulorum fidei: ⁊ ſic
mendaciū contra doctrinā religionis primū ⁊ capi=
tale mendaciū eſt: ⁊ maius eſt ꝙ̄ aliquod mendaciū
ſecundi generis alijs circunſtancijs paribus. large
ſumitur doctrina religionis ſm ꝙ dicitur oīm eorū
q̄ ſunt in lege dei. ⁊ ſm hoc aliquod mendaciū quod
eſt contra doctrinam religionis minus peccatū eſt
aliquo mendacio ſecundi generis. Dicimus igitur
ꝙ in genere maius peccatū eſt mēdacium primi ge=
neris ꝙ̄ mendaciū ſecundi generis/ tñ quantū ad ꝑ=
ticularia ſe habent vt excedentia eſt exceſſa. per hoc
Ad ſecundū patet ſolutio ad primo obiectū. ¶ Ad ſecundo obie
ctū dicimus ꝙ mendaciū ſecundi generis eſt pecca
tū in ſpiritū ſanctū: cū impugnatur ex certa malicia
ſuperna gratia/ ⁊ eſt maius peccatū ꝙ̄ mendaciū qđ
eſt in filiū: ſi non ſit ex certa malicia. vnde cōcedimꝰ
ꝙ aliquod mendaciū ſecūdi generis maius peccat/
eſt aliquod mēdacio primi generis: ſed ex hoc nō ſe
quitur ꝙ in genere mendaciū ſecūdi generis maius
ſit peccatū: ꝙ̄ mendaciū primi generis. ſi em̄ pone=
retur eadē circunſtantia in mēdacio quod eſt in filiū
maius peccatū eſſet ꝙ̄ ex certa malicia impugnaret̄
ꝓximus: ſed hoc non poteſt eſſe: niſi deſperatio: nul
lus em̄ niſi deſperatus poteſt odire deū: ⁊ velle ma=
lū illi. ¶ Ad tertio obiectū dicimus ꝙ primū mēda Ad tertium
ciū non eſt ſolū contra fidē creatā: immo directꝰ eſt
cōtra veritatē q̄ deus eſt: ſed ſcd̄m eſt cōtra charita
tē ꝓximi creata. vñ nō accidit ſm eſſe maius primo.
¶ Ad vltimo obiectū dicimꝰ: ꝙ in alijs ſcd̄m mēda Ad vltimum
cijs a prio nō ſolū dimittit̄ v̄itas ipſius enūciati: ſed
v̄itas hoīs q̄ hō verꝰ debet eſſe verꝰ: q̄ veritas virtꝰ
eſt. et licet ipſa ſit bonū creatū: tñ ipſa ſpreta ſpernit̄
deus: quia virtutibus habetur deus. vnde virtutibꝰ
amiſſis amittitur deus. ¶ Queritur poſtea de quar Alia q̄ſtio
to ⁊ quinto mendacio/ vtrū eoꝝ maius ſit peccatum
ſm predictā regulā augu. quartū maius eſt peccatū Ar̄ ꝯ dictū
ſed ꝓbatur ꝙ quintū maius ſit peccatū: qm̄ in quin= auguſtini.
to ſunt duo peccata. ſ. mendaciū ⁊ voluntas placēdi.
voluntas em̄ placendi peccatū eſt: ſicut dicit apoſto
lus ſi hoibꝰ placerē. i. placere vellem: ſeruus xpi nō
eſſem. in quarto aūt mendacio non eſt niſi vnū pecca
tum. ergo quintū maius peccatum eſt ꝙ̄ quartum.
¶ Itē. in quinto eſt adulatio: ſed adulatio magnum Secundo.
peccatū eſt. vnde dicit ſalomon. plus nocet lingua
adulatoris ꝙ̄ gladiꝰ perſecutoris. ⁊ in pſalmo. oleū
peccatoris non impinguet caput meū. ergo cū in q̄n
to mendacio preter mēdacium ſit adulatio q̄ eſt ma=
gnum peccatū. in quarto aūt non ſit: niſi vnū menda
ciū/ maius peccatū eſt quintū ꝙ̄ quartum. ¶ Quod Opīo coīs.
concedunt fere oēs dicentes: quod in genere maius
eſt q̄ntū ꝙ̄ quartū. ⁊ ꝙ dicit augu. quintū minus eſſe Ad auguſti=
peccatū intelligunt quātū ad particularia/ aliquod num.
em̄ particulare mendaciū quarti generi: maiꝰ eſt ali
quo mendacio quinti generis. ¶ Sed contra. dicit ꝯ hoc ar̄.
auguſtinus. Non eſt mentiēdū quarto genere: quia
ipſa libido mētiēdi per ſe vitioſa eſt: radix ergo quar
ti mendacij per ſe vitioſa eſt: ſed radix quinti non eſt
per ſe vitioſa. voluntas em̄ placendi non eſt per ſe vi
tioſa/ immo pōt eſſe ſine peccato. ergo quātū genus
eſt maius ꝙ̄ quintū. ¶ Item ſi quintū eſt maius pec Secundo.
catū: quia ſunt duo peccata ibi. ſimiliter probatur ꝙ
in quarto ſunt duo peccata. eſt em̄ ibi mendaciū ⁊ li
bido mētiendi: ſm hoc quintū non eſt maiꝰ peccatū.
¶ Item. ꝓbatur ꝙ in q̄nto non ſit niſi vnū peccatū: Tertio.
quia non eſt niſi vnus actus: ſcz mentiri: ⁊ nichil eſt
ibi peccatū niſi actus. ergo non eſt niſi vnū peccatū.
¶ Item. quartū mendaciū magis aſſimilat diabolo Quarto.
ꝙ̄ quintū. quod patet per oppoſitū: quia ille cui ma=
gis placet v̄itas inquātū talis. talis magis eſt ſimi=
lis deo ꝙ̄ ille cui minus placet alijs paribus. ergo
ille cui magis placet mendaciū: magis aſſimilatur
diabolo: ꝙ̄ ille cui minus placet. diabolus em̄ men=
dax eſt ⁊ pater eius: ſcz pater mendacij: ſed mētiēdo
in quarto genere magis placet mendaciū ꝙ̄ mentiē
do in quarto genere: quia mentiens in quarto gene=
re ſola libidine mētiendi ⁊ fallendi mentit̄. ergo ma
gis aſſimilat̄ diabolo: ꝙ̄ mētiēs i q̄nto genere. ergo
quartū mendaciū magis aſſimilat diabolo ꝙ̄ quin=
tum. ergo eſt maius peccatū ꝙ̄ quintū. ¶ Quod eſt Solutio.

Ayuntamiento de Madrid

Ad pꝛimū cedimus hac ratione. Et ad pꝛimo obiectū dicim⁹:
ꝙ q̄uis in quinto mēdacio ſint pctā: non tamen qui=
Auguſtin⁹. tum mendacium eſt malus q̄ꝫ quartum. quia augu=
Ad ſecundū ſtinus. non cōparat niſi mendaciū mendacio. ❡ Ad
ſecundo obiectum dicimus: ꝙ quedā adulatio eſt le
uiſſimum peccatuꝫ. ſicut quando aliquis adulando
dicit. alicui bona de amico ſuo: que non eſt periculū
credere: et ſi talis adulatio ſit in quinto genere/non
ſequitur ex hoc ꝙ quintū mendaciū ſit maius quar=
to. Quandoqꝫ adulatio eſt graue peccatū: ſicut quā
do adulatoꝛ dicit aliqua que credere periculum eſt.
execatur enim/et obſcuratur anima in talibus: ſicut
dicitur in libro ſap̄. Faſcinatio nugacitatiſ obſcurat
bona. et ſi talis adulatio ſit in quinto genere menda
cij tunc illud mendacium maius eſt peccatū aliquo
mendacio quarti gn̄is: non tn̄ omni. vn̄ non ſequitur
ꝙ in gn̄e quintū mendaciū ſit mai⁹ pctm̄ quarto: im
Ad aliud. mo econuerſo dicim⁹ eſſe. ❡ Ad illud vero qꝺ obij=
citur ꝙ in quarto gn̄e ſunt duo pctā: mēdaciū. ⁊ libi
do mētiendi. dicim⁹ ꝙ nō eſt verū: qꝛ libido mētiēdi
idem eſt ꝙ volūtas mētiendi: ⁊ volūtas. ⁊ opus ſunt
Ad aliud. idem pctm̄. ❡ Ad illud ſiľr qꝺ obijcitur ꝙ in quinto
mendacio non eſt niſi vnū pctm̄. dicim⁹ ꝙ hec argu.
non valet. Nō eſt ibi niſi vnica actio: et ſola actio eſt
ibi pctm̄: ergo nō eſt ibi niſi vnicū pctm̄: qꝛ ſicut volū
tas et opus ſunt duo pctā in materia ſiue ſubiecto:
vnum tn̄ pctm̄ ſunt in foꝛma: ꝓpter vnā maculā quā
faciunt. ita contingit vnū pctm̄ in ſubiecto eſſe pctā
foꝛmaliter: vel nō vnica actio eſt duo pctā. ſicut pꝫ
in defloꝛatione ꝟginis q̄ interficiť defloꝛādo: illa de=
floꝛatio nō eſt niſi vnica actio: ⁊ tn̄ eſt pctm̄ luxurie:
et pctm̄ homicidij. eodē modo in q̄nto gn̄e ſunt duo
pctā ꝓpter duas volūtates. eſt eni ibi vna volūtas:
placendi: q̄ gn̄at voluntatē mētiendi q̄ due volunta
tes gn̄ant vnā actionē: que actio eſt adulatio inq̄ꝫtū
pꝛocedit a pꝛima volūtate: ⁊ mendaciū inq̄ꝫtū ꝓce=
Alio q̄ſtio. dit a ſcđa voluntate. ❡ Queriť poſtea de ſeptimo et
octauo gn̄e mēdacij. ⁊ videť ꝙ ſeptimū gen⁹ menda
Ar̄. pꝛimo. cij min⁹ pctm̄ ſit q̄ꝫ octauū. Mai⁹ eni pctm̄ vitatur
per ſeptimū mendaciū q̄ꝫ ꝑ octauū: qꝛ mai⁹ pctm̄ eſt
homicidiū q̄ꝫ foꝛnicatio: ergo min⁹ malū eſt ſeptimū
Secundo. mēdaciū q̄ꝫ octauū. ❡ Itē. mai⁹ bonū conſeruať ꝑ ſe
pꝛimum mendaciū q̄ꝫ ꝑ octauum: qꝛ exceptis bonis
aĩe maximū bonū eſt vita coꝛpalis: ergo mai⁹ bonū
eſt vita coꝛpalis q̄ꝫ caſtitas ſiue mundicia coꝛpalis.
hoc etiam ꝑ oppoſitū pꝫ: qꝛ imūdicia coꝛpalis quā
tum in ſe eſt/pctm̄ non eſt. poteſt eni aliqua pollui in
Auguſtin⁹. ſomno ſine peccato. ſicut dicit Auguſti. ꝙ pollutio
que omnino eſt pꝛeter legem volūtatis: peccatū nō
eſt. ſic igitur patet ꝙ mundicia ſiue caſtitas coꝛpo=
ralis non eſt bonum gratuitū. ergo magis eſt excu=
ſabile q̄ꝫ octauum. ergo minus eſt peccatū. qꝺ eſt cō
Solutio. tra regulam auguſtini. ❡ Solutio. dicim⁹ ꝙ ſepti=
mum mendaciū maius peccatū eſt/ ſicut dicit btūs
Auguſtin⁹. verum eſt tamē ꝙ ꝑ ſeptimū vitatur ma
gis malū. ſed non ꝓpter hoc debet iudicari ꝙ ſepti=
mum genus mendacij ſit maius malū. qm̄ dicit bea
Auguſtin⁹. tus Auguſtinus: ꝙ inter bona maius bonū eſt caſti
tas mentis: inter mala maius maluꝫ: quod facimus
q̄ꝫ quod fieri ſinimus. vnde. maius peccatum eſt no
bis mētiri q̄ꝫ ſinere fieri foꝛnicationem: vel homici=
dium. in pꝛedictis aut caſibus potius debet haberi
reſpectus ad patientem q̄ꝫ ad vim inferre volentem
qui iā peccauit in mente ſua vel homicidio/ vel foꝛ=
nicatione: et licet maius bonum ſit vita coꝛpoꝛalis
q̄ꝫ caſtitas coꝛpoꝛalis ſimpliciter: conſiderata tamē
pꝛopter aliud honeſtius eſt conſeruare caſtitatē coꝛ
poꝛalem q̄ꝫ vitā coꝛpoꝛalem: quia in nullo caſu con=
ſentiendū eſt. ꝙ alienus adulter aliquam cognoſcat
et ſemper rebellendum eſt mulieri in tali caſu ꝓ ca=
ſtitate coꝛpoꝛis: ne mentis caſtitas coꝛrūpatur. ſed
bene poteſt conſentire homo ꝙ interficiatur: ſcꝫ cō=
ſenſu comparatiuo/ q̄ꝫ conſenſu permiſſionis. ⁊ ideo
honeſtius eſt conſeruare caſtitatem coꝛpoꝛalē pꝛo=
pter adiunctum: q̄ꝫ vitam coꝛpoꝛalem. ⁊ ideo menti
ens in octauo genere mendacij: quia cōſeruat quod
honeſtius eſt conſeruari: minus peccat q̄ꝫ mentiens
in ſeptimo genere mendacij.

❡ Secūdū capitulū ꝯtinens quattuoꝛ q̄ſtiones.

❡ Utrum iacob mentitus ſit dicendo
ſe eſſe eſau.

Queritur de quibuſdā actibus in quib⁹ vi=
detur antiquos patres mētitos fuiſſe: ſi=
cut videtur iacob mentitus fuiſſe dicens
ſe eſſe eſau. circa queſtionē iſtaꝫ eſt. pꝛimo
inquirendū vtruꝫ iacob mentitus ſit dicendo ſe eſſe
eſau. ſecundo vtrū iſaac/ benedixit iacob. tertio vtrū
iacob peccauerit per hoc ꝙ ſurripuit fratri ſuo be=
nedictionem. quarto vtrum illa venditio: et emptio
pꝛimogeniture fuerit peccatū? ❡ Circa pꝛimū ꝓba Ar̄. pꝛimo.
tur ꝙ iacob mentitus ſit: dixit enim ſe eſſe eſau/ ⁊ nō
erat eſau. ergo mētitus eſt. Si dicatur ꝙ tranſſūpti Euaſio.
ue locutus eſt/ vt ſit ſenſus: ego ſum eſau. i. ego ſum ꝯ hanc ar̄.
ille cui debetur ius pꝛimogeniture. pꝛobatur ꝙ pꝛo
pꝛie locutus eſt ſic: quia intendebat perſuadere pa=
tri ſuo ꝙ ipſe eſſet eſau. vnde pelliculas edoꝛum cir
cundedit manibus ſuis: ⁊ colli nuda pꝛotexit: vt cre
deretur eſſe eſau. intendebat ergo perſuadere patri
ſuo ꝙ ipſe eſſet eſau/ et non per aliam locutionem ni
ſi per iſtam: ego ſum eſau. ergo nulla locutiōe ſum=
pſit hoc nomen eſau/ ꝓpꝛie: et ita mentit⁹ eſt. ❡ Itē. Secundo.
ſine peccato facto/ vel opere poterat perſuadere ſe
eſſe eſau. quare non verbo. ❡ Item. bonum erat ꝙ Tertio.
iſaac/ crederet ipſum eſſe eſau/ ergo iacob/ ſi dixiſſet
ſe eſſe eſau. hac intentione: vt pater eius hoc crede=
ret: bona intentione dixiſſet falſum: ſed dicere falſū
bona intentione non eſt peccatum. vt habituꝫ eſt ſu=
pꝛa. ergo ſi dixiſſet ſe eſſe eſau. pꝛopꝛie loquendo: nō
peccaſſet. ❡ Itē. apo. dixit ſe ituꝝ ad hiſpanos: ⁊ nō Quarto.
iuit. ergo dixit falſū: ⁊ tn̄ non peccauit dicēdo: eadeꝫ
ratione potuit iacob/ dicere hoc falſum ſe eſſe eſau.
❡ Itē. ſi tranſumptiue locut⁹ eſt hoc modo. ego ſuꝫ Quinto.
eſau. ille cui debetur ius pꝛimogeniture. ❡ Queriť Queſtio inci
vtrum iſtud potuerit iurādo firmare: videť ꝙ ſic: q̄a dens.
in ſimplicitate loquebať. ⁊ inſtinctu ſpūſſancti: ſꝫ in= Ar̄. ꝙ ſic.
ter hm̄oi ſimplicem loquelā ⁊ iuramentum de⁹ non
facit differentiā. ergo potuit illud iuramēto firmare
❡ Dicit auctoꝛitas: quacūqꝫ arte verboꝛum quis iu In oppoſitū
rat deus autē: qui conſcientie teſtis eſt: ita hoc acci=
pit ſicut ille cui iuratur intendit: vel intelligit: ſꝫ ia=
cob iurat ſe eſſe eſau: pater ſu⁹ intellexit de eſau pꝛi=
mogenito ſuo. ergo ⁊ deus: ſimiliter ꝗ quantū ad de
um iacob/ iurauit falſū. ꝗ peccauit moꝛtaliter. videť
ergo ꝙ non potuit illud quod dixit firmare iuramē=
to: ſed ſi dixit veruꝫ/ potuit iuramento firmare: ergo
non dixit verum: ⁊ ita dixit ⁊ ſcienter. ꝗ mentit⁹ eſt.



Ayuntamiento de Madrid

*Solutio.* ❡Solutio. dicim⁹ ꝙ iacob nō eſt mētit⁹: dixit ei ſe eſſe eſau/ inſtictu ſpūſſcti. mr̄ eni ſua inſtictu ſpūſſcti fecit ipm ſic dicere: ⁊ in ſpūſctō nō eſt duplicitas. vñ in iacob nō fuit eſt/ ⁊ nō. in illo eni eſt eſt/ ⁊ nō: q aliđ habet in oꝛe aliđ in coꝛde locut⁹ eſt: ģ iacob trāſſum ptiue ⁊ nō ꝓpꝛie. ſicut dñs locut⁹ eſt/ trāſſūptiue cū dixit helias iā venit de iohāne baptiſta. iohānes eni fuit helias in virtute: ſ; nō intētiōe. ſilr̄ iacob dixit ſe eſſe eſau/ nō ꝑſonalit/ ſ; ꝟtute: ⁊ quātū ad ius pꝛimogeniture.

*Ad pꝛimum* ❡Ad pꝛimū dicim⁹ ꝙ nō intēdebat ꝑſuadere ſe eſſe eſau: vt ꝓpꝛie loquamur/ q2 ꝓpꝛie ꝑſuadere eſt ꝑ verba ⁊ argumēta: ſ; intēdebat aliqđ facere quo facto iſaac crederet ipm eē eſau/ ⁊ ita occaſionaliter tm̄ ꝑſuadebat ſe eē eſau

*Ad ſcđm* ❡Ad ſm dicim⁹ facto ſine pctō potuit ꝑſuadere ſe eē eſau. nō tm̄ ꝟbo: q2 factum nō eſt ꝓpꝛi⁹ interpꝛes mētis: ſ; ſermo eſt ꝓpꝛius interpꝛes mētis.

*Ad tertium.* ❡Ad tertiū dicim⁹ ꝙ l; bonu; eſſet ꝙ iſaac crederet illū q ē iacob eē eſau/ nō tm̄ poterat dicere illđ iacob bona intētiōe: cū illđ eēt falſū

*Ad quartū.* ❡Ad q̄rtū dicimus ꝙ apo. nō peccauit dicēdo illđ falſū/ q2 credebat illđ falſū eē veꝛ. vñ nō eſt ſiīe de iacob. iacob eni ſciebat ſe nō eē eſau.

*Ad vltimū* ❡Ad vltimū dicim⁹ ꝙ bñ poterat iacob iuramēto firmare qđ dicebat et ſi iuraſſet: nō intellexiſſet de⁹ ſicut iſaac. illa ei auctoꝛitas intelligitur de illis q iurant per fraudem.

❡Secunda queſtio pꝛincipalis.

❡Utrum iſaac benedixit iacob.

*Ar. ꝙ non.* Ueritur vtrū iſaac bñdixerit iacob: videt ꝙ nō: q2 nō bñdixit niſi illū quē itēdebat bñdicere: ſ; nō intēdebat bñdicere iacob. ģ non bñdixit iacob.

*Secundo.* ❡Itē. nō bñdixit niſi quē voluit bñdicere: ſ; nō voluit bñdicere iacob. ģ nō bñdixit iacob.

*Tertio.* ❡Itē. erroꝛ ꝑſone īpedit mr̄imoniū. ſi ei aliqs ꝯſentit in mariā. ⁊ supponat ei agnes ipo neſciēte: nō eſt mr̄imoniū īter ipm ⁊ agnetem: eodēmodo cū iſaac intēderet bñdicere eſau: cū ipſo neſciente ſuppoſit⁹ eēt ei iacob: nō fuit bñdict⁹ iacob: ſ; eſau.

*In oppoſitū* ❡S; hoc p; eē falſū ꝑ textū: q2 yſaac loq̄ns de iacob dixit bñdixi ei: ⁊ erit bñdict⁹.

*Solutio.* ❡Solutio. Dicim⁹ ꝙ in illo inſtāti ī quo yſaac bñdicebat iacob nō actu intēdebat bñdicere iacob nec eſau/ ſ; illū quē attrectauerat/ que; obſcurat⁹ fuerat. vñ ſine dubio bñdixit iacob

*Ad pꝛimum* ❡Necv; hec argu. Nō bñdixit niſi quē intēdebat bñdicere. ⁊ nō intēdebat bñdicere iacob. ģ non benedixit iacob: q2 in pꝛima hec dictio quē q̄tū ad hoc ꝟbū intēdebat: ſupponebat tm̄ ꝓ indiuiduo vago. ſ. ꝓ iſto hoīe: ⁊ ſūptū eſt iſte hō nō ꝓ iacob: ſed q eſt expꝛeſſe ſignificat⁹ ſub foꝛma ſua indiuiduali. ī aſſūptiōe ꝟo ſumit iacob ſub foꝛma ſua indiuiduali. vñ in argumētatiōe eſt falla acci.

*Falla accidētis.* *Exemplum* Inſtantia Sit ꝙ aliqs videat ſoꝛtē a lōge veniētē: ſ; neſciat ipſum eē ſoꝛtē iſte nō videt niſi quē ſcit ſe videre. ſed non ſcit ſe videre ſoꝛtē: ģ iſte nō videt ſoꝛtē. eadē eſt ſolutio ad ſcđo obie.

*Ad aliud* ❡Ad vltimū dicim⁹ ꝙ non eſt ſiīe q2 ī mr̄imonio ⁊ bñdictiōe: de mr̄imonio exigit determinat⁹ ꝯſenſus. ꝯſenſus ei aloꝛ ibi ꝓpꝛie facit mr̄imoniū. ⁊ ideo erroꝛ ꝑſone īpedit mr̄imoniu; q2 īpedit determinatū ꝯſenſū. ſ; in ſpūalib⁹ nō eſt ita quia ſi aliqs baptizat/ aut oꝛdinat aliquē: ⁊ credit ſe alium baptiſare vel oꝛdinare: nichilomin⁹ oꝛdinat⁹ vel baptiſatus eſt. de⁹ eni baptiſat auctoꝛitate: ⁊ homo miniſterio. vnde in. vi. nūeroꝛū. dicit dñs inuocabunt nomē meū ſuper filios iſrael: ⁊ ego bñdicā eis.

❡Tertia queſtio pꝛincipalis.

❡Utrū iacob peccauit qñ accepit bñdictionem.

*Ar ꝙ ſic.* Vtrum peccauerit iacob qñ accepit bñdictionē debitā fr̄i ſuo: ❡Uidet ꝙ ſic: q2 đr ī ge. Uenit german⁹ tu⁹ fraudulent̄ ⁊c. ģ ꝑ fraudē accepit bñdictionē. ⁊ fraus mala eſt: ģ peccauit.

*Secundo* ❡Itē. ꝑ ſimulationē habuit illā bñdictionē. ſimulauit ei ſe eē eſau/ ⁊ ſimulatio mala eſt. vt p; in ypocri. ģ peccauit ſubtrahēdo bñdictionem fratri ſuo. qđ ſi ꝯceditur.

*In oppoſitū* ❡Cōtra dicit glo. ſuper geñ. videri pōt ꝙ iacob bñdictionē pꝛimogeniti non ſubꝛipuit: ſ; debitā accepit: ģ nō peccauit cū accepit illud qđ ſibi debebat.

*Solutio* *Ad pꝛimū.* *Triplex eſt fraus.* ❡Qđ ꝯcedim⁹. ⁊ ad obiecta dicim⁹ ꝙ triplex eſt fraus. Eſt eni fraus eruditionis ⁊ fraus inſpirati ōis: ⁊ fraus nociue deceptionis. Fraus eruditiōis eſt qualē fecit ioſeph/ cū fecit poni ciphū ſuū argēteū in ſacco bēiamin: ⁊ hoc fecit cauſa eruditiōis ipius bēia. hāc fraudē faciūt mgr̄i. cum faciūt argumētatiōes ſophiſti. ⁊ decipiūt eruditionē. hāc fraudē faciūt pedagogi/ cū ſubtrahunt pueris inſtrumētū ligneū quo vtunt: vt erudiāt eos ad eūdū. fraus īſpiratiōis ē qualē faciūt iudei mutuantes ī receſſu ſuo vaſa aurea: ⁊ argētea ab egyptijs. et hoc ē in deū q eis inſpirauit: ⁊ q ex hac inſpiratione fecerūt: ſine dubio nō peccauerūt. tertia fraus eſt in ipſo. ſ. fraus nociue deceptiōis: ⁊ hec pctm̄ ē: alie due nō ſunt pctm̄. vñ nō pecca. iacob q ꝑ fraudē inſpirationis accepit iſtā bñdictionē. ⁊ ſic p; ſolu. ad pꝛimo obie.

*Jacob non peccauit.* *Ad ſecundū* *Quadruplex ſimulatio.* ❡Ad ſcđo obie. dicim⁹ ꝙ quadruplex eſt ſimulatio. eſt enim ſimulatio ſignationis qualis fuit in iacob. ꝑ iſtā eni ſignatione; ſignificauit ꝙ minoꝛ populus. ſ. xp̄ianus pꝛeferend⁹ eēt maioꝛi: ſcil; iudaico populo: ⁊ eſt ſimulatio cautele: ſiue pꝛouidētie: ſicut ſimulauit ioſue fugam cū vellet capere oppidum hay: ⁊ ſimulauit ſe ieſu adoꝛaturū baal vt interficeret omnes ſacerdotes baal: ⁊ ſimulauit angelus thobie ſe eſſe azariā anante magni filium: ⁊ eſt ſimulatio doctrine: ſicut dominus finxit ſe longi⁹ ire vt inuitaretur a diſcipulis ad doctrinā: ⁊ eruditionem eoꝛu;: ⁊ eſt ſimulatio q eſt in ypocritis: q̄ mala eſt ⁊ peccatum. tres aute; pꝛime ſunt peccatum. vnde iacob non peccauit per ſimulationem illam.

❡Utrū iacob peccauit emēdo pꝛimogenita.

*Scđa q̄ſtio hui⁹ capituli* *Ar. ꝙ ſic.* Queritur vtrum iacob peccauerit emendo pꝛimogenita eſau: ❡Uidetur ꝙ ſic. Eſau ei vendidit pꝛimogenita ſua: vt dicit apoſtolus in fine ad hebꝛeos. ipſi iacob. ergo iacob emit pꝛimogenita q ſm veritatem erant eſau. ſed pꝛimogenita iſta erant res ſpūales: quia pꝛimogenitus ſacerdos erat ⁊ benedicebat fratribus ſuis ⁊ benedictionē accipiebat a patre/ ⁊ ſacerdotium ſpirituale eſt: ⁊ benedictio ſimiliter. ergo iacob emit rem ſpiritualē/ pꝛo re tēpoꝛali: que minimū quid eſt: ſc; pꝛo edulio lentis: ergo emptio iſta fuit ſymoniaca. ģ iacob peccauit moꝛtaliter emendo pꝛimogenita.

*opīo aliq̄r.* ❡Ad hoc dicunt quidā ꝙ pꝛimogenita iſta non erāt res ſpirituales nec; ſacerdotium illud erat ſpirituale. non eni erat adhuc inſtitutum ſacerdotium a deo: ſed poſtea inſtitutu; fuit in tempoꝛe moyſi.

*ꝯ hanc op.* ❡Sed cōtra. hoc obijcitur. quia dicit in geneſi. ꝙ melchiſedech erat ſacerdos dei ſummi/ ⁊ ei obtulit abꝛaham decimas tanꝗ maioꝛi: et benedictionē recepit a melchiſedech/ tanꝗ a ſuperioꝛi: hoc autem erat gratia ſacerdotij. ergo ſa=

Ayuntamiento de Madrid

cerdotium illud erat a deo inſtitutum: ⁊ ita nulla eſt
Secundo. predicta ſolutio. ¶Jtē. apſ̄us probat in epiſtola ad
hebreos: ſacerdotium chriſti maiꝰ eſſe ſacerdotio le
uitico. ⁊ hoc probat per ſacerdotiū melchiſedech. er
go ſacerdotiū melchiſedech/ maius fuit ſacerdotio
leuitico: ſed ſymoniaci erāt q̄ emebāt ſacerdotiū le
uiticum. ergo ſymoniaci eēnt ſi emerent aliqui ſacer
dotium melchiſedech: ſed ſacerdotiū melchiſedech
erat ſacerdotium primogenitorum: ergo ſymoniam
Tertio. commiſit iacob emendo ſacerdotium illud. ¶Jtē.
detur ꝙ primogenita illa eſſet res corporalis/ vide-
tur tamen ꝙ iacob peccauerit mortaliter detinēdo
primogenita illa/ defraudauit eni fratrē ſuū pluſꝗ̄
in media re iuſti precij: in infinitū eni plus valebant
primogenita illa ꝗ̄ edulium lentis. ergo ſm legem
Alia opio. non debuit ſtare iſta emptio. ¶Alij aliter ſoluūt di
centes ꝙ primogenita iſta erāt res corporales: ſed
annexum habebant ſpirituale. ⁊ trāſit illud ſpiritua
le in corporale: nec fuit peccatū emere vel vendere
primogenita hmōi. ſicut ſi aliquis haberet villā ali-
quam in cuius eccleſia haberet ius patronatus: ſivē
Pbaꝛ p ſiſe. deret illam trāſiret ius patronatus cū vniuerſitate/
nec eſſet ibi ſymonia: quia principale in iſta venditio
ne corporale eſt. ſimiliter dicebāt de primogenitis
illis. habebat eni primogenitus duplicem partē in
hereditate: duplicē portionem in ferculis: ⁊ veſtes
ſplendidiores: ⁊ omnia iſta erant corporalia: ſed an-
nexum erat ſpirituale: ſcʒ ſacerdotium/ ⁊ benedictio
P hāc aꝛ. quā dabat fratribus/ ⁊ quā habebat a patre. ¶Sed
contra hanc ſolutionem ſic opponitur. tria erant ibi
corporalia/ ⁊ tria ſpiritualia. ergo cū ſecundū ſe ma-
ius ſit ſpirituale ꝗ̄ corporale. potiꝰ primogenita il-
Solutio. la debent dici res ſpirituales ꝗ̄ corporales. ¶So-
lutio. dicimus ſine preiudicio melioris ſententie ꝙ
illa primogenita iure erant ipſius iacob. ⁊ hoc ſigni
ficauit ſpiritusſanctus in ortu illius. tenebat ei plan
tam fratris ſui quaſi volēs ipſum retrahere/ ne prior
naſceretur ac ſi ipſo facto diceret: tu non debes eſſe
primogenitus/ ſed ergo. dicimꝰ ego ꝙ nō erant pri-
mogenita ſua: ſed redemit tanꝗ̄ ſua/ et minimo pre-
Ad rōnem. cio. ⁊ hoc licuit ei facere ſine peccato. ¶Ad illō qō
obiicitur ꝙ apoſtolus dicit: eſau vēdidiſſe primoge
nita ſua dicimus ꝙ ſua erant reputatione hominū:
ſed non ſm veritatem. ⁊ concedimus ꝙ vendidit: in-
tētionē enim habuit vēdendi quia credebat eſſe ſua/
non tamen iacob emit: ſed redemit.

¶Tractatꝰ veceſimuſquartꝰ. ¶De iuramēto.

Dicto de mendacio: dicendum eſt de iura
mento et periurio: quod phibetur in hoc
mandato. Non aſſumes nomen dei tui in
vanū. i. non iurabis p nichilo: de quo mā
dato in preſenti agimus. Primo ergo vi-
dendum eſt quid ſit iurare: ⁊ vtrū iurare in ſe ſit ma-
lum. Secundo de forma iuramēti. Tertio de comi-
tibus iuramenti: ſm quos ſit iuramentum licitum/
meritoriū/ ⁊ obligatoriū. Quarto vtrum omne per-
iurium ſit peccatum: ⁊ ſi eſt peccatū: vtrū ōme periu
rium ſit mortale peccatum: an aliquod veniale:
¶Quinto de cauſis iuramenti.
¶Sexto de coactis iuramentis.

Primum ca pitulum. Prima qō. Arꝫ ꝙ nō.

Circa primum capitulū ſciendū eſt ꝙ iurare
eſt aſſerere aliquid atteſtatione alicuiꝰ rei ſa
cre vel non ſacre. ¶Queritur ergo vtrū iurare in ſe
ſit malū: videꝛ ꝙ nō: qa dñs iurauit. vñ iurauit dñs
et non penituit ⁊c̄. Similiter ſancti iurāt. vnde apo
ſtolus. Teſtis eſt michi deus: hoc enim eſt quedam
ſpecies iuramenti: cum ergo deus et ſancti iurent/
iuramentum non eſt malum in ſe. ¶Jtem. iurare Secundo
non eſt bonū: vt dicit Auguſtinus: ſed non eſt ma
lum: ergo iurare non eſt malū in ſe. ¶Jtem. iurare Tertio.
indirecte eſt malum in ſe: quia remota omni extrin-
ſeca circunſtantia iurare eſt malum: ergo eadem ra-
tione velle loqui/ vel velle comedere eſt malum in ſe
vel in genere: quia remota omi extrinſeca circunſtā
tia velle loqui eſt malum: quia tale loqui eſt ocioſū:
ergo et verbum ocioſum malum eſt: et velle loqui: ſi
militer ocioſe malū eſt: ergo qua ratione iurare ſim-
pliciter eſt malum in ſe: ſiue in genere: eadem ratio-
ne et velle loqui eſt malum in genere: hoc autem fal
ſum: ergo iurare eſt malū in ſe ſiue in genere: quod
ſi conceditur. ¶Cōtra. iurare eſt phibitum vt habe Jn oppoſitū
tur in euang. Ego dico vobis non iurare oino: neqꝫ
per celum: quia thronus dei eſt. neqꝫ per terram: qa
ſcabellum pedum eius eſt. ergo cum iurare ſit phi-
bitum/ iurare eſt malum: aut ſm ſe aut in ſe. non ſm
ſe. ergo in ſe. ſi dicaꝛ ꝙ iurare non eſt ibi prohibitū: Euaſio.
ſed conſuetudo iurādi. ergo conſuetudo iurandi cū
ſit prohibita mala eſt: ſm ſe aut in ſe. ergo iurare ma Cōtra hanc
lum eſt ſm ſe aut in ſe: hoc enim non eſſet malum in
ſe: nec eius iteratio eſſet malū in ſe. vnde non debe-
ret prohiberi. ¶Jtem. dicit Auguſtinus ꝙ iuratio Secundo.
falſa eſt pernicioſa: iuratio vera eſt periculoſa. ergo
mala. quare ergo enim eſſet periculoſa niſi eſſet ma-
la. ergo ſm hoc iurare eſt malum in ſe. ¶Jtē. iura- Tertio.
re pro nichilo malum eſt in ſe: quia hoc eſt aſſumere
nomen dei inuanum ſicut exponunt ſancti. ſed iura-
re pro nichilo eſt iurare ſine omni cauſa. ergo iurare
remota omni cauſa extrinſeca eſt malum. ſed iurare
ſimpliciter ſumptum eſt iurare/ remota omni cauſa
extrinſeca. ergo iurare ſimpliciter ſumptum eſt ma
lum: et ita iurare malum eſt in ſe. ¶Jtem. in prima Quarto.
canonica iohannis Nolite diligere mundum: prohi
bitum eſt diligere mundum. hoc autem non eſt pro-
pter circunſtantiā rei que precipitur. meritorie eīn
poſſum diligere mūdum/ appoſita debita circunſtā
tia: ſcʒ vt diligam temporalia ad bene diſpenſandū
ſcʒ ad erogandum pauperibus: et conſimilia. prohi
betur ergo dilectio mundi: quia remota omni exte-
riori circunſtantia in ſe mala eſt: et ita diligere mun
dum malum in genere: eadem ratione iurare remo-
to omni extrinſeco malū eſt in genere. ¶Jtem. om- Quinto.
nis actio volūtaria: aut eſt a natura aut eſt a recta ra
tione aut a libidine. ergo iurare ſimpliciter ſumptū
cum non ſit a natura vel a recta ratiōe eſt a libidine.
ergo eſt malum in ſe ſiue in genere. ¶Solutio. Au Solutio.
guſtinus dicit ꝙ iurare nec eſt bonum nec eſt malū:
intelligitur ꝙ nec eſt bonum ſm ſe: nec eſt malū ſm
ſe. appellatur autem bonū ſm ſe: quod nullo modo
poteſt fieri malū: ſicut diligere deum ex charitate
nullomodo poteſt fieri malum. malum ſm ſe appel-
latur quod nulla circunſtantia poteſt fieri bonum: ſi
cut fornicari. quedam eni nominata coniuncta ſunt
cum malo ſicut dicit ariſto. mediū et indifferens eſt
quod neꝗ̄ eſt bonum ſm ſe: nec eſt malum ſm ſe. tri- Triplex eſt
plex eſt. eſt eni indifferens quoddam quod habet in actꝰ indiffe-
ſe circunſtantiam aliquam ſm ꝙ ſemper eſt malum rens.



Ayuntamiento de Madrid

in ſe niſi fiat bonum per circumſtantiam extrinſecus
additam. tale indifferẽs eſt interficere hominẽ: ſem=
per enim malum/ eſt niſi per exteriorem circũſtanti=
am fiat bonum. eſt enĩ aliud indifferens ꝙ nullã in ſe
habet circunſtantiam: ſm quam poſſit eſſe malum: ſi
cut eſt comedere: ſicut eſt loqui. inter iſta duo gene=
ra indifferẽtiam que ſunt quaſi extrema eſt aliud in=
differens: quod habet in ſe aliquam circunſtantiam
ſm quam non eſt malum: ſed poteſt eſſe malum. tale
eſt iurare: habet enĩ quoddam in ſe ſcꝫ inuocare deũ
teſtem. per quod iurare non eſt malũ: ſed põt eſſe ma
lum: quia ſi ſine cauſa inuocetur deus teſtis: tũc in=
uocare deũ teſtem eſt quaſi contẽnere deuꝫ: hoc ma
lum eſt: tamen inuocare deum non eſt malum in ſe.
Soluit q̃o. ¶ Soluẽda ergo eſt premiſſa queſtio per diſtinctio=
Per hoc ad nem eius quod eſt malũ in genere: ſiue malum in ſe.
primum. ſi enim malũ in ſe ſumatur large: ita ꝙ cõprehendat
primum indifferens ⁊ medium: tunc iurare eſt malũ
in ſe: ⁊ tunc non ſequitur ſancti iurãt: ergo iurare nõ
eſt malum in ſe: ſicut non ſeqtur: ſancti interficiunt.
Ad ſecundũ ergo interficere hominem non eſt malũ in ſe. ¶ Ad
ſecundã auctoritatem ſoluũt ⁊c̃. cum enĩ dicit Au=
guſtinus ꝙ iurare non eſt malum ſm ſe: tamẽ eſt ma
Ad tertium lum in ſe. ¶ Ad tertiũ patet ſolutio per predicta. nõ
enĩ eſt ſimile de iuramento ⁊ locutiõe/ vel comeſtio=
ne: ſi vero malum in ſe ſumatur ſtricte ita ꝙ cõprehẽ
dit ſolum primũ indifferens: tũc iurare nõ eſt malũ:
et non valet: iurare eſt prohibitũ: ergo eſt malũ in ſe:
non enĩ propter ipſum iurare eſt prohibitum: ſed q̃a
de facili incurrit periuriuꝫ/ qui iurationi aſſuefacit.
Auguſtin⁹. vnde Auguſtinus iurare prohibetur ne hoĩes appe
tant iurare tanq̃ꝫ bonũ. ex hoc patet ꝙ non omne ꝓ=
hibitum eſt malum in ſe. vnde peccat illa argumẽta=
Falſa ꝯſitis. tio ſm fallaciã conſequentis a ſuperiori ad inferius
affirmando. per eandem rationẽ non valet hec. Om
Ad aliud. nis iuratio eſt ꝑiculoſa: ergo mala. ¶ Similiter nõ
valet iurare pro nichilo eſt malum in ſe: ergo iurare
ſimpliciter malũ eſt in ſe. quia iurare pro nichilo de=
terminat caſum in quo teſtem inuocare deum eſt cõ
temnere deum: ſed iurare ſm ſe non determinat il=
Ad aliud. lum caſuꝫ. ¶ Ad iſtud quod obijcitur de dilectione
mundi: dicim⁹ ꝙ diligere mundũ eſt frui mundanis
Ad vltimuꝫ ſm ꝙ prohibetur: et hoc malum eſt ſm ſe. ¶ Ad vl=
timũ dicimus ꝙ non valet hec argumẽtatio iurare
eſt ex libidine: ergo eſt malũ in ſe. non habꝫ propter
hoc circunſtantiam malam in ſe/ licet ſit ex libidine:
ergo iſtud iurare eſt malũ: ſcilicet iſtud iurare quod
eſt ex libidine. ſi vero ita argumentetur iurare in ſe/
remota omni circunſtantia eſt ex libidine: ergo iura
Similit̃ hec re eſt malum in ſe: non valet hec argumentatio. ſm
non valet. ꝙ malum in ſe ſtricte ſumitur: idem eſt enim ac ſi in=
ferret: ergo iurare ſecundũ ſe habet circunſtantiam
malam malo pene.

¶ Secunda queſtio huius capituli.

¶ De forma iuramenti.

De iuramen Queritur de forma iuramenti. Sciendũ er
to in diuer= go ꝙ in veteri teſtamento erat hec forma
ſis legibus. iurandi. viuit dñs: et hec viuit anima mea
vel tua. quod eſt per dñm viuũ. ⁊ per vitaꝫ
anime mee vel tue faciã: vel hoc nõ faciã.
in primitiua eccleſia fuit hec forma iurãdi: teſtis eſt
michi deus. quod eſt dicere deum inuoco teſtem ve
ritatis eius quod dictur⁹ ſum: ⁊ ſic ſepe iurabat apo
ſtolus: modo iuramus ſm formam quam dominus
dicit in euãgelio. Nolite iurare neq; per celum neq;
per terram ⁊c̃. vnde modo iuramus ſic: vel per deũ/
vel per ſanctam mariam: vel per beatum petrum: fa
ciam hoc/ vel non faciam hoc. aliquãdo autem iura=
mus hoc modo. ſic de⁹ me adiuuet: et hec ſacra ver=
ba. variatur autem iuramentum ſm diuerſitatem
eorum per que iuratur: ⁊ ſm hoc talem regulam dat
Auguſtinus. ꝙ quãto ſanctius eſt id per quod iura Auguſtin⁹
tur/ tanto penalius eſt periculum. ¶ Sed contra re dat regulã.
gulam iſtam multipliciter obijcitur. dicit enĩ domi=
nus in euangelio. Nolite iurare neq; per celuꝫ: quia
thronus dei eſt/ neq; per terrã ⁊c̃. ergo qui iurat fal ꝯ quã ar̃.
ſum per creaturam/ contemnit creaturam et creato
rem: ſed qui iurat falſam tantum per deuꝫ: contẽnit
tantũ creatorẽ. ergo penalius eſt periuriũ per crea=
turam q̃ꝫ ꝑ creatorẽ. ergo falſa eſt illa regula quan=
to ſanctius eſt ⁊c̃. ¶ Itẽ. magis peccat qui iurat fal Secundo.
ſum ꝑ oculos dei/ q̃ꝫ qui iurat falſum per deũ: quod
patet: quia iuramẽta per quedam membra dei mul=
tum abhorrent fideles ⁊ conſtat ꝙ ſanctior eſt deus
q̃ꝫ membrum. ergo non eſt verum ꝙ quãto ſanctius
eſt iſtud per quod iuratur/ tãto penalius periurium
¶ Item. ſm iſtam regulã dicit Auguſtinus ꝙ ma= Tertio.
ius peccatum eſt iurare falſum per deum/ q̃ꝫ iurare
per idolum. Sed contra: qui iurat per aliquid: vene
ratur iſtud: ergo q̃ iurat per idolũ veneratur iſtud. ſꝫ
duplex eſt veneratio: ſcilicet veneratio latrie/ ⁊ vene
ratio dulie. ergo qui iurat per idolum veneratur il=
lud veneratione latrie vel dulie. nõ dulie. inuocat eſt
idolum tanq̃ꝫ deum vt ſit teſtis veritatis eius quod
dicitur: ergo veneratur idolum veneratione latrie:
ergo iurando verum ꝑ idolum exhibet latriam ido=
lo: ergo eſt idolatra. iurare ergo verum per idolum
eſt peccatuꝫ idolatrie: ſed peccatũ idolatrie eſt quo
nullum aliud eſt maius: ergo iurare falſum per deũ
cum non ſit peccatum idolatrie/ nõ eſt maius pecca
tum q̃ꝫ iurare verum per idolum: et ita mentitur au
guſtin⁹. ¶ Forte dicet ꝙ aliquod peccatum eſt ma= Euaſio.
ius aliquo peccato idolatrie: et videtur in ꝓpoſito.
qui enim iurat falſum quod ſcit eſſe falſum per deuꝫ
ſciẽter contempnit deum. qui vero iurat verum per
idolum ex ignorantia peccat: non cõtemptu dei. vn
de cum maior cõtemptus ſit in illo qui iurat falſum
ſcienter per deum q̃ꝫ in iſto qui iurat verum per ido
lum: maius peccatum eſt iurare falſum per deum q̃ꝫ
iurare verum per idolum: et ita aliquod peccatũ q̃d
non eſt idolatria: maius eſt aliquo peccato idolatrie
¶ Sed contra. qui iurat falſum per idoluꝫ credens ꝯ hanc ar̃.
illud eſſe deum / peccat contra illud quod primo eſt
in recta ratione: recta enim ratio dicit primo deum
eſſe ſummum bonũ/ ſumme venerandũ. omnis ergo
idolatra peccat contra illud quod primo eſt in recta
ratiõe: ergo ſm hoc nullum peccatũ eſt maius quo=
cunq; peccato idolatrie. ¶ Solet etiam obijci de ia Ar̃. etiã de
cob qui conſenſit in iuramentum laban: qui fecit de= iacob.
os ſuos: ſed facientes ⁊ conſentientes pari pena pu
niendi ſunt. ergo cũ laban peccauerit iurando. ergo
iacob peccauit conſentiendo. eodem modo dicitur Similit̃ de
de iuda machabeo qui petijt iuramentum amicicie iuda macha.
a romanis quos ſciebat iuraturos per idolum: ⁊ ita
peccauit cum illi peccauerint. hoc autem falſum eſt
iacob autem laudatur in omnibus: ⁊ iudas macha=

Solutio.

deus ſimiliter. ¶ Solutio. ſine dubio qui iurat per creaturam/ iurat quoddam modo per creatoꝛeꝫ: inuocat eni creaturam teſtem veritatis: et omnis creatura teſtis eſt pꝛime veritatis: nutus eſt dei quelibet creatura. vnde Auguſtinus: ve qui diligit nutus tuos pꝛo te: in nutibus eni ſiue in ſignis non eſt ſiſtendum. ¶ Cōcedimus ergo ꝙ qui iurat falſum ꝑ creaturam contemnit et creaturam/ et creatoꝛem. ⁊ non valet hec argumentatio. qui iurat falſum per creatorem contemnit tantum creatoꝛem. ergo magis peccat qui iurat falſum per creaturā q̃ qui per creatorem: quia qui iurat falſum per creaturam contempnit creatoꝛem in creatura: et qui iurat falſum ꝑ creatoꝛem contempnit ipſum in ſe: ⁊ in infinitum melioꝛ eſt in ſe q̃ ſit bonus creature/ vl' q̃ creatura iudicet ipſum eſſe bonum vel etiam poſſit iudicare. vnde in pſalmo. Confeſſio eius ſuper celum et terram. ⁊ intelligitur de confeſſione laudis. vnde plus contemnit qui ſolum creatoꝛem in ſe contemnit: q̃ qui contemnit creaturam et creatoꝛem in creatura. ¶ Ad

Auguſtin⁹.

Ad pꝛimum

Ad ſecundū

ſecundo obiectum dicim⁹. ꝙ cum dicit Auguſtin⁹. quanto ſanctius eſt iſtud per quod iuratur: tanto penalius eſt periurium: intelligendum eſt de aliis circūſtantiis parib⁹. vñ qui iurat falſum ꝑ deum magꝭ peccat: q̃ qui iurat falſum ꝑ oculos dei: ſi omes alie circunſtantie ſint pares: ſed hoc non eſt verum: quia qui iurat falſum per oculos dei contemnit deum/ et membꝛum eius et inſuper eſt ingratus deo: de hoc ꝙ deus factus eſt homo pꝛo ipſo. vnde maius eſt iurare per oculos dei: q̃ per deum. ¶ Ad tertio obiectum dicimus ꝙ maius peccatum eſt iurare verum per idolum: q̃ iurare falſum per deum: ſm ꝙ iurare verum per idolum arguit certū peccatum idolatrie vel infidelitatis. ſed tamen dicit Auguſtin⁹ ꝙ iurare falſum per deum maius peccatuꝫ eſt q̃ iurare verum per idolum. non comparat niſi iuramentum iuramēto et infidelitate circūſcripta. ſine dubio nuſq̃ dicit Auguſtinus. ¶ Ad vltimo obiectum dicimus ꝙ iacob non conſenſit ꝙ laban iuraret ꝑ deos ſuos: ſed conſenſit ꝙ iuraret et permiſit per idola. ¶ Itē. dicim⁹ de iuda machabeo: ſicut iſte qui accipit mutuū a feneratoꝛe: ꝯſentit ꝙ fenerat accōmodet ei denarios: ſed nō conſentit ꝙ accommodet ei ad vſurā: q̃a ſi conſentiret peccato/ peccaret: ſed ꝑmittit ꝙ ad vſuram accommodet ei.

Ad tertium.
mal⁹ pctm̄ ē iurare verū ꝑ idoluꝫ q̃ falſum ꝑ deum

Ad vltimū.

Idē de iuda
Nota bene.

¶ Tertio queſtio huius capituli.

¶ Ꝙ iuramentum habet tres comites.

Tres comites iuramēti

Notandum eſt ꝙ iuramentum tres debet habere comites: ſcilicet veritatem/ ⁊ iudicium/ ⁊ iuſticiam: ſicut dicit dominus in quarto hieremie iurabis viuit domin⁹ in veritate et iudicio et iuſticia. ⁊ hos comites debꝫ habere iuramentū: valde enim ꝑiculoſum eſt iurare ſicut dictum eſt ſupꝛa. Debet ergo habere iudicium: quia diſcrete iurandum eſt. Debet habere iuſticiam: quia iuſtum ⁊ licitum iurandum eſt. debet etiam habere veritatem/ aut rei iurate/ aut ipſius iurantis: nichil enim debet iurare niſi quod credit eſſe verum. ¶ Sed videtur ꝙ ſuperfluāt duo comites. quicunq̃ enim iurat diſcrete iurat iuſte: quia ſi non iurat iuſte nō iurat diſcrete: ergo a deſtructione conſequentis: ſi iurat diſcrete iurat iuſte: et ſi iurat diſcrete et iuſte iurat vere: ſaltem veritate iurantis: ergo ſi iurat diſcrete iurat et vere. ergo dicto iudicio dicuntur alij duo comites: ergo ſufficit iudicium: q̃ ſupfluit ponere alios duos comites. ¶ Iteꝫ. dicitur ꝙ iuramentum habet iſtos tres comites cū obligatione: aliter non. ¶ Secundum hoc queritur ſi aliquis iuret ſe nunq̃ foꝛe epiſcopum vtrum illud iuramentum ſit obligatoꝛiū: videtur ꝙ ſic. iurat eni licitum: et tale licitum pꝛopter quod multi boni laudabiles exiſtunt. laudabile enim eſt oblatum honoꝛem: ⁊ oblatas diuitias non ſuſcipere: ergo iuſte iurat ⁊ diſcrete. credit enim nunq̃ ſe poſſe ſufficere ad regendum epiſcopatum ⁊ vere iurat quantum in ipſo eſt. credit enim nunq̃ ſe foꝛe epiſcopum: ergo nec illud iurando. ¶ Item. iſtud iuramētum habet tres comites quos debet habere: ergo eſt obligatoꝛium Iſte due concluſiones videntur ſequi: ſcilicꝫ ꝙ non peccet/ ⁊ ꝙ iuramentum teneat. ¶ Item. quidam fecerat huiuſmodi iuramētum/ ⁊ poſtea electus eſt in epiſcopum: ⁊ gregoꝛium papam fecit inquiri vtruꝫ tale iuramentum feciſſet: ſuperflue auteꝫ feciſſet inquiri niſi illud iuramentum teneret/ ſic igitur qui iurat ſe nunq̃ foꝛe epiſcopum: obligatur ⁊ non peccat ¶ Sed contra. dicit Auguſtinus ꝙ qui curam alendoꝛum ſubditoꝛum rēnuit diſcalciati oppꝛobꝛiū ſuſtinebit. Non vult enim ſuſcipere vxoꝛem fratris ſui defuncti: ſcilicet xp̄i: nec ſuſcitare ſemē ei: ſed nō ſuſtinebit oppꝛobꝛium niſi ꝓ peccato: ergo peccat iurando ſe nunq̃ ſuſcepturum epiſcopatum: ergo non obligat illud iuramentum. ¶ Item. dicit Auguſtinus ꝙ ocium ſanctum querit gratia veritatis: negociū iuſtū ſuſcepit neceſſitas charitatis: ociū eni querunt viri cōtemplatiui: vt liberius vacent inquiſitioni veritatis: et hoc eſt quod dicit ocium ſanctū querit gratia veritatis. ſed negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis. ergo cum aliquis epiſcopat⁹ indiget aliquo bono viro: iuſtū eſt ꝙ ſuſcipiat illud negocium: ergo ſi non ſuſcipiat facit contra iuſticiam: ergo qui iurat ſe nunq̃ recepturum peccat: cum iuret contra iuſticiā/ non tenet illud argumētū. ¶ Eadem obiectio eſt de iſto qui iurat ꝙ nūq̃ intrabit religionem: nec vnq̃ dimittet habitum laicalem: videtur enim ꝙ peccet: quia facit contra cōſilium dei. ſi concedatur ꝙ peccet. ¶ Contra. Sic iurat quia cognoſcit infirmitatem ſuam ⁊ ſcit/ vel credit ꝙ facili⁹ ſaluabit̃ in segoꝛ. i. in ꝑuula patria q̃ in monte: tunc non peccat iſtud iurando: ſimilit̃ qui iurat ſe nunq̃ foꝛe epiſcopum peccat hoc iurando: ſi iuret quia videt ſe melius et facilius ſaluari in mediocri ſtatu q̃ in maioꝛi. ¶ Solutio. Ad pꝛimum dicim⁹ ꝙ qui diſcrete iurat: iuſte et vere iurat. vnde dicto iudicio dicuntur alij duo comites ꝓpter connexionē virtutū: ſunt enim ſimul iſte tres: veritas/ pꝛudētia/ iuſticia/ et non valet hec argumentatio: dicto iudicio: dicuntur alij duo comites. ergo ſuperflue connumerātur cum iudicio. Inſtantia. Sobꝛie pie ⁊ iuſte viuamus in hoc ſeculo. qui viuit ſobꝛie viuit pie et iuſte. ergo poſita ſobꝛietate ſuperflue ponuntur iuſticia et pietas: non ſequitur. licet eni vna virtute habita habeātur omnes: neceſſarie tamen ſunt omnes quantū ad vſus ſuos qui non ſunt de neceſſitate cōnexi. ¶ Ad ſecundo obiectum dicimus ꝙ iſte qui iurat ſe nunq̃ eſſe epiſcopum iurat licituꝫ: ſed duplex eſt licitum. eſt enim licitum expediēs: et licitum non expediēs:

Ꝯ iſta ar.

Secundo.

q̄ſtio incidēs

Ar̃ ꝙ ſic.

Secundo

Tertio.

In oppoſitū

Figura.

Secundo.

Eodē mō ar

Sꝫ ꝯ hoc ar.

Figura.

Solutio

Ad pꝛimum

Inſtātia eſt.

Ad ſecundū



Ayuntamiento de Madrid

Dictū pauli. ſicut dicit apoſtolus.omnia licent michi:ſed nō om
nia expediunt: licitū expediens eſt quod pꝛomouet
hominem ad melius.licitū non expediens eſt quod
impedit pꝛomouere ad melius.iuramētum licitū et
expediens:obligatoꝛium eſt.iuramentum licitum ⁊
non expediens:nō eſt.obligatoꝛium iuramētum enī
quod obſeruat̄ deterioꝛem vergit in exitū ſalubrio=
Beda. ri conſilio mutandū eſt:ſicut dicit beda.iuramentū
ergo eius qui iurat ſe nunꝙ̄ futurū epiſcopū non eſt
ſimpliciter obligatoꝛium:ſi enim videat iſte qui iu=
rat ſe eſſe neceſſarium epiſcopatui/cuꝫ nullus alius
inueniatur dignus epiſcopatu:nō tenet iuramētum
illud:non valet hec argumētatio.eſt licitū ergo obliga=
Falla ꝯñtis. toꝛium. Et eſt fallacia conſequentis:ab inferioꝛi ad
ſuperius affirmando.non valet:diſcrete iurat. ergo
eſt obligatoꝛiū:licet enim diſcrete iuret:non tamen
vſquequaꝙ̄ diſcrete:ſicut apoſtol⁹ diſcrete petiſt ſti
mulum carnis remoueri a ſe non tamen vſquequaꝙ̄
Ad aliud. diſcrete. ¶ Ad illud quod obijcitur de inquiſitione
grego. dicimus ꝙ qui inquiri facit propter ſcādalū
et pꝛopter ea tenebat iſtud ſacramentū ex quo inue
Ad aliud. niebat̄ alius qui erat dign⁹ epiſcopatu. ¶ Ad iſtud
quadruplex quod queritur vtrum peccat:dicimus ꝙ periurium
ꝑiurium. quattuoꝛ modis accipit̄. quandoꝙ̄ dicitur periuriū
falſa iuratio:⁊ ſic periuriū aliquando eſt peccatum:
aliquando non. poſſum enim iurare falſum ſine pec
cato:ſicut ſi nouit̄ inſperi in archa mea: ⁊ poſtea me
Exemplum. neſciente poſuit aliquis aliqđ furtū in ea. Si quera=
tur ſi iſtud furtū fuit in archa mea poſſuꝫ ſine pecca=
to iurare ꝙ non. quandoꝙ̄ dicitur periuriū peruer=
ſa iuratio.i.iuratio illiciti:⁊ hoc ſemper eſt peccatū.
quandoꝙ̄ tranſgreſſio iuramenti dicitur periuriū:⁊
hec quandoꝙ̄ eſt peccatum quandoꝙ̄ nō. trangreſ=
ſio enim iuramenti liciti et expedientis peccatū eſt:
tranſgreſſio iuramenti illiciti peccatū non eſt.quar=
to modo dicitur periuriū reatus periurij ſm ꝙ ali=
Ad rationē quis dicitur periurus. ¶ Dicim⁹ ergo ꝙ iſte qui iu=
rat ſe nunꝙ̄ foꝛe epiſcopum ſi ex hac intētione iuret
vt intendat ſe melius ſaluari in ſtatu ſubiectiōis:ꝙ̄
in ſtatu pꝛelationis non peccat.ſi vero hac intentio=
ne iurat vt velit vitare laboꝛem/et viuere ocioſe ſiue
Siľr ad aliđ in ocio/peccat. ¶ Similiter iſte qui iurat ſe nūꝙ̄ in=
traturum religionem/ſi ex amoꝛe mūdi huius iurat
peccat:⁊ ſi amoꝛ iſte venialis/peccat venialit̄.ſi moꝛ
talis/peccat moꝛtaliter.ſi vero iuret quia videt ſe nō
poſſe ſuſtinere eminentem vitam religiōis/non pec=
cat.verum eſt tamen quia iuramentum illud non eſt
obligatoꝛium.ergo aliquod iuramentuꝫ licitum eſt
Iuramētum obligatoꝛium/aliquod non: ſed iuramētum nullum
dupľr fit illi= illicitum eſt obligatoꝛium.illicitū eſt autem iuramē
citum. tum duabus de cauſis. Aut enim illicitum tantum
Pꝛima cā. pꝛopter illud per quod iuratur. aut ꝓpter iſtud per
Secunda. quod iuratur.pꝛopter illđ per quod iuratur/ cum il
licitum iuramētū ſicut cum aliquis iurat aliquid iu
Duplex illi= ramentum eſt obligatoꝛium. ¶ Illicitum autem iu=
citū iuramē= ramētum per quod iuratur duplex eſt. aut enim per
tum. quod iuratur eſt licitum ſimpliciter:et in ſe:ſicut cū
aliquis iurat ſe interfecturū hominem:aut non/illi=
citum ſimpliciter et in ſe:ſed alicui:ſicut cum qui vo
uit continentiam:iurat ſe ducturū aliquam vxoꝛem:
non iurat illicituꝫ ſimpliciter: ſed illicitū ſibi ſimpli
citer:⁊ iſte qui eſt in ſacris oꝛdinibus qui iurat ſe du
cturum aliquam vxoꝛem iurat nō illicitum ſimplici=

ter:ſed ſibi illicitū. tenetur enim ad perpetuam con Nota dilig̃
tinentiam:non ex toto:quia non eſt neceſſe ꝙ voueat ter.
continentiā:cū ſuſcepit ſacros oꝛdines:ſed ex cōſti= Conſtitutio
tutione eccleſie: q̄ conſiſtem ꝙ illi qui ſunt in ſacris eccleſie.
oꝛdinibus non cōtra hanc. poteſt enim facere quaſ=
dam perſonas legitimas: ad ꝯtrahendum et quaſ=
dam illegitimas:ſicut in cōſilio nuper fecit de qui=
buſdam perſonis illegitimis ad contrahendū fecit
legitimas: ſed ſiue id quod iuratur ſit illicituꝫ in ſe
ſiue cui iuratur: neutrum iuramentū tenendum eſt:
et de tali illicito dictum eſt pꝛi⁹ ꝙ nullum iuramen=
tum illicitū eſt obligatoꝛiū. ¶ Sed contra. dicit au Cōtra vnū.
guſtinus ꝙ meretrix que iurat ſe ſeruaturam fidem
leccatoꝛi ſuo mala eſt adherendo leccatoꝛi et iuran=
do:peioꝛ autem iuramentum non obſeruando:ergo
peccat tranſgrediendo illud iuramētum:ergo iura=
mentum illud eſt obligatoꝛium:⁊ tamen illud quod
iuratur eſt ſimpliciter et in ſe licitum: ergo eſt falſa:
nullum iuramentum illicitum quantum ad illud qđ
iuratur eſt obligatoꝛium. ¶ Eadem eſt obiectio de Secūdo af.
illo qui iurat diuiſurum ſpolia cuꝫ aliquo:ſi iuret ip
ſum ad rapiendum. Dicit enim Auguſtin⁹ ꝙ magis Auguſtin⁹.
peccat ſi totū retineat ꝙ̄ ſi diuidat:ergo tenetur di=
uidere:ergo iuramentum iſtud eſt obligatoꝛium:et
hoc eſt contra pꝛedicta. ¶ Solutio. iſtud quod facit Solutio.
meretrix partim eſt licitū partim illicitum:cum hec
iurat ſe ſeruaturam fidē leccatoꝛi ſuo iurat ſe adhe=
rere ei ſoli:quantū ad adherentiam illicitū eſt: quan
tum ad excluſionem licitū.vnde ſi adhereat alij/pec
cat periuriando ⁊ ſic iſtud iuramentū partim tenet:
etiã nõ ꝓgreſſiua. ſimiliter etiã hoc eſt additũ. dictũ
eſt antiq̃s. diligite amicos veſtros. dico autẽ vobis
diligite inimicos veſtros: iudei em̃ carnales intelli
gebant ſolu; illũ proximũ eſſe: qui erat proxim⁹ ſm
cognationem carnalẽ: ſed in euangelio intelligitur
noĩe proximi oĩs homo: vt dicit auguſtin⁹.

Triplex eſt additio i euãgelio ſm litteralẽ intelligentiã legis.
¶ Se
cundũ litteralẽ igit intelligẽtiã legis triplex eſt ad
ditio in euãgelio. Prima eſt cõſilioꝝ. Scđa quorũ=
dã p̃ceptoꝝ. Tertia quantũ ad explanationẽ: ſed in
antiq̃ teſtamẽto pauci iudei itelligebãt legẽ ſpũalit̃
ꝛ illi nõ ptinebãt ad vetuſtatẽ: ſ; poti⁹ ad nouitatẽ.
lex eni ſpũalit̃ intellecta ꝛ adipleta: inouabit eos. ſi
cut mãdatũ de dilectione ꝓximi dicit nouũ in. xiiij.
Johãnis. Nõ ideo q: i ſolo teſtamẽto p̃cipiebat (p̃=
cipit enim in veteri) ſed q: inouabat hoĩem. Scđm

Tãtum duplex eſt additio in euãgelio ſm ſenſum ſpũalẽ.
igit ſpiritualẽ intelligẽtiã legis / tm̃ duplex eſt ad=
ditio in euãgelio. ¶ Prima eſt cõſilioꝝ. Secũda eſt
quantũ ad explanationẽ p̃ceptoꝝ. Eſſentialis enim
additio quantũ ad precepta nõ eſt facta in euãgelio
Sed ꝯſilioꝝ facta eſt additio eſſentialis. in lege em̃
ad litterã nõ erant cõſilia: quia populus ille rudis
erat. vnde nõ iudicabant ei opera perfectionis: ꝛ ſi
aliquod cõſiliũ erat ibi erat ſub figura: ſicut in lege
nazareorũ. Nec tamen oĩa cõſilia erant ibi etiã figu
raliter: nõ eni erant in lege figure expreſſe oĩm con
ſilioꝝ que ſunt in euãgelio vt iſtoꝝ. Neminẽ ſaluta=
ueritis in via. lu. x. ꝛ ſimiliũ. quantũ ergo ad p̃cepta
lucem plene expoſitionis addidit dñs in euãgelio.
ſed eſſentialiter addidit dñs cõſilia.

Ad primam rationem.
¶ Ad primam
ergo auctoritatẽ dicim⁹ ꝙ rotã eſſe in medio rote. i.
nouum in veteri: intelligendũ eſt quãtum ad ea ſine

In oppoſitũ
quibus nõ eſt ſalus. Lex eni ſpiritualiter intellecta
cõtinet omnia q̃ neceſſaria ſunt saluti: ſed nõ ꝯtinet
cõſilia.

Ad ſecundã
¶ Similit̃ auctoritas Bede intelligẽda eſt
Lex eni ſpiritualiter cuſtodita nõ litteraliter tantũ
conferebat vitam eternã. i. meritũ vite eterne. Non
eni ante incarnationẽ ſancti patres intrabãt paradi
ſum: lex ergo ſpiritualiter intellecta quantũ ad p̃ce
pta/tantũ continebat quantũ euangeliũ: ſed nõ ſim
pliciter. ¶ Sed videt auctoritas Bede repugnare

Replicat cõtra ſolutiões ad ſecũdam.
auctoritati domini q̃ dicit. Niſi abũdauerit iuſticia
veſtra. ꝛc. Sed iuſticia ſcribarũ ꝛ phariſeoꝝ intelli=
genda eſt de iuſticia legis litteralit̃ cuſtodite: q̃ ſine

Solutio replice.
dubio nõ ꝯferebat vitã eternã. Beda autẽ itelligit
de iuſticia legis ſpũaliter cuſtodite: ꝛ ſic non eſt cõ=
trarietas. ¶ Similit̃ dicim⁹ de auctoritate auguſti

Ad tertiam.
ni: lex eni ſpũaliter intellecta omnia mala prohibet
omnia bona p̃cipit. vnde quantũ ad p̃cepta tantũ cõ
tinet quantũ euangeliũ: ſed nõ quantũ ad conſilia.

Ad quartã.
¶ Ad auctoritatẽ origenis dicim⁹ ꝙ euãgeliũ non
eſt diminutũ in aliquo morali reſpectu legis: ſed cũ
virt⁹ cõſiſtat in medietate quo ad nos: et per circun
ſtãtias habeat poni in medio: aliq̃d fuit aliq̃n mot⁹
alicui⁹ virtutis quod modo nõ eſt: ꝛ hoc accidit pro
pter circũſtãtias diuerſas: ſicut lapidare adulterã/
aliq̃n fuit opus iuſticie: ꝛ modo nõ eſt. Eodẽ modo

Decime reddende ſunt ſm conſuetudinẽ regionis.
ſine p̃iudicio melioꝝ ſentẽtie dicim⁹ ꝙ decime red
dende ſunt ſm conſutudinem regiõis. vnde ſi in ali
qua regione nõ redderent vere decime/ nichil depe
rit virtuti. Intẽtio eni dñi i p̃cepto de decimis fuit
vt eſſet cibus i domo dñi. vnde ſi ali⁹ ſit cibus in do

Intẽtio dñi in p̃cepto decimarum.
mo dñi: ſm conſuetudinem reddere min⁹ q̃ veras
decimas erit opus virtutis: tamẽ nõ erat op⁹ virtu
tis in veteri lege: q: leuite nõ habebant aliũ cibum.
¶ Sciendũ autẽ ꝙ lex dicit neminẽ adduxiſſe ad ꝑ

Pria cauſa.
fectũ trib⁹ de cauſis. ¶ Prima eſt: q: nemini oſten=
dit viam ꝑfectionis: in lege enim nõ erant conſilia.
¶ Secunda eſt: quia vt in pluribus ſm generalem

Scđa cauſa
ſtatum ſuum implebat ex amore ſeruili qui non eſt
ꝑfectoꝝ: ſed incipientiũ. ¶ Tertia eſt: quia lex etiã

Tertia cã.
ſpiritualiter impleta ante icarnationẽ: neminẽ peni

Ayuntamiento de Madrid

tus abſoluit a culpa ⁊ pena. imo antiqui pr̄es deſcē
Queritur. debāt ad inferos. ¶ Sȝ hic q̄ritur quare dn̄s in illa
ſupadditiōe quā fecit in euāgelio Mathei/ ſolū ad=
didit cōſilia ptinentia ad manſuetudinē ⁊ caritateȝ:
cū etiā alie virtutes habeāt ſua cōſilia: dicit em̄ au=
diſtis: q: dictū eſt antiq̄s: oculū p:o oculo: dentē p
dente. Ego autē dico vobis nō reſiſtere malo; ſed ſi
q̄s percuſſerit te in dextrā maxillaȝ: p:ebe ei ⁊ alte=
rā. Ecce ꝯſiliū māſuetudinis cōſiliū vero caritatis
eſt: diligite inimicos/ benefacite illis q̄ oderūt vos
⁊ o:ate p:o pſequētib⁹ vos. ⁊c̄. ¶ Solutio ad hoc ē:
ꝙ dn̄s docebat ibi diſcipulos ſuos: quoꝝ p̄dicatōe
⁊ doctrina hoīes attrahendi erāt ad amorē dei: ſed
nullo modo alio meli⁹ attraherētur q̄ȝ per māſuetu
dinē ⁊ amorē. ⁊ pp̄ter hoc ſolū ibi addidit ꝯſilia mā=
ſuetudinis ⁊ amoris. Alibi tn̄ addidit ꝯſilia ꝯtinen=
tie ſicut ibi math. xix. Sūt eunuchi qui caſtrauerūt
ſe pp̄ter regnū celoꝝ. ⁊ ꝯſiliū de mia: ſicut ibi math.
Inuitat nos x. xix. ⁊ mar. x. Si vis perfect⁹ eſſe vade ⁊ vende oīa
euangelium q̄ habes ⁊ da pauperib⁹. ⁊ iſtis quattuo: cōſilijs ha=
ad quattuo: bitis per ꝯſequens habentur conſilia aliaꝝ virtutū
conſilia. vt patet in ſingulis diligenter intuenti.

¶ Tertius tractatus.

¶ De ſacramentis noue legis in cōmuni.

DIcto de ſacramēto veteris legis. dicēdū
eſt de ſacramētis noue legis. q̄ ſunt quaſi
quedā medicine ſpūales collatiue ſpūa=
ſamaritanuſ lis ſanitatis. Magn⁹ eni medic⁹ ad ma=
p quē intelli gnū egrotū veniens vt dicit auguſtin⁹ ſcȝ ad hūanū
git xp̄us. vi= gen⁹ qđ vbiq̄ȝ iacebat egrotū: vulnerib⁹ ſauciatū: q̄
de Lu. x. inciderat in latrones ⁊ ſemiuiu⁹ relict⁹ fuerat: infu
dit vinū ſcȝ auſteritatē cōminationū ⁊ oleū. i. blādi=
mēta pmiſſionū. alligās vulnera ſalutarib⁹ p̄ceptis
vel ſacramētis. Sacramēta eni noue legis ſalutem
ſpūalē ꝯferūt. Attulit eni ille magn⁹ medicus oms
Eſt quadru= cauſas ſpūales ſanitatis. ¶ Et pbatur ꝙ cauſe ſani
plex medici= tatū ſpiritualiū nō ſunt niſi quattuo: ad modū co:=
na ſpūalis. po:aliū. Eſt eni quedā curatiua ⁊ q̄dā ꝯſeruatiua et
Sufficiētia q̄dā p̄ſeruatiua et q̄dā melio:atiua. Cauſa curatiua
ſacramento= ſiue itroductiua ſpūalis ſanitatꝭ duplex eſt. q̄dā eni
ruȝ ſūpta ex totalit̄ ⁊ ſil̄ curat vt baptiſm⁹: q̄ quātū in ſe eſt delet
diuerſis dif= oēm culpā ⁊ oēm penā. quedā aūt medicina ſpūalis
ferētijs me= paulatim ſanat ſicut penitētia. vn̄ i euāgelio math.
dicinarum. iiij. Agite penitētiā. app:opiquabit em̄ regnū celo=
Penitentia. rū. p penitētiā eni magis ac magꝭ app:opinquam⁹
ad regnū celoꝝ. paulatim eni purgat̄ penitens quā
tū ad penā quouſq̄ȝ nulli⁹ pene debito: ſit: ⁊ tūc ime
diate eſt ꝯiunct⁹ regno celoꝝ. Si eni tūc decederet
Cecus illu= ſtatim euolaret. Et ꝙ penitētia paulatim purget ſi=
minatus fi= gnificatū eſt in quarto marci in illumiatiōe ceci. qui
gurabat pe= p:imo vidit hoīes velut arbo:es ābulātes: poſtea ve
nitentem. ro pfecte vidit. Medicina ꝯſeruatiua ſpūalis ſanita
Cōfirmatio tis eſt ꝯfirmatio in qua datur ſpūſſanctus ad robur
⁊ ad cōſeruationē gr̄e date in baptiſmo. Medicina
Matrimo= vero p̄ſeruatiua pp:ie eſt matrimoniū. cōcupiſcētia
nium. em̄ carnalis p:ona eſt in turpitudinis ruinā. excipit̄
honeſtate nuptiaꝝ/ vt actus non ſit pctm̄ mo:tale q̄
Ordo. alias eēt peccatū mo:tale. Medicina vero ſpiritua=
lis tantū melio:atiua/ eſt ſacramentū o:dinis i quo
Extrema vn melio:atur gratia ⁊ augmentat̄. Similiter extrema
ctio. vnctio medicina eſt melio:atiua. ſecurio:ē eni red=
dit hoīem ⁊ in melio:i ſtatu ponit. eſt etiā quedā me
dicina ſpiritualis: q̄ eſt cōſeruatiua ⁊ melio:atiua ⁊

p̄ſeruatiua ⁊ curatiua: ſicut eucthariſtia: q̄ confirmat euchariſtia.
gr̄am inuentā in hoīe: ⁊ ita ꝯſeruat: panis eni co: ho
minis ꝯfirmat: eſt ⁊ melio:atia. expellit eni venialia
q̄ ſūt occaſio ruine ſpūalis. vnde aucto:itas: vitaſti
grandia caueas ne ob:uarꝭ arena. Eſt etiā q̄dā me=
dicina reſumptiua q̄ reducit̄ ad curatiuā: curatꝭ em̄
co:po:aliter/ datur quedā medicina reſumptiua: ſi=
cut electuariū ꝯfo:tatiuū vel opiata ad ꝯſolidandū Electuariū ⁊
mēb:a ⁊ recuperandū vires: vel dieta ſubtilis ⁊ ꝯue opiata ⁊ die=
niens. Silr̄ adultis baptiſatis ſm̄ conſuetudinem ta ſubtil̄ dā=
eccleſie dat̄ euchariſtia tanq̄ȝ medicina reſumptiua tur his qui d̄
ad reficiendū aīam ⁊ p̄ter has ſpecies cauſaꝝ ſanati nouo curati
uaꝝ/ impoſſibile eſt alias inueniri: ⁊ pp̄ter hoc ſuffi= ſūt a mo:bo.
ciūt illa ſeptē ſacramēta q̄ dicta ſunt. ¶ Sed cū di= Ar̄ ꝙ ſacra=
ctū ſit ꝙ ſacramēta noue legis conferāt gr̄am: nō er menta nō cō
go ſolus de⁹ confert gr̄am: neq̄ȝ ſolus de⁹ dimittit ferant gr̄am
pctm̄ quod manifeſte falſum eſt ¶ Ad hoc dicendū Solutur ar
eſt ꝙ cū dicit̄ ſacramēta iuſtificāt: attribuitur ꝯtinē gumentum.
ti/ qđ eſt cōtenti. Eſt eni ſenſus: gr̄a ꝯtenta in ſacra=
mētis iuſtificat. vn̄ ſacramēta nō iuſtificāt tāq̄ȝ cau=
ſa efficiens: ſȝ tanq̄ȝ cauſa materialis. quiq̄ȝ eni ſunt
q̄ ſanāt co:pus: ad ſimilitudinē quo:ū q̄nq̄ȝ dicūtur Quiq̄ȝ ſanā=
ſanare aīam: de⁹ eni ſanat co:pus aucto:itatiue/ me tia aīaȝ ad ſi
dicina ſanat effectiue: dieta ꝯſeruatiue: vas medici militudineȝ
(ſicut d: vulgariter: pixis iſta ſanauit me) tanq̄ȝ illđ co:ū quiq̄ȝ q̄
in quo dat̄ medicina: medicus do ſanat miniſterio. ſanāt co:p⁹.
Eodē mō deus iuſtificat aucto:itate. Gr̄a iuſtificat
vt medicina expellens mo:bū ſpiritualē. Impletio
mādato:ū dei tāq̄ȝ dieta. Sacramēta iuſtificāt tāq̄ȝ
medicinalia vaſa: q: in ipſis ſacramētis datur gr̄a.
Sacerdos aūt iuſtificat tanq̄ȝ miniſter: ⁊ pp̄ter hoc
nō valet/ ſacramenta iuſtificāt: nō ergo ſolus deus.
¶ Sed videt̄ ꝙ hoc ſit falſum: quia pixis nō habet Ar̄ ꝙ ſacra=
virtutē aliquā ſanandi: ſȝ ſacramēta iuſtificāt effica= menta nō bn̄
cia ſua. ¶ Ad hoc nos dicim⁹ ꝙ nō eſt penitus ſimi ſint ꝯparata
le: ſed tūc eſſet penitus ſimile: ſi eſſet tantum vna pi= pixidi.
xis/ in qua daret̄ medicina: ⁊ nō in alia: vl̄ ſi daretur Solutio ar=
in alia nō pdeſſet: ſicut baptiſm⁹ ſi fieret i alio liquo gumenti.
re q̄ȝ in aqua nō pdeſſet: habet eni aqua vim regene
ratiuā vt dicit aucto:itas ꝙ tāta eſt vis aque vt co:=
pus tangat ⁊ mentem abluat.

¶ De baptiſmo iohānis ⁊ p:imo
vtrū ſit baptiſm⁹. Capl'm p:imū.

POſtq̄ȝ dictū eſt de ſacramentis noue legꝭ
in cōmuni ꝯſequēter dicendū eſt de vno=
quoq̄ȝ per ſe. Et p:imo de baptiſmo q̄ eſt
ſacramentū intrantiū. Eſt aūt duplex ba= Duplex ē ba
ptiſm⁹/ ſcȝ baptiſm⁹ Johannis: ⁊ baptiſm⁹ Chriſti. ptiſm⁹ ſcȝ io
Primo dicēdū eſt de baptiſmo Johānis. Circa quē hānis et xp̄i.
p:imo querendū eſt vtrū ſit ſacramentū. ſcđo vtrum
cōferat gratiā. tertio vtrū baptiſm⁹ Johānis in im=
poſitione manuū equipollet baptiſmo Chriſti. Cir= Ar̄ ꝙ baptiſ
ca p:imū pbatur ꝙ baptiſm⁹ iohānis eſt ſacramen= mus iohā. ſit
tū. Eſt eni ſacre rei ſignū. ergo ſacramentū ve. legis ſacramentū.
vel noue: nō veteris hoc conſtat: ſi noue: ergo efficit
qđ figurat: ergo ꝯfert gr̄am: ⁊ hoc falſum eſt vt oſtē=
detur poſtea. ¶ Ad hoc dicūt magiſtri ꝙ baptiſm⁹ Solutio p:i
iohānis eſt ſacramentū non tamen ve. le. vel no. ſed ma.
mediū: inquantū eni non efficit quod figurat habet
ſimilitudinē cū ſacramētis ve. le. inquantū autē cuȝ
impoſitiōe manuū fiebat equipollet baptiſmo chri=
ſti: et ſm̄ illem impoſitionem/ habet ſimilitudinem Solu. ſcđa.
cum ſacramentis noue legis. ¶ Vel poteſt dici ꝙ

Ayuntamiento de Madrid

medium eſt inquātū ꝓceſſit baptiſmū chriſti: ⁊ ꝓparabat hoīes ad baptiſmū xp̄i. ¶ Querit̄ ḡ vtrū baptiſmus iohānis ꝯferret gratiā: videt̄ ꝙ ſic. Quia in principio Marci dr̄. Erat iohānes baptiſans ī deſerto: et p̄dicās baptiſmū penitētie in remiſſionē pctōꝝ. ḡ cōferebat grām. ¶ Itē videt̄ Hiero. dicere ꝙ illi q̄ baptiſati erāt baptiſmo iohānis ⁊ fidē habebant de patre ⁊ filio ⁊ ſpūſctō nō rebaptiſabant̄ ab apl̄is: ergo nō indigebant baptiſmo chriſti: ergo habebāt remiſſionē peccatoꝝ: nō niſi ꝑ baptiſmū iohānis. ergo baptiſmus iohānis faciebat remiſſionē peccatoꝝ: ergo cōferebat gratiā. ¶ Itē. ſi nō cōferebat grām nec aliquo mō mūdabat: ꝓ nichilo ergo fiebat. ſi ꝓpter hoc dicat̄ ꝙ ꝯferebat gratiā. ¶ Cōtra. ip̄e ioh. dicit in pricipio marci. Ego baptiſo vos in aqua: ille ꝟo baptiſabit vos in ſpūſctō. ergo baptiſmꝰ iohānis nō cōferebat ſpiritūſctm̄: ⁊ ita nō ꝯferebat gratiā. Itē. in principio actuū/ iohānes q̄dē baptiſauit aqua: vos aūt baptiſabimini ſpūſctō. ¶ Itē dic̄ Augu. baptiſauit iohānes/ ⁊ baptiſatū nō ē: baptiſauit iudas ⁊ baptiſatū ē: qꝛ iudas ꝯferebat baptiſmū xp̄i miſſus a xp̄o ad hoc: iohānes vero nō ꝯferebat baptiſmū xp̄i/ ſꝫ tm̄ baptiſmū ſuū: qꝛ in baptiſmo iohānis tm̄ fuit opꝰ iohānis: ſed ablutio exterioꝛ in baptiſmo iude nō fuit ſolū opꝰ iude/ ſꝫ etiā opus dei: ſcꝫ ablutio iterioꝛ. ergo baptiſmꝰ iohānis nō abluebat interius: ⁊ ita nō cōferebat gratiā. ¶ Ad hoc diſtinguit magiſter in ſentētijs ꝙ illi q̄ baptiſati erāt baptiſmo ioh. ſi nō habebant fidē de ſpūſctō rebaptiſabant̄ baptiſmo xp̄i: ſi vero habebant fidē de tota trinitate ⁊ baptiſati erāt baptiſmo iohānis nō oportebat eos baptiſari baptiſmo xp̄i: ſed tm̄ imponebant manus ſuper illos ⁊ accipiebāt ſpm̄ſctm̄: ⁊ īpoſitio manus ⁊ baptiſmꝰ ioh. equipollebāt baptiſmo xp̄i. Et videt̄ magiſter hanc diſtinctionē habuiſſe ab auctoritate Hiero. ⁊ etiā ab ip̄o textu actuū: habet̄ em̄ in. xix. actuū ꝙ cū paulus veniret epheſum ⁊ inueniret quoſdā de diſcipulis: dixit ad eos: ſi ſpm̄ſctm̄ accepiſtis credētes: at illi dixerūt ad eū: ſꝫ neq̄ ſi ſpūſſctūs ē audiuimꝰ: ille ꝟo ait: ī quo ḡ baptiſati eſtis. q̄ dixerūt: ī iohānis baptiſmate: dixit aūt paulꝰ/ iohānes baptiſauit baptiſmo penitētie dicēs in eū q̄ venturus eēt poſt ip̄m/ vt crederēt: hoc ē ī ieſum: his auditis baptiſati ſūt ī noīe dn̄i ieſu. patet ḡ ex hoc textu ꝙ illi q̄ baptiſati erāt baptiſmo iohānis ⁊ nō credebāt in ſpm̄ſctm̄ baptiſati ſūt baptiſmo xp̄i. ī octauo aūt actuū habet̄ ꝙ cū audiſſent apl̄i q̄ erāt hieroſolymis qꝛ recepiſſet ſamaria verbū dei miſerūt ad eos petrū ⁊ iohānē/ q̄ cū veniſſent oꝛauerūt ꝓ ip̄is vt acciperēt ſpm̄ſctm̄. nōdū em̄ in quēq̄ illoꝝ venerat: ſed baptiſati tm̄ erāt in noīe dn̄i ieſu. ſup hunc locū dicit glo. tincti aqua: nō inuncti ſpūſancto ⁊ ita baptiſati erant baptiſmo ioh. q̄ coꝛpus abluebat/ ⁊ ſpm̄ non conferebat. ⁊ poſt ſequit̄: tunc imponebant manus ſuper illos ⁊ accipiebant ſpiritūſanctum.

Ar̄ primo ꝙ baptiſmꝰ iohā. ꝯferebat gratiā. — Secūdo. — Tertio. — In oppoſitū — Secundo. — Tertio. — Solutio ſm̄ magiſtrū. — Cōfirmat̄ dictū magiſtri

¶ Utrum baptiſmus iohannis/ ⁊ manuū impoſitio apoſtoloꝛum equipollet baptiſmo chriſti?

SEcūdū hūc textū baptiſmꝰ iohānis ⁊ impoſitio manuū apoſtoloꝝ equipollebant baptiſmo xp̄i/ ex quo illi nō ſunt baptiſati. ¶ Scd̄m iſtos qui ita diſtinguūt oportet diſtiguere duplicē manꝰ impoſitionē. Unā q̄ iuēta fuit ad hoc vt ſuppleret defectū baptiſmi iohānis ad habēdū baptiſmū xp̄i: ⁊ aliā ad dādū ſpm̄ſctm̄ ad robur. prima modo ceſſat ſicut baptiſmus iohānis. ſecūda manet quā faciunt epiſcopi in cōfirmatione qui ſunt in loco apoſtoloꝝ. ¶ Sed ꝓbatur ꝙ precedēs diſtictio nō debeat fieri. primo ꝑ auctoritatē iohānis: qui dicit. ego baptiſo in aqua: ille vos baptiſabit in ſpūſancto. ip̄e iohānes nullaꝫ facit diſtinctionē in baptiſmo ſuo/ imo vniuerſaliter diuidit baptiſmū ſuū a baptiſmo chriſti: ponēs illū eſſe in ſpūſancto: ſuū tm̄ in aqua. innuit etiā oēs baptiſatos baptiſmo chriſti dicens: ego vos baptiſo/ ille vos baptiſabit. eoſdem em̄ demonſtrat ꝑ hoc pronomen vos: hinc ⁊ inde. ergo ex quo ip̄e non diſtinguit quoſdā baptiſandos baptiſmo ſuo rebaptiſandos baptiſmo xp̄i: quoſdā nō: nec nos debemꝰ diſtiguere. ¶ Itē. illa manꝰ īpoſitio q̄ fiebat poſt baptiſmū iohānis aut iprimebat caracterē in aīa: aut nō. ſi imprimebat. Cōtra. nō habebat ſimilitudinē cum caractere. ḡ nō nō imprimebat: nec baptiſmus ioh. imprimebat/ qꝛ nichil apparuit ī anima. ergo nō equipollebant illa duo baptiſmo chriſti: qꝛ verus baptiſmus caracter eſt/ vel caracterē imponit. ¶ Item in baptiſmo chriſti nō fuit cōſimilis diſtinctio. verum em̄ baptiſmū recipit qui non ficte accedit ad baptiſmū. fictus autē dicit̄ qui habet propoſitū nō credendi/ vel propoſitū non penitendi. quilibet alius verū baptiſmū habet ſine diſtinctione. ergo in baptiſmo ioh. nulla debet eſſe diſtinctio quantū ad nō ficte accedentes. ergo nulli vel omnes rebaptiſandi ſunt. ¶ Item. ſuper illū locū/ Tunc imponebant manus ſuper illos. dicit gloſa: initiū habuit manuū impoſitio: ergo illa manuū impoſitio erat qua dabat̄ ſpūſſanctus ad robur: ſed illa nō fuit niſi poſt baptiſmū chriſti. ¶ Propter hoc dicunt generaliter magiſtri ꝙ oēs baptiſati baptiſmo Iohānis/ baptiſandi erāt baptiſmo chriſti. vnde in hoc nō cōſentiūt magiſtro ſentētiarū: ſed oēs expoſitores ⁊ oēs magiſtri ī hoc ꝯueniūt: ꝙ baptiſmus Iohānis nō ꝯferebat grām. ¶ Ad primā ergo auctoritatē dicimꝰ: ꝙ ſic itelligēda eſt. Erat iohānes in deſerto baptiſans baptiſmo ſuo: et predicans baptiſmū penitentie in remiſſionē pctōꝝ. i. predicans baptiſmū chriſti. baptiſmus em̄ Iohānis erat baptiſmus penitentie tm̄. i. Iohānes docebat penitere cū baptiſabat: ſꝫ baptiſmꝰ chriſti erat baptiſmus penitentie in remiſſionē peccatoꝝ. ¶ Ad auctoritatē Hieronymi dicimꝰ ꝙ baptiſati a Iohāne nō indigebāt baptiſmo chriſti. i. nō adeo indigebāt ſicut nō baptiſati: qꝛ fides in articulo neceſſitatis ſupplet vicē baptiſmi. ¶ Ad aliud qd̄ querit̄ ad quid fiebat baptiſmꝰ Ioh. ſi nō ꝯferebat gratiā: dicimꝰ ꝙ duabꝰ de cauſis fiebat. Prima ē ꝓpter deuotionē ſuſcipientiū. Scd̄a eſt: qꝛ ſicut Ioh. p̄dicando ꝓparabat viā chriſto: ⁊ ita baptiſmꝰ preparabat hoīes ad baptiſmū xp̄i: ſicut dicit̄ ī malachia. Ecce mitto angelū meū q̄ ꝓparabit viā tuā an̄ te. ꝑ baptiſmū autē ſuū ꝓparabit Ioh. viā chriſto/ ⁊ in hoc ꝙ aſſueſcebat hoīes ad baptiſmū ſuſcipiendū: vt ſic facilius inducerent̄ hoīes ad ſuſcipiendū baptiſmū xp̄i ⁊ in hoc ꝙ ꝑ baptiſmū Ioh. reuelatꝰ eſt xp̄s in iſrl̄: ⁊ ita ꝑ baptiſmū Ioh. īcepit manifeſtari via q̄ eſt xp̄s: ſicut em̄ dicit btūs Aug. ſup Ioh. ideo principalit̄ dignitas baptiſandi data eſt Ioh. vt baptiſaret xp̄m.

Duplex īpoſitio manuū. — Cōtra illam diſtinctionē arguit̄. — Secundo. — Tertio. — Quarto. — Baptiſati baptiſmo iohā. erāt baptiſādi baptiſmo xp̄i: ꝯ magiſtrū ſniarū — Ad primū. — Ad aliud. — Ad aliud. — Duplici de cauſa fiebat baptiſmꝰ iohānis. — Prima cā. — Scd̄a cauſa — Auguſtinꝰ.



Ayuntamiento de Madrid

Prima cā.

¶ Baptiſauit aūt chriſtū trib⁹ de cauſis. Prima eſt vt appareret in hoc hūilitas xp̄i q̄ eſt prima manifeſtatio vie: ſicut ipe dn̄s dicit i matheo. ſic docet nos iplere oēm iuſticiā. i. plenā hūilitatē q̄ ꝯſiſtit in hoc φ maior ſubiicit ſe minori. ⁊ hec hūilitas primo apparuit i xp̄o: qn̄ baptiſat⁹ ē a iohāne.

Secunda cā

¶ Scd̄a cauſa eſt vt i baptiſmo quo baptiſat⁹ ē xp̄s a iohāne appareret dignitas xp̄i ⁊ poteſtas ei⁹: dignitas eo φ pater de nube dixit de ip̄o. Hic eſt fili⁹ me⁹ dilect⁹ ⁊c̄. poteſtas in eo φ de⁹ paṫ dixit: iohā. certificās ip̄m. hic ē q̄ baptiſat. xp̄s eni poteſtatē baptiſandi interi⁹ nulli alij hoi dedit vt poſtea dicet̄.

Tertia cā.

Tertia cā q̄re baptiſm⁹ eſt xp̄s a iohā. eſt: vt exēplo ſuo iſtrueret homines: vt null⁹ quātūcunqȝ bon⁹/quātūcūqȝ dign⁹: dedignet̄ ſuſcipe baptiſmū dn̄i: a quocūqȝ det̄ cū dn̄s min⁹ ſuſceperit baptiſmū ſerui. Iȝ aūt ideo pricipaliṫ data ſit ptās baptiſādi iohāni: vt baptiſaret xp̄ȝ: non tn̄ ſol⁹ xp̄s baptiſat⁹ fuit baptiſmo ioh. ſed multi alij: ideo ne ſi ſolus xp̄s baptiſat̄ baptiſmo ioh. baptiſm⁹ ideo videret̄ dignior et melior baptiſmo xp̄i.

Ad aliud.

¶ Ad aliud qd̄ obiectū eſt φ illi de ſamaria q̄ fueṙt baptiſati baptiſmo ioh. nō fuerunt baptiſati baptiſmo xp̄i: ſed tn̄ iposite fuerūt eis man⁹: dr̄ φ falſum eſt/imo fuerūt baptiſati baptiſmo xp̄i: lȝ nō ſit dictū multa em̄ ſunt fctā q̄ dicta nō ſunt vl' ſcripta: illa em̄ ipoſitio manuū nō fuit alia q̄ȝ illa quā faciūt ep̄i i cōfirmatōe: q̄ ſine dubio n̄ hȝ fieri niſi p⁹ baptiſmū xp̄i

¶ De baptiſmo xp̄i: primo qd̄ ſit baptiſmus.

¶ Capitulum ſecundum.

Sex q̄runt̄.

Dicturi de baptiſmo xp̄i. prio videndū eſt q̄re baptiſm⁹ ſucceſſit circūciſiōi: ⁊ qd̄ ſit ip̄e baptiſm⁹. ſcd̄o de ptāte baptiſmi. tertio de forma baptiſmi. quarto de baptiſmo puuloꝝ q̄ baptiſant̄ in articulo neceſſitatis ſine ſolēnitate aliq̄: vtrū poſt baptiſmum ſint exorciſandi ⁊ cathezizādi: et qd̄ valeat cathecismus ⁊ exorciſm⁹ poſt baptiſmū. q̄nto vtrū ſit baptiſm⁹ extra eccl'iam: qd̄ eſt vtrū iudei vel heretici vel pagani baptiſent. ſexto ⁊ vltimo de vnico baptiſmo: vnica fides: vnū baptiſma.

Prima cā ꝓpter quā baptiſmus ſucceſſit circūciſioni.

¶ Succeſſit igiṫ baptiſmus xp̄i circūciſiōi/duab⁹ de cauſis. Pria eſt q2 maior cumulus gr̄e ſignificat̄: ⁊ dat̄ ꝑ baptiſmū q̄ȝ ꝑ circūciſionē circūciſio ei inq̄ȝtū circūciſio nō ſignificat niſi remiſſionē pcti: ſed baptiſm⁹ ſignificat remiſſionē pcti/ et infuſionē gr̄e ⁊ extictionē mūdane ⁊ hūane cupiditatis: ⁊ ſaltū ſpūalē i vitā eṫnā: qd̄ ptȝ ꝑ ꝓprietates aq̄.

Proprietates aque.

Aqua em̄ abluit ⁊ reficit et extinguit/et ſalit tā alte quātū ab alto loco deſcēdit: ⁊ mlt̄a alia facit.

Scd̄a cauſa

Scd̄a cā eſt q̄re baptiſm⁹ ſucceſſit circūciſiōi: q2 color eſt: baptiſant̄ tā mares q̄ȝ femīe ⁊ nō circūcidebant̄ niſi mares

Diuerſe opiniones.

¶ De eſſentia ei baptiſmi diuerſi diuerſa ſentiūt. Quidā ei dicūt φ aq̄ inquātū abluēs ſiue ablutio aq̄ eſt baptiſm⁹. ſȝ hoc videt̄ falſum: q2 q̄ȝdiu iſte viuit/baptiſmū habet: ſȝ nō hȝ aquā abluētē vel ablutionē aq̄: iſta em̄ trāſeūt. g̊ aq̄ abluens vel ablutio aq̄ nō eſt baptiſm⁹.

Cōtra hanc arguitur.

Alia opinio

¶ Propṫ hoc dicūt alij φ baptiſm⁹ eſt quoddā ꝑmanēs. ſ. character impreſſus aīe ad diſtinguēdū hoiem baptiſatū a nō baptiſato: ſicut circūciſio diſtiguebat iudeū a gentili.

ꝯ hanc aṙ.

¶ Sed ꝯ. ſacr̄m eſt inuiſibilis gr̄e/viſibilis forma: ſed character ille nō eſt iuiſibilis gr̄e/nec viſibilis forma: q2 nō eſt viſibilis/cū ſit tn̄ in aīa: ⁊ ita nō eſt ſacramētū/ et ita nō eſt baptiſm⁹.

Secundo.

¶ Itē. ſignū eſt qd̄ ꝑ ſpeciē quā igerit ſenſib⁹ aliud facit ⁊ in aīo venire: hec deſcriptio non ꝯuenit characteri: q2 ille character nullā ſpeciē igerit ſenſib⁹. g̊ ille character nō eſt ſignū: ergo non eſt ſacr̄m. g̊ non eſt baptiſm⁹.

Tertio.

¶ Itē ſi ille character eſt ſignū: ergo alicui ſignū: ergo hoi aut angelo: et non homini/quia nō videt ip̄m homo. ſi autē angelo. Cōtra. angelus nō indiget illo ſigno: videt em̄ om̄ia in ſpeculo eṫnitatis. videt ergo ibi qualiter fideles ab infidelib⁹ diſtinguūtur: ergo nō indiget charactere aliquo ad huiuſmodi diſtinctionē faciendā: ergo ſuꝑfluit character ille.

Quarto.

¶ Itē. character ille de aliquo p̄dicamēto eſt: nō niſi de p̄dicamento qualitatis. ergo cū ſit i anima/aut erit habit⁹/aut diſpoſitio/ aut potentia/aut paſſio/aut paſſibilis q̄litas. quartū em̄ gen⁹ qualitatis nō eſt in anima: ſed nō eſt paſſio vel paſſibilis qualitas vt videtur: paſſiones em̄ aīe ſunt iſti: ira/gaudiū/dolor/⁊ huiuſmodi. ⁊ conſtat φ character ille nō eſt tale quid.

Quinto.

¶ Item. nō eſt naturalis potentia: hoc cōſtat. Si dicatur φ eſt habitus: ergo abilitat animā vel ad bonū vel ad malum. ſi ergo ad bonū eſt igitur veritas vel ſcientia: et hoc falſum. in paruulo em̄ eſt ille character in quo nulla ſcientia: ⁊ in exiſtente in mortali peccato in quo nulla eſt virt⁹ ſi diſponit ad malū: eſt ergo vitiū: ⁊ hoc falſuȝ videt̄. ergo nichil eſſe.

Euaſio.

ꝯ hanc aṙ.

Secundo.

¶ Item. ſacramētū eſt forma ſignificatiua inuiſibilis gratie ⁊ effectiua: ⁊ hec ratio propriſſime cōuenit aque inquātū abluēs ſiue ablutioni aque. eſt em̄ aqua abluens viſibilis forma. hoc ꝑ ſe patet: ⁊ eſt ſignificatiua iuiſibilis gratie. ſicut em̄ aqua abluit ⁊ mūdat/⁊ ſic gr̄a. ⁊ ſicut aqua reficit/ſic ⁊ gr̄a. ⁊ ſic de alijs ſilitudinib⁹.

Tertio.

¶ Itē. aq̄ abluēs eſt effectiua iuiſibil' gr̄e: dicūt em̄ ſcti φ dn̄s tactu mūdiſſime carnis ſue vim regeneratiuā ꝯtulit aq̄s. Et Augu. dicit φ tāta ē vis aq̄ vt corp⁹ tāgat ⁊ mentē abluat: g̊ aq̄ abluēti ꝓpriiſſime ꝯuenit rō ſacramēti: g̊ aq̄ abluēs vl' aq̄ ablutio ꝓpriiſſime ē ſacr̄m baptiſmi ⁊ ita ē baptiſm⁹: hoc etiā videt̄ ꝑ Aug. q̄ dicit φ baptiſm⁹ ē tinctio i aq̄: v̄bo vite ſig̃ta: g̊ baptiſm⁹ eſt ablutio q̄ fit ꝑ aquā.

Auguſtin⁹.

In oppoſitū

¶ Sȝ ꝯ. dicit Ioh. damaſcen⁹ φ ꝑ baptiſmū dant̄ nobis primitie ſpūs/pricipiū alteri⁹ vite ſcȝ ſpūalis ē regn̄atio ⁊ baptiſm⁹ ē ſygillū ⁊ cuſtodia ⁊ illumīatio: g̊ baptiſm⁹ ē ſygillū: g̊ ē character.

Solutio.

¶ Ad hoc nobis videt̄ dicēdū φ nec ſola aq̄ abluēs vl' ablutio aq̄ ē baptiſm⁹/nec ſol⁹ character: ſȝ illa duo ita φ vtraqȝ ſūt vn⁹ baptiſm⁹: ⁊ ſūt vnū ſacramētū ab vnitate gr̄e ſignate/lȝ diuerſa ſint ſm eſſentiā ſicut ille tres voces alb⁹ alba albū ſūt vnū nomē ab vnitate rei ſig̃te/⁊ vnitate ſignificatōis.

Ad vltimū.

¶ Et ꝑ hoc ptȝ ſolutio ad vltio obiec. Cōcedim⁹ em̄ φ vnctio i aq̄ ē baptiſm⁹: ⁊ etiā ip̄e character ē baptiſm⁹ ne ꝯdicāt ſibi Augu. ⁊ Ioh. damaſ. ſicut i ſacro eucharíſtie forma panis ⁊ vini ſacr̄m eſt ⁊ ip̄m vnū corpus xp̄i: qd̄ traxit de v̄gine ſacr̄m ē: oīa tn̄ q̄ ibi ſunt demōſtrāt vnū ſacr̄m euchariſtie.

Ad primū

¶ Ad primū g̊ dicim⁹ φ nō valet hec argumētatio: aq̄ abluēs vl' ablutio aq̄ trāſit ⁊ baptiſm⁹ manet: g̊ aq̄ ē baptiſm⁹: licet em̄ trāſeat inq̄ȝtū aq̄ abluēs: tn̄ manet inq̄ȝtū character. iſtātia. hec vox alba nō manet: g̊ ⁊ hoc nomē nō manet: g̊ hec vox alba nō ē hoc nomē. lȝ em̄ hoc nomen nō maneat ſub hac voce: tamen manet ſub alia

Ad aliud.

¶ Ad illd̄ qd̄ obiectū ē φ character nō ē baptiſm⁹/ cū nō ſit viſibilis forma. dicim⁹ φ nō oportet q̄cq̄d ē i ſacr̄o eē viſibilē formā: ſȝ ſufficit φ ſȝ aliq̄d ſui ſit

Ayuntamiento de Madrid

viſibilis forma: in ſacramēto eñ euchariſtie corpus
xp̄i vnū qđ traxit de ṽgine: nō eſt viſibilis forma ad
min⁹ q̄tū ad nos: ſʒ forma panis: forma vini viſibi-
lis ē. ſilr nec qcqđ ē in baptiſmo viſibilis forma ē: ſʒ
Ad aliud. ſm aquā abluentē đr baptiſm⁹ viſibilis forma: ⁊ ſic
pʒ ſolutio ad primo ⁊ ſcđo obiectū. ¶ Ad illud qđ
q̄rit cui ē ſignū character. dicim⁹ ꝙ ⁊ hoib⁹ ⁊ āgelis
ē ſignū: nō eñ vidēt oia in ſpeculo et̄nitatis: ſʒ vidēt
ibi oia ſibi ſubiecta: ſcʒ celū ⁊ terrā ⁊ ſilia. de alijs vi
dent in q̄tū ſibi oſtēdit q̄ ṽo in libertate liberi arbi-
trij nō ſūt equalit̄ nota āgelo: ſʒ equalit̄ ⁊ quaſi ime
Ad aliud. diate ſe habēt ad deū. ¶ Ad illđ qđ q̄ſitū ē cuiuſmo
di qualitatʒ ſit character: dicim⁹ ꝙ ſicut claritas vel
illuminatio aeris ē paſſio vel paſſibilis q̄litas ipius
aeris / ita character ille cū ſit illumiatio: ſicut dicit
Joh. damaſ. paſſibilis q̄litas ē aie: ⁊ ē illumināſ ſin
dereſim. faciliꝰ eñ videret ſindereſis p characterēʒ
illū qđ faciēdū / et qđ nō: q̄ ſi nō haberet characterē
Character ē illū. Et ē ille character cā materialis gr̄e: pparat ei
cauſa gratie. ⁊ abilitat aiaʒ ad ſuſceptionē gr̄e. ⁊ p hoc ꝙ ſygillū
ē certitudo aia habebit gr̄am niſi p ipam ſteterit / ſi
cut ſygillū ep̄i ē certitudo clerico cui datū ē illud ſy
triplex bap- gillū ꝙ habebit p̄bēdā. ¶ Sciēdū aūt ꝙ triplex eſt
tiſmus baptiſm⁹. Eſt eñ baptiſm⁹ fluminis: q̄ ſcʒ fit i aqua:
⁊ ē baptiſm⁹ flaminis: q̄ ſcʒ fit p fidē purificātē cor /
qñ aliqs adult⁹ ꝯterit̄ de pctis ſuis ⁊ ꝓponit ſuſci-
pere baptiſmū: tūc īfundit̄ ei gr̄a ⁊ dimittūt̄ ei pctā
q̄tū ad culpā / ⁊ talis baptiſm⁹ dicit baptiſm⁹ flami
nis: ſcʒ ſpūſſcūs. vñ qđ đr i euāgelio. Niſi qs renat⁹
fuerit ex aq̄ ⁊ ſpūſctō nō pōt itrare i reg. ce. ⁊c̄. itelli-
gēdū ē ſic: niſi qs renat⁹ fuerit ex aq̄ ⁊ ſpūſcō / vel ſilī
regñatōe ⁊c̄. baptiſm⁹ ſanguinis ē: q̄ fit i ſanguine p
martyriū / de q̄ dicit dñs baptiſmo habeo baptiſari:
ꝯ hāc diuiſio ⁊ qūo coartor vſq̄ dū pficiat̄. ¶ Cū ḡ triplex ſit bap
nem ar̄. tiſm⁹ ⁊ i baptiſmo fluminis ip̄imat̄ character. ḡ ea
dē rōne alij duo baptiſmi ip̄imūt characterē. ⁊ hoc
falſuʒ: q̄ character ip̄imit̄ ad diſcretionē: ⁊ vn⁹ ſol⁹
character ſufficit diſcernē. ḡ ſupfluūt alij duo ſi ibi
Secundo. ſint. ¶ Preterea illi tres characteres ſūt eiuſdē ſpeci
ei ſpecialiſſime: ſʒ ipoſſibile ē plēs ꝓprietates eiuſ-
dē ſpeciei ſpecialiſſime eē i eodē ſubiecto ſm idē. ḡ
ipoſſibile ē plures characteres eē in vna ſola anima
Solutio. ¶ Solutio. dicim⁹ ꝙ ſolū baptiſm⁹ fluminis ē ſim
Sol⁹ baptiſ- pliciter ⁊ ꝓprie baptiſm⁹: ⁊ alij duo nō ſūt baptiſmi
mus flumis niſi p ſimilitudinē. baptiſm⁹ eñ ē tinctio i aqua: ṽbo
ip̄imit cha- vite ſctificata: ſicut eñ pann⁹ tinct⁹ i aliq̄ p̄cioſo co
racterem. lore p̄cioſior reddit̄ q̄ pri⁹ eēt: ſic aia i baptiſmo flu
minis tincta p characterē vel gr̄am precioſior fit q̄
pri⁹ eēt. hac ſilitudine vocauit dñs paſſionē ſuā bap
tiſmū: tīcta eñ fuit caro ei⁹ i ſanguie ſuo: ⁊ hic p̄cio
ſior facta / ſic eñ fuit p̄ciū nr̄e redēptiōis / ⁊ p hoc p-
uenit ad gl̄iam reſurrectōis: baptiſm⁹ flamis hʒ ſi-
militudinē cū baptiſmo fluminis: q̄tū ad hoc ꝙ de
let pctā q̄tū ad culpā / ſʒ nō q̄tū ad penā. vñ nō ē p-
fect⁹ baptiſm⁹. cū ḡ baptiſm⁹ flamis ⁊ ſanguinis nō
ſint baptiſmi niſi p ſilitudinē: nō ip̄imūt characte-
rē. vñ ſol⁹ baptiſm⁹ fluminis imprimit characterē.
q̄o incidens. ¶ Sʒ q̄rit̄ de illo charactere quō ſit cā gr̄e: ꝙ eñ ſit
cauſa ꝓbat̄: dicit eñ Aug. ſup Joh. ꝙ qualis ē ioh.
Ar̄ primo talis ē baptiſm⁹ iohānis: ⁊ qualis ē xp̄s talis ē bap-
tiſm⁹ xp̄i. ḡ cū xp̄s ſiue de⁹ baptiſm⁹ xp̄i ē diuin⁹. ḡ
baptiſm⁹ xp̄i facit nos deos. eodē mō ꝙ đr dij eſtis
Secundo. ⁊c̄. ḡ ē cauſa gr̄e ¶ Itē dicit ioh. damaſ. ꝙ baptiſm⁹

eſt principiū vite ſpūalis ⁊ ſignū ⁊ cuſtodia ⁊ illumi
natio mētis. ḡ baptiſm⁹ eſt principiū vite ſpūalis: ⁊
ita baptiſm⁹ q̄ eſt character eſt cā gr̄e. ¶ Itē. beat⁹ Tertio.
Dionyſi⁹ i hierarchia hūana in capitulo de baptiſ-
mo: p̄icipiū quoddā ē oim ſctārū opationū diuino
rū mādatoꝝ qđ ad diuinoꝝ eloq̄oꝝ et ſctārū actio-
nū ſuſceptā opoꝛtunitatē format animos nr̄os ha-
bit⁹: et ad ſupceleſtis q̄etis anagogē. ¶ Itē ar̄. ſctē Quarto.
et diuiniſſime nr̄e redēptiōis traditio. i. baptiſm⁹ q̄
tradit⁹ ē nobis ꝓpt̄ regenerationē ſpūalē. ḡ baptiſ-
mus eſt principiū ſctārū opationū ⁊c̄. ⁊ ita eſt prin-
cipiū gr̄e. ergo ē cauſa gr̄e. ¶ Sed ſi hoc ergo ē cā In oppoſitū
mediata vel imediata: ſʒ nō imediata: nō eñ dat gra
tiā dei imediate / imo de⁹ poti⁹ vtit̄ baptiſmo tanq̄
medio: ḡ baptiſm⁹ nō eſt imediata cauſa gr̄e. ſi me-
diata vel naturalis vel volūtaria: nō volūtaria vt pa
tet in paruulo q̄ baptiſat̄ q̄ non vtitur volūtate: et tñ
p baptiſmū dat̄ ei gratia. eſt igit̄ baptiſm⁹ cauſa im
mediata et naturalis gr̄e: eſt ḡ cauſa neceſſaria gr̄e.
ergo q̄cūq̄ habet baptiſmū habet gr̄am / qđ nō ē ve
rū. ¶ Solutio. dicim⁹ ꝙ character baptiſmalis eſt Solutio.
cauſa integre gratie materialis: qđ patet p p̄dictaʒ Quō chara-
auctoꝛitatē beati Dionyſij in qua dicit̄: ꝙ baptiſm⁹ cter eſt ſūma
ad diuinoꝝ eloq̄oꝝ ⁊ ſctāꝝ opationū ſuſceptā opoꝛ diſpoſitio ad
tunitatē format nr̄os aiales habit⁹: q̄ añ gr̄am oēs gr̄am.
habit⁹ nr̄i aiales ſūt: q̄ nos nō poſſum⁹ erigere nos
ſupra nos: ſicut nec bruta aialia. vñ nō poſſum⁹ dili
gere deū pluſq̄ nos: ſed baptiſm⁹ iformat nos et p̄-
parat ad ſuſceptam opoꝛtunitatē. i. ad ſuſceptionēʒ
opoꝛtunā diuinoꝝ eloquioꝝ ⁊ ſanctarū opationū. i.
caritatis p quā implentur mādata dei: q̄ ergo for-
mat ad ſuſceptionē opoꝛtunā fidei neceſſariū ē ipm
eſſe cauſam materialē gratie: ſuſcipiēs eñ materia-
le eſt. dicim⁹ ergo ꝙ character baptiſmalis eſt ſum
ma ⁊ ꝯſumptiſſima p̄paratio materialis ad ifuſionē
gr̄e: ſicut i embrione ſumma organiʒatio / vel aliqđ
vtile ei⁹ eſt ſumma p̄paratio q̄ habita neceſſe ē aiam
ifundi. vñ Joh. in apo. vocat baptiſmū mare vitreū Figura.
q̄ ſicut Pharao ⁊ ois exercit⁹ ei⁹ ſubmerſi ſūt i ma
ri rubro: ita in baptiſmo ſubmergit̄ diabol⁹ / ⁊ oñia
opa eius: vitreū dicit̄: q̄ ſicut vitrū oppoſito ſoli ex
diaphanitate ſua tanq̄ ex cā materiali ꝓxia recipit
illuminationē ſuā a ſole: ſic aia ex charactere baptiſ
mali tāq̄ ex cā materiali ꝓxima recipit illuminatio
nē a ṽo ſole: ſʒ ſicut vitrū impedit̄ ꝓpt̄ ifectionē ali-
quā ne illuminet̄: ſʒ recedēte ifectiōe ſtati illuminat̄
ſic ſi ifectio pcti ſit i aia baptiſati nō illuminat̄: ſʒ re
cedēte ifectiōe illa ſtati recipit gr̄am. quō dicim⁹ ḡ
ꝙ character ē cā materialis imediata gr̄e ⁊ natura- charact̄ quō
lis: nō ſm ꝙ natura đr p ſe p̄icipiū mot⁹ ⁊ q̄etis: ſʒ eſt cā gratie.
ſm ꝙ natura đr vniuſcuiuſq̄ rei ſpecifica dr̄a: fides
eñ quoſdā effect⁹ hʒ naturales / ſcʒ ꝙ facit dignū vi
ta eterna / quoſdā facit filios dei / ⁊ quoſdā volūtari-
os. ſ. q̄tū ad opa meritoꝛia. ¶ Dicim⁹ ḡ ꝙ nō valet Ad primū.
hec argumētatio. character baptiſmalis ē cā imedi
ata naturalis gr̄e: ḡ ē neceſſaria: deberet addi ⁊ ē ef
fectiua nec eſt impedimentū in ſuſceptiuo. vñ fit ab
inſufficienti diuiſione: et eſt fallacia conſequentis.

Dictū ē ꝙ character baptiſmalis format Exponitur.
nos ad ſuſceptiuā opoꝛtunitatē diuinorū
eloquioꝝ ⁊ ſctārū opationū. i. ad ſuſcipiē
dū fidē q̄ ē cognitio diuinoꝝ eloquiorū q̄
neceſſe eſt credere: ⁊ ſuſcitādū q̄ eſt principiū ſctārū



Ayuntamiento de Madrid

opationū: ⁊ ꝙ ita debeat itelligi: patet per ſequētia. dicit eñ beatus Dionyſi⁹: poſtea ait cōis magiſter. cōmunē magiſtrū vocat hieroch. q̄ fuit magiſter diſcto ꝝ apl̄i: vel ipm Paulū ſm itellectū: in diuina primordialis / eſt mot⁹ deo diuinaq̄ꝫ dilectiōe in diuerſas opatiōes diuinoꝝ mādatoꝝ pricipalis ꝓceſſio eſſendi nos diuinit⁹ ieffabiliſſima creatio itelligēdū eſt ineffabiliſſima creatio. i. regeneratio ſiue baptiſmus eſſendi nos diuinit⁹. i. ꝑ quē ſum⁹ diuinit⁹ ſiue ſimiles deo: q2 añ baptiſmū nō habebam⁹ eē diuinū illa inq̄ꝫ renatio primordialis mot⁹ ſm intellectū ⁊ diuina. i. dat nobis fidē ſm quā primo mouemur in diuina: ſm intellectū accedētē eñ ad dñm primū: et eſt illa regeneratio pricipaliſſima ꝓceſſio i diuinas opatiōes diuinoꝝ mādatoꝝ: ⁊ hoc ꝑ dilectionē dei id eſt dat nobis charitatē q̄ ē dilectio dei ꝑ quā pricipaliter mouemur ad ſctās opatōes: martyriū dei vñ dicit apo. fides opatur ꝑ dilectionē. ⁊ hoc ē q2 dicit alia tranſlatio: ꝙ primordialis mot⁹ aīe eſt dilectio dei. qđ ſm trāſlationē noſtrā itelligēdū eſt quo

Alit̄ pt dici. ad opa prima ſupra: vel poſſem⁹ dicere ꝙ cognoſcere nō eſt mot⁹: ⁊ primordialis mot⁹ eſt dilectio. illđ ꝟbū formās nr̄os aīales habit⁹: dicit glo. figurat̄ ⁊ format̄ hō iterior ad maiorē et meliorē habitudinē.

Character figurat aiam ad ſuſceptionē fidei ⁊ charitatis. ſic ḡ ptꝫ ꝙ character baptiſmalis format et figurat aiāꝫ ad ſuſceptionē fidei ⁊ charitatis. vñ ab eo q̄ baptiſat̄ q̄rit̄: credis in deū / credis in filiū ⁊c. ⁊ hoc ptinet ad fidē: ⁊ poſtea q̄rit̄ abrenūcias ſathane: ⁊ oīb⁹ pompis ei⁹: ⁊ hoc ptinet ad charitatē q̄ eſt pricipiū

Figura. opationū: ⁊ i ſignū hui⁹ aſpſionis: qua ive. le. aſpergebātur imūdi: aqua luſtrationis fiebat de yſopo: ⁊ yſopus q̄ eſt humilis herba purgans timorē pulmonis ſignificat fidē q̄ purgat ſuperbiā: aqua luſtrationis que mūdat imūdos ſignificat aquā baptiſmi: et aqua baptiſmi ꝑ fidē quaſi ꝑ aſpſoriū mūdat bapti

ꝯ iſta arguit̄ ſatos. ¶ Sed ſm hoc obicit̄. Sint hic duo q̄ in omibus ſint pares: habēt eñ equalia pctā ⁊ ſm numerū ⁊ ſm intentionē ⁊ equaliter ꝯterūtur: ſed in hoc differunt: ꝙ vnus eſt chriſtianus / alter nō: ſed de nouo recipit baptiſmū: inde ſic. baptiſm⁹ mūdat iſtū ꝑ fidem: penitentia mūdat illū ꝑ fidem: ſicut dicit̄ fide purificans corda eoꝝ. ergo baptiſmus ⁊ penitētia ex eadē virtute mūdant illos ex equali. ergo equaliter mūdant illos: ſed baptiſmus mūdat iſtū ab omi culpa ⁊ pena. ḡ penitētia mūdat illū ab oi pena ⁊ cul

Ad idem. pa: ⁊ hoc manifeſte falſuꝫ ē ¶ Itē. q̄cūq̄ꝫ bona ſūt in eo q̄ nō ē baptiſat⁹ ſūt i eo q̄ ē baptiſat⁹ ⁊ nō ecōuerſo. ḡ ſi nō baptiſat⁹ mūdat̄ totalit̄: multo forti⁹ chri

Ad idem. ſtian⁹ mūdat̄ totaliter. ¶ Itē. aliq̄s ficte accedit ad baptiſmū ⁊ ficte ſuſcepit ⁊ poſt baptiſmū multa peccata mortalia facit: poſtea recedit fictio. dr ꝙ recedente fictione redit effect⁹ baptiſmi: aut igit̄ baptiſmus delet in iſto oīa pctā que iuenit: ⁊ quātū ad cul

Bon⁹ caſus pā: ⁊ quātū ad penā / aut nō ¶ Si ſic. Cōtra. ſi nō ficte ſuſcepiſſet baptiſmū penitētia iſta nō deleret in ipo totaliter mortalia pctā facta poſt baptiſmū: ſed ꝙ fictio ꝑmāſit nō debet ei patrocinari. ḡ modo nō delent̄ in ipo totalit̄ oīa pctā mortalia. ſi nō delētur Cōtra. nūc primo hꝫ effectū ſuū baptiſm⁹ in ipo. ſed ipe effectus baptiſmi eſt vt deleat totaliter oīa pctā mortalia q̄ inuenit. ergo in iſto delētur totaliter oīa

Ad idem. peccata ſua. ¶ Item. ſi non delentur totaliter omīa pctā ſua: ḡ ſicut in chriſtiano q̄ penitet: ſed nō ꝯterit̄

ſufficiēter: iniūgitur penitētia exterior de oīb⁹ peccatis ſuis. ⁊ hoc falſum. ¶ Solutio. Ad primū dicimus ꝙ baptiſm⁹ ꝑ fidē mūdat illū / ſꝫ nō ꝑ ſolā fidē: ſed q2 baptiſm⁹ fit in ſimilitudine mortis xp̄i: ſicut dicit apo. xp̄s eñ moriēdo exſoluit q̄ nō rapuit: vnū eſt: ꝙ aut hō punit aut de⁹. baptiſm⁹ ḡ ꝑ fideꝫ delet culpā / ⁊ ꝑ mortē xp̄i ad cui⁹ ſilitudinē fit: delet oēm penā: ⁊ ꝓpter hoc nō eſt ſimile de penitētia: q2 penitētia nō fit i ſimilitudinē mortis xp̄i ſicut baptiſm⁹. — *Solutio ad primū.*

¶ Ad illud qđ obiectū eſt de ficto: dicim⁹ ꝙ augu. aliqñ fuit i iſta opinione: ꝙ i ipo momēto quo baptiſat̄ fict⁹ dimittunt̄ ei oīa pctā ſua: ſꝫ ſtati poſt baptiſmū redeūt: ſꝫ hāc opinionē retractauit. ꝓpt̄ea dubitādū ē ꝙ ficte accedēs ad baptiſmū ſuſcipit baptiſmū: ſꝫ nō effectū baptiſmi q̄ꝫdiu durat fictio / ſꝫ recedēte fictiōe hꝫ baptiſm⁹ effectū ſuū. i. facit qđ feciſſet prius ſi nō ipediuiſſet fictio. vñ totalit̄ oīa pctā q̄ — *Ad aliud. Auguſtin⁹ retractauit.*

habebat iſte añ baptiſmū delet. ſꝫ nō delet illa q̄ fecit poſt baptiſmū niſi q̄ꝫtū ad culpā. baptiſm⁹ eñ nō eſt iſtitut⁹ ad delēdū oīa pctā futura: ſꝫ tm̄ pt̄erita ⁊ p̄ſentia. vñ de illis q̄ fecit añ baptiſmū: nō ē iniūgēda penitentia exterior. baptiſm⁹ nō exigit gemitū neq̄ꝫ planctū exteriorē intellige. nā adult⁹ nō ſaluat̄ etiā baptiſat⁹ niſi habeat penitētiā interiorē: ſcꝫ ꝯtritionē. ſꝫ de alijs q̄ fecit poſt baptiſmū iniūgēda ē penitētia exterior: ⁊ de ipa fictione ſm vnū modū eſt duplex fictio. Una ſm ꝙ non aliq̄s credit baptiſmū ꝓdeſſe q̄ eſt fictio icredulitatis: ⁊ iſtā nō delet baptiſmus cū ſit ꝯria baptiſmo. vñ de iſta iiūgēda eſt penitētia. ē ⁊ alia fictio ſm quā aliq̄s nō ꝯterit̄ de pctis: ⁊ ſic nō cōtrit⁹ ſuſcipit baptiſmū. ⁊ hec fictio ē pctm̄ omiſſionis vel negligētie: iſta delet̄ totalit̄ ꝑ baptiſmū. baptiſm⁹ eñ nō ſolū ꝯfert grām: ſꝫ etiā cumulū grē. Eſt eñ character illuminās aiam ad ſuſcipiendū q̄d faciēdū: ⁊ quid nō magis q̄ꝫ ꝑ ſola naturalia. — *Baptiſmus nō delet peccata ſequentia ipm.* — *Duplex fictio.*

¶ De poteſtate baptiſmi / ⁊ primo q̄ fuit ptās quā potuit dare ſeruis ⁊ nō dedit. Capl̄m. iij.

Querit̄ de poteſtate baptiſmi / primo ergo videndū eſt q̄ fuit illa poteſtas quā dñs potuit dare ſeruis / ⁊ nō dedit. ſcđo qđ incōueniens accidiſſet ſi illā dediſſet. Sciēdū ergo ꝙ multiplex eſt ptās baptiſmi / ſcꝫ poteſtas miniſterij / ptās excellentie / ptās iuocationis / ptās auctoritatis / ptās coopatiōis / poteſtatem miniſterij dedit de⁹ ſacerdotib⁹ / ⁊ etiā omībus hominibus in articulo neceſſitatis: q2 baptiſm⁹ eſt ſacramentū neceſſitatis. poteſtas excellentie intelligitur poteſtas quedā quā ſm melioreꝫ baptiſtā melius daret̄ baptiſma vt. ſ. ex vi baptiſmi daret̄ gratia ſed ex maiori ſanctitate datur maior gratia ⁊ ex minori minor / ⁊ de hac ptāte intelligunt quidā ꝙ dñs potuit eā dare ſeruis: ſed nō dedit ne ſpes poneret̄ in hoie: ⁊ ne tot eſſent baptiſmi quot hoies vel ſerui — *Notandum. Multiplex poteſtas baptiſmi.*

Alij vero hoc intelligunt de poteſtate aduocatiōis potuit eñ dñs dare petro vt ad iuocationē nois petri fieret baptiſm⁹: ſicut in primitiua eccleſia ad inuocationē nois chriſti fiebat baptiſm⁹ / vt ſicut baptiſatū erat cū dicebat̄. Ego baptiſo te in noie chriſti ita baptiſatuꝫ eſſet: ſi diceret̄ / ego baptiſo te in noie petri: ſed hāc poteſtatē iuocatiōis nulli ſeruo dedit poteſtas prime auctoritatis in ſolo deo eſt: et illam nulli ſeruo potuit dare: ſicut nō poteſt de⁹ facere ꝙ purus hō ſit de⁹: hec ptās nō pōt eē i hoie / excepto — *Aliter ſm aliquos.*

Ayuntamiento de Madrid

chriſto. hoc em̄ eſſet ɔ maieſtatē diuinā: poteſtas co
operatōis eſt ptās qua hō coopaꝛ i baptiſmo ad ef=
fuſionē gr̄e ꝛ remiſſionē pcti. de hac ptāte dr a magi
ſtro ſup illū locū prime ad Coꝝ. Ego ſuȝ pauli/ ego
ſuȝ cephe ꝛc̄. qr deꝰ potuit dare illā ſuis: ſȝ nō dedit
potuit em̄ dare quādā ptātē creatā hoi: vt ſicut i ba
ptiſmo iohānis totū erat dei: totū erat hois: ita i ba
ptiſmo xp̄i totū eēt dei/ totū hois. et ſic hō coopareꝛ
deo in effuſione gr̄e ꝛ remiſſiōe pcti. ſiue g̊ itelligāt
magr̄i auctoritatē Aug. q̄ dicit ꝙ dñs ptātē baptiſ
mi potuit dare ſuis ꝛ nō dedit: de ptātē intelligētie
ſiue de ptāte inuocatiōis: tn̄ nō euadūt iſtā q̄ſtionē.
Queſtio. ¶ Utrū dñs potuit dare hmōi ptātē coopatiōis ſer
ɔ hoc arguiꝛ uis ſuis ſicut vult magiſter ¶ Sȝ ꝓbaꝛ ꝙ nō potuit
dare: qr dicit auctoritas ꝙ maius ē facere de impio
piū: ꝙ̄ creare celū ꝛ terrā. g̊ potuit ei dare ꝙ crearet
celū ꝛ terrā: ꝛ ita ꝙ eēt creator. g̊ ꝙ eēt deꝰ ꝛ hoc fal
ſum: ȝ ꝛ primū: nō potuit g̊ deꝰ dare ptātem creatā
Secundo. puro hoi mūdādi aīas. ¶ Iteȝ. ſi dñs dediſſet puro
hoi ſeq̄reꝛ icōuenīēs: ſcȝ ꝙ hoies ponerēt ſpem i pu
ro hoie: ſȝ deꝰ nō pōt facere aliq̄d ex quo ſequaꝛ icō
Tertio. uenīēs. g̊ nō potuit illā dare. ¶ Itē. dicit Aug. q̄lis
eſt iohānes talis ē eiꝰ baptiſmꝰ/ ꝛ q̄lis xp̄s talis ba=
ptiſmꝰ xp̄i. vn̄ qr baptiſmꝰ xp̄i ē q̄d diuinū: nullꝰ niſi
deꝰ pōt dare baptiſma diuinū: g̊ cū deꝰ nō potuerit
dare puro hoi vt eſſet deꝰ/ nō potuit dare ei potētiā
dādi baptiſma diuinū/ ꝛ ita nō potuit dare potētiaȝ
In oppoſitū coopatiōis. ¶ Sȝ ꝓbaꝛ ꝙ potuit: qr xp̄s potuit da=
re hoi poteſtatē mūdandi aīas: qđ ꝓbaꝛ: qr dedit ei
ſciētiā creatā oīm: g̊ ꝛ potētiā: ſicut em̄ oīpotētia ꝓ=
priū ē dei: ſic ꝛ oīſciētia. vn̄ deꝰ dr a theos qđ ē ɔtē=
plator quaſi q̄ cōtēplaꝛ oīa. ſi g̊ deꝰ potuit dare xp̄o
hoi potētiā creatā mūdādi aīas. ſic ꝛ aliꝗs hoībꝰ. et
Secundo. ita potuit dare ſeruis potētiā coopatōis ¶ Itē. deꝰ
dedit potētiā lapidibꝰ p̄cioſis curādi morbos cor=
porales. g̊ potuit dare aīabus ſctis potentiā curādi
Opinio ali= morbos ſp̄uales. qđ ɔcedunt q̄dā cū magr̄o. ¶ Ad
quorum. primā auctoritatē dicūt ꝙ maius ē facere de impio
Ad primū piū: ꝙ̄ creare celū ꝛ terrā. i. maior effectꝰ mie: ſȝ eq̄=
lis potētie: i creatiōe em̄ celi nichil iuenit deꝰ repu=
gnātie: ſȝ i iuſtificatōe impij aliq̄d iuenit repugnās
ſcȝ pctm̄ impij. in creatiōe celi ꝛ terre apparuit beni
gnitas dei: ſȝ in iuſtificatōe ipij apparet ſupabūdās
bonitas dei: maiꝰ em̄ ē facere de impio piū ꝙ̄tū ad
illud qđ fit. aīa em̄ ſctā ē melior i īfinitū/ ꝙ̄ īfiniti ce=
li et īfinite terre: ſicut dr in euāgelio: q̄d ꝓdeſt hoi ſi
vniuerſuȝ mūdū lucreꝛ/ aīe ſue ꝟo detrimētū patiaꝛ
Opio aliq̄rū ɔcedūt ergo ꝙ deꝰ dare pōt hoi puro potētiā creā=
di. i. de nichilo aliq̄d faciēdi: ſȝ ſm̄ quoſdā nō ſequiꝛ
ergo pōt facere ꝙ purꝰ hō creet: qr hoc ꝟbū creare
Illa opinio importat primā auctoritatē. ¶ Alij ɔcedūt iſtā: deꝰ
pōt facere ꝙ purꝰ hō creet: ſȝ nō pōt facere ꝙ purꝰ
hō ſit creator: qr hoc nomē creator importat primā
Ad ſecundū auctoritatē: ſȝ hoc ꝟbū creare nō iportat ¶ Ad ſcđo
obiectū dicūt ꝙ deꝰ bn̄ pōt facere aliq̄d ex quo ſeq̄=
tur icōuenīēs occaſionaliter: ſicut ex p̄dicatiōe ſua
Ad tertium multi iudei occaſionaliꝛ peiores facti ſūt. ¶ Ad ter
tio ob. dicūt ꝙ purꝰ hō pōt dare baptiſma diuinū: ſȝ
nō diuinū prima auctoritate/ ſȝ ſcđa. ſed hec ſolutio
ɔ hanc aꝛ. nulla videꝛ eē. Baptiſmꝰ em̄ iohānis tm̄ tpalis ꝛ trā
ſitoriꝰ ē: qr iohānes tm̄ tpalis fuit: ꝛ baptiſmꝰ xp̄i di
uinꝰ/ qr xp̄s deꝰ. g̊ ſm̄ hoc nullꝰ pōt dare diuinū ba
ptiſma: niſi ſit deꝰ. aliter em̄ nichil dixiſſet Auguſt.

¶ Itē in euāgelio: opa q̄ ego facio ipa teſtimoniū ꝑ Secundo.
hibēt de me: ſcȝ qr ego ſum deꝰ: ſed ſi purꝰ hō poſſet
mūdare aīas ꝛ facere miracula: opa illa non ꝑhibe=
rent teſtimoniū ꝙ xp̄s eēt deꝰ. g̊ ſm̄ hoc purꝰ hō nō
pōt mūdare aīas. ¶ Itē. eſto ꝙ deꝰ dedit alicui illā Tertio.
potētiā ꝛ ille ꝑ aliq̄đ opꝰ mūdat aliquā aīam: opus
illud ſiue motꝰ aīe aut ē volūtariꝰ aut naturalis aut
violētꝰ: ɔſtat ꝙ nō violētꝰ/ ſȝ naturalis: aut exigiꝛ cō
tactus aut nō. ſi ſic. Cōtra aīa baptiſantis nō pōt tā
gere aīaȝ baptiſati: g̊ nō exigiꝛ cōtactꝰ ꝛ ſi nō exigiꝛ
g̊ naturaliꝛ mūdat: g̊ ſemꝑ mundat. ꝛ hoc manifeſte
falſum. ſi ē volūtariꝰ ille motꝰ: g̊ ſm̄ hoc iſte volūta=
rie mūdat: g̊ qn̄ vult mūdat: ꝛ qn̄ nō vult nō mūdat.
et hoc iterū falſum. relinquiꝛ g̊ ꝙ deꝰ nō poſſit dare
hmōi ptātē hoi. ¶ Itē. dicit beatꝰ Dionyſiꝰ: optimi Quarto.
eſt optima adducere: mali ꝟo corrūpere: ſȝ optimꝰ ē
ordo iſte q̄ modo ē in rebꝰ vt ſcȝ deꝰ imediate faciat
ſummas creaturas: ſcȝ aīas ꝛ āgelos ꝛ eas i mēte ꝑ
ficiat. per eas ꝟo facit inferiores creaturas: vt ꝛ oīa
ad ip̄m reducanꝛ: ſicut dr i Eccle. ad locū vn̄ exeunt
flumina reuertunꝛ ꝛc̄. cū ergo ordo iſte optimꝰ ſit et
de natura optimi eſt optima adducere: g̊ cū deꝰ nō
poſſit facere ɔtra naturā ſuā: nō pōt ordinē iſtū mu=
tare. ergo nō pōt facere quin imediate ip̄e perficiat
aīa. ergo nō pōt dare hoi illā poteſtatē coopationis
¶ Item. dicit Auguſtinꝰ ꝙ cū hō adheret deo: ꝛ ſe Quinto per
quiꝛ leges diuinas eternas ꝛ incōmutabiles/ efficiꝛ Auguſtinū.
diuinꝰ eternꝰ ꝛ incōmutabilis. ergo lex diuina eter
na ꝛ icōmutabilis eſt. qđ patet ꝑ hoc qđ ſuꝑ hūc lo=
cū euāgelij. Celū ꝛ terra trāſibūt: verba aūt mea nō
tranſibūt. dicit gloſa. licet ſonꝰ exterior trāſeat: ſen=
tentie tn̄ ineternū ꝑmanēt: ergo hec ſentētia: Male
dictus homo q̄ cōfidit in hoie incōmutabilis eſt: g̊
hoc nō pōt eſſe verū/ benedictus homo q̄ cōfidit in
hoie: ſed poſſet eſſe verū: ſi deꝰ poſſet dare hoi potē=
tiā iuſtificandi ꝛ remittendi pctā: ergo deus nō pōt
dare hmōi potentiā creature. ¶ Itē dicit paꝛ ad fi= Sexto.
liū per Aggeū ꝓphetā. Pona te quaſi ſignaculū:
quia te elegi. Super quē locū dicit Hieronymꝰ ꝙ q̄ Hieronymꝰ
in deū crediderit hic quaſi anulo ſignatur: ergo ſm̄
hoc filiꝰ dei: ſygillū eſt ſygillans animas imprimēs
eis ſuā ſimilitudinē: ergo anima ſygillata eſt ſimili=
tudine dei: ſed in naturis ſygillū nō poteſt ſygillare
ergo cū homo ſygillatꝰ ſit ſp̄ualiter nō poteſt ſygil=
lare ſp̄ualiter: ergo nō poteſt habere potentiā iuſti=
ficandi: ergo nō poteſt dare ei illā potentiā. ¶ Iteȝ Septimo.
dicit dñs ꝑ Yſa. gloriā meā alteri nō dabo: ſed gl̄ia
dei eſt quod ip̄e fons oīm bonoꝝ et ꝙ ip̄e eſt imedia
ta cauſa glorie ꝛ gratie. ꝓpter hoc em̄ dicimꝰ. Glo=
rificamus te. ꝛ fontē oīm bonoꝝ ꝓfitemur te. aut g̊
eſt homo capax hmōi potentie iuſtificādi/ aut nō: ſi
eſt capax: ergo deꝰ dedit illā homini: dat em̄ vnicui
ꝙ̄ ſm̄ ꝓpriā virtutē vt habeꝛ in euangelio: ergo fal=
ſum dicit Auguſtinꝰ ꝙ nō dedit deus homini taleȝ Auguſtinꝰ.
potentiā: ſi ergo nō eſt capax: ergo deus nō pōt da=
re illā homini. ¶ Item vanitati eſt ſubiecta oīs cre Octauo.
atura: anima ergo etiā ſanctiſſima vanū quid eſt in
ſe: nec poteſt cōſeruare in ſe ſanctitatē ſuā: imo eua=
neſcit/ niſi ɔſerueꝛ a prima veritate: et ꝓpter hoc ait
pſalmiſta dicēs. Cōſerua me dñe ꝛc̄. ſi ergo nō pōt
in ſe cōſeruare grām ſuā multominꝰ poteſt cōſerua
re in alio: ergo nec dare alij. eiuſdē em̄ eſt dare ꝛ cō=
ſeruare. ſi dicatur ꝙ pōt illā dare ꝑ primā veritatē:



Ayuntamiento de Madrid

Solutio. et hoc iterū concedimꝰ. ¶ Solutio. ꝑdicatoꝛes dāt
gratiā ꝑ verba ꝑdicationis: tn̄ ipi nō docēt ꝓpꝛie lo
Auguſtinꝰ quēdo: vt dicit Augu. i libꝛo de magiſterio: imo ꝓ=
pꝛie ſolus deus docet/ qđ patet cū aliqs dicit aliqđ
vbū/ nec ꝯcedimꝰ/ nec negamꝰ: donec pꝛius ꝯſulue
rimus magr̄m iterioꝛē: ſed ſi hō dat grām tn̄ ꝑ pꝛi=
mā veritatē: hoc eſt dicere ꝙ pꝛima vitas tn̄ ꝓpꝛie
dat. ergo ſolus deꝰ pōt dare gratiā: non igit̄ pōt hō
Solutio. habere illā potentiā cooperatiōis. ¶ Qđ ꝯcedimꝰ
Solꝰ deꝰ pōt pꝛedictis rōnibꝰ: maxime qꝛ deus nō iuſtificat niſi
iuſtificare. ſm ꝙ illabitur eſſentialiter aie qđ eſt templū dei: ſi=
cut dꝛ in apocalipſi Ego ſto ad hoſtiū ⁊ pulſo: ſi ali=
quis michi aperuerit itrabo ⁊ cenabo cum eo: ⁊ ipe
mecū. Et in libꝛo ſapiētie dꝛ ꝙ ſapiētia i aias ſctās
ſe tranſfert/ ⁊ amicos dei/ ⁊ ꝓphetas cōſtituit/ ⁊ nec
anima nec angelus illabi poteſt eſſentialiter anime
vnde ſolus deus poteſt iuſtificare. Item ſolus deꝰ
ſygillū eſt. iteꝫ om̄is creatura vanū quid eſt in ſe nec
ſuſtētat niſi a pꝛima veritate: veritas em̄ vt ait Am=
bꝛoſius a deo eſt ꝙ ſi ipa non eſt: ipa eſt/ et hoc ꝓbat
hoc modo. ſi veritas nō eſt verū eſt veritatē non eſſe
nō ita aliqd eſt verū ⁊ ita veritas/ ⁊ ita ſi veritas non
Ad pꝛimū. eſt vitas eſt. ¶ Ad pꝛimū ergo dicimꝰ ꝙ deꝰ dedit
Cur aia xp̄i chꝛiſto homini oim̄ ſciētiā: non tn̄ potuit ei dare oi=
facta ē oiſci= potētiā creatā: ⁊ hoc eſt: qꝛ om̄ipotētia ꝓpꝛie eſt dei
ens et nō oi= vnde qđ eſt increatū Exo. om̄ipotēs nomen eiꝰ: ſed
potens. oim̄ ſciētia nō eſt ꝓpꝛiū dei. anima em̄ apta nata eſt
ſcire oia ⁊ etiā ipm̄ deū: ⁊ ꝓpter hoc nō eſt ſile. pꝛo=
pterea ſciētia eſt pars beatitudinis: vn̄ in euāgelio.
hec eſt vita eterna vt cognoſcā te ⁊c̄. ſꝫ potētia nō eſt
Ad ſecundū pars btitudinis. vn̄ nō ē ſile. ¶ Ad ſcđm dicimꝰ ꝙ
Nota. nō eſt ſile de ſanitate coꝛꝑali ⁊ ſanitate ſpūali. Sani
tas em̄ coꝛꝑalis nō ē a deo imediate imo ab elemen
tis ⁊ qualitatibꝰ elemētaris: et ꝓpt̄ hoc dn̄s potuit
dare ⁊ dedit oibꝰ ptātē curādi moꝛbos coꝛꝑales: ſꝫ
aia imediate eſt a deo: ⁊ ꝓpt̄ hoc eiꝰ oꝑatio imedia
Itex arguit̄ te eſt a deo. ¶ Sꝫ videt̄ ꝙ deꝰ potuerit dare hoi po
ꝙ hō poſſit teſtatē iuſtificādi: qꝛ dꝛ in actibꝰ. fide purificās coꝛ=
iuſtificare. da eoꝝ. ḡ fides purificat coꝛ: ḡ fides iuſtificat coꝛ: ḡ
habet potētiā: ⁊ fides ē creatura: ḡ deꝰ dedit alicui
creature potentiā iuſtificādi. eadē rōne potuit dare
Secundo. aie potētiā iuſtificādi. ¶ Itē. qđ foꝛma facit ſubie=
ctū facit: ſicut ſi caloꝛ calefacit calidū facit. ḡ cū fi=
des iuſtificet/ fides iuſtificat. ḡ fides habet poteſta=
Solutio ad tē iuſtificādi. ¶ Solutio. Ad pꝛimū dicimꝰ ꝙ fides
pꝛimum. nō dꝛ purificās coꝛda: ſꝫ deꝰ ꝑ fidē. vn̄ ꝓpꝛie loquē=
vite conſuetudinē: ergo de iure matrimonij tenebaᷓ
Secundo. vir illā recipere ſi illa vellet redire. ¶ Item. eadem
ſunt moralia in noua le. ⁊ ve. ſed in noua lege mora=
le eſt: ſi penitet īdulge. vnde cū queſiuiſſet petrus a
dn̄o quotiēs in me peccauerit frater meꝰ: ⁊ dimittā
ei vſqꝫ ſepties rn̄dit dn̄s / non dico ſepties: ſed vſqꝫ ſe
ptuagies ſepties. ergo īveteri lege morale erat hoc
ſi penitet indulge: ğ ſi repudiata penitebat de hoc:
ꝙ nupſerat alij / debebat vir īdulgere. ğ debuit eam
Alia q̄ſtio. recipere. ¶ Queritᷓ etiā vtrū repudiate licitū eſſet
Ar. ꝙ ſic. ſm legem ducere alterū maritū: videtᷓ ꝙ ſic: qꝛ lex
dicit: cū egreſſa alteꝝ duxerit virū. ex hoc innuitᷓ ꝙ
lex ꝑmittat eā ducere alterū maritū: ⁊ ita hoc licitū
In oppoſitū erat ſm legē. ¶ Sed contra. lex puniebat eā: qꝛ du=
cebat aliū maritū: non potuit eni redire ad priorē vi
rum: ⁊ polluta ⁊ abominabilis fiebat ducendo aliū.
Secundo. ergo non erat licitū ſm legem ducere aliū. ¶ Item
obijcitᷓ de hoc quod dicitᷓ: nō peccare facias terrā ⁊c̄
videtᷓ enim ꝙ non recipiendo / maius eſſet pctm̄: qꝛ ſi
non poterant retinere ⁊ coibant peccabant mortalitᷓ
Solutio. cū matrimoniū eſſet inter ipſos. ¶ Solutio. Ad pri
Ad primum mum dicimus ꝙ iuſticia matrimonij exigeret ꝙ vir
reciperet eam niſi prohibitū fuiſſet: ſed qꝛ prohibue
rat non poterat eam recipere: ſicut ſi prohibitū eſſet
michi non dare elemoſinā huic indigēti iuſticia exi=
Ad ſecundū ret ꝙ darem ei: niſi prohibitū fuiſſet. ¶ Ad ſcd̄m di
cimus ꝙ virtutes que ſunt q̄ꝫtū ad deū non mutantᷓ
virtꝰ q̄ eſt ad nec q̄ꝫtū ad eſſentiā: nec q̄ꝫtū ad motus: ſed virtutes
ꝓximū muta que ſunt q̄ꝫtū ad proximū licet nō mutentᷓ q̄ꝫtum ad
tur ſm ſuos eſſentiā: tn̄ mutantᷓ q̄ꝫtū ad motꝰ. vnde aliq̄d eſt mo=
motus. tus iuſticie in noua lege qđ non erat motꝰ iuſticie in
veteri. vnde non erat motus iuſticie: ꝙ repudiata q̄
aliū duxerat viꝝ reciperetᷓ a priore. lex eni prohibue
rat in onus penā vtriuſqꝫ: vterqꝫ eni peccauerat con
tra matrimoniū: ⁊ ille repudiādo ⁊ illa aliū ducēdo
lex eni vetꝰ duris fuit in flagellū: in ſupbis in frenū
Ad tertium rudibus in pedagogū ꝑfectis in ſignū. ¶ Ad tertiū
dicimus ꝙ licitū fuit ſm legem repudiatā aliū du=
cere. i. lex nō puniebat eā more adultere: qꝛ non lapi
dabatᷓ: ſed puniebat ſpūaliter: qꝛ non poterat redire
ad primū virū: lex eni aliqn̄ puniebat corporalitᷓ: vt
adulterā lapidādo: aliqn̄ pena pecuniaria vt illi qui
impoſuit vxori crimen peſſimū quod nō poterat pro
Ad vltimū. bare. ſ. repudiantē. ¶ Ad vltimū dicimꝰ ꝙ ſic intel=
ligendū eſt nec peccare facias. i. vt ſcias non pecca
ꝯ aliud arᷓ. re. vt alij terreantᷓ a dandis libelli repudij. ¶ Cōtra
illud qđ dictū eſt repudiata q̄ duxerat aliū virū: non
poterat redire ad priorē virū: qꝛ polluta ⁊ abomina=
bilis facta fuit: proptᷓ hoc ꝙ duxerat aliū virū: videtᷓ
eſſe quedā intlinearis q̄ dicit: polluta facta eſt iudi=
cio eius q̄ polluit. i. repudiauit: ğ ex repudiatione fa
ꝯ illā gloſam cta eſt polluta: nō ex eo ꝙ duxerit aliū. ¶ Sꝫ videtᷓ
arguitur. illa intlinearis nichil dicere: muliere eni inuita re=
pudiauit eā vir: ğ ipſa nō peccauit ī repudiatione. ğ
Solutio. vir non polluit repudiādo. ¶ Ad hoc dicimꝰ ꝙ illa
intlinearis moralis eſt: et ſumitᷓ de quadā virginali
moralitᷓ ī qua dicitᷓ ꝙ mulier quā vir repudiat eſt ter
rena actio: hāc polluit vir ſuo iudicio: eo eni ipſo ꝙ
eā repudiat / pollutā iudicat: ⁊ terrena actio non pōt
nec debet redire ad priorē viꝝ: qꝛ nemo mittens ma
num ad aratꝝ ⁊ aſpiciēs retro aptꝰ eſt regno dei. illa
ergo intlinearis nō eſt lr̄aris: ſed moralis. ad lr̄am

ei polluta ⁊ abominabilis fiebat mulier: qꝛ ducebat
aliū: ⁊ ꝙ ita ſit patet ꝑ illud qđ dicit dn̄s. Iere. iij. c.
Si dimiſerit vir vxorē ſuā ⁊ recedens ab eo duxerit
aliū nunq̄d reuertetᷓ ad eā vltra: nunq̄d non polluta
eſt ⁊ contaminata eſt mulier illa: tu aūt fornicata es
cū amatoribꝰ multis: tn̄ reuertere ad me. per hoc pa
tet ꝙ ſicut polluta dꝛ aīa cū fornicata eſt cū amatori
bus multis demonibus: ſic mulier repudiata pollu
ta dicebatᷓ cū polluta fuit ab alio. patet etiā differen
tia inter libellū repudij matᷓialē ⁊ ſpūalē: qꝛ in libel
lo repudij matᷓiali ſi mulier repudiata duxerit aliuꝫ
non pōt redire ad primū virū: ſed in libello repudij
ſpūali ſi oībus demonibꝰ fornicata ſit aīa redire pōt
ad deū in preſenti. ¶ Sꝫ obijcitᷓ de illo qđ dꝛ ī eodē Iteꝝ arguitᷓ
capi. loquitᷓ eni dn̄s in tertio Iere. de regno decē tri
buū ⁊ regno duaꝝ tribuū tanq̄ꝫ de duabus meretri=
cibus: dicit ğ vidit preuaricatrix ſoror eiꝰ iuda: qꝛ ꝓ
eo ꝙ mechata eſſet aduerſatrix iſrael: abieciſſem eā
et dediſſem ei libellū repudij: ⁊ non timuit. ex hoc ğ
videtᷓ ꝙ dn̄s dederit libellū repudij. ¶ Sed contra In oppoſitū
rium habetᷓ in. l. yſa. vbi dicit dn̄s: quis eſt hic liber
repudij mr̄is vr̄e quo dimiſi eā? quaſi dicat: ego non
dedi ei libellū repudij. ¶ Sed ad hoc dicimꝰ ꝙ ſpō Solutio.
ſus ſpūalis. ſ. deus adeo benignꝰ eſt ꝙ nulli aīe dat
libellū repudij: ſed cū aīa prior deū repudiat: deus
ſcđo eā repudiat. quod ğ dicitᷓ in yſa. itelligendū eſt
ꝙ deus nō dat primo libellū repudij: loquitᷓ eni con
tra iudeos q̄ dicebant ꝙ deus prior repudiaret eos
et hoc non eſt veꝝ / repudiauit tn̄ eos ſcđo proptᷓ pec
cata ſua repudiati ſunt vſqꝫ in finem ſeculi nec vnq̄ꝫ
repudiauit quantum in ipſo fuit.

## ¶ De impedimentis matrimonij.

## ¶ Sextum capitulum.

Sexto capitulo intᷓ queſtiones de mr̄imo
nio: dicendū eſt de īpedimentis mr̄imo= De impedi=
nij: quorū quedā ſunt ſubſtantialia: que= mentis mr̄i=
dam accidentalia. Subſtātialia ſunt que monij.
oī tēpore īpediunt mr̄imoniū. Accidēta=
lia vero in aliquo caſu īpediunt: in aliquo non. ¶ Pri=
mo dicendū eſt de ſubſtantialibꝰ que mr̄imoniuꝫ ꝯ=
hendum īpediunt ⁊ ꝯtractū dirimunt / ⁊ primo de di=
ſpari cultu / de quo dicit apl's ceteris. Ego dico nō
dn̄s ſi quis fratᷓ vxorem habet infidelē ⁊ hec conſen
tit habitare cū illo non dimittat illā: ⁊ ſi qua mulier
habet viꝝ infidelem: ⁊ hic conſentit habitare cū illa
non dimittat viꝝ: ſctificatus eſt eī vir infidelis ꝑ mu
lierem fidelem. ¶ Sed videtᷓ ꝙ apl's precipiēdo vel ꝯ aliud arᷓ
conſulēdo fecerit ꝯ dn̄m: quia precepit dn̄s ꝑ Moy
ſem in ſeptimo Deute. ꝙ iudei non ſociarent coniu
gia cū alienigenis: ſiue infidelibus / ⁊ eſdras veniēs
de babilone ſepauit mr̄imonia que ꝯxerᷓt iudei cum
alienigenis: ⁊ de hoc dicit Auguſti. ꝙ iudei vxores Auguſtinꝰ.
quas deo prohibente duxerant merito dimiſerūt: ğ
contra preceptum dn̄i eſt ꝙ fidelis: ſit coniunctus
cum infideli ꝑ mr̄imonium. ¶ Item obijcitᷓ de hoc Secundo.
quod dicit apoſtolus. Ego dico non dn̄s / dicit enim
poſtea puto ꝙ ego ſpm̄ dei habeam: ⁊ in fine ſcđe ad
cor. dicit. An experimentum eius queritis qui in me
loquitᷓ dn̄s chriſtus: ğ cum apoſtolus precipiebat ⁊
conſulebat ⁊ dn̄s: ğ falſum dixit cum dixit: ego dico
⁊ non dn̄s. ¶ Item. dicit Auguſtinus ꝙ non fuit fa Tertio.
ciendum ꝙ vir fidelis dimitteret vxorem infidelem
propter liberam beniuolentiam. ğ contra liberam



BIBLIOTECA MUNICIPAL

Ayuntamiento de Madrid

beniuolentia merat dimittere: ſed libera beniuolē-
tia idē eſt ꝙ charitas: ergo ꝯ charitatē fuit dimitte-
re: ſed om̄e quod eſt cōtra charitatē pᷓohibet deus:
ergo ex pᷓecepto dn̄i non erat dimittēda: ergo dn̄s
dicit/non dimittendā. ergo falſum dicit apoſtolus/
**Solutio** cum dicit. Ego dico: non dominꝰ. ¶ Solutio. Ad
**Ad pᷓimū.** pᷓimū ſoluit Auguſtinus: ꝙ dominꝰ pᷓohibuit per
Moyſen contrahi matrimonia cum infidelibus. er-
go hoc intelligit̄ de matrimonio contrahendo. apo
ſtolus autē loquitur de matrimonio cōtracto in in-
fidelitate: et poſtea alter cōiugum veniebat ad fidē.
non eſt autē pᷓohibitū ꝙ infideles inter ſe cōiungā-
tur matrimonialiter: ſed pᷓohibitum fuit ne fideles
**Ad ſecundū** cōiungerent̄ cū infidelibus. ¶ Ad ſecundū dicimꝰ
ꝙ ſine dubio ꝙ apoſtolus pᷓecepit ⁊ dominus: et ꝙ
conſulebat apoſtolus/⁊ dominus: ſed intelligendū
eſt ſic. Ego dico non dominꝰ: id eſt ego conſulo nō
dominus. pᷓecepit em̄ dominus nuſq̄ expᷓeſſe: nec
in veteri lege/ nec in noua lege de matrimonio infi-
deliū: ſed in veteri lege expᷓeſſe pᷓohibetur/ne fide-
lis contrahat cum infideli: et in noua ſimiliter. ſicut
in. vij. ad Coꝝ. Si dormierit vir eius nubat cui vult
**Ad aliud.** in dn̄o tm̄: id eſt fideli: vt dicit gloſa. ¶ Ad vltimo
obiectū dicimus: ꝙ licitū fuit fidelē dimittere infi-
delem ſm̄ iuſticiā dei: ſcꝫ pᷓopter fornicationē ſpi-
ritualē: que maioꝛ eſt in coꝛde q̄ coꝛpoꝛalis in carne
et pᷓopter hoc dn̄s non pᷓohibuit cohabitationem
cū infideli/nec p̄cepit diuoꝛtiū: tamen pᷓopter libe-
rā beniuolentiā ſiue pᷓopter charitatē: vt dicit Au-
guſtinus. Nō debuit fidelis dimittere īfidelē. vnde
in caſu tenebat̄ cohabitare ⁊ non dimittere: ſed do-
minus hoc nō pᷓecepit: quia in genere licitū erat di
mittere: nō tamē ſemꝑ faciēdū. tūc em̄ dicit Augu-
ſtinus. licitū non eſt faciendū quando nō expedit: ſi-
cut licitū fuit paulo accipere ſumptus a ſubditis: ſꝫ
nō expediebat pᷓopter auariciā auditoꝛū: qui inde
ſcandalizarentur. dicta eſt cōtrarietas inter apoſto
lum qui dicit: ꝙ fidelis dimittat īfidelē cui eſt cōiū-
ctus matrimonialiter: ſi infidelis cōſentit habitare
cū fideli. ⁊ Moyſen q̇ dicit. Nō accipias filiā alieni-
gene filio tuo: quia ſeducet filiū tuū ne ſequatur me
qꝛ Moyſes intellexit de matrimonijs ꝯtrahēdis. ⁊
**Item arguit** apoſtolus de ꝯtractis in īfidelitate. ¶ Sed videt̄ ꝙ
eadē ſit ratio in contractis ⁊ in contrahendis: qꝛ di-
cit Cypᷓianꝰ martyꝛ. nō ſunt ꝯiungēda fidelia cū īfi
delibus mēbꝛis: ſed in iā cōtractis matrimonijs cū
alter cōiugū venit ad fidē: reliquꝰ manet in infideli-
tate: eſt iam vnū mēbꝛū fidele: reliquū infidele. ergo
nō ſunt cōiungenda matrimonialiter: et ita eadē eſt
**Solutio.** ratio in ꝯtractis ⁊ in ꝯtrahēdis. ¶ Solutio. ad hoc
ſoluit Auguſtinus dicēs: ꝙ non eſt eadē ratio in cō
trahendis ⁊ in cōtractis adherens rationi que eſt in
lege: qua dicit̄. Non accipies filiam alienigenā filio
tuo: qꝛ ſeducet filiū tuū ne ſequatur me. ſicut patuit
in ſalomone in. xj. tertij regum. Erant em̄ iudei car
nales ⁊ veneri dediti: et quia nondum erat pᷓopala
ta veritas/de facili ſeducebant̄ a mulieribus. vnde
videtur ꝙ nullomodo debet fidelis coniūgi cū infi-
deli: modo etiā cū ꝓpalata ſit veritas dei: ⁊ ꝯfirma-
ta miraculis: nullomodo debꝫ fidelis cōiūgi matri-
monialiter cū infideli: quia infideles modo obſtina
ti ſunt/et nulla ſpes eſt de ꝯuerſione infideliū: ſed in
tempoꝛe intermedio quādo apoſtoli pᷓedicabāt fi-
dē ⁊ pᷓedicationē miraculis ꝯfirmabāt: de facili cō
uertebant̄ homines ad fidē ⁊ deſtruebat̄ ydolatria:
que manifeſte contra legē nature videbatur eſſe. vn-
de cū alter illoꝝ qui cōiuncti erāt matrimonialiter
in infidelitate cōuertebant̄ ad fidē non timebatur ꝙ
ſeduceretur ab infideli: ſed potius ſperabatur ꝙ in-
fidelis conuerteret̄ a fideli. vnde nō erat ibi ratio q̄
erat in lege: ⁊ pᷓo illo tēpoꝛe loquitur apoſtolꝰ. Cy-
pᷓianus autē loquitur pᷓo illo tempoꝛe in quo nulla
ſpes eſt de infideli ꝙ conuertat̄. ¶ Itē. dicit apl̄us **Ad auctoꝛi-**
ꝙ ſi infidelis diſcedit non eſt ſeruituti ſubiectꝰ fra- **tatem.**
ter aut ſoꝛoꝛ et huiuſmodi. et ſuper hunc locū dicit
Ambꝛoſius: ꝙ cōtumelia creatoꝛis ſoluit matrimo **Ambꝛoſius.**
niū ex parte eiꝰ qui relinquit̄: nō ex parte eiꝰ q̇ relin
quit: ſed ſi hoc eſt: ergo ſi aliquis fideliū ꝯiugū blaſ-
phemet/eodēmodo ſoluitur matrimoniū ex parte fi
delis: ſed hoc falſuꝫ: quia illud matrimoniū fuit ini-
tiatum ratū/⁊ ꝯſummatum inter fideles. vnde illud
nulla ratione pōt diſſolui. ¶ Item. ſponſus et ſpon- **Ad idem.**
ſa relatiue dicuntur et ad conuertentiā. vnde poſita
ſe ponūt/⁊ perempta ſe perimunt: ergo ſicut iſte nō
eſt ſpōſus illiꝰ: ſic nec illa ſpōſa iſtiꝰ: et ecōuerſo: er-
go ſicut ſoluitur matrimoniū ex parte eiꝰ qui relin-
quitur pᷓopter duas cauſas: ita ex parte eiꝰ qui re-
linquit. ¶ Solutio. ſoluit̄ matrimoniū ex parte eiꝰ **Solutio.**
qui relinquitur pᷓopter duas cauſas. Pᷓima eſt: qꝛ **Pᷓima.**
a fideli nō eſt ſeruāda fides infideli: qui blaſphemat
⁊ nichil habet de fide. ¶ Et per hoc ſoluit̄ pᷓima ob **Ad pᷓimū.**
iectio: cū em̄ fidelis ſit infidelis: licet blaſphemet fi
dem/tamen quia aliquid habet de fide non ſoluitur
matrimoniū habꝫ ſacramētū fidei ſcꝫ baptiſmū: cha
racter em̄ inſeparabilis eſt/⁊ per baptiſmū cōſecra-
tum eſt coꝛpus eius ad hoc vt ſit templū ſpiritusſan
cti. vnde non vilificat̄ membꝛū fidele ſi coniungatur
cū infideli/ quod tamen adhuc retinet cōſecrationē
baptiſmi. ¶ Secūda ratio eſt quare ſoluit̄ matrimo **Secunda.**
niū ex parte eius qui relinquitur/non ex parte eius
qui relinquit: qꝛ timēdū eſt de fideli ne coꝛrūpatur ⁊
de infideli nō eſt timendū ne coꝛrūpatur: qꝛ iā coꝛru
ptus eſt: non eſt timendū ꝙ conuertat̄: qꝛ hoc bonū
eſt. ſicut narrat Auguſtinꝰ in libꝛo de ciuitate dei: ꝙ **Auguſtinꝰ.**
Zeno philoſophus ⁊ quidā yſtrio erant in naui qua-
dam/⁊ cum imineret periculum timuit Zeno: ⁊ non
timuit yſtrio: ⁊ cum euaſiſſent queſiuit yſtrio a Zeno
ne/quare timuiſti cū ego non timuerim: et reſpōdit
Zeno/pᷓo anima Zenonis timendū eſt: non pᷓo ani-
ma yſtrionis. ſimiliter pᷓo anima fidelis timēdū eſt
q̄ pᷓecioſa eſt: ⁊ nō pᷓo anima infidelis que vilis eſt.
¶ Ad vltimū dicimus: ꝙ ſine dubio nec eſt ſpōſus **Ad vltimū.**
nec eſt iſta ſponſa. vnde ſoluit̄ matrimoniū ex parte
vtriuſq̄: ſed dicitur non ſolum ex parte infidelis re-
linquētis: quia ex merito: ⁊ ex peccato ſuo remanet
quoddā vinculum in eo ꝙ nō poteſt tranſire ad alia
vota: ſed fidelis libere poteſt tranſire. vnde dicit̄ ſol
ui matrimonium ex parte fidelis qui relinquitur: ſi
cut dominus tenetur ſeruo/⁊ ſeruus domino: ſed ſi
ſeruus peccet contra dominū/dominus abſoluitur
ſeruus autē non abſoluit̄. ¶ Sed queritur cum ſol- **Queſtio inci-**
uatur matrimoniū ex parte eius qui relinquitur/an **dens.**
ſoluatur ſm̄ eſſentiam/ an tantū ſm̄ cohabitationē.
¶ Videtur ꝙ ſm̄ cohabitationem: quia cū dicit do- **Ar. pᷓimo.**
minus ꝙ licet viro dimittere vxoꝛem ſuam pᷓopter
cauſam foꝛnicationis: hoc intelligitur tantū quātū

Ayuntamiento de Madrid

ad cohabitationem. vnde de iſtis viuentibus neuter
poteſt tranſire ad alias nuptias. ergo ſi ita eſt in for
nicatione corporali/ ita debet eſſe in fornicatiōe ſpi=
rituali: ⁊ ita ex parte fidelis qui relinquitur/ non ſol=
Secundo. uitur matrimoniū quātū ad eſſentiā. ¶ Item. ſi ſol=
uitur quantū ad eſſentiā ⁊ propter peccatū infideli=
Solutio. tatis: quare non propter alia peccata? ¶ Ad hoc di
cendū: ꝙ ſoluitur quātū ad eſſentiā ex parte fidelis
qui relinquitur propter duas cauſas: que dicte ſunt
Prima. Quarū prima eſt: quia a fideli nō eſt ſeruanda fides
infideli/ qui nec in ſpe nec in re: nec in ſacramēto ali
Secunda. quid habet de fide. Secunda eſt: quia timendū eſt fi
deli ne corrūpatur: ſed in fornicatione corporali nō
eſt ita: quia fornicator corporalis habet fidem infor
mem. vel ſi nō habet/ habet ſaltem ſacramentū fidei
ſcꝫ baptiſmū. vnde ſeruanda eſt fides. vnde fornica=
tio corporalis nō ſoluit matrimoniū q̃tum ad eſſen
Iterum arguit᷑ tiam: ſed q̃tum ad cohabitationem tm̄. ¶ Sed ite=
rum obijcitur. ponat᷑ ꝙ fidelis qui relinquitur con=
trahat cū alio. poteſt enī cōtrahere ex quo ſoluta eſt
et poſtmodum decidat ille ſcd̄s cum quo contraxit
et infidelis qui relinquit eam cōuertat᷑ ad fidē. que=
ritur an ei reddēda ſit hec mulier fidelis tanq̃ vxor
Ar. ꝙ ſic. ſua? ¶ Uidet ꝙ ſic: quia ex parte viri non fuit ruptū
matrimoniū. ergo adhuc cōiunctꝰ eſt huic mulieri
vinculo matrimoniali: et ipſe petit eam et eſt fide=
Secundo. lis. igit᷑ reddenda eſt ei tanq̃ vxor ſua. ¶ Item. ceſ=
ſante cauſa ceſſat effectꝰ: ſed propter infidelitatem
amiſerat eā: ergo ceſſante infidelitate debet eā recu
Tertio. perare. ¶ Itē. dicit apl̄s: receperūt mulieres de re=
ſurrectione mortuos viros ſuos: ergo ſi reſuſcitatꝰ
corpore recipit vxorē quam prius habuit: ergo ea=
dem ratione reſuſcitatꝰ mente debet recipe vxorem
In oppoſitū quam prius habuit. ¶ Sed contra. mortuo viro di=
cit apl̄s: ſoluta eſt mulier a lege viri. ergo mortuo la
zaro ſoluta fuit vxor eius: poterat ergo ſtatim con=
trahere. eſto ꝙ ꝯtraxerit reſuſcitato lazaro aut erat
vxor lazari: aut non. ſi erat vna mulier ſimul habuit
duos viros: quod nunq̃ ꝑmiſit dn̄s: ſi non erat vxor
eius: ergo non potuit eam repetere vt ſuam: ergo cū
maior ſit mors aīe ꝑ infidelitatem q̃ mors corporis
ſi reſuſcitatus corpore nō poteſt repetere ſuam vxo=
rem quam habuit: nec reſuſcitatus mente ab infide=
litate: poteſt repetere vxorem quam prius habuit.
Solutio ¶ Quod cōcedimus. vnde ſi vult eam habere opor
tet ꝙ nouus cōſenſus adueniat ⁊ nouū mr̄imonium
Ad primū ¶ Ad primo obiectum patet ſolutio ꝑ predicta ru=
ptum eſt mr̄imoniū etiā ex pte relinquentis: ſed re=
manet quoddam vinculum: ꝙ tenet᷑ non tranſire ad
Ad ſecundū alias nuptias. ¶ Ad ſcd̄m dicimus ꝙ hec propoſi=
tio. Ceſſante cauſa ceſſat effectus: nō tenet in cauſis
Ad aliud agentibus ꝑ intellectum ⁊ voluntatem. ¶ Ad illud
quod dicit apl̄s ꝙ mulieres acceperunt de reſurre=
ctione viros ſuos. dicimus ꝙ de honeſtate fuit: non
de neceſſitate: honeſtum enī erat vt mulier viro ſuo
reſuſcitato cōiungeret᷑: tn̄ ꝑ nouū conſenſum ⁊ nouū
Iterum arguit᷑ mr̄imoniū. ¶ Sed ponat᷑. ꝙ infidelis diſcedens cō=
inquiſitiue. trahat de facto cum infideli aut eſt mr̄imonium aut
non/ ſi ſic. Cōtra. non eſt ſolutum mr̄imonium pri=
mum ex pte relinquentis. ergo non debet contrahe
In oppoſitū re cū alio. ergo ſi cōtrahit non eſt mr̄imoniū ¶ Sed
contra. iſte non eſt ſponſus alicuius: ergo ſolutus.
nec eſt alia illegittima ꝑſona ad cōtrahendum. ergo
ſi contrahit/ mr̄imonium eſt. ¶ Quod concedunt q̄ opio aliq̃rꝫ
dam: ſed tn̄ peccat mortalit᷑ cōtrahēdo. ¶ Sed me= Aliter dicit᷑.
lius videt᷑ dicendum ꝙ non eſt mr̄imonium: ⁊ ꝙ nō
eſt legittima ꝑſona ad contrahendum/ viuente alte
ra ꝑſona. dicit apl̄s. Si infidelis diſcedat non eſt ei
ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror et huiuſmodi. q.
d. libere poteſt contrahere: et ꝑ hoc dat᷑ intelligi ꝙ
infidelis diſcedens ſeruituti ſubiectus eſt ⁊ ligatus
q̃tuncunq̃ poteſt ligari propter matrimonium ad
hoc vt non contrahat.

¶ Utrum ex vnica contumelia dirimat᷑ vel
corrumpatur matrimonium.

¶ Queſtio ſecunda.

Queritur cū cōtumelia creatoris dirimat
mr̄imoniū. vtrū ex vnica contumelia diri
mat᷑ vel corrumpat᷑ mr̄imonium? ¶ Pro= Ar. ꝙ non
batur ꝙ non: q̄r dicit apl̄s. hereticum ho=
minem poſt primam ⁊ ſcd̄am correptionē deuita. ḡ
ex vna cōtumelia nō eſt dimittendus infidelis. ḡ ex
prima contumelia non rumpitur mr̄imonium: quia
forte ex corruptione eſt illa cōtumelia: pari ratione
nec ex ſcd̄a: nec ex tertia: ergo ex nulla. vel dicat᷑ ibi
ſiſtatur. ¶ Ad hoc dicimus ꝙ non eſt artis determi Solutio.
nare ex quota cōtumelia preciſe rūpatur mr̄imoniū
ſed virtutis ſiue charitatis: q̄r certior oī arte eſt me
lior. Dicimus ergo ꝙ ſi vxor fidelis videat virum in=
fidelem ꝑtinacem ⁊ defendētem errorem ſuū et im=
pugnantem fidem: tūc debet ipſum dimittere: quia
ruptum eſt matrimoniū: ⁊ ſi pōt habere teſtes de in=
fidelitate viri/ debet ipſum dimittere in facie eccle=
ſie: ſi nō habeat teſtes tn̄ debet ipſum dimittere: q̄r
ibi nō eſt matrimonium: ⁊ ſi eccleſia cōpellat eam vi
rum recipere prius debet ſe permittere excōmuni=
cari q̃ fornicet᷑: fornicaretur aūt ſi cōmiſceret ſe illi.
¶ Queritur poſtea vtrum ꝓ fornicatione ſpūali: ſcꝫ Alia q̄ſtio.
pro quolibet pctō mortali rumpatur matrimonium
q̃tum ad cohabitationem: ſicut ꝓ fornicatione cor
porali? ¶ Probat᷑ ꝙ ſic: quia dicit Auguſtinus ꝙ oē Ar. ꝙ ſic.
pctm̄ mortale eſt fornicatio ſpūalis: quia ꝓ quolibet Auguſtinꝰ.
pctō mortali recedit aīa a deo vero ſpōſo ſuo/ et ad=
heret creature. vnde fornicatur diligēs creaturam
plus q̃ deum. vnde illud: perdes oēs qui fornican=
tur ⁊c̄. Dicit aūt Gregorius ꝙ ſpiritualia pctā ma= Gregorius.
ioris culpe ſunt q̃ corporalia: ſed minoris infamie:
ergo fornicatio ſpūalis maior eſt q̃ corporalis: ſed
pro fornicatiōe corporali ſoluitur matrimoniū q̃tū
ad cohabitationem: ergo ꝓ fornicatione ſpirituali.
¶ Item. videtur velle Auguſtinus qui dicit ꝙ ſi di Confirmat᷑.
cat vxor viro ſuo: non ero tecum niſi de latrocinio et
rapina congreges tibi diuitias: debet vir amorem
dei preponere carnis luxurie/ et debet amputare a
ſe membrum quod ſcandalizat eum/ et ita debet di=
mittere vxorem ſuam: quātum ad cohabitationem.
¶ Sed contra. dicit Hieronymus ꝙ ſi vxor peccet In oppoſitū
in aīam ſuam nō poteſt eſſe polluta viro ſuo/ ac ſi di=
cat nō peccat cōtra matrimonium: ſed ſi fornicatur
corporaliter polluta eſt viro ſuo/ ⁊ peccat cōtra ma
trimonium: ita vir debet eam dimittere: quia qui te=
net adulteram ſtultus ⁊ inſipiens eſt: ⁊ ita nō dimit=
tenda ꝓ fornicatiōe ſpūali: ſed ꝓ corporali: q̄r ſic nō
iniuriatur vxor viro ſuo/ ſi peccat in aīam ſuam: quia
nō dicitur ꝙ habeat poteſtatē aīe mulieris: ſed cor=
poris. ergo nō debet ꝓpter hoc dimittere: ſed ſi for=



Ayuntamiento de Madrid

nicatur corporaliter iniuriat᷑ viro ſuo: qꝛ mulier nõ
habet poteſtatẽ corporis ſui: ſed vir. ergo ꝑ fornica
tione corporali rumpit᷑ mr̃imonium ꝙ̃tum ad coha
bitationẽ: qꝛ per que peccat aliquis/ ꝑ ea puniri de=
bet: et nõ pro fornicatione ſpũali: cũ illa nõ ſit cõtra
Solutio. virum. ¶ Quod cõcedimus hac rõne. Et ad aucto=
Ad Auguſtinum. ritatem Auguſt. dicunt magiſtri ꝙ retractauit illã
poſſet tñ ſane itelligi auctoritas illa hoc mõ: vir de
bet amputare a ſe mẽbrũ quod eũ ſcandalizat. i. debꝫ
vxorẽ ſuã acriter increpare ⁊ nõ dimittere: vel etiã a
lecto ſuo qñqꝫ ſeparare ad tẽpus: ⁊ a menſa: licet nõ
a domo cauſa correptionis: qꝛ vir caput eſt mulie=
ris: et pctm̃ mulieris imputat᷑ viro/ niſi corripiat eã.
vnde dicit auctoritas ꝙ adam ⁊ eua voluerunt rape
re deitatem: tñ vir ꝑ ſe non voluit: ſed dicit᷑ voluiſſe:
quia volentem mulierem non correxit.

¶ Querit᷑ cũ gentilis qui plures habet vxo=
res cõuertat᷑ ad fidem: vtrũ liceat ei habere
omnes illas.

¶ Tertia queſtio.

Queritur poſtea/ cũ gentilis qui plures ha
bet vxores cõuertatur ad fidẽ: vtrũ liceat
Ar. ꝙ ſic. ei habere omẽs illas vxores? ¶ Videt᷑ ꝙ
ſic: qꝛ qua ratione habet vnã: eadẽ ratione
habet ⁊ aliã. ergo vel oẽs vel nullã. ſi dicit᷑ ꝙ tm̃ pri
mã debet habere. Cõtra. ponatur ꝙ ſub hac forma
contraxerit: primo cũ duabus. accipio vos in meas:
⁊ ille dixerunt. accipimꝰ te in noſtrũ: ſm̃ hoc vna eſt
vxor ſicut eſt prima. g̊ vel vtrãqꝫ retinebit vel neutrã
nõ vtrãqꝫ retinebit: qꝛ eccleſia nõ ſuſtinet ꝙ vnus ha
beat ſimul plures. Similiter de iudeo q̃ cõtraxit in
iudaiſmo cũ conſobrina ſua in ſecũdo gradu: hoc eſt
ſm̃ legẽ moyſi. ſi poſtea iudeus vel iudea veniãt ad
Alia q̃ſtio. fidẽ. ¶ Querit᷑/ vtrũ maneat hmõi matrimoniũ. vi=
Ar. ꝙ ſic. det᷑ ꝙ ſic: qꝛ priꝰ erat matrimoniũ ⁊ modo nõ corrũ=
In oppoſitũ pitur ꝑ contumeliã creatoris: qꝛ vterqꝫ fidelis eſt. g̊
adhuc manet. ¶ Cõtra. eccl'ia iudicat tales ꝑſonas
illegittimas ad cõtrahendũ/ ⁊ modo ſunt de foro ec
cleſie. g̊ nõ debet eſſe illegittimũ hmõi matrimoniũ
Solutio ad primũ. ¶ Solutio. Ad primũ dicimꝰ: ꝙ tm̃ primã debet re
tinere. cũ aliis eñ nõ fuit matrimoniũ: qꝛ ſm̃ legem
naturalẽ vna debet eſſe vnius. et hec forma: accipio
vos in meas: nõ eſt forma ꝯhẽdi matrimoniũ: qꝛ ſm̃
legẽ nature eſt. Matrimoniũ eſt legittima ꝯiunctio
maris et femine/ nõ feminarũ: ſed in cordibꝰ gẽtiliũ
obfuſcata eſt lex naturalis: ita ꝙ nõ poſſunt clare vi=
Ad ſecundũ dere in corde ſuo ꝙ vna debet eẽ vnius. ¶ Ad ſcdo
q̃ſitũ dicimus: ꝙ manet illud matrimoniũ in iudeis
ꝯuerſis ad fidẽ/ nec ſunt illegittime ꝑſone ad hoc vt
maneãt in matrimonio. ſed ad ſic ꝯtrahendũ de no=
uo: qñ eñ ꝯtraxerũt erãt legittime ꝑſone: tũc eñ nõ
erãt de foro eccl'ie. de his aũt q̃ foris ſunt: nõ eſt no=
ſtrũ iudicare. cũ ergo ſm̃ deũ. i. ſm̃ legẽ moyſi cõiũ=
cti fuerunt/ eccleſia nõ debet eos ſeparare/ cuiꝰ non
eſt iudicare de vinculo contracto ante conuerſionẽ:
quia tunc non erant de foro eccleſie.

¶ De ipedimẽtis mr̃imonii ex errore ꝑſone.
¶ Septimum capitulum.

Ater impedimẽta matrimonii: ſecũdo di=
cendũ eſt de errore ꝑſone. Eſt aũt quadru
quadruplex error. plex error: ſcꝫ error qualitatis: cuꝫ aliqua
credit᷑ eſſe pulchra/ cũ tñ eſt turpis: vel cre
ditur eẽ bona/ cũ tñ ſit mala. error fortune/ cũ credit᷑
eſſe diues q̃ tñ eſt paup. error ꝑſone/ cũ credit᷑ eẽ ma
ria ⁊ eſt alia. error ꝯditionis/ cũ credit᷑ eſſe libere cõ
ditionis ⁊ eſt ſeruꝰ. duo primi errores non ipediunt
matrimoniũ: ſꝫ duo vltimi. ¶ Querit᷑ aũt hic de er= Queſtio.
rore ꝑſone/ quare ipedit ꝑ ſe matrimoniũ potius ꝙ̃
error qualitatis vel fortune. Et ad hoc dicit᷑ ꝙ error Solutio.
qualitatis vel fortune/ nõ ipedit ꝯſenſum mr̃imonia
lem: ſed error ꝑſone euacuat conſenſum mr̃imonia=
lem. ¶ Sed eadẽ remanet q̃ſtio q̃re error ꝑſone eua ꝯ hoc arguit᷑
cuat ꝯſenſum mr̃imonialẽ: ⁊ nõ error qualitatis vel
fortune: qꝛ tã in errore ꝑſone ꝙ̃ fortune eſt ꝯſenſus
tantũ cõditionalis. ſicut eñ iſte nõ ꝯſentit in iſtã: ni=
ſi qꝛ credit eſſe mariã: ſic ille nõ ꝯſentiret i illam: niſi
crederet eã eſſe diuitẽ: ergo ſi error fortune nõ eua=
cuat ꝯſenſum mr̃imonialẽ: nec error ꝑſone. ¶ Pre= Secundo.
terea. probatur ꝙ in errore ꝑſone ſit conſenſus ma=
trimonialis: qꝛ ille dicit: accipio te in meã. ⁊ illa di=
cit: accipio te in meum. ergo ibi eſt mutuus ꝯſenſus
per verba de preſenti expreſſus: ergo eſt ibi ꝯſenſus
matrimonialis: ergo ⁊ mr̃imoniũ. ¶ Item. ponat᷑ ꝙ Tertio.
aliquis habeat duas filias ſimillimas: quarũ dicat᷑
vtraqꝫ maria: et oſtendat᷑ illi altera illarum/ ⁊ ipe cõ
ſentiat in iſtã: ſed iſta non cõſentiat in iſtũ. conſtat ꝙ
conſenſus iſtius eſſet matrimonialis ſi eſſet mutuꝰ:
oſtendat᷑ ei poſtea altera maria ⁊ cõſentiat iſte in eã:
quia credit ipſam eſſe primã: et ipſa conſentiat in eũ
cõſtat ꝙ iſte cognoſcit tm̃ iſtam ꝙ̃tum cognoſcebat
primam: ſicut eni nomen eiꝰ et priam ⁊ genus: ⁊ oĩa
accidentia corꝑis que viſibilia ſunt: videt eñ eam: g̊
conſenſus iſtius in iſtam penitus ſimilis eſt cum cõ
ſenſu eiuſdem in prima: ſed conſenſus iſtius in pri=
mam eſſet mr̃imonialis ſi eſſet mutuus: g̊ conſenſus
iſtius in iſtã eſt mr̃imonialis cum ſit mutuꝰ. ¶ Con In oppoſitũ
tra. ibi eſt error ꝑſone: g̊ ibi non eſt conſenſus matri
monialis. ¶ Item. Yſaac benedixit Jacob licet cre Secundo.
deret benedicere Eſau: ergo a ſimili iſte ducit eã in
vxorem licet credat ſe ducere aliam: g̊ contractum
eſt cum iſta credat/ licet eſſet alia / et ita error ꝑſone
non impedit matrimonium. ¶ Item ſi error ꝑſone Tertio.
impedit mr̃imonium: ergo non fuit mr̃imonium int᷑
Jacob ⁊ Lyam in primo concubitu. ſeruierat enim
Jacob Laban. vii. annis pro Rachele et ſuppoſita
eſt Lya: ⁊ Jacob concubuit cum ea credens eam eſ=
ſe Rachelem: ergo concubuit cum nõ ſua: ergo pec=
cauit mortalit᷑/ vel ad minus Lya que ſcient᷑ cogno
uit non ſuũ peccauit mortaliter. ¶ Sed contra. cõ= ꝯ hoc arguit᷑
cubitus ille fuit ſignum ſacre rei: fuit enim ſignum
actiue vite que facta eſt: g̊ concubitus ille fuit ſacrũ
ſignum: g̊ non fuit peccatum mortale. ¶ Solutio. Solutio ad
Ad primum dicimꝰ ꝙ error ꝑſone impedit mr̃imo= primum.
nium/ et non error qualitatis vel fortune: et hoc pro Prima.
pter duas cauſas. Prima eſt: quia error qualitatis
vel fortune non impedit bonum mr̃imonii: quia tur
pis mulier multotiens ſeruat fidem melius mr̃imo
nii ꝙ̃ pulchra/ paup melius ꝙ̃ diues: diues enim ex
diuitiis ſupbit: ſed vna ꝑſona que ab alia ad hoc eli=
gitur melius ſeruat bona mr̃imonii ꝙ̃ alia: vnde er=
ror prime impedit mr̃imonium. ¶ Secunda cauſa Secunda.
eſt propter ſacramentum: mr̃imonium enim carna=
le ſacramentum eſt mr̃imonii ſpũalis / ſcilicet con=
iũctionis Chriſti/ et fidelis aĩe: ſed i mr̃imonio ſpũa
li debet eſſe conſenſus abſolutus: hic eni non eſt ma
trimonium ſpũale. Conſentio/ vel credo in iſtũ ſi eſt

Ayuntamiento de Madrid

chriſtus quocunqꝫ demonſtrato: ſed oportet abſolu
te ꝯſentire in ipm. vñ i mrĩmonio carnali debꝫ eẽ ab
ſolutus cõſenſus in aliquẽ. propter hoc nõ eſt ibi cõ
Ad aliud. ſenſus mrĩmonialis. ¶ Ad illud quod obiectum eſt
ꝙ ibi eſt conſenſus ꝑ verba de preſenti expreſſus. ğ
ibi eſt cõſenſus mrĩmonialis. Dicimus ꝙ non ſequi
tur: quia ille conſenſus nõ eſt abſolutus ab extranea
conditione: ꝗuis eni nõ ſit conditio in verbis: tñ eſt
in aia viri qui nõ cõſentit i iſtã: niſi qꝛ credit eſſe aliã
Ad aliud. ¶ Eodẽmodo reſpondendũ eſt ad illud quod obie=
ctum eſt de duabus marijs: non eni conſentit in iſtã
Ad aliud. ſcdam/ niſi credit eſſe primã. ¶ Ad illud quod que=
ritur de benedictione Jacob: dicimus ꝙ non eſt ſi=
mile: quia benedictio opus eſt dei/ nõ hominis. vñ
in numeris dicit: inuocabunt nomen meum ſuper
filios iſrael: et ego benedicam eis. mrĩmonium aũt
Ad vltimũ. opus hois eſt. ¶ Ad vltimũ dicimus ꝙ non fuit ma
trimoniũ inter Jacob ꝛ Lyam in primo concubitu:
tamen nõ peccauit Jacob: quia ignorantia facta ex=
cuſauit ipſum a tanto ꝛ toto. ſimilit̃ dicimus ꝙ Lya
non peccauit: quia inſtinctu ſpũſſancti primo tradit̃
eã Laban viro ꝗ̃ Rachelem. dñs eni ꝑ bonos bñvti
tur malis. vt in ꝓphetia Balaan et Cayphe. ꝛ ſodo=
mitis voluit dñs ꝑcere propter decẽ iuſtos ſimiliter
et Laban bene vius eſt dñs: propter conſortiũ prĩ=
arche inſpirauit ei ꝙ Lyã que erat lippa: primo tra
deret nuptijs ꝗ̃ Rachelẽ que erat pulchra: quia pri=
Gregorius. us eſt actiua ꝗ̃ cõtemplatiua: vnde Gregoriꝰ. Qui
arcem cõtemplationis aſcendere deſiderat; neceſſe
eſt vt in campo actionis ſe exerceat.

¶ De errore conditionis.

¶ Queſtio ſecunda

S Icut error ꝑſone impedit mrĩmoniuꝫ: ſic
error conditionis. vnde ſicut nullum eſt
mrĩmonium / ſi aliquis cõtrahit de facto
cum maria quã credit eſſe aliam: ita nul=
lum eſt mrĩmonium/ ſi aliquis ꝯtrahit de
In oppoſitũ facto cũ ancilla quam credit eſſe liberã. ¶ Sed cõ=
tra hoc obijcit̃. dicit apo. ad colo. nõ eſt maſculꝰ ꝛ fe
mina/ gentilis ꝛ iudeus barbarꝰ ꝛ ſcita ſeruꝰ et libe
ra: ſed oia et in oibus xp̃s. om̃s ergo qui in fide xp̃i
ſunt liberi ſunt qua libertate xp̃s nos liberauit. ꝛ in
Confirmat̃. euangelio iohãnis. Si filius vos liberauit: vere li=
beri eritis: ğ liberi ſunt ad cõtrahendum qui liberta
tem xp̃i habent. ğ ſeruitus corporalis non impedit
Secundo. mrĩmoniũ. ¶ Item dicit apoſtolus. vnuſquiſqꝫ ha=
beat ſuam ꝓpter fornicationem: hoc dicit generalit̃
ſed qđ dicit apl̃s gñaliter non eſt coartandum: ſicut
Ambroſius dicit Ambroſius ſuꝑ illum locum: mortuo viro nu=
bat mulier cui vult. nõ eſt determinandũ quod apo=
ſtolus nõ determinauit. et loquit̃ de ſcdis et tertijs
nuptijs. ergo cũ apl̃s dicit hoc/ generalit̃ vnuſqſqꝫ
ꝛc̃. nullus excipiendus eſt: ergo nõ ſeruꝰ. ꝛ ita ſerui
Tertio. tus nõ impedit mrĩmonium. ¶ Item mrĩmonium
eſt de iure naturali. ꝛ ſeruitus de ipſo iure: nõ enim
ſunt hoies ſerui a natura: ſed potiꝰ liberi. ſed ius po
ſitiuũ nõ poteſt cõtra ius naturale. ergo ſeruitus nõ
poteſt cõtra matrimonium. ergo nõ impedit ipſum.
Quarto. ¶ Item. error fortune nõ impedit mrĩmonium: ſed
error conditionis eſt error fortune. ğ error cõditio=
ꝓbat̃ minor. nis nõ impedit mrĩmonium. ¶ Probatio aſſumpte.
Seruitꝰ corporalis nõ eſt a natura: niſi eni pctm̃ nõ
eſſet ſeruitꝰ: nec corꝑalis nec ſpũalis. ergo cũ ſerui=
tus corporalis nõ a natura ſit eſt a caſu vel fortuna.
¶ Item. aliquis mercator credẽs ſe multũ lucrari Quinto.
cõmittit nauẽ ſuam cũ mercibus ſuis mari. accidit
ꝙ frangit̃ nauis ꝛ amittit quicquid habet: et fit pau
per. hec pauꝑtas eſt a fortuna. eſt eni preter intẽtio=
nem. ſimilit̃ aliqui credentes ſe poſſe cõuincere cõ=
mittunt bellum ꝛ victi/ ſic facti ſunt ſerui: ğ cum hec
ſeruitus preter intentionem eueniat eſt a fortuna vt
paupertas. ¶ Si dicatur ꝙ non eſt fortuna: quia eſt Euaſio.
diſpoſitione diuina: quia vt habetur in eccleſia. bo=
na et mala vita mors: paupertas et honeſtas a deo
ſunt. ꝛ in ꝓuerbijs. diuitias ꝛ pauꝑtates ne dederis
michi. ¶ Solutio. Seruitus corporalis nõ ſolũ eſt Solutio.
a iure humano: ſed etiã a iure diuino: vt patet i gene
ſi. Maledictus canaã ſeruꝰ erit fratrũ ſuorũ. Dici=
mus igit̃ ꝙ ſeruitus ipedit matrimoniũ: quia ſeruꝰ
nõ habet poteſtatem corporis ſui: ſed dñs. vnde nõ
poteſt transferre ꝑfecte poteſtatẽ corporis ſui in ali
quam mulierẽ ſine cõſenſu dñi ſui: niſi i quibuſdã ca
ſibus emergentibꝰ vt poſt dicet̃. ¶ Ad primũ dici= Ad primũ.
mus. ꝙ apl̃s loquit̃ ibi de libertate ſpũali ꝑ quam i
primitiua eccleſia volebãt multi fideles auferre a ſe
iugum ſeruitutis corporalis quibꝰ obuiauit apl̃s di
cens: ſeruus es: noli querere libertatẽ: ſed ſi põt fie=
ri liber magis vtere vtendũ ſeruitute tanꝗ̃ cauſa hu
miliationis: ſtatus eni ſerui melior eſt ꝗ̃ ſtatus dñi
ſicut ſtatus pauꝑis melior eſt ꝗ̃ ſtatus diuitis: quia
ſeruus habet occaſionẽ humiliandi ſe ꝛ dñs occaſio
nem ſuꝑbiendi. ſeruitus corporalis nõ ipedit liber=
tatem ſpũalẽ: et ꝓpter hoc nõ ſequit̃ ꝙ liber ſpũali=
ter poſſit ꝯtrahere: qꝛ aliqs liber ſpũaliter eſt ſeruꝰ
corporali ſeruitute. ¶ Ad ſcdm dicimus. ꝙ hec vni Ad ſecundũ
uerſitas vnuſqſqꝫ habeat ſuã ꝓpter fornicationẽ/ ac=
cõmodanda eſt: et nõ vaga. intelligit̃ enim ſic vnuſ=
quiſqꝫ qui põt ꝛ debet: non quelibet ꝑſona etiã tẽpo
re apl̃i fuit legitima ad cõtrahendũ. Habemꝰ eni ꝙ
beatus Mattheus ꝛ beatꝰ Thomas cõſecrauerunt Exemplum.
virgines/ que poſt cõſecrationẽ nõ poterant contra=
here: ꝛ hoc bene ſciebat apl̃s: quia multe erant ꝑſo=
ne que cõtrahere nõ poterant: auctoritas ergo illa
nõ intelligit̃ de ꝑſonis illegittimis ad cõtrahendũ.
vnde nõ intelligit̃ de ſeruis. ¶ Ad tertiũ dicimꝰ. ꝙ Ad tertium
nec ius poſitiuũ nec ſeruitus põt ꝯtra matrimoniũ
initiatum/ ratũ/ ꝛ cõſummatũ: ſed ius poſitiuũ bene
poteſt facere ꝙ aliqua ꝑſona ſit illegittima ad cõtra
hendum: et hoc nõ eſt cõtra matrimoniũ: ſicut aliqs
caſtrando aliquem facit illũ illegittimũ ad cõtrahẽ
dum: et ꝑ hoc nullũ matrimoniũ iam factũ deſtruit̃.
¶ Ad vltimo obiectũ dicimus ꝙ ſeruitus non eſt a Ad vltimũ.
fortuna tñ: immo quaſi naturalis eſt modo cũ ſit ab
origine. vnde error cõditionis nõ eſt error fortune:
potuit tñ in principio ſeruitus eſſe a caſu ꝛ a fortuna
ſicut obijciebat̃. Cõcedimus eni caſum aliquẽ eſſe i
rebus: ſm ꝙ caſus eſt inopinatus rei euẽtus ex cau
ſis cõfluentibus ob aliud inceptis. Sicut in illo qui
vadit ad forũ vt emat aliquid ꝛ ibi inuenit debitorẽ Exemplum.
ſuũ: hec inuẽtio dicit̃ eſſe a fortuna ꝛ a caſu: quia itio
ad forũ ob aliud fuit incepta: ſed ꝓut caſus dicit̃ fa=
tum/ ꝛ fatũ intelligit̃ eſſe quedã cauſa i motibus ſuꝑ
celeſtiũ corpoꝝ: ꝑ quã dicunt quidã neceſſario euẽ=
turos euentus rerũ voluntarios ſic caſus nichil eſt:
quia voluntas nõ ſubeſt tpi: ſed ſupra tp̃s eſt vt dicit
Auguſti. Sed ſi dicamus generaliter ſeruitutẽ eſſe



Ayuntamiento de Madrid

a fortuna:dicem⁹ ꝙ error cuiuſdã fortũe ĩpedit ma
trimoniũ: vbi.ſ.ꝑſona q̃ nõ habꝫ poteſtatẽ ſui corpo
ris:vt i ſeruo:ſꝫ vbi habet nõ ĩpedit:vt in paupꝑtate.

¶ Queſtio incidens.

Dictũ eſt ꝙ ius poſitiuũ nõ ↄtrariat̃ matri
monio/nec iuri naturali de quo eſt matri

ꝯ hoc arguit

moniũ. ¶ Sꝫ videt̃ ꝙ ↄtrariet̃: q: de iure
naturali q̃libet ꝑſona legittima ẽ ad ↄtra
hẽdu cũ qualibet paucꝫ exceptis:ſicut exceptis pa=
tre ⁊ filia:matre ⁊ filio:q̃ excepte erant in primitiua
ↄditione: ⁊ exceptis illis q̃ excepte ſunt in leuitico.
ſed iſte ſeru⁹ ⁊ hec libera nõ ſũt de illis exceptis.er=
go de iure naturali ſunt ꝑſone legittime ad ↄtrahẽ=
dũ. ſꝫ ius poſitiuũ facit oppoſitũ. facit ei ꝙ ſint ille=
gittime:ergo facit contra ius naturale. ergo cõtra=

Secundo.

riatur iuri naturali. ¶ Item. ip̃a conditio nõ impe=
dit matrimoniũ: quia ſeruus ⁊ ſerua poſſunt contra
here inter ſe:⁊ cõtradicentib⁹ dñis:vt habet̃ in ſen=
tentijs:quia ſeruus nõ tenetur dño ſuo:niſi in tẽpo=
ralibus ſeruitijs.vnde nõ tenetur nõ cognoſcere ali
quã mulierẽ. poteſt ergo ↄtrahere: quia poteſt red=
dere debitũ vxori loco ⁊ tempore:⁊ poſt reddere ſer

In oppoſitũ

uitia debita dño ſuo loco ⁊ tẽpore ¶ Probat̃ ꝙ non
poſſunt cõtrahere: q: ſeruus nõ habet poteſtatẽ cor
poris ſui/ſed dñs. ergo nõ poteſt tranſferre dñium

Secundo.

corporis ſui in aliã ꝑſonã ſine conſenſu dñi. ¶ Itẽꝫ
error conditionis impedit matrimoniũ:⁊ hoc nulla
alia de cauſa:niſi quia ſeru⁹ nõ habet poteſtatẽ cor=
poris ſui:ſed eadem cauſa manet vbi non eſt error.ſi
cut vbi vir liber ſcit mulierem eſſe ſeruã:ergo vbi li=
ber ſciens aliquã eſſe ſeruã nõ poteſt ↄtrahere cum

Ar̃.ex caſu.

illa.⁊ hoc manifeſte falſum. ¶ Ponatur ꝙ cõtrahat
liber cũ ſerua ſciens ⁊ prudens: et poſtea dñs ſerue
vendat illã paganis:aut vir tenetur ſequi mulierem
aut nõ. Si non. Contra.vir non habet poteſtatẽ cor
poris ſui:ſed mulier.g̊ ſi mulier vult tenetur eã ſeq̃.

In oppoſitũ

¶ Sed contra.iminet viro periculũ ⁊ vite corpora=
lis ⁊ vite ſpiritualis:quia iminet ei periculũ fidei.g̊

Solutio ad primum.

nõ tenetur eã ſequi. ¶ Solutio.dicimus ad primũ:
ꝙ ius poſitiuũ non contrariet̃ iuri naturali:ſed ipſuꝫ
determinat:ſicut ius humanũ determinat ius diui=
nũ.ius em̃ diuinũ dicit:in ore duorũ vel trium teſtiũ
ſtat om̃e verbũ. ⁊ ius humanũ ſic determinat.in ore
teſtium idoneorum fide dignorũ.vnde examinãtur

Queſtio incidens.

teſtes. ¶ Sed queritur. qua auctoritate ius huma=
nũ ſiue poſitiuũ determinat ius diuinũ ſiue natura=

Solutio.
Ius poſitiuũ determinat ius naturale.

le? ¶ Ad hoc dicim⁹: ꝙ ius poſitiuũ determinat na
turale ius/ per auctoritateꝫ iuris naturalis.ius em̃
naturale dicit: ꝙ falſis teſtibus nõ eſt credendũ. ⁊ ꝑ
hoc determinat ius humanũ ius diuinũ hoc modo:
in ore teſtium fide dignorum ſtet om̃e verbũ.ſimilit̃
ius naturale dicit: ꝙ nullus inuitus ſine om̃i pecca
to puniatur.⁊ per hoc determinat ius poſitiuũ ꝙ er
ror cõditionis impedit matrimoniũ.ſi em̃ nõ impe=
diret/accideret ꝙ aliquis inuitus ſine om̃i pctõ ſuo
puniretur.ſi em̃ liber contrahit cũ ſerua neſciens il=
lam eſſe ſeruam ſi ſtaret matrimoniũ puniretur inui
tus ſine om̃i peccato ſuo.eſto ꝙ non peccauerit:pu=
niretur em̃ per opprobrium ⁊ infamiã.punitur etiã
quia ſi mulier venderetur paganis teneretur eã ſeq̃.
puniretur etiã in filijs ſuis: quia filij ſui fierẽt ſerui.
ſicut ergo in ore duorum vel trium ſtat omne verbũ
non tamen in ore falſorum teſtiũ.ſic hec perſona ꝑm

ſe legittima eſt ad contrahendum:nõ tamen iniuſta
punitione alterius. ¶ Ad ſecundũ dicimus ꝙ bene

Ad ſecundũ

poſſunt ſeruus ⁊ ſerua contrahere inter ſe/⁊ contra=
dicentib⁹ dominis ſaluo iure dominorum ſuorum.
poteſt em̃ ſicut dictum eſt ſeruus reddere debitum
vxori loco ⁊ tempore:et dño ſuo ſeruire loco ⁊ tem=
pore. Et dicimus: ꝙ ſeruus habet poteſtatẽ corpo=
ris ſui quãtũ ad contrahendũ: ſed verũ eſt ꝙ plena=
rie non habet poteſtatem corporis ſui.vnde non ita
libere poteſt reddere debitum vxori: ſicut ſi eſſet li=
ber: ſed mulier que ſciẽter talem duxit ſibi imputet
¶ Ad tertiũ dicimus: ꝙ error conditionis impedit

Ad tertium

matrimoniũ:et hec nõ eſt ſola cauſa:quia ſeruus nõ
habet poteſtatem corporis ſui:imo hec eſt principa
lior cauſa:quia nullus inuitus ſine om̃i peccato ſuo
puniendus eſt.ſed liber ſciens et prudens poteſt cõ
trahere cum ſerua:non em̃ fit ei iniuria ſi ipe volun=
tarie ſe ſubijcit penis ſeruitutis. ¶ Ad vltimũ dici=

Ad vltimuꝫ

mus: ꝙ eccleſia que debet facere ꝙ matrimonia cõ
ſeruentur in ſuo eſſe:debet procurare ꝙ hec mulier
non vendatur paganis:ſed vendatur in ſua regione
in qua poſſit habere ſine periculo virum ſuũ: ſi vero
ita accidat ꝙ vendita ſit paganis tenetur eam ſequi
vir ſuus/niſi manifeſtum periculum imineat fidei.
vxor enim tenetur:ſed ſaluo iure dei et ſibi imputa=
re debet qui ſcienter ſeruam duxit.

¶ Queſtio tertia.

¶ De impotentia coeundi.

Conſequenter dicendũ eſt de tertio impe
dimẽto.ſ.de impotẽtia coeundi/q̃ duplex
eſt: vna naturalis/alia accidẽtalis. Natu=
ralis triplex ẽ.ſ.naturalis frigiditas/de=

Triplex impotẽtia naturalis.

fectus etatis/artatio nature/ q̃libet iſtarꝫ triũ impo
tentiarũ impedit matrimoniũ ↄtrahendũ/⁊ dirimit
ↄtractũ:defectu etatis ↄſtat ꝙ nõ poſſunt ſibi pueri
reddere debitũ : ſimiliter ſi aliq̃s ſit naturalit̃ frigi=
dus:adeo vt nec naturaliter nec adiut⁹ ꝑ medicinã
poſſet coire nõ poteſt ↄtrahere/⁊ ſi ↄtrahat de facto
nullũ ẽ matrimoniũ. ſimiliter ſi aliqua mulier adeo
arta ſit vt nec ꝑ medicinalia nec ꝑ violentiã: ſicut ꝑ
ſectionẽ vel aliq̃d tale poſſit fieri ydonea ad hoc vt
cognoſcat̃ non poteſt ↄtrahere/⁊ ſi ↄtrahit de facto
nullũ ẽ matrimoniũ:ſi ergo mulier vult accuſare vi=
rũ ſuũ ꝙ frigidus eſt naturaliter/⁊ non poteſt eã co
gnoſcere aliquo modo:ip̃a vero velit fieri mater ſi ꝑ
triennium fuit vir cũ ip̃a ⁊ nõ potuit eã cognoſcere/ſi
per vtriuſqꝫ iuramentũ ita cõſtiterit eſſe/⁊ per ſepti
mam manũ propinquorũ qui idem iurent tactis ſa=
croſanctis reliquijs/tũc eccl̃ia debet eos ſeparare:
ſi vero vir aſſerat ſe cognouiſſe eã ⁊ mulier dicat op
poſitũ ⁊ non poſſit habere teſtes/tunc ſtabitur iura=
mẽto viri:q: vir caput ẽ mulieris/niſi mulier ſenſibi
li demõſtratiõe ꝓbauerit ſe eẽ ꝟginẽ.ſimiliter ſi per
ſeptimã manũ propinquorꝫ ⁊ iuramentũ viri conſti=
terit eccleſie artatio mulieris ſeparandi ſunt/ aut ſi
cõſtiterit per ſenſibilem ꝓbationẽ:ſi vero contingat
ꝙ vir frigidus poſtea contrahat cũ alia ⁊ eã cogno=
uerit aut mulier arta contrahat cũ alio/⁊ ab illo co=
gnita ſit/cogetur redire ad prima cõnubia:q: verũ
matrimoniũ fuit inter ip̃os. Impotẽtia vero coeun

Duplex ĩpotẽtia coeũdi accidentalis

di accidentalis eſt duplex: vna per caſtrationẽ: alia
per maleficia. De caſtratione dicẽdũ ꝙ ſi poſt matri
moniũ cõtingat nõ rumpitur matrimoniũ propter

Ayuntamiento de Madrid

hoc: ſi vero ante matrimoniũ nõ potuit caſtratus cõ
trahere/ ⁊ ſi ꝯtraxit de facto nullũ fuit matrimoniũ.
De maleficiatis autẽ dicẽdũ eſt ꝙ ſi poſt mr̃imoniũ
factũ eſt maleficium nõ rumpit̃ ꝓpter hoc matrimo
niũ: ſi vero ante matrimoniũ ⁊ ꝑpetuũ ſit maleficiũ
ſeparandi ſunt vt dicũt antiq̃ canones: q: nullũ fuit
matrimoniũ: ſed iſti canones abrogati ſunt: q: nullũ
maleficiũ ꝑpetuũ eſt: q: ꝓpter paruitatẽ fidei ꝑmit=
tit de⁹ aliquos maleficiari. vñ maleficia poſſunt diſ
ſolui per magnitudinẽ fidei/ ⁊ ꝑ oratiões eccleſie/ ⁊
ꝑ eãdẽ artẽ ꝑ quã facta ſunt deſtruunt̃. vñ nullũ ma=
In oppoſitũ leficiũ eſt perpetuũ. ¶ Sed ꝯtra predicta obijcitur.
Contingat eñ ꝙ frigidus naturaliter q̃ ſeparatus
fuit a priore/ cõtrahat de facto cũ alia et faciat eam
pregnãtẽ/ cogit̃ redire ad priorẽ vxorẽ: q: ibi verum
fuit matrimoniũ: ergo deus ꝯiunxit illos: ⁊ eccleſia
ſeparauit: ergo ſeparauit quos deus ꝯiũxit: ergo fe
cit ꝯtra hoc preceptũ dñi: quos deus ꝯiunxit hõ nõ
Secundo. ſeparet: ergo peccauit mortaliter. ¶ Item ignoran
tia iuris neminẽ excuſat: nulla eñ ignorãtia facit q̃n
fornicatio ſimplex ſit pctm̃ mortale: preceptũ enim
eſt: non fornicaberis: ergo nulla ignorãtia põt face=
re quin eccleſia peccauerit ſeparãdo quos deus cõ=
iunxit/ ibi eñ nõ fuit ignorãtia facti: q: oĩa erant in
Euaſio. ꝓpatulo: vt videt̃. ¶ Si dicat̃ ꝙ eccleſia ſeparauit
eos ne pei⁹ accideret: q: mulier volebat fieri mater
⁊ fornicata eſſet niſi daret̃ licentia ꝯtrahendi cũ alia
hec ſolutio nõ valet: q: tñ valeret hoc q̃tum ſi dare
tur libellus repudij qui dabatur in veteri lege pro=
Secundo pter duriciã iudeoꝝ ne interficerẽt vxores. ¶ Item
eccleſia neſciebat an iſte poſſet cognoſcere illã an nõ
ergo neſciebat an eſſet verũ matrimoniũ inter ipſos
an nõ/ ⁊ ſeparauit eos: ergo cõmiſit ſe diſcrimini: g̃
Tertio. peccauit mortaliter. ¶ Item verũ matrimoniũ fuit
inter beatam vginem ⁊ Joſeph/ ⁊ inter Criſantum ⁊
Dariam vbi nullus reſpectus habebatur ad carnalẽ
copulã: ⁊ iter beatum Alexiũ ⁊ vxorem ſuã q̃ ſtatim
poſt nuptias tranſtulit ſe ad vitã heremiticã: ergo li
cet inter frigidũ naturaliter ⁊ illam que cõtrahit nõ
poſſit eſſe carnalis copula: nichilominus ibi eſt ma=
Solutio. trimoniũ. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ eccleſia recte ſe=
parauit tribus de cauſis. Prima eſt ignorãtia facti/
nõ ꝙ ibi fuerit: ſed ꝙ ibi potuit eſſe. Secũda eſt pro
batio ꝑ teſtes/ vel ſenſum cui ꝓbatiõi nõ poterat ec=
cleſia reſiſtere. Tertia ne pei⁹ accideret: fornicaret̃
Ad primum ei mulier niſi ſic fieret. ¶ Ad prĩo g̃ obiectũ dicim⁹
ꝙ nõ valʒ hec argumẽtatio: fecit ꝯ̃ p̃ceptũ dñi: g̃ pec
cauit: ignorãtia ei fcti eã excuſat: ſicut nõ vʒ: iſte co=
gnouit alienã vxorẽ: g̃ peccauit: q: ignorãtia fcti eũ
excuſat: credebat eñ eã eſſe ſuã ⁊ adhibuit diligẽtiã
Ad ſecundũ quã potuit ⁊ debuit. ¶ Ad ſcđo obiectũ dicimus ꝙ
nulla ignorãtia facit quin fornicatio ſit pctm̃ morta
le in eo q̃ ſcit ſe fornicari. i. q̃ ſcit ſe cognoſcere non
ſuã: ſed in eo ꝙ credit cognoſcere ſuã ⁊ cognoſcit nõ
ſuã adhibita diligẽtia quã põt ⁊ debet ignorãtia fa=
Ad tertium cti facit ꝙ illa fornicatio non ſit pctm̃. ¶ Ad tertio
obiectũ dicim⁹ ꝙ hec argumẽtatio nõ valet: eccleſia
neſciebat an eſſet verũ matrimoniũ iter eos: ergo cõ
miſit ſe diſcrimini ſeparãdo eos: licet ei neſciret/ tñ
ꝓbatũ credebat ibi nõ eſſe veꝝ: nõ peccauit ſeparã=
do: ſed ſi dubitaret equaliter ſe habendo ad vtranq̃
partẽ dubitatõis. tũc haberet locũ illa argumẽtatio
Ad vltimum ¶ Ad vltimo obiectũ dicim⁹ ꝙ nõ eſt ſimile: q: i ma

trimonio beate vginis ⁊ ioſeph fuit fructus et licet
nõ fuerit ex matrimonio ille fructus: tñ ex mr̃imo=
nio fuit ordinatus: quia per matrimonium celatus
eſt partus filij dei diabolo: in alijs aũt ⁊ ſi fructus
nõ fuerit ſcʒ creſcanti ⁊ darie: tamẽ poterat eſſe: nec
intendebãt cõtrariũ: ſed in frigido naturaliter non
põt eſſe fructus.

¶ Queſtio quarta.

¶ De quarto ⁊ quinto impedimento matri=
monij: ſcʒ de ordine ⁊ voto.

De quarto ⁊ q̃nto ipedimento matrimonij
ſcʒ de ordine ⁊ voto dicẽdũ eſt ꝯiũctim: q:
ordo matrimoniũ ipedit ꝑ votũ: ſed nõ q̃=
libet ordo: ſʒ tñ ſacer ordo. Sũt aũt tres
ſacri ordĩes ſcʒ ſubdiaconat⁹ q̃ nõ ſolebat
eſſe ſacer ordo: ⁊ dyaconat⁹ ⁊ p̃ſbiterat⁹: q̃libet iſto=
rũ triũ ordinũ ipedit mr̃imoniũ ꝯtrahẽdũ ⁊ dirimit
cõtractũ. ¶ Sed obijciat̃. ſubdiaconat⁹ ipedit ma= ꝯ̃ hoc ar̃.
trimoniũ aut ex eſſentia ordinis aut ex alio: nõ ex eſſẽ
tia ordinis: q: eadẽ erat eſſentia q̃ñ nõ ipediebat: er=
go ex alio: q̃rit̃ ex quo forte dicet̃ ꝙ ex voto annexo.
¶ Sed cõtra. iſte q̃ ſuſcipit ordinẽ ſubdyaconat⁹ nõ In oppoſitũ
intendit aliq̃d promittere: ſed tñ ſuſcipere ordinẽ:
ergo nõ intẽdit vouere: ergo ibi nõ eſt votũ: g̃ ex vo=
to nõ impedit ordo matrimoniũ. ¶ Itẽ p̃ter eſſentiã Secundo.
ordinis nõ eſt ibi niſi purũ votũ: ergo non eſt ibi niſi
votũ ſimplex: ſʒ votũ ſimplex nõ dirimit mr̃imoniũ
ꝯtractũ: g̃ ordo ſubdyaconat⁹ nec ꝑ ſe nec ꝑ votũ ſi=
bi annexũ dirimit matrimoniũ ꝯtractũ. Si dicat̃ ꝙ
hoc eſt ex ſolẽnitate ordinis. ¶ Contra. eadẽ ſolẽni In oppoſitũ
tas adhibebat̃ q̃ñ nõ ipediebat matrimoniũ: g̃ hoc
nõ eſt ex ſolẽnitate. ¶ Preterea ſolẽnitas circũſtan= Secundo
tia eſt: ſed circũſtãtia nullã obligationẽ facit: ſed ꝑ=
tacẽtẽ augmentat: ergo ſi ꝑ eſſentiã ordinis ⁊ voti nõ
dirimit̃ matrimoniũ ꝯtractũ ſed tñ impedit̃ cõtra=
hendũ ꝑ ſolẽnitatẽ additã non dirimit̃ matrimoniũ
ꝯtractũ: ſed magis ipedit cõtrahẽdũ: ⁊ magis pec=
cat q̃ contrahit. tñ contractũ eſt. ¶ Forte dicet̃ ꝙ ex Euaſio.
inſtitutiõe eccleſie eſt ꝙ ſacer ordo ipedit matrimo=
niũ cõtrahendũ ⁊ dirimit ꝯtractũ. Sed ꝯtra cẽties
ꝓhiberet iſti ꝙ non ꝯtraheret: ſi iſte ꝯtraheret de fa
cto ꝯtractũ eſſet: g̃ eccleſia nõ põt dirimere mr̃imo
niũ cõtractũ. ¶ Solutio. dicimus ex inſtitutiõe ec= Solutio.
cleſie eſt ꝙ ſolennitas ordinis cui annexũ eſt votum
continẽtie impedit matrimoniũ contrahendũ ⁊ diri
mit contractũ: habuit autẽ eccleſia ꝙ hoc inſtituere
tur ab auctoritate dñi dicẽtis ꝑ yſaiam. Mũdamini
q̃ fertis vaſa dñi: ⁊ ſubdyaconus miniſtrat altari de
ferẽs calicẽ ⁊ patenã ad altare: vñ perpetuã continẽ
tiã mẽtis ⁊ corporis debet habere: ꝑ hoc patet ſolu
tio ad oĩa obiecta. ¶ Ad primo eñ obiectũ dicim⁹ Ad primum
anima viſum ſuũ: auditũ ſuũ: ⁊ ſic de alijs. vnde in lu Exemplum.
ca. diues qui ſepultus eſt in inferno: legit̃ habere lin
guã/non linguã corꝑis: ſed mẽtis. Concedimꝰ autẽ
ꝙ ſuperexcreſcẽtia capilloꝝ ⁊ vnguiũ de ſuꝑfluita=
te eſt ⁊ de vitio nature: niſi eñ peccaſſet hõ creſcerẽt
capilli eius ⁊ vngues vſq̃ ad terminatam quãtitatẽ
⁊ nõ vltra: ſicut ſtant vngues in leonibꝰ ⁊ in alijs q̃=
buſdam animalibꝰ: breuiter ergo dicimus ꝙ reſur=
gent corpora glorioſa perfecta q̃tũ ad eſſe ⁊ q̃tũ ad
bonum ⁊ integrum eſſe: ⁊ in ea perfectione ⁊ decen=
tia quã habitura erant ſi nõ peccaſſent hoĩes: quod
totum oſtẽditur in auctoritate iſta apoſtoli: reſurge
mus in menſura etatis: ecce debita perfectio: pleni
tudinis/ecce bonitas et itegritas: xp̃i/ecce decẽtia.
detrahent̃ ei vitia ⁊ ſeruabit̃ natura. vnde ſi vanitas
que eſt in vano eſt ex vitio nature: non erit aliq̃s va=
nus in patria: ſi ꝟo nõ eſt ex vitio nature poterit ibi
eſſe aliq̃s vanus: ſed hoc nõ erit ei indecẽs. ¶ Sed ꝯ dicta ar.
ꝯtra ꝑdicta obijcitur. Ex pulueribꝰ ĩ quos reſolutũ
eſt corpus hũanũ reſtaurabitur in reſurrectione: et
non ex pulueribꝰ corporis petri reſtaurabit̃ corpus
pauli: ſz ex pulueribꝰ corꝑis petri ꝑciſe reſtaurabit̃
corpus petri/vt ſit idem corpus numero quod priꝰ
fuit: ſed ſicut ſe habet totũ ad totũ: ſic ꝑs ad partem

Ayuntamiento de Madrid

ſed ſi ex tali puluere preciſe reſtaurabit tale corp⁹:
ex puluere ꝑtis preciſe reſtaurabit pars. igit puluę
ri naſi ſimi nulla ſiet additio. ⁊ hoc eſt ꝯtra predicta
Solutio. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ hec propoſitio: ſicut ſe habet
totū ad totū: ſic pars ad ꝑtē: ſi generalit̃ intelligat
falſa eſt: quia ex totali puluere pōt reſtaurari totale
corpus: idem numero q̄ꝫtum ad materiā ⁊ q̄ꝫtum ad
formā/ ⁊ q̄ꝫtū ad eſſentiam: ſed non eſt verū generali
ter ꝙ ex puluere ꝑtis poſſit reſtaurari eadem pars
q̄ꝫtum ad materiā et formā et decentiā: niſi hoc fie=
ret opatione miraculoſa. vñ dicim⁹ ꝙ ꝑti indecenti
ex defectu fiet additio: vel multiplicabit in ſe: ſicut
patet in corporibus puulorū. ſi vero ꝑticularit̃ intel
ligatur illa ꝓpoſitio nō tenet argumentatio: quia ex
particularibus nichil ſequitur.

¶ De reſurrectione chriſti.
¶ Undecimus tractatus.

Conſequenter de reſurrectione xp̄i. circa
quā primo querēdū eſt qualit̃ reſurrectio
xp̄i ſit cauſa nr̃e reſurrectionis. ſcd̄o qua
liter xp̄s ꝓbauit reſurrectionem ſuā diſci
pulis ſuis. tertio qualit̃ apparuit ĩ ſpecie
Ar. primo. ꝑegrini. ¶ Circa primum ſic obijcit. dicit eñi apl's.
Si xp̄s reſurrexit: ḡ nos oēs reſurgemus. videt ꝙ
hec ꝓbatio nulla ſit: quia magis videt ꝙ xp̄s reſur=
rexit q̄ꝫ ꝙ nos oēs reſurrecturi ſum⁹: ſed mai⁹ eſt ꝙ
magis videt. cōtraria ſunt ſm naturalem rōnem. ꝓ=
pter hoc ponit illa ꝯtraria btūs Gregori⁹: licet ſim=
pliciter nō ſunt cōtraria. ⁊ ſic patet ſolutio ad primo
Ad ſecundū obiectū. ¶ Ad ſcd̄o obiectū ſoluit ꝑ hoc: quia nō va
let hec argumētatio. Corp⁹ xp̄i palpabile eſt a ma=
nibus diſcipuloꝝ: ḡ corruptibile: debet eñi addi. eſt
palpabile naturalit̃: et hoc falſum. ſicut nō valet hec
argumentatio: hec eſt virgo: ḡ non peperit: ſed hec eſt
ꝯ hanc ar. neceſſaria: hec eſt virgo. ḡ nō peperit naturalit̃. ¶ Sꝫ
contra hanc ſolutionē multipliciť obijcit. quia cor=
pus xp̄i glorificatū aut eſt naturalit̃ palpabile a ma
nibus non glorificatis: aut nō: ſed ſic habeo ꝓpoſi=
tum: ſi nō: ſed ante paſſionē erat palpabile naturalit̃
a manibus non glorificatis: ḡ variata eſt natura. ḡ
corpus xp̄i glorificatū nō eſt eiuſdem nature: cuius
erat ante paſſioné. ⁊ Grego. dicit ꝙ eiuſdē nature eſt
cuius ⁊ ante: ſed manēte cauſa/ manet effectus. ḡ cū
ante paſſionē eſſet palpabile ex natura quā habebat
a manib⁹ nō glorificatis: ⁊ modo ex eadē natura eſt
Secundo. palpabile a manibus nō glorificatis. ¶ Itē. corpus
xp̄i glorificatū: aut pōt palpari a manibus nō glori=
ficatis: aut nō pōt. ſi non pōt. Contra. palpatū fuit a
manib⁹ diſcipulorū: ḡ poťat palpari ſi vero pōt pal=
pari a manib⁹ nō glorificatis: ḡ naturalit̃ pōt palpa
ri a manib⁹ nō glorificatis. dicit eñi cecus nō pōt vi
Tertio. dere: q: nō pōt videre naturalit̃. ¶ Itē. ſup illū locū
luce. palpate ⁊ videte: dicit gloſa. corpus nr̃m ⁊ ſub
tile erit ꝑ effectū ſpūalis potentie: ⁊ palpabile ꝑ ve=
ritatē nature. ḡ corp⁹ glorificatū naturalit̃ palpabi=
le eſt: ⁊ cū habeat eādē veritatē nature quā pri⁹ habe
Quarto. bat. palpabile eſt a manib⁹ nō glorificatis. ¶ Itē. ſu
per illū locū luce: habetis hic aliqd qd̄ mādūcet: di
cit glo. ad inſinuandū veritatē reſurrectionis: nō ſo
lum tāgi: ſed cognoſci voluit: q: vere reſuſcitari co=
medere poſſunt fantaſtice reſuſcitati. comedere nō
poſſunt. vnde ꝑ hoc deprehendet antixp̄i fallacia: ꝙ
reſuſcitati ab ipſo nō poſſunt comedere. ḡ corp⁹ glo
rificatū pōt comedere: guſtare igit pōt: ſed guſt⁹ nō
eſt ſine tactu: eſt igit tangibile naturalit̃ tā actiue q̄ꝫ
paſſiue. cibus eñi tāgit guſtātē: ḡ eſt palpabile natu
raliter a manibus non glorificatis. ¶ Itē in Pſa. vi Quinto.
debit oīs caro ſalutare dei: ḡ tā boni q̄ꝫ mali videbūt
xp̄m glorificatū. ſed dñs nō faciet ibi miraculū pro
malis: ḡ mali ſine miraculo videbūt deū glorificatū
et oculis nō glorificatis: ḡ corp⁹ glorificatū ſine mi
raculo pōt videri ab oculo non glorificato. ḡ poteſt
palpari ſine miraculo a manibus non glorificatis.
¶ Quod cōcedūt quidā ⁊ in hac opinione fuit pre= Opinio aliqrū
poſitin⁹. dicebat ei ꝙ corpus glorificatū materialit̃
poteſt videri a corpore glorificato. ⁊ nō glorificato:
ſimiliter ⁊ palpari: ſed in hoc eſt differētia: quia cor=
pus non glorificatū tangit/ detinet/ et videt velit no=
lit: ſed corpus glorificatū qñ vult prebet ſe viſibile:
ſicut ſup lucā dicit de angelis. ꝙ in poteſtate illorū
eſt apparere ⁊ videri qñ volunt: et non videri qñ non
volunt: ſicut dixit demon de beato Bartholomeo.
Si vult videt: ſi non vult non videt. et ꝑ hac auctori
tate ſunt oēs auctoritates: excepta prima q̄ ſoluit
ſm iſtam opinionem: ꝙ palpabile ⁊ incorruptibile
non ſunt contraria niſi ſm naturalem rōnem. natu=
ralis eñi rō non ꝯſueuit inuenire palpabilia: niſi cor
ruptibilia. ¶ Ad ſcd̄o obiectū pꝫ ſolutio q: non va= Ad ſecundū
let ſm iſtam opinionē: hoc eſt palpabile naturalit̃. ḡ
corruptibile. ¶ Sed contra vtrāq; opinionē ſic obij ꝯ hāc arguit
citur. dicit ĩ euāgelio. fulgebūt iuſti ſicut ſol. ſed ſol
naturalit̃ viſibilis eſt ab oculis nō glorificatis: ḡ cor
pora glorificata naturalit̃ viſibilia ab oculo non glo
rificato: ḡ corpora et naturalit̃ paſſibilia a corpore
non glorificato. ⁊ hoc eſt contra primam opinionē.
¶ Item ſi corpora glorificata fulgent ſicut ſol ⁊ na= Secundo.
turalis lux ſit viſibilis. vnde videt ſi obijciat viſui/
eodem modo corpus glorificatū ex luce ſua vel co=
lore naturalit̃ viſibile debet eſſe oculo non glorifica
to: ⁊ non eſt in volūtate ſua videri/ vel nō videri: imo
videt velit nolit: dūmodo obiectū ſit viſui. ¶ Item Tertio.
nichil eſt palpabile ſine reſiſtentia: hec ꝓpoſitio eſt
quaſi ꝑ ſe nota: ſed corp⁹ glorificatū non reſiſtit cor=
pori non glorificato: eſt enim ſubtile ⁊ penetratiuū.
vnde dñs ſine miraculo poſt reſurrectionem intra=
uit ad diſcipulos ianuis clauſis: ergo cum corporis
glorificati ad non glorificatū non ſit reſiſtentia: glo
rificatū non eſt palpabile a non glorificato: ſubtile
enim reſiſtit ſubtili: groſſum groſſo: ſed groſſuꝫ non
reſiſtit ſubtili. ¶ Item. qñ corpus glorificatū pal= Quarto.
patur a non glorificato/ aut aſſumit aliquam ꝓprie=
tatem quam prius nō habebat/ aut nullam. ſi nullā:
ergo qua ratione modo eſt palpabile: et prius: ergo
ſi modo palpat a corpore non glorificato/ et pri⁹ pal
pabat: cū eque ꝓpinqua eſſent: ſi aliquam ꝓprietatē
aſſumpſit non niſi groſſiciē: ergo cū palpat eſt groſ=
ſum: ergo nō eſt ſubtile. ergo non eſt glorificatum.
¶ Solutio. ſm vltimam opinionem q̄ nobis magis Solutio.
placet dicendū eſt/ ꝙ ſicut lignū putridū/ et quidam
vermes duas habent ꝓprietates/ ſcilicet luciditatē
que de nocte videt: et propriū colorem q̄ de die vide
tur: ſimiliter corpus glorificatū duas habet ꝓprie=
tates. Eſt enim palpabile ꝑ veritatem nature: ⁊ ſub
tile ꝑ effectum ſpūalis potentie. vnde cū vtitur pal=
pabilitate poteſt palpari a corpore non glorificato:
cum vero vtitur ſubtilitate non poteſt palpari a nō



Ayuntamiento de Madrid

gloꝛificato: ſʒ q: luciditas ligni putridi aut vermis
aliqñ videt/aliqñ non: nõ eſt de natura ligni putridi
aut vermis: ſʒ ab extrinſeco: ſʒ coꝛp⁹ gloꝛificatũ de
natura ſue gloꝛificatiõis habet ꝙ videat ſi vult: et ſi
nõ vult/nõ videt: ꝛ palpet ſi vult/ꝛ nõ palpetur ſi nõ
vult. vnde qð ꝗ illa argumẽtatio eſt a maioꝛi ꝛ ꝯſtru
ctiue. ꝗ nõ valet: q: locus a maioꝛi deſtructiuus eſt
Secundo. ¶ Jtẽ. ſi xp̃s reſurrexit nos oẽs reſurgem⁹: ſʒ neceſ
ſariũ eſt xp̃m reſurrexiſſe. ꝗ neceſſariũ ẽ nos oẽs re=
ſurrecturos eẽ: ex neceſſario em̃ nõ ſequit niſi neceſ
Tertio. ſariũ. ¶ Jtẽ. reſurrectio xp̃i eſt cauſa reſurrectiõis
noſtre: vt dicit Auguſtin⁹. ꝛ ap̃ls. Reſurrexit ꝓpter
Gregoꝛius. iuſtificationẽ noſtrã. ꝛ Gregoꝛi⁹. Moꝛtẽ noſtrã mo
riẽdo deſtruxit: ꝛ vitã reſurgẽdo reparauit. ſʒ neceſ=
ſarium eſt cauſam preceſſiſſe: ergo neceſſariũ eſt effe
ctum ſequuturũ eſſe. ergo neceſſariũ eſt nos reſuſci=
Quarto. taturos eſſe. ¶ Jtem. ſancti q̃ deceſſerũt meruerunt
gloꝛioſam reſurrectionẽ ꝛ neceſſariũ eſt eos meruiſ=
ſe. ergo neceſſariũ eſt eos habituros eſſe gloꝛioſam
Jn oppoſitũ reſurrectionẽ. ¶ Sed contra. generalis reſurrectio
erit miraculoſa: ꝗ ex ſola volũtate dei: ſed volũtas ꝛ
neceſſitas ſunt diuerſa pꝛincipia. ergo nõ eſt neceſſa
Secundo. rium nos reſurrecturos eſſe. ¶ Jtẽ. ſi neceſſariũ eſt
nos reſurrecturos hoc nõ eſt niſi pꝛopt iuſticiã dei:
ſed hãc cauſam ſcim⁹. ſcimus eni deum eſſe iuſtũ: et
ſcimus qm̃ eſt cauſa reſurrectionis nr̃e. et ſcim⁹ alit
eſſe nõ poſſe: ꝛ hec eſt diffinitio ſciẽtie. ergo ſcim⁹ re=
Tertio. ſurrectionem. nõ ergo credim⁹. ¶ Jtem. non eſt ne=
ceſſarium iſtos decẽ reſurrecturos eſſe i reſurrectio
ne gloꝛioſa. de illa eni loquit ap̃ls. nec iſtos centum
nec iſtos mille: ergo eſt neceſſariũ non oẽs reſurre=
Solutio ad pꝛimum. cturos eſſe. ꝛ ꝓbatum eſt oppoſitũ. ¶ Solutio. Ad
pꝛimum dicim⁹ ꝙ xp̃m reſurrexiſſe maius eſt: ꝛ ſimi
le eſt: ſed ap̃ls nõ infert a maioꝛi: ſed a ſimili. inq̃ʒtũ
eni xp̃s filius dei eſt ꝑ gratiã/ſicut ꝛ alij ſancti ſimi=
lis eſt illis. vnde ſimile eſt xp̃m inq̃ʒtũ eſt filius dei
per gr̃am reſurrexiſſe: ꝛ ſanctos inquantũ filij dei re
ſurrecturos eſſe: q: eadem eſt rõ. vnde i illa argumẽ
tatione eſt locus a ſimili: ſicut in hac: aĩa ſoꝛtis eſt i=
moꝛtalis: ergo et q̃libet: ſed hec eſt ſimilitudo natu=
re: et non ſimilitudo gr̃e. inquantũ aũt xp̃s eſt deus
homo maius eſt xp̃m reſurrexiſſe. vnde in excellẽtio
Aliter dicit. ri gr̃a reſurrexit q̃ʒ aliquis reſurrecturus ſit. ¶ Eſt
etiam pꝛeter locũ a ſimili i illa argumẽtatione: loc⁹
a duplici cauſa motiua. Reſurrectio eni xp̃i eſt cau=
ſa motiua libertatis pr̃is: vt faciat amoꝛe xp̃i reſur=
gere fratres ſuos: ſicut cũ rex terren⁹ facit militem
filium ſuũ: amoꝛe ipſius facit multos alios milites:
et licet multi crederẽt ꝙ hoc fecerit pr̃ tm̃ in illis q̃
reſurrexerunt cũ xp̃o. tñ intelligim⁹ tã de illis q̃ʒ de
illis q̃ reſurrecturi ſunt. vñ petit eccl̃ia. Reſpice dñe
in faciem xp̃i tui. null⁹ eni placet deo pr̃i: niſi in xp̃o
Collecta eccleſie. eſt. i. mẽbꝛũ xp̃i. q: null⁹ aſcendit i celũ: niſi qui deſcẽ
dit de celo. ſ. xp̃s: tanq̃ʒ in mẽbꝛis ſuis: eſt aũt reſur=
rectio xp̃i cauſa motiua/ q̃ʒtum ad nos reſurrectio=
nis nr̃e: q: hec eſt dies quã fecit dñs. reſurrectio eni
dñi illuminat nos/ꝛ facit nos videre gl̃iam eternã: ꝛ
ſic mouet nos ad gl̃iam illã acq̃rendã. qð ſignifica=
Figura. tum eſt ꝑ hoc. ꝙ Moyſes aſcẽdit in montẽ vt vide=
ret terrã ꝓmiſſionis: ſimilit ꝛ nos debemus cõſide=
rare altitudinẽ gl̃ie xp̃i: vt ad eãdẽ bonis opibus ve
Ad aliud. niam⁹. ¶ Ad illud dicim⁹ ꝙ neceſſariũ eſt ſanctos
reſurrecturos eſſe gloꝛioſa reſurrectione. Sed du=
plex eſt neceſſitas: ſcʒ neceſſitas nature: ꝛ neceſſitas Duplex neceſſitas.
iuſticie. pꝛima neceſſitate nõ eſt neceſſariũ nos reſur
recturos eſſe: ſed neceſſitate iuſticie neceſſariũ eſt. ꝛ
neceſſitas iuſticie ꝛ volũtas non ſunt diuerſa pꝛinci
pia: imo idem ſunt in deo: hoc eni laus dei eſt. ꝙ nõ
põt facere malũ: nec nõ põt facere iuſtũ ꝛ bonũ. alit
eni negaret ſe. ¶ Ad illud ꝙ dicim⁹ ꝙ hec eſt vera: Ad aliud.
nos ſcim⁹ cauſam. i. ſcim⁹ deũ eſſe iuſtũ. hoc eni ſcri
ptum eſt i coꝛde cuiuſlibet: ſed hec eſt falſa ſcim⁹ qm̃
hec eſt cauſa: nõ eni ſcim⁹ ꝙ iuſticia diuina ſit cauſa
reſurrectionis nr̃e: ſed credim⁹: hoc eni ſcriptũ eſt i
coꝛde cuiuſlibet: multi eni ſunt qui nõ credũt reſur=
ctionem futurã. ꝛ ita ſoluim⁹ illud ꝑ interẽptionem
¶ Ad vltimo obiectũ dicim⁹. ꝙ ſancti q̃ iam deceſ= Ad vltimũ
ſerunt neceſſariũ eſt reſurrecturos eſſe/ gloꝛioſa re=
ſurrectione: ſed iſtos ſanctos q̃ modo viuũt/ non eſt
neceſſariũ reſurrecturos eſſe: nec illos q̃ poſtea vi=
uent: tñ cõpletũ numerũ ſanctoꝝ pꝛedeſtinatoꝝ: ne=
ceſſarium eſt reſurrecturũ eſſe neceſſitate generali:
non neceſſitate ꝑticulari: ꝛ generaliter loquit ap̃ls:
cum dicit reſurgemus. i. nos ſancti.

¶ Qualiter dñs ꝓbauit reſurrectionem ſuã
diſcipulis ſuis.

¶ Secunda queſtio.

Circa ſm̃ capitulũ: querit qualiter dñs ꝓ=
bauit reſurrectionẽ ſuã diſcipulis ſuis: dr̃
in pꝛincipio actuũ: ꝙ dñs pꝛebuit ſeipſuʒ
viuũ poſt paſſionẽ ſuã i multis argumẽtiʒ
vñ multiʒ argumẽtiʒ ꝓbauit eis reſurrectionẽ ſuã. vñ
dicit btũs Grego. ſup fine luce. poſt reſurrectionẽ: Gregoꝛius.
dñs in coꝛpoꝛe ſuo ꝯtraria oſtendit: palpabile eiuſ=
dem nature vt infoꝛmet ad fidem: ꝛ incoꝛruptibile al=
terius gl̃ie vt inuitet ad pꝛemiũ. vñ pꝛebuit ſe palpa=
bilem ꝑ manus diſcipuloꝝ vt eos infoꝛmaret ad fidẽ
reſurrectionis ſue. ¶ Sed ꝯtra hoc obijcit. aut dñs ꝯ hoc arguit
vere oſtẽdit duo cõtraria i coꝛpoꝛe ſuo: aut nõ vere:
ſi vere: ergo duo cõtraria fuerũt ſimul i coꝛpoꝛe xp̃i
quod eſt ipoſſibile: q: cõtraria nõ poſſunt eſſe ſimul i
eodem. ſi nõ vere: ergo falſo oſtẽdit: ergo dñs falſus
fuit qð non ſolũ eſt ipoſſibile: ſed nec intelligibile: q:
pꝛima ꝛ pura veritas nullã habet ammixtionẽ falſi=
tatis. ¶ Jtẽ. palpabile ꝛ icoꝛruptibile ſunt cõtraria Secundo.
ergo ſi eſt palpabile eſt coꝛruptibile: ergo cum dñs
oſtendit coꝛp⁹ ſuũ palpabile diſcipulis/oſtẽdit ipm
coꝛruptibile: ergo ꝑ hoc infoꝛmauit diſcipulos ad fi=
dem reſurrectionis: ſed potius deſtruxit fidẽ reſur=
rectionis i ipſis. ¶ Ad hoc eſt gn̄alis ſolutio: ꝙ coꝛ Solutio.
pus gloꝛificatũ nõ eſt palpabile naturalit a manib⁹
nõ gloꝛificatis: ſicut nec viſibile ab oculis nõ gloꝛifi
catis: ſed palpabile eſt a manib⁹ gloꝛificatis. ¶ Cõ Ad rõnem.
ceditur ergo ꝙ palpatũ fuit coꝛp⁹ xp̃i/a manib⁹ di=
ſcipuloꝛum poſt reſurrectionẽ: ſed miraculoſe: ꝛ pal
pabile ꝛ incoꝛruptibile nõ ſunt cõtraria ſimpliciter:
ſed ſunt contraria ſm̃ naturalem rationẽ: rõ eni ne=
gocians circa coꝛpa que inuenit palpabilia ponit eſ=
ſe coꝛruptibilia: q: non cõſueuit palpare niſi coꝛpo=
ra coꝛruptibilia: q: ergo habuit btũs Bartholome⁹
a miraculo habet coꝛpus gloꝛificatũ/ de natura ſue
gloꝛificationis: ſm̃ hoc facile eſt reſpõdere ad obie
cta. ¶ Ad pꝛimo eni obiectũ dicimus ꝙ nõ eſt ſimi Ad pꝛimũ.
le de ſole: q: coꝛp⁹ gloꝛificatũ digniois potentie eſt
q̃ʒ ſol. Eſt enim coꝛpus ſpũale ſicut dicit apoſtolus.
Seminat coꝛpus aĩale/ſurget coꝛp⁹ ſpũale. vnde in

Ayuntamiento de Madrid

poteſtate ſua habet videri: ꝛ non videri. Sol aũt nõ
Ad ſecundũ habet ptãtem ſpũalem. ¶ Ad ſcdo obiectũ dicim⁹
ꝙ hec eſt falſa. Corpus gſificatũ nõ reſiſtit corpori
non gſificato: imo qñ vult reſiſtit: ꝛ ſic prebet ſe paſſi
bile. abſcondit eni qñ vult ſubtilitatem ſuã ꝑ quã eſt
penetratiuũ et vtit palpabilitate naturali: ſicut dicit
Auguſtin⁹. Augu. in libro de ciuitate dei: ꝙ dñs qñ appuit di=
ſcipulis ſuis: ꝛ prebuit ſe viſibilem eis: abſcõdit lu=
Ad tertiũ. cem ſuã. ¶ Ad tertio obiectũ dicimus. ꝙ cũ corp⁹
glorificatum palpat a nõ glorificato nõ aſſumit ali=
quam nouã ꝓprietatem: ſed vtit quadam ꝓprietate
qua prius nõ vtebat: videlicet palpabilitate: ꝓpriũ
enim ſpũalium eſt apparere quando volũt: et nõ ap=
parere qñ volunt. ſic dicit de angelis ſuꝑ primũ lu=
ce. et ita patet qualit reſpondendũ ſit ſm vltimam:
tñ quia ſeraphin velant pedes dñi: vt habet in ꝑſa.
prio ſtatũ illum hoim et angeloꝝ qui erunt poſt vi=
tam iſtã nõ eſt tutũ. imo temerarium eſt aſſerere ali
quid de illo ſtatu ſapientib⁹: et magis cõſentire vni
opinioni ꝙ̃ alij. vnde ſi velim⁹ ſuſtinere primã opi=
nionem ſm ꝙ corpus glorificatum nõ videt vel pal
Alit dicitur patur a nõ glorificato. niſi miraculoſe. ¶ Reſponde
triplex mate bimus ad precedentes obiectiones: diſtinguentes
ria. triplicem materiam: vnã que dat ad eſſe rei. ſ. natu=
rales potentie. aliam que dat ad bene eſſe: videlicet
habitus naturales ꝑ quas idonei ſumus ad opa. ter
tiam que dat ad bene eſſe quãtũ ad deum: ſcꝫ vt fiãt
opera generationis ꝛ corruptionis. vnde dat interi
homini groſſicies ſꝫ quam eſt palpabilis que remo=
Ad primum uetur in reſurrectione. ¶ Dicimus ğ ꝙ nõ valet hec
argumentatio: hoc corpus glorificatũ naturalit nõ
poteſt palpari a nõ glorificato: ꝛ prius poterat natu
raliter: ergo nõ eſt eiuſdem nature cui⁹ ꝛ prius: ꝛ re=
manet palpabilitas naturalis. groſſicies eni que re=
mota eſt nõ eſt ꝓprietas tãgibilis: ſed eſt mediũ: in
preſenti fit palpatio ſicut mediũ in viſu nõ eſt viſibi
lis ꝓprietas: ſed lux vel color tãgibiles eni ꝓprieta
tes ſunt: calidũ/ frigidum/ humidũ/ ſiccum/ aſperũ/
lene/ molle/ durum/ põderoſum/ leue: quoꝝ nullũ eſt
Ad aliud. groſſicies. ¶ Ad illud qđ obiectũ eſt de ſole dicim⁹
ſicut prius ꝙ nõ eſt ſimile: quia ſol nõ eſt corp⁹ ſpũa
le: ꝛ corpus glorificatũ ſpũale eſt: ſed de comeſtione
non eſt facile reſpõdere: ſm iſtam opinionem: qꝛ cũ
cibus eſſet corpus põderoſum in ore dñi: ex quo cor
pus nõ reſiſtabat ei: qꝛ fuit gſificatũ: debuit cadere
de ore dñi: niſi dicat ꝙ miraculoſe comedit: ſed hoc
non videt eſſe verũ: qꝛ ſancti dicunt ꝙ poteſtatiue co
Itex arguit medit. ¶ Sed obijcit de hoc quod dicit glo. ad inſi=
nuandum veritatem reſurrectionis dñs non ſolũ tã
gi: ſed cognoſci voluit. cõſtat aũt ꝙ corꝑa glorifica=
ta nõ indigent alimonia. vnde nõ comedent nec bi=
bent in futuro. nec nubent nec nubent: ergo ꝙ come
derit nõ fuit argumentũ verũ ad ꝓbandum reſurre=
ctionem: imo contra gſiam reſurrectionis eſt come
Confirmat. dere. ¶ Eadẽ eſt obiectio de hoc ꝙ corp⁹ ſuũ ꝓbuit
Solutio. palpabile manibus nõ glorificatis. ¶ Et ad hoc eſt
gñalis ſolutio ꝙ ex talib⁹ eſt ſillogiſare qualia dede
rit reſpõdens. vnde cũ diſcipuli eſſent carnales tali
probatione vſus eſt dñs quod ſufficiebat eis: licet i
ꝯ hanc ar. ſe nõ eſſet ſufficiẽs. ¶ Sed obijcit cõtra hãc ſolutio
nem. ꝙ hec argumẽtatio eſt neceſſaria ꝙ̃trũ ad oẽs.
xp̃s modo vere comedit ꝛ prius fuit mortu⁹: ergo ve
re reſurrexit. fantaſtice eni reſuſcitati nõ poſſunt co
medere: ergo vere ꝛ ex veris ꝓbauit dñs veritatem
ſue reſurrectionis. ¶ Qđ cõcedimus. Dicimus eni Solutio ſm
ꝙ alijs argumentis: vſus eſt dñs ad ꝓbandum veri doctorem
tatem reſurrectionis: alijs ad ꝓbandũ gſiam reſur=
rectionis: ꝙ aũt ianuis clauſis itrauit ad diſcipulos
et euanuit ab oculis coꝝ qñ ei placuit. ꝑ hoc ſufficiẽ
ter oſtendit gloriam reſurrectionis.

¶ De forma in qua dñs apparuit duob⁹ di=
ſcipulis euntibus in emaus.

¶ Tertia queſtio.

Ertio querit de forma in qua dñs appuit
duobus diſcipulis euntib⁹ in emaus. dici
tur i fine luce. Tu ſol⁹ ꝑegrinus ꝛc̃. et ita
dñs appuit in ſpecie ꝑegrini. et i fine mar
ci. poſt hec duobus ex eis ambulantibus appuit in
alia effigie et gloſa dicit. Nõ in ſua natura. ¶ Que= Ar. primo.
ritur de forma illa: an fuit i corpore dñi an i aere cir
cũfuſo. ſi in aere: ſed forma nõ oſtendit ſubiectũ ali=
quod: niſi illud in quo eſt: ğ ſub illa forma nõ fuit vi=
ſus dñs: ſed ſolus aer. ꝛ hoc falſuꝫ. ¶ Item. ſi ꝓprie Secundo.
fuit viſus dñs ſub forma illa: licet non eſſet in corꝑe
dñi: eadem rõne ꝓprie videt corpus xp̃i in altari ſub
forma panis/ licet illa forma non ſit in corpore dñi.
¶ Dicunt aũt ſancti ꝙ corpus xp̃i in altari inuiſibile Prima opio
eſt. Forte dicet ꝙ nõ eſt ſimile. quia forma panis ꝓ=
bet obſtaculum viſui: ſed forma illa nõ prebebat ob=
ſtaculum: imo ſub illa videbat corpus xp̃i: ſicut i nu ꝯ hoc arguit
be: ergo cum ſol in forma ſua ꝓpria videat: licet ſub
nube dicimus in ſua forma ꝓpria videbat: licet ſub
illa forma. igit ſua natura appuit eis: cuius oppoſi=
tum dicit gloſa ſuꝑ Marcũ. ¶ Itẽ. ſuꝑ Lucã dicit Secundo.
gloſa talẽ exhibuit ſe dñs i corꝑe qualis apud illos
erat i mente: dubitationem eni habebãt in mẽte. vñ
dixerunt. Nos aũt ſperabamus ꝙ ipſe eſſet redẽptu
rus iſrael: quaſi modo nõ ſꝑabam⁹: et propt hoc for
mam eis oſtendit ſub qua non cognoſcebant ipſum
ergo ſm hoc non corpore dñi erat forma illa. ¶ Itẽ Tertio.
dicit Auguſtinus i libro ad valerianum eꝑm. Cum
ex duabus cognoſcat humana natura: ſcilicet linea
mentis ꝛ colore/ miror ꝙ multos non mouet ꝙ dñs
reſurrectionẽ in tãtã excellentiã lucis ꝛ ſplendoris
lineamẽta ſua: ꝛ colorẽ mutauerit: ꝛ multos mouet
ꝙ poſt reſurrectionẽ ſuã lineamenta: ꝛ claritatẽ ſuã
in formã hominib⁹ viſibilẽ mutauerit: ex hac aucto
ritate patet ꝙ forma illa in qua apparuit diſcipulis
fuit in corꝑe dñi: ꝛ illa claritas quã oſtendit in tranſ
figuratiõe ſimilit fuit in corꝑe. ſi eñ in aere circũfu
ſo nulla fuiſſet facta mutatio in corpore dñi. patet ğ
ꝙ falſa eſt opinio illoꝝ: qui dicũt ꝙ forma illa i qua
apparuit diſcipſis ſuis fuit i aere circũfuſo. Et opi
nio illoꝝ ſimilit falſa qui dixerũt: ꝙ claritas quã vi=
derunt diſcipuli in trãſfiguratione nõ fuit in corꝑe
dñi: ſꝫ in aere circũfuſo: ſi vero dicat ꝙ forma illa in
qua apparuit diſcipulis fuit in corpore xp̃i: ſꝫ cõſtat
ꝙ forma obſcura erat reſpectu forme corporis xp̃i
glorificati: ergo corpus dñi tunc fuit obſcurum ſm
formã illam/ ꝛ clarũ erat: quia erat glorificatũ: ergo
fuit ſimul obſcurũ et clarũ: ergo ſimul fuerunt con=
traria in corpore dñi: qđ eſt impoſſibile. ¶ Item. ſi
forma illa erat i corpore dñi: ergo in corꝑe dñi erat
cauſa quare diſcipuli nõ cognoſcebant eũ/ nõ ergo i
oculis: ergo ꝑ nichilo dicit Lucas. Oculi coꝝ tene
bant ne eũ cognoſcerent. ¶ Item. ad hoc vt ipſi nõ Quarto.



Ayuntamiento de Madrid

cognoſcerēt eū nō exigebat ꝙ in alia forma appare
ret eis ꝙ̄ in ꝓpria: q2 oculi nō glorificati nō poſſunt
videre formā glorificatā. ḡ nichil ē dictu. Oculi eo=
rum tenebant ne eū agnoſcerēt: q2 ego nō teneor ne
Solutio. nō ſim aſinꝰ. ¶ Solutio. ad hoc poſſꝫ dici: ꝙ dñs ad
tp̄s aſſumpſit formā aliā ꝙ̄ glorificatā: vt poſſet vi=
deri: et poſtea qñ placuit ei reaſſumpſit formā ſuam
glorificatā. vñ nō fuit corpꝰ eiꝰ ſimul clarū ⁊ obſcu=
rū. ¶ Sed meliꝰ nobis videt dicēdū eſſe: ꝙ in corpe
dñi nō fuit niſi vna forma: ſcꝫ glorificata: ſꝫ cū place
bat ei mutabat viſum intuentiū / acſi eēt nō glorifica
tū. cameleon auis q̄ viuit ex aere non habet niſi vnū
colorē: ſed oppōne multoꝝ coloꝝ: in aliis corpibus
diuerſoꝝ coloꝝ. videt ſimilit̄ eē in thopaziis. vñ idē
color eodēmodo imutat. ſimilit̄ vnicū colorē habuit
dñs: ſꝫ ſiue ꝑ miraculū ſiue ꝑ potētiā corpis glorifi=
cati: non eodēmodo ſemꝑ imutat. clarū ḡ fuit corpꝰ
dñi ꝑ naturā: vel potētiā: ſiue ꝑ habitū obſcurū ꝙ̄ ꝑ
effectū: ſiue ſm modū imutādi: ⁊ iſta nō ſunt ꝯ̄ria: ſi=
cut nō ſunt ꝯtraria in cameleonte ⁊ thopazio. ¶ Di
cimus ḡ ꝙ forma illa ſiue ille modꝰ imutādi i corpe
dñi erat: nō tñ ꝓpter hoc ꝯtraria i eodē erāt. ⁊ nō va
let hec argumētatio: i corpe dñi erat ne eū agnoſce=
rent: ḡ in oculis nō erat cauſa ⁊ in corpe ⁊ in oculis.
ꝑcuſſi eñ erāt auriſia. auriſia idē ē ꝙ audiētia. i. ſine
viſione: cū aliqs habet rē aliquā / habet pre oculis ⁊
nō diſcernit: ſicut ꝑcuſſi ſunt ceteri q̄rētes helyſeū:
⁊ ſodomite q̄rentes hoſtiū loth: loquētibꝰ ḡ de ſe p̄=
ſentiā ſuā exhibuit: ſꝫ dubitātibꝰ de ſe ſpeciē ſue co=
gnitionis abſcōdit. poſſet tñ ab eis cognoſci ꝑ ſigna
ꝯ hoc arguit niſi oculi eoꝝ tenerent ꝑ auriſiā. ¶ Sed obiicit de
hoc qđ dicit gloſa: oculi eoꝝ tenebant a diabolo vi=
det eñ falſum eſſe: q2 illa pena iuſta erat: ḡ a deo. nō
ḡ a diabolo. ¶ Et ad hoc dicūt magiſtri: ꝙ gloſa il=
la allegorica ē: ⁊ itelligit de oculis mētis q̄ tenebāt
auriſia ſpūali. i. icredulitate q̄ eſt a diabolo: ſicut ipi
dixerūt. Nos ſperabamꝰ q̄ modo nō ſperamus. vel
pōt dici: ꝙ ponit ꝯſequēs ꝓ ātecedēti: dicit eñ pena
eſſe a diabolo: quia culpa eſt a diabolo: et ita pena.

¶ Tractatus duodecimus.
¶ De dotibus reſurgentium.
¶ Prima queſtio.

Dicto de reſurrectione: dicēdū eſt de doti
bus reſurgētiū. Unde primo vidēdū eſt q̄
ſint dotes: ⁊ quare āgeli nō dicant habe=
re dotes: ſicut ⁊ hoies. Scđo de dotibus
quattuor do corpoꝝ. Tertio de dotibꝰ aiarū. ¶ Dotes corporū
tes beatorū. dicunt eſſe quattuor. ſ. claritas / impaſſibilitas / ſubti
litas / agilitas: q̄ notant in libro ſapiētie: vbi dr. Ful
gebūt iuſti ⁊ tāꝗ̄ ſcintille in arūdineto diſcurrēt: ꝑ
hoc ꝙ dicit fulgebūt. notat ſplendor et claritas cor
porum glificatoꝝ: quia ſicut dicit dñs in euangelio
Fulgebunt iuſti ſicut ſol / i regno p̄ris eoꝝ. ſol autē
tunc fulgebit ſeptēpliciter: ſicut dicit Eſa. Remune
rabit eni ꝓ ſeruitio quod nobis modo exhibet: quia
oīs creatura ingemiſcit et parturit vſq3 adhuc: ⁊ ex=
pectat reuelationem filioꝝ dei: per hoc ergo ꝙ dici
tur: fulgebunt. notat claritas / per hoc ꝙ dicit iuſti:
notatur impaſſibilitas vel imortalitas: q2 ſicut dici
tur in primo ſapientie: iuſticia ꝑpetua eſt imortalis:
et per iuſticiā aſſimilabimur deo extrema ſimilitu=
dine. vnde dicit btūs Johānes. ꝙ vitā eternam de=
dit nobis deus. ꝑ iuſticiam eni et alias virtutes que
perpetuo ſunt iam eſt vita eterna in nobis. per hoc
ꝙ dicit ſcintille: notat ſubtilitas. erūt enim corpora
glificata ſubtilia / et penetratiua / per hoc ꝙ dicit di=
ſcurrent: notat agilitas: habebūt enim corpora gli=
ficata tantam agilitatem ꝙ quaſi in momento pote
runt moueri ab aquilone in meridiem: ⁊ ab oriente i
occidentem: ⁊ econuerſo. ⁊ eſt aliud agilitas ꝙ̄ leui
tas: eſt eni leuitas ꝓprietas mouēdi tm̄ ſurſum: agi
litas aūt ſiue ſurſum ſiue deorſum: ⁊ ſic de aliis doti
bus. iſtis nō inuenitur in corporibꝰ aliquid melius:
nec etiam intelligendū poteſt aliquis eſſe corporibꝰ
glorificatis. ¶ Dotes aūt aīe dicunt eſſe tres a ma= Tres anime
giſtris: ſcilicet cognitio / fruitio / et dilectio. dicit eni dotes.
Auguſt. in fine libri de ciuitate dei. ꝙ in patria vide
bimus / laudabimꝰ / amabimꝰ. nō eni poterimꝰ frui ⁊
nō laudare: immo erit ibi laus nō ſolū mentalis: ſed
etiam vocalis: vt caſſiodorus. hec igit ſunt ſeptem
dotes reſurgētiū de quibꝰ mētionē facit dñs in euā=
gelio Luce: dicēs. Mēſurā bonā ⁊ cōfrictā: ⁊ coagi
tatā ⁊ ſuꝑeffluentē dabūt in ſinū vr̄m. ſ. angeli meſ=
ſores menſurā bonā dabūt. i. iſtas ſeptē dotes quibꝰ
nichil pōt intelligi meliꝰ in aiabꝰ et corporibꝰ: con=
frictam. i. refertā ſiue repletā: quia nullꝰ locꝰ erit ibi
vacuꝰ: quia q̄libet vis aīe habebit gliam ſuā: ⁊ nichil
erit in corpibꝰ qđ non ſit glificatū: ⁊ coagitatū. i. vn=
diq3 tumulatū: ſcꝫ cōſortio ſanctoꝝ angeloꝝ et ſctō=
rum hoim / ⁊ arriſu oīs creature: ⁊ quia vndiq3 tumu
labitur ꝓpter hoc vocat premium ſanctoꝝ corona.
vnde glia et honore coronaſti eū: ⁊ etiam alia ratio=
ne: quia premiū nr̄m eſt deus q̄ nō habet principiū /
nec finē: ſicut nec corona: ⁊ ſuꝑeffluentē: quia deus
remunerat ſuꝑ merita. ¶ Querit aūt cū vna ſit eccle Queſtio.
ſia ex hoibus et angelis q̄ eſt ſpōſa xp̄i / quare nō di=
cantur angeli habere dotes: ſicut ⁊ hoies. Eſt enim
dos illud donum quod ſpōſa habet ex matrimonio
¶ Et ad hoc dicūt magiſtri ꝙ dupliciter dicit eccle
ſia ſpōſa xp̄i. Primo: quia vnit ei per charitatē / et ſic
eſt ſpōſa nō ſolū xp̄i: ſed etiam totius trinitatis. Se
cūdo modo dicitur ſpōſa xp̄i: quia vnitur ei charita=
te / et cōformitate nature: ⁊ hoc modo eſt ſpōſa soliꝰ
filii dei: quia ad ſolū filium dei habet illud oſculū de
quo dicit Salomon. Oſculet me oſculo oris ſui / et
ſm hunc modū dicitur habere dotes eccleſia colle=
cta ex hoibꝰ: angeli aūt non: quia non vniunt ei: ſcꝫ
xp̄o cōformitate nature. vnde apl's. Nuſꝗ̄ angelos
apprehendit: ſed ſemen Abrahe apprehendit. vnde
in hoc excellit homo angelū: q2 homo eſt frater filii
dei: angelus aūt nō eodem modo quod homo.

¶ De dotibus corporum glorificatorum
¶ Secunda queſtio.

Secundo querit de dotibus corpoꝝ glifi= Alia q̄ſtio.
catorū: ſicut de ſubtilitate ⁊ agilitate: di=
citur ꝙ corpꝰ glorificatūꝫ per ſubtilitatē
pōt penetrare corpꝰ nō glorificatū: et pōt
eſſe in eodem loco cū illo. ¶ Sed cōtra. corpus glo In oppoſitū
rificatum pōt penetrare corpꝰ groſſum ſubtile: ſicut
ſi aliquod corpꝰ poteſt penetrare aquam / multofor=
tius aerem: ergo corpus glorificatum poteſt pene=
trare aliud corpus glorificatum: ergo duo corpo=
ra glorificata poſſunt eſſe ſimul i eodem loco: quod
eſt impoſſibile. ¶ Item. corpꝰ glorificatū aut replet Secundo.
locū: aut nō replet: ergo nō recipit ſecū corpus non
glorificatum: ſi nō replet: ergo recipit ſecum corpꝰ.

Ayuntamiento de Madrid

Tertio. gloꝛificatum. ⁊ inde vt pꝛius. ¶ Item. in patria po-
teſtate eſt eternitas: ergo nō erit ibi neceſſarius mo
tus: ergo non erit ibi neceſſariū ꝙ coꝛpus gloꝛifica
tum penetret aliud: ergo ꝓ nichilo erit ibi ſubtilitas
ſimiliter occiſa erit ibi agilitas: quia nō erit neceſſa
rium moueri ab oꝛiente in occidente: quia vbiqꝫ vi-
Solutio. detur deus. ¶ Solutio. Coꝛpꝰ gloꝛificatū tante di
gnitatis et nobilitatis eſt ꝙ penetrare pōt alia coꝛ-
poꝛa et nō penetrari. ignominia eni eſſet ei poſſe pe
netrari: et ꝓpter hoc nō valet argumentatio pꝛima
poteſt etiā ſolui per hoc ꝙ dicit Auguſt. in libꝛo cō
tra epiſtolam fundamenti. ꝙ cū dico natura coꝛru-
ptibilis dico nichilū. vnde coꝛpꝰ coꝛruptibile ī qua
libet parte ſua habet aliqd admixtū de nihilo. vnde
ſolet dici/ ꝙ vbicūqꝫ poꝛoſum eſt: nō ꝙ vbiqꝫ poꝛus
vel diuiſio actualiter: ſed vbiqꝫ eſt poꝛꝰ id eſt apibi-
litas: vel diuiſibilitas. ſed coꝛpus gloꝛificatū nō eſt
poꝛoſum. vnde nō eſt apeꝛibile vel diuiſibile hoc aūt
habet a grā ⁊ volūtate dei: ſicut dei. pꝛimo de ſuper
celeſtibꝰ natura quidam diſſolubilia: mea aūt volū-
tate indiſſolubilia: qꝛ ergo coꝛpꝰ gloꝛificatū non ita
poꝛoſum nō habet tm̄ de nichilo quātū coꝛpus non
Ad ſecundū gloꝛificatū. ꝓpter hoc nō pōt penetrari. ¶ Ad ſcd̄o
obiectū dicimus: ꝙ coꝛpus gloꝛificatū replet locū
coꝛpoꝛis gloꝛificati: ita ꝙ nō recipit ſecū aliud coꝛ-
pus gloꝛificatū: ſed nō replet locū coꝛpoꝛis nō glo-
rificati: imo recepit ſecū coꝛpus non gloꝛificatum.
Ad tertium ¶ Ad tertio obiectū dicimus. ꝙ nō poterit eſſe ī pa
tria/ ꝙ petrus velit eſſe iuxta paulum: et aliqñ iuxta
alium: et ita bene poterit eſſe motꝰ. ī ſolo eni deo eſt
perfecta eternitas. in quo nullus eſt motus: ⁊ in ſan
ctis aūt nō erit eni ī ipſis aliquis motꝰ: laudabūt ei
deum nō ſolū mentaliter: ſed etiam vocaliter: et ita
poterit eſſe viſus ſubtilitatis ⁊ agilitatis: ſed quia nō
eſt in nobis certū vtrū motus localis ſit futurꝰ ī pa-
tria. pedes eni dn̄i recti ſunt: vt habet in Eſaye. Di-
cimus. ꝙ ſiue ibi ſit futurꝰ motꝰ ſiue nō: tm̄ erunt ibi
ſubtilitas et agilitas: quia in ſe delectabiles ſunt: ſi-
cut multe virtutes erunt in patria ſine vſibus/ quos
modo habent: quia in ſe delectabiles ſunt: ſicut mul
te virtutes vt temperantia et patientia: de qua dici
tur patientia pauperū nō peribit in finem: tamen nō
erūt ibi aliqua diuerſa: inſufficienter eni dicimꝰ ex-
ponere illam: patientia pauperū nō peribit ī finem:
id eſt pꝛimū patiente: imo dicimus ipſam patientiā
Queſtio nō perituram. ¶ Querit poſtea de illa dote coꝛpo-
ris que dicitur paſſibilitas: vtrū paruuli deceden-
Ar. ꝙ ſic. tes ſine baptiſmo habituri ſunt illam: videt ꝙ ſic: qꝛ
nō habebūt aliam penam niſi carētiam viſionis dei:
et hec eſt pena ſpūalis: ergo non habebunt aliquam
penam coꝛpoꝛalē nec poterūt habere: quia nec deꝰ
infliget/ nec alius poterit infligere: ergo nō poterūt
pati in coꝛpe: ergo nō habebunt paſſibilitatem coꝛ-
ꝯ hoc arguit poꝛis: ⁊ ita habebūt aliquam partem dotis. ¶ Sed
cōtra. impaſſibilitas ꝫm ꝙ eſt ſola pꝛiuatio peniten-
tie patiēdi in coꝛpoꝛe: aut eſt aliqua potētia ꝫm quā
poterimus reſiſtere oī violentie: ſi eſt ſola pꝛiuatio:
ergo diabolus habet impaſſibilitatem: quia nō pati
tur in coꝛpoꝛe: ergo aliquam dotem habet. quod fal
ſum eſt. ſi vero eſt potentia ꝫm quam poterimus re-
ſiſtere oi violentie: et hic bene videtur/ ꝙ duricia eſt
potentia reſiſtendi ſectioni tm̄: et mollicies impotē
tia reſiſtendi ſectioni tm̄: ⁊ ſoliditas et ſpiſſitudo eſt
potentia reſiſtēdi impulſioni: impaſſibilitas vero eſt
generalis eſt potētia reſiſtendi oi violentie: ſicut agi
litas eſt generalis potentia mouendi ad oēm locū:
ſed impaſſibilitas eſt huiuſmodi potentia: ſed cū in
coꝛpoꝛibus nō gloꝛificatis nō ſit talis potentia fu-
tura: ergo paruuli decedentes ſine baptiſmo nō ha-
bebūt impaſſibilitatē. ¶ Item. ſi impaſſibilitas eſt Secundo.
huiuſmodi potentia: ſed adam ante pctm̄ habuit po
tentiā reſiſtendi oī violentie: ergo habuit talem do-
tem qualem habebimꝰ in futuro. ¶ Sed cōtra. im- In oppoſitū
paſſibilitatem quam habebimꝰ in futuro talis erit/
ꝙ nullo modo poterimus moꝛi: ſed adam poterat
moꝛi in ſtatu ante peccatū: ergo nō habuit talem im
paſſibilitatem. ¶ Quod concedimus. Dicimus eni Solutio.
ꝙ impaſſibilitas ꝫm ꝙ eſt dos eſt potentia reſiſtēdi
oī violētie: et habet duplicem pꝛiuationem: ſcilicet
moꝛiendi et potentie moꝛiendi: quia in futuro nūqꝫ
moꝛientur: nec etiam poterimꝰ moꝛi. ſed adam ante
peccatum habuit illam potentiam: cū vnica pꝛiua-
tione: ſcilicet moꝛiendi: et hic ſub cōditione duplici
poterat nunqꝫ moꝛi: ſcilicet ſi nō peccaret: et ſi non
comederet de ligno vite: ſed nō habebat pꝛiuationē
potentie moꝛiendi: immo poterat moꝛi: ſicut potuit
ex ꝑdicto: et ꝑ hoc patet ſolutio. ¶ Ad vltimo obie Ad vltimū
ctum dicimꝰ. Et ad pꝛimo obiectū ꝙ paruuli dece-
dētes ſine baptiſmo nō habebūt hmōi impaſſibilita
tem/ nec valet hec argumentatio: nō poterūt pati in
coꝛpoꝛe: ergo habebūt impaſſibilitatem: ꝙ enim nō
poterunt nō erit ex potentia coꝛpoꝝ: ſed ex iuſticia
dei que nō permittit aliquem puniri pena coꝛpoꝛali
et ſenſibili: niſi fecerit peccatum actuale.

¶ De dotibus animarum que ſunt tres
¶ Secundum capitulum.

Dicto de dotibus coꝛpoꝝ: dicendū eſt de
dotibꝰ animarū que ſunt tres: ſcilicet co-
gnitio/ dilectio/ fruitio. Pꝛimo ergo vidē
dū eſt vtrū ſint plures dotes qꝫ iſte tres.
Scd̄o de fruitione/ ⁊ de his per que frui-
tur: ſcilicet de quinqꝫ ſenſibus ſpūalibus. Tertio de
fructibus ſpūs / quos enumerat apl's in epiſtola ad
gala. et de quibus facit mentionem beatus Johan-
nes in apocalipſi. ¶ Circa pꝛimum ꝓbatur. ꝙ plu- Ar. pꝛimo.
res ſint dotes animarū qꝫ ille tres: quia anima mo-
do eſt paſſibilis a timoꝛe et triſticia et huiuſmodi: et
in futuro erit impaſſilis: ſed quāto anima melioꝛ eſt
coꝛpoꝛe tanta impaſſilitas anime melioꝛ impaſſibi-
litate coꝛpoꝛis: ſed impaſſibilitas coꝛpoꝛis eſt dos:
ergo impaſſibilitas aīe eſt dos: ſi dicat ꝙ anima nō
eſt paſſibilis niſi per coꝛpus: et pꝛopter hoc remota
paſſibilitate coꝛpoꝛis remouet paſſibilitas anime: ⁊
ſic per impaſſibilitatem coꝛpoꝛis habet impaſſibili
tas anime: falſum videtur hoc: quia diabolus pati-
tur ſpiritualibus paſſionibus vt ira/ inuidia/ et non
per coꝛpus: ſimiliter et anima eſt paſſibilis ſpūali-
bus paſſionibꝰ/ et nō per coꝛpꝰ. ¶ Si dicat. ꝙ in fu- Euaſio.
turo erit anima impaſſibilis ex cōfirmatione chari-
tatis/ et aliarū virtutū: et ꝓpter hoc impaſſibilitas
anime nō ponitur dos per ſe: falſum iterum eſt hoc:
quia chꝛiſtus in via cōfirmatas virtutes habuit: ⁊ ta
men aīam habuit paſſibilem. vnde cepit ieſus paue
re et tedere: et triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad moꝛtem
Item. charitas cōſummata erit dos anime: eadem
ratione cōſummata iuſticia erit dos aīe: et ſimiliter



Ayuntamiento de Madrid

de alijs virtutibꝰ: ergo plures erunt dotes anima=
rum ꝙ̃ ille tres. ❡ Item. gratia q̃ eſt charitas mutabi
tur in gloriam: ſimiliter ⁊ alie virtutes: ergo ſi chari
tas ⁊ gloria erit dos: eadẽ ratione quelibet virtus q̃
erit in patria inquãtũ gloria erit dos: ⁊ ſic lõge plu=
Solutio. res erunt dotes aiarum ꝙ̃ ille tres. ❡ Solutio. Ad
Ad primum primo obiectũ dicimus: ꝙ anima paſſibilis eſt duo
bus modis. eſt em̃ paſſibilis et per viã corporis: et
per viam ſuperiorẽ. paſſibilitas quã habet ex parte
corporis tolletur per impaſſibilitatẽ corporis. ⁊ paſ
ſibilitas quam habet per viam ſuperiorem tolletur
per confirmationẽ charitatis. chriſtus em̃ qui invia
habuit virtutes confirmatas nõ habuit paſſibilita=
tem anime per viam ſuperiorem: ſed tantũ a parte
corporis. timuit em̃ et horruit naturaliter mortem
corporis: quia ergo impaſſibilitas anime derelinq̃=
tur ex alteris dotibus: nõ eſt dos per ſe: ſed per con
ſequens ad dotes: vel poteſt dici ꝙ quia impaſſibili
tas corporis eſt de optimis q̃ ſunt in corpore ꝓpter
hoc ponit dos corporis: licet aũt melior ſit ĩpaſſibi=
litas anime ꝙ̃ impaſſibilitas corporis: tamen q̇ nõ
eſt de optimis que ſunt in anima nõ dicitur dos aie
Ad vltimũ. ❡ Ad vltimũ obiectũ dicimꝰ: ꝙ ille tres dicunt do
tes anime/ ⁊ alie virtutes non: quia dos eſt illud do
num/ quod dat ſponſus ſponſe: ad hoc vt indeviuat.
beatus em̃ eſt/ vt dicitur in Luca: q̃ manducabit pa
nem in regno celorũ: ſcꝫ panem angelorũ/ videlicet
ĩpm chriſtũ quantũ ad vtrãq̃ naturam: et q̇ ex illis
tribus viuit anima immediate illis em̃ mouetur im
mediate in deũ ⁊ nõ alijs: propter hoc potius dicũ=
tur dotes ꝙ̃ alie virtutes: vel põt dici ꝙ ſub charita
te cõprehẽdunt oẽs alie v̾tutes: q̇ annexe ſũt chari
tati. charitas em̃ benigna eſt: patiẽs eſt: ⁊ ꝓpter hoc
nõ ponũtur dotes per ſe: ſed adhuc probatur ꝙ plu
res erũt dotes aiaꝝ ꝙ̃ tres: q̇ quelibet triũ virtutũ
aie remunerabit: q̇ q̃libet in p̄ſenti meret remune=
rari: ſꝫ vis rõnalis remunerabit ſua dote. ſ. cognitio
ne: ⁊ vis cõcupiſcibilis remunerabitur ſua dote: ſcꝫ
ꝑfecta dilectione. g̊ vis iraſcibilis remunerabit ſua
dote: g̊ aliqua dos erit iraſcibilis: illa nõ erit cogni=
tio nec dilectio nec fruitio: q̇ fruitio in cognitiõe et
dilectione cõſiſtit: g̊ plures erũt dotes aiarũ ꝙ̃ ille
tres. Itẽ. fidei ſuccedet cognitio charitati ꝑfecta di
lectio: ſpei cõprehẽſio. erimus em̃ cõprehẽſores in
patria. vñ ſic currite vt cõprehẽdatis: ſed qꝺ ſucce=
dit fidei erit dos ratiõali. qꝺ ſuccedit charitati erit
dos in ꝯcupiſcibili: g̊ qꝺ ſuccedet ſpei erit dos ĩ ira
ſcibili. ⁊ inde vt prius. Forte dicet ꝙ cõprehenſio q̃
ſuccedet ſpei nõ eſt aliud ꝙ̃ fruitio: ⁊ ita nõ ſunt niſi
In oppoſitũ tres dotes. ❡ Sed ꝯ. frui aliqua re nõ eſt niſi dele=
ctari in illa ſm ſe. g̊ frui deo eſt delectari in deo per
ſe: g̊ ſi vis iraſcibilis ĩ futuro fruit deo delectat ĩ il=
lo per ſe ⁊ imediate: ſed delectatio nõ eſt ſine motu:
dormiẽs em̃ nõ delectat: ergo cũ iraſcibilis fruetur
deo: vel cõprehẽdet mouebitur in deum: ille motus
erit alicuius virtutis que erit in iraſcibili: ergo ali=
qua virtus ſuccedet ſpei. ⁊ hoc falſum: quia vna vir=
tus non ſuccedit alijvirtuti penitus diuerſe: ſed ea=
dem virtus ſm diuerſos ſtatus ſuccedit ſibi illud vt
viſio perfecta viſioni imperfecte: ⁊ charitas ꝑfecta
Secundo charitati imꝑfecte. ❡ Item. frui erit motus perfe=
ctiſſimus. erit ergo alicuius virtutis: g̊ ſi vis iraſci=
bilis fruetur: hoc erit per aliquã virtutem que ſucce

det ſpei. et hoc falſum: nichil em̃ ſuccedet ſpei: quia
ſpes totaliter deſtruetur nõ remanebit nec in gene
re nec in ſpecie: fides non totaliter deſtruetur: rema
nebit em̃ genus ſuũ: ſcilicet cognitio. ❡ Item. tres Tertio.
ſunt fines ad quos tendit anima ꝑ operationes triũ
virtutum: ſcilicet verum: honorificum: bonũ/ quos
determinat Salomon in. xxij. ꝓuerbi. dicẽs. Fines
modeſtie timor ⁊ gloria ⁊ vita: finis eſt rationabilis:
quia hec eſt vita eterna / vt cognoſcant te: et cetera.
diuitie finis vis cõcupiſcibilis: quia ⁊ diuitie ⁊ deli
tie idẽ erunt in patria: gloria ſiue honor finis eſt vis
iraſcibilis: ſed vis rationabilis in affectiõe finis ſui
dotatur. ſimiliter ⁊ concupiſcibilis: ergo vis iraſci=
bilis in affectione finis ſui dotatur: ergo aliqua dos
erit in vi iraſcibili. ⁊ idẽ vt prius. ❡ Item. per ſpem Quarto.
induetur modo vis iraſcibilis immediate in deum:
⁊ delectatur motu illo. vnde apoſtolus. Spe gaudẽ
tes. ſed in futuro delectabimur omnibus modis in
deo. ergo delectatio que modo eſt in ſpe erit in futu
ro: ergo vis iraſcibilis ĩmediate delectabitur ĩ deo:
ergo dotabitur ſicut ⁊ alie virtutes. ⁊ inde vt prius.
❡ Solutio. vt meliꝰ pateat qualiter ad predicta re= Solutio.
ſpondendum eſt. Notandum eſt ꝙ vis rationabilis Notandum.
data eſt ad cognoſcendum ſummũ verum ⁊ ſummũ
bonum: vis autẽ concupiſcibilis data eſt ad hoc vt
moueatur ad ſummũ bonum: vel ſine medio vel per
medium: ſine medio conſiderat ipſum: per medium
cõmouet ad opera per que itur ad ſummũ bonum: ⁊
in his duobus cõſiſtit perfecta habitudo: ſcilicet in
hoc ꝙ cognoſcitur ſummũ bonum et ſummũ verũ/
et in hoc ꝙ diligitur ſiue deſideratur per quod mo=
uemur ad habendum ipſum. vnde perfecta habitu=
do conſiſtit in vi rationabili per cognitionem ⁊ con
cupiſcibili per affectionem/ vel perfectã dilectionẽ/
⁊ in duabꝰ ſimul ꝑ fruitionẽ: ⁊ iſte eſt duplex ſpiritꝰ
ſcꝫ intellectꝰ ⁊ affectꝰ: quod petijt helyſeus. i. eccle=
ſia ab Helya aſcendente in celum. i. a xp̄o: et reſpon
ſum eſt ei: ſi videris quãdo tollar a te/ fiet quod petij
ſti: qui enim vidit ſpiritum videt chriſtum ad dexte
ram dei patris/ ad quam ſedet poſt aſcenſionem ad
celos: habet illũ duplicem ſpm̃: ſcꝫ intellectũ perfe=
ctum/ ⁊ affectum perfectum: vis aũt iraſcibilis data
eſt ad remouẽdum ĩpedimẽta que retrahunt nos ab
acquiſitione ſummi boni/ videlicet ad debellandum
mũdum/ carnem/ diabolum: que aduerſantur nobis
cum volumus acquirere ſummum bonum: remune=
rabitur aũt poſt victoriam vis iraſcibilis in virtuti=
bus que remanebunt in ipſa: ſcilicet in timore/ in hu
militate/ et fortitudine: in timore: q̇ vt dicit eccleſia
ſticus Timor dñi delectabit cor in humilitate: quia
ſubiecta erit deo prout oportebit: vnde dicit Augu Auguſtinꝰ.
ſtinus: quia iuſticia erit ibi omnino: ſubditũ eſſe deo
et humilitas ſpecies eſt iuſticie: in fortitudine glo=
riabitur: quia gloriabit de victoria quã habuit de ad
uerſantibꝰ. vnde in ꝓuerbijs. Diſſipat impios rex ſa
piens et incuruat ſuꝑ eos fornicem. i. arcum trium=
phalem: quia ſanctos facit triũphare de ipſis/ quod
eſt gloria ſanctoꝝ. ❡ Dicimus ergo: ꝙ licet vis ira=
ſcibilis habitura ſit gloriã ſuã et remunerationem:
tamen nõ erit ĩ ea aliqua dos: q̇ nõ erit aliqua virtꝰ
in ea per quã imediate moueat in deũ: ſpes eni tota
liter deſtruet: quia ibi nulla erit expectatio vbi oia
erũt preſentia. ❡ Ad primo g̊ obiectũ dicimꝰ. ꝙ nõ Ad primũ.

Ayuntamiento de Madrid

eſt ſimile de vi iraſcibili ꝛ aliis duabꝰ: qꝛ i aliis dua=
bus erũt virtutes ꝑ quas imediate mouebunť i deũ
Ad ſecundũ in iraſcibili nulla virtus erit talis. ❡ Ad ſcdo obie=
ctũ dicimꝰ ꝙ idem eſt fruitio ꝛ cõprehenſio: qꝛ tunc
nõ cõprehẽdeť aliter ꝙ̃ cognoſcẽdo et diligẽdo. Et
ad illud qd̓ obiiciebať cõtra hoc dicimꝰ: ꝙ ꝓprie
dictũ eſt ſpei ſuccedet cõprehenſio: ꝛ poſt ſpem erit
cõprehẽſio: qꝛ nulla erit expectatio cũ habebimꝰ qd̓
Ad tertiũ. expectabamꝰ. ❡ Ad tertio obiectũ patet ſolutio ꝑ
Ad quartũ. ſolutionẽ primi obiecti. ❡ Ad quarto obiectũ dici=
mus: ꝙ hec eſt diſtinguẽda in futuro omibꝰ modis
delectabimur in deo. ſi intelligatur omibus modis
quantũ eſt ex parte dei vera eſt: delectabimur eñ in
prima ꝟitate: luce/ bonitate/ ſuauitate/ ꝛ ſic de aliis.
ſi vero intelligatur omibus modis ex parte noſtra:
falſa eſt. modo eñ delectabimur in deo expectando
tp̄m: tunc aũt nõ delectabimur expectãdo: ſed in ha
ꝯ hoc arguiť bendo. ❡ Sed obiicitur: qꝛ ſi ſolũ duabꝰ viribus de
lectamur expectando: ſcꝫ rationabili ꝛ cõcupiſcibi=
li delectabimur in deo in futuro imediate: ergo nõ
debent eſſe due dotes: ſcꝫ viſio ꝛ dilectio: ꝛ fruitio q̄
poniť tertia dos: nichil aliud erit ꝙ̃ delectatio qua
imediate delectabimur in deo: aut ergo illa fruitio
erit in viſione tm̄: aut in dilectione tm̄: aut in vtraqꝫ:
ſi in viſione tm̄ ꝓbatur ꝙ potius in dilectione tm̄: qꝛ
dicit Augu. ꝙ frui eſt amore inherere alicui rei ꝓpť
ſeipſam tm̄: ergo fruit qua delectabimur in deo erit
In oppoſitũ in dilectione tãtũ. ❡ Sed contra. delectabimur in
viſione pulchritudinis dei. eſt eñi deus pulcer vt di
citur in canticis. Tu pulcer dilecte mi et decorus:
pulcer ſm diuinitatẽ: decorus ſꝫ humanitatẽ. ergo
delectatio qua delectať in deo non erit i dilectione:
ſed etiã in viſione: ſed ſi hoc. ergo fruitio erit i vtraqꝫ
ſed alia fruitio ſiue delectatio/ erit in viſione/ alia in
dilectione: ꝛ qua rõne altera erit dos: eadẽ rõne reli
qua: ergo vľ vtraqꝫ erit dos vel neutra: ſi vtraqꝫ ergo
quatuor erũt dotes: ſi neutra: ꝛ hoc eſt cõtra predi=
Solutio. cta. ❡ Solutio. tres erunt dotes ſicut dictũ eſt due
ſm materiã: ſcꝫ viſio ꝛ dilectio: tertia aũt perfectio
erit illaꝝ: ſcꝫ fruitio vel delectatio: ꝛ erit fruitio pro
prie loquendo tm̄ in viſione: ſicut eñi dicit Aug. ſuꝑ
illũ locũ pſalmi Lõgitudine dieꝝ replebo eũ: ꝛ oſtẽ
dam illi ſalutare meũ. viſio dei erit tota merces/ qd̓
non eſſet niſi fruitio eſſet i viſione etiã ꝓprie tm̄: i vi=
ſione: ſi eñi ꝓprie eſſet viſio i dilectione/ eq̄ eſſet mer
ces in dilectione vt in viſione: ꝛ ita viſio nõ eſſet tota
merces: ſed eſſet eq̄ fruitio i dilectiõe: vt i viſione: eq̄
potuit dñs dixiſſe: hec eſt vita eterna: vt diligã te: ſi=
cut dixit: hec eſt vita eťna vt cognoſcãt te: tm̄ vtriuſqꝫ
et viſionis ꝛ dilectionis diciť eſſe illa delectatio: ſed
aliter ꝛ aliť viſionis vt i qua: eſt dilectiõis vt a qua: eſt
et a qua teneť ꝛ augmentať. ad hoc eñ tẽdit delecta
tio vt ꝑ viſionẽ delecteť i amato. vñ vbi amor ibi ocu
lus. ꝛ i eccle. Qui edũt me adhuc eſuriẽt ꝑ charitatẽ
habebũt eñi eſuriẽ. i. deſideriũ charitatis: vt delecta
bilius edẽt: ꝛ ita patet ꝙ delectatio augmẽtabit di=
lectionẽ q̄ erit in vidẽdo: vt in ipſa eſt ſicut in cauſa.

❡ De ſenſibus ſpiritualibus
❡ Tertium capitulum.

TErtio capitulo: queritur de ſenſibus ſpi=
ritualibus. Circa iſtam queſtionẽ. primo
videndũ eſt. vtrum oculis corporalibꝰ vi=
debitur deus in futuro. Scdo vtrũ ſenſi=
bus ſpiritualibus fruamur deo. Tertio vtrũ ſit vnꝰ
tantum ſenſus ſpiritualis/ an quinqꝫ. ❡ Circa primũ Arguitur ꝯ
opponit Auguſtinꝰ. in fine libri de ciuitate dei: hoc Auguſtinũ.
modo. oculis ſpiritualibus videbimus nõ tantũ ſpi
